INSTITUTUM IURIDICUM CLARETIANUM

LEGES ECCLESIAE

post Codicem iuris canonici editae

collegit, digessit notisque ornavit

Xaverius Ochoa

in Universitate Lateranensi Professor

Volumen V

LEGES ANNIS 1973-1978 EDITAE

ROMA
Commentarium pro Religiosis
Via Giacomo Medici, 5
1980

http://www.obrascatolicas.com

BX
1939
2216
.033
1966
v.5

Copyright 1980 by
Commentarium pro Religiosis
ISBN 84-300-3226-6 (Tomo V)

Gráficas Lizarra, S.L., Avda. de Pamplona, 43 - Estella (Navarra)

Depósito Legal: N.A. 960-1980

198894
SEP 04 1985

DECLARATIO

Impendente iam die quo Codex iuris canonici recognitus ex suprema Ecclesiae auctoritate erit exiturus promulgatus, Volumen V collectaneorum *Leges Ecclesiae post Codicem iuris canonici editae* generali rubrica inscriptorum, palam profero et, amicorum lectorum omniumque disciplinarum Ecclesiae, praesertim iuris canonici, cultorum exspectationem expleturus, dimitto.

Complectitur Volumen V omnes leges per sex decurrentes annos 1973 - 1978 latas, quae vi aliquo saltem modo praeceptiva, sive stricte iuridica, sive doctrinali, morali, liturgica, sive paedagogica vel sociali, praeditae sunt.

Plures tamen *Leges* praemittuntur a variis Dicasteriis Curiae Romanae editae, quae ad annos 1932 - 1972 pertinent, quaeque in Volumen IV, ob angustias temporis et inveteratam officinarum typographicarum impositam properantiam, locum obtinere et ordinem servare debitum nullatenus potuere. Cum vero *Leges* huiusmodi condicionis maiores essent numero quam in voluminibus praecedentibus, eas inserere malui in seriem continuam numerorum progredientium et in ordinem generalem columnarum operis, potius quam easdem referre extra locum et ordinem proprium vagantes, quodam singulari signo certe distinctas, prout in superioribus voluminibus additae et ordinatae prostant.

Novum legum seu documentorum Curiae Romanae genus prospicitur configurandum, si condicio nonnullorum, quae in hoc Volumine V referuntur, confirmanda erit in futuro et prosequenda. Iisdem indoles, quae *Instructionum* vestem stricte iuridicam induentium, vel *Litterarum Circularium* disciplinam aliunde sancitam in mentem revocantium, urgentium vel alio modo applicantium, propria est, minus convenit, nec illa quae expositionem mere doctrinalem et abstractam ad instar dissertationis academicae sapit, tribui potest. Agitur potius de documentis quodam modo optativis seu directivis, quae exponunt mentem et criteria Sedis Apostolicae, quin huius praeceptive imponant voluntatem. Huiusmodi generis documentorum, copia verborum et amplitudine excellentium, sunt exempla: 'Directorium de pastorali ministerio Episcoporum' Sacrae Congregationis pro Episcopis, 'De schola catholica', 'De formatione theologica candidatorum ad sacerdotium ministeriale' Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica, 'Notae directivae pro mutuis relationibus inter Episcopos et Religiosos in Ecclesia' Sacrarum Congregationum pro Religiosis et pro Episcopis, 'Chiesa e mobilità umana' Pontificiae Commissionis de Migratorum et Itinerantium cura, 'De doctrina sociali Encyclicae "Pacem in terris" sedulo perpendenda', 'Doctrina et criteria Sedis Apostolicae circa deminutionem armorum et instrumentorum bellicorum' vel 'circa destinationem universalem bonorum mundi' Pontificiae Commissionis a Iustitia et Pace, et alia plura.

Desunt tamen in Volumine V plures decisiones Signaturae Apostolicae duobus postremis editae annis, cum Supremum Tribunal, extra consuetudinem immediate superiorem, paucas omnino decisiones proprias in vulgus dederit.

Annorum spatium Voluminis V extendere consulto volui ad integrum annum 1978, ut attingere possem, colligere et complere corpus legum a Paulo VI in exsecutionem documentorum Concilii Vaticani II conditarum. Ideo omnes *Leges*, si perpaucas excipias, in hoc Volumine V collectae et relatae Summum Pontificem Paulum VI, cui horum collectaneorum seriem dedicavi, vel eiusdem imme-

http://www.obrascatolicas.com

diatos collaboratores habent auctores et effectores. Volumen igitur quintum *Legum Ecclesiae* superiori aetati activitatis leges ferendi in Ecclesia, notis ratione sive personali sive conciliari sive ecclesiali propriis insignitae, finem naturalem imponit et memoriam haud ignobilem absolvit.

Ut certe legentibus patebit, Volumen V *Legum Ecclesiae* prosequitur esse monumentum aere perennius sapientiae qua Ecclesia Christi, duce Spiritu Sancto, regitur in salutem animarum, in bonum hominis et societatis. Ecclesia enim regitur, ob intrinsecam eiusdem propriae naturae, muneris et condicionis rationem, nedum gratia, doctrina et consilio, verum etiam normis iuridicis, Ecclesiae quoque certe necessariis, prout ipsemet Paulus VI, in allocutione membris Pontificiae Commissionis Codici iuris canonici recognoscendo die 27 mensis maii an. 1977 habita, expressis verbis praeclare docuit: "*Vita enim ecclesialis* sine ordinatione iuridica *nequit exsistere, cum, ut probe nostis, Ecclesia, societas a Christo instituta, spiritualis sed visibilis, quae verbo et sacramentis aedificatur cuique propositum est hominibus salutem afferre, hoc iure sacro indigeat secundum illa verba Apostoli: 'Omnia autem honeste et secundum ordinem fiant'* (1 Cor 14, 40)". (*Leges Ecclesiae* n. 4518, vol. V col. 7332).

Scribebam Romae, die 15 augusti 1980, in Sollemnitate Assumptionis Beatae Mariae Virginis, quadragesimo recurrente anniversario a mea, per professionem religiosam, in Deum consecratione et in Familiam Claretianam deditione.

XAVERIUS OCHOA

4107

1932 .. .. - SC NEGOT. ECCL. EXTR., DECR. PART.*

Decretum circa proponendos ad episcopale ministerium in Hispania

Quae in nonnullis nationibus de proponendis sacerdotibus ad epicopale ministerium statuta sunt, eadem, paucis immutatis, Ss.mus Dominus Noster Pius Div. Prov. PP. XI, habito Reverendissimorum Metropolitanorum voto, ut in Hispania quoque serventur decrevit, quippe quae praesentis temporis necessitatibus et congrue respondent, et quantum in humanis fieri potest, opportune consulunt.

Hoc igitur Decreto, hac super re, quae sequuntur idem Ss.mus Dominus praescribit.

1. Tractatio de proponendis Apostolicae Sedi sacerdotibus ad episcopale ministerium idoneis ac dignis, fiet altero quoque anno in Episcoporum cuiusque ecclesiasticae Provinciae Conventu: de eoque participabunt cum Rev.mo Metropolitano Episcopi Suffraganei universi, nec non Vicarii Capitulares, dummodo episcopali caractere sint insigniti.

2. Quapropter, congruo temporis spatio ante eundem Conventum, omnes et singuli Episcopi proprio Metropolitano vel, si qua Metropolitana sedes vacat, Episcopo antiquiori promotione ad Ecclesiam suffraganeam sacerdotum nomina indicabunt, quos dignos episcopali ministerio existimabunt.

Nihil tamen vetat hos inter alterius etiam dioecesis vel provinciae sacerdotes proponi: sub gravi tamen exigitur ut qui proponitur personaliter et ex diuturna conversatione a proponente cognoscatur.

3. Una cum nomine, aetatem quoque candidati, eius originis et actualis commorationis locum, officium quo principaliter fungitur et praecipua quibus functus est, semper designabunt.

4. Antequam determinent quem proponant, tam Archiepiscopus quam Episcopi poterunt a viris ecclesiasticis prudentibus necessarias notitias inquirere, ita tamen ut finis huius inquisitionis omnino lateat.

5. Nomina quae Archiepiscopus et Episcopi proposuerint cum solo Nuntio Apostolico, eum in finem ut S. Sedem de re certiorem faciat, communicare debebunt, aliique praeter eum nemini, neque directe neque indirecte, graviter super hoc conscientia Praesulum onerata.

6. Metropolitanus vel, vacante Sede metropolitana, antiquior Episcopus , habitis a Suffraganeis candidatorum propositionibus, suas adiiciat; omnium indicem ordine alphabetico conficiat, et, reticitis proponentibus, hanc notulam trasmittat singulis Antistitibus, qui iuxta art. 1 coetui interesse debent, ut hi opportunas investigationes peragere valeant de qualitatibus eorum quos personaliter et certa scientia non cognoscant.

7. In huiusmodi investigationibus Antistites maxima cum secreti cautela procedent; quod, si vereantur rem palam evasuram, ab ulterioribus inquisitionibus abstineant.

8. Die et loco a Metropolitano vel seniore Episcopo Suffraganeo determinandis, omnes Antistites convenient ad seligendos eos qui S. Sedi ad episcopale ministerium sunt proponendi.

9. In Conventu, invocato Divino auxilio, praestandum erit a singulis, Praeside non excepto, iusiurandum de secreto Sancti Officii servando, ut sacratius fiat vinculum quo omnes adstringuntur. Post haec, regulae ad faciendam electionem erunt legendae.

10. His peractis, ad disceptationem procedetur, ut inter exhibitos seligantur digniores et aptiores. Hoc tamen veluti Christo praesente fiat et sub Eius obtutu, omni humana consideratione postposita, cum discretione et caritate, nec non divina gloria, supremo Ecclesiae bono, animarumque salute tantum ob oculos habitis, conscientiaque propria, quemadmodum Episcoporum proponentium, sub gravi onerata.

11. Candidati maturae, sed non nimium provectae aetatis esse debent, prudentia praediti in agendis, quae sit ex ministeriorum exercitio comprobata: sanissima et non communi doctrina exornati, et cum debita erga Apostolicam Sedem devotione et dilectione coniuncta; maxima honestate vitae et pietate insignes: a politicis demum factionibus omnino et quovis sub aspectu alieni. Attendendum insuper erit ad peritiam candidati quoad temporalem bonorum administrationem, ad conditionem eius familiarem, ad indolem et valetudinem. Uno verbo, videndum utrum omnibus iis qualitatibus polleat, quae in optimo pastore requiruntur, ut cum fructu et aedificatione populum Dei regere queat.

In proferendis notitiis de singulis candidatis, Antistites declarent an propria scientia vel ex auditu referant.

12. Disceptatione de unoquoque candidato plena et diligenti peracta sequetur scrutinium iuxta normas quae sequuntur:

a) Qui omnium praesentium sententia, quavis de causa visi sint in disceptatione ex numero proponendorum expungendi, ii in suffragium non vocabuntur; de coeteris *etiam probatissimis*, suffragium feretur.

b) Candidati singuli ordine alphabetico ad suffragium proponentur: suffragia secreta erunt.

c) Pro singulis candidatis tribus taxillis seu calculis Praesules utentur: albo scilicet, nigro, tertioque alterius cuiuscumque coloris: primum ad adprobandum, alterum ad reprobandum, tertiam ad abstentionem indicandam.

d) Omnes, Praeside praeeunte, in urna ad hunc finem disposita taxillum deponent, quo suum quisque iudicium, *coram Deo et graviter onerata conscientia*, de sacerdote qui in suffragium vocatur, ferant. Reliquos taxillos binos in altera urna, pariter secreto, deponent.

e) Suffragiis expletis, Praeses, eo adstante qui a Secretis munere fungatur, taxillos et eorum speciem coram omnibus numerabit, scriptoque adnotabit.

13. Scrutinio de omnibus peracto, liberum erit Rev.mis Praelatis, si id ipsis placeat aut aliquis eorum postulet, ut inter approbatos plenis aut paribus suffragiis novo scrutinio designetur quinam sit praeferendus. Ad hunc finem singuli suffragatores nomen praeferendi in schedula adnotabunt, eamque in urna deponent; schedularum autem examen fiet ut supra (art. 12 litt. *e*) decernitur. Schedulae postea comburantur aut aliter destruentur.

14. Quamvis vero Summus Pontifex sibi reservet, dioecesi vel archidioecesi aliqua vacante, per Nuntium Apostolicum, aliove modo, opportuna consilia ab Episcopis vel Archiepiscopis requirere, ut personam eligat quae inter approbatas magis idonea videatur, dioecesi illi regendae: nihilominus fas erit Sacris Antistitibus in ipso Conventu indicare, generali saltem ratione, cuiusnam naturae dioecesi hunc aliumve candidatum magis idoneum censeant: e. g., utrum maiori vel minori, ordinatae, ac tranquillae, an quae difficultates prae se ferat, vel in qua plura sint ordinanda aut creanda: utrum dioecesi mitioris aeris et facilis commeatus, et alia huiusmodi, et quibus de causis.

http://www.obrascatolicas.com

15. Antistes a secretis, discussione durante, diligenter adnotabit quae de singulis candidatis a singulis suffragatoribus dicentur: quaenam discussionis fuerit conclusio; denique quinam tum in primo scrutinio, tum in secundo (si fiat) fuerit exitus, et quidnam specialius iuxta art. 13 fuerit dictum.

16. Metropolitanus et Episcopi a Conventu ne discedant antequam ab Antistite Secretario lecta fuerit relatio ab eodem confecta circa nomina proposita, candidatorum qualitates et obtenta suffragia, eamque probaverint.

17. Actorum exemplar ab omnibus praesentibus subsignandum (tutiori modo nullaque interposita mora ad Sacram Congregationem pro negotiis Ecclesiasticis extraordinariis, per Nuntium Apostolicum, mittetur: Acta vero ipsi Nuntio Apostolico confestim tradantur, penes Nuntiaturam Apostolicam in archivo secretissimo Sancti Officii servanda.

18. De caetero, fas semper erit tum Rev.mis Metropolitanis, tum caeteris Episcopis, Sede aliqua, praesertim maioris momenti, vacante, litteras Sacrae huic Congregationi vel ipsi Ss.mo Domino conscribere, quibus mentem suam circa personarum qualitates sive absolute, sive relate ad provisionem dictae sedis, patefaciant.

* REDC 31 (1975) 155-157. Adn. V. M. ARBELOA in REDC 31 (1975) 143-149.

4108

1940 NOV 9.-SC RELIGIOSORUM, RESCRIPTUM. PART.*

Facultas datur sodalibus Sacri Ordinis Cisterciensis ut, non obstante voto sollemni paupertatis, possint acquirere, retinere et administrare bona temporalia

PRECES – *Beatissime Pater*, Abbas Generalis S. Ordinis Cisterciensis, ad pedes S. V. provolutus, humiliter rogat, ut omnes sodales S. Ordinis Cisterciensis solemniter professi utriusque sexus Monasteriorum, sub gubernio Germanico constitutorum, non obstante voto sollemni paupertatis, valide ac licite bona acquirere, retinere, administrare ac de iisdem disponere possint, dummodo cum debita licentia Superiorum id faciant, atque tuta conscientia etiam cum iureiurando asserere valeant, se ad normam legum civilium verum dominium bonorum a se possessorum acquirere una cum iure de iisdem disponendi.

Et Deus, etc.

RESCR. – Vigore facultatum a Ss.mo Domino Nostro concessarum, S. Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium praeposita, attentis expositis, benigne annuit pro gratia in omnibus iuxta preces. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, die 9 novembris 1940. – Vincentius Card. LA PUMA, *Praefectus*. Fr. H. L. Pasetto, *Secretarius*.

† Prot. N. 8115-40: Oesterreichsche Archiv für Kirchenrecht 25 (1974) 278-279. Adn. B. PIRMETSCHOFER in Oester. Archiv f. K. R. 25 (1974) 274-278.

4109

1947 NOV 6. - SC pro RELIGIOSIS, LITT. CIRC. PART.*

Normae, etiam poenales, statuuntur circa religiosos commercium illicitum et operationes oeconomicas contra canones exercentes

Circa il commercio illecito e le operazioni finanziarie e valutarie

I. Le gravi conseguenze economiche della guerra, che con le sue distruzioni e la diminuita produzione ha impoverito gli Stati e gli individui, non si fanno meno sentire negli Istituti religiosi. Mantenuti dalla carità dei fedeli o da lasciti di più benefattori, essi hanno veduto assottigliarsi di giorno in giorno le loro risorse e ridursi gradualmente il potere di acquisto degli scarsi redditi che finora li avevano sostentati.

I religiosi, per il loro stesso genere di vita, non hanno potuto perequare le loro entrate con le crescenti necessità delle spese. E se maggiori sono state le privazioni, essi hanno acquistato un merito più grande dinanzi a Dio.

II. Tuttavia quell'affievolimento dei sentimenti morali, religiosi e giuridici, che facilmente tien dietro ai grandi cataclismi sociali, non hanno mancato purtroppo di influire anche sulla vita dei Religiosi. Sicché alcuni, preoccupati dalle necessità quotidiane e oppressi da oneri ingenti di ricostruzioni, per agevolare la vita stessa dei loro Istituti, hanno creduto, indulgendo alquanto alla prudenza umana, di mettersi anch'essi nei traffici del mondo. Ma, inesperti degli affari, ignari spesso delle precise disposizioni di legge, sono rimasti talvolta vittime dei più scaltri e in alcuni casi hanno finito con far la figura di malfattori.

Come tutto ciò riesca di scandalo ai fedeli, di detrimento all'onore ed alla venerazione di cui lo stato religioso è giustamente circondato, e possa anche essere sfruttato, specialmente in questi tempi, come arma di lotta contro la Chiesa, non è chi non veda.

III. Onde è che la Santa Sede, tutrice della santità dello stato religioso, del bene delle anime e dell'onore della Chiesa, ha dovuto, con dolore, prendere adeguati provvedimenti contro quei Religiosi che, violando i sacri canoni e le legittime disposizioni civili, si sono dati ai traffici del mondo all'insaputa dell'Autorità ecclesiastica, come è stato peraltro opportunamente precisato (cfr. l'*Osservatore Romano*, 13 luglio 1947).

IV. Ma poichè è dovere di ogni saggio governo non solo punire il male commesso, ma anche prevenirlo, la Santa Sede ritiene opportuno di richiamare su questo punto l'attenzione di tutti i Religiosi, specialmente dei Superiori, e inculcare l'esatta osservanza delle leggi canoniche e delle proprie costituzioni. Sarebbe infatti assai deleterio, anzi esiziale per la vita religiosa, se allo spirito di fede e ai criteri soprannaturali, si sostituissero calcoli ed accorgimenti umani.

V. Gli Apostoli abbandonarono perfino le reti per seguire il Signore: *At illi continuo relictis retibus, secuti sunt eum* (*Matt.* 4, 20). E non mancò loro, per questo, il necessario: *Quando misi vos sine sacculo, et pera, et calceamentis, numquid aliquid defuit vobis?* (*Luc.* 22, 35).

Il Signore ci esorta a non preoccuparci eccessivamente delle cose materiali che ci occorrono: *ne solliciti sitis animae vestrae quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini* (*Matt.* 6, 25). Dio che nutre gli uccelli dell'aria e veste i gigli del campo con uno sfarzo che non ebbe nemmeno Salomone nell'apogeo della sua gloria, non prenderà cura di voi, uomini di poca fede? Non vi preoccupate dunque del vitto e del vestito: queste cose le cercano le persone del mondo: *Haec omnia gentes inquirunt* (*Matt.* 6, 32). Cercate innazi tutto il regno di Dio e la sua giustizia, e tutte queste cose vi si aggiungeranno: *Quaerite ergo primum regnum Dei, et justitiam ejus: et haec omnia adiicientur vobis* (*Matt.* 6, 33).

Chi lascia tutto per il Signore avrà il centuplo e la vita eterna: *Centuplum accipiet, et vitam aeternam possidebit* (*Matt.* 19, 29).

VI. Ora i Religiosi hanno fatto espressa rinunzia ai beni della terra per corrispondere alla loro santa vocazione. Le persone consacrate al Signore non devono occuparsi degli affari del mondo: *Nemo militans Deo implicat se negotiis saecularibus* (*II Tim.* 2, 4). Chi, dopo aver posto mano all'aratro si volgesse indietro, non sarebbe atto al regno dei cieli (*Luc.* 9, 62) e meriterebbe il rimprovero dell'Apostolo: *Sic stulti estis, ut cum spiritu coeperitis, nunc carne consummemini?* (*Gal.* 3,3).

Le preoccupazioni mondane rendono sterile la voce di Dio: *sollicitudo saeculi istius, et fallacia divitiarum, suffocat verbum, et sine fructu efficitur* (*Matt.* 13, 32). L'avidità dei beni terreni toglie la pace dell'anima, porta con sè molti dolori espone alla rovina: *Radix enim omnium malorum est cupiditas; quam quidam appetentes errraverunt a fide, et inseruerunt se doloribus multis* (*I Tim.* 6, 10).

Perciò il Signore vuole che non confidiamo nelle ricchezze del mondo, che possono venire meno, ma in Lui, che non ci farà mancare il necessario: *neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo qui praestat nobis omnia abunde ad fruendum* (*I Tim.* 6, 17).

VII. Così hanno fatto i Santi, i quali sono vissuti poveri, anche quando hanno visto passare per le loro mani ingenti tesori, affidati loro dalla Provvidenza.

S. Benedetto ordinò ai suoi monaci di pregare e lavorare: *Ora et labora: hoc Benedictinorum signum nonne augusta brevitate continet et refert quod totius humanitatis et cultus lex est et fundamentum? Praeceptum Dei est ut oremus; praeceptum Dei est ut laboremus, et utrumque in Ipsius laudem et in nostram mentium et corporum perfectionem peragere jubemur* (*Omelia* del Sommo Pontefice Pio XII in onore di S. Benedetto, 18 agosto 1947).

S. Francesco sposò la povertà, e gli Ordini francescani vivono di elemosine, tanto che i beni di cui essi godono sono di proprietà della Santa Sede (can. 582, 2°). S. Gaetano Thiene prescrisse ai suoi Chierici Regolari che nemmeno chiedessero

l'elemosina, ma si contentassero di ciò che fosse loro offerto spontaneamente. S. Benedetto Cottolengo volle che i suoi Religiosi, pur dovendo provvedere a spese immense, non tenessero nemmeno una sistematica amministrazione, perchè più chiara apparisse l'opera della Divina Provvidenza.

La decadenza della vita religiosa è prossima quando si comincia a venir meno alla povertà.

VIII. La Chiesa non le sue norme morali e giuridiche vieta l'illegittimo acquisto dei beni terreni e vuole che i Religiosi tengano da essi distaccato il cuore.

La morale cristiana condanna ogni forma di guadagno illecito, non giustificato da conveniente lavoro. L'alea della speculazione è poi particolarmente proibita perchè espone individui, famiglie ed istituzioni alla rovina.

IX. Il Codice di diritto canonico vieta ai Chierici ed ai Religiosi ogni forma di commercio, e commina pene contro i trasgressori: *" Prohibentur clerici per se vel per alios negotiationem aut mercaturam exercere sive in propriam sive in aliorum utilitatem"* (can. 142). *"Clerici vel religiosi mercaturam vel negotiationem per se aut per alios exercentes contra praescriptum canonis 142, congruis poenis pro gravitate culpae ab Ordinario coerceantur"* (can. 2380).

X. La responsabilità penale (can. 2210 § 1, 1°) è personale; riguarda l'autore del delitto e i suoi complici (can. 2209, §§ 1-4). Chi abbia concorso al delitto mancando ai doveri del suo ufficio è tenuto solo a rispondere di tale mancanza (can. 2209, § 6); ma la detta mancanza, come anche la partecipazione ai vantaggi del delitto o la protezione del delinquente possono costituire una vera e propria complicità, se sia compiuta con precedente espressa o tacita intesa (can. 2209 § 7).

XI. La responsabilità civile (can. 2210 § 1, 2°) al contrario risale a tutti quelli che con dolo o con colpa hanno contribuito a recare il danno, anche quando il fatto non raggiunga il previsto grado di imputabilità penale.

E' vero che il Codice chiaramente esime dalla responsabilità gli Istituti religiosi, per le obbligazioni che un religioso abbia contratto senza il dovuto permesso: *"Si contraxerit religiosus sine Superiorum licentia, ipsemet respondere debet, non autem religio aut provincia aut domus"* (can. 536 § 3). Ma questa norma evidentemente riguarda gli atti leciti (*obligationes ex contractu vel quasi-contractu*). Per gli atti illeciti (*obligationes ex delicto vel quasi-delicto*) non si può ordinariamente parlare di debito permesso, ma bisogna stabilire la causalità del danno. Il quale può derivare da dolo o da colpa, cioè da negligenza circa gli effetti dannosi delle proprie azioni. E questa negligenza può essere positiva o negativa (*in faciendo, in non faciendo*) e esplicarsi in vario modo (*in eligendo, in vigilando*, ecc.). Vi è dunque tutta una sfera di colpa extra-contrattuale della quale bisogna rispondere.

E su questa si richiama particolarmente l'attenzione dei Superiori e delle Superiore religiose; i quali pertanto, se con la loro negligenza lasciano avventurare i sudditi in affari pericolosi, non rivedendo regolarmente i conti del loro Istituto, non vigilando sulla condotta dei loro dipendenti o compiono altre simili omissioni, tollerando perfino che gli utili di illecite operazioni vadano a vantaggio della propria casa, possono assumere gravissime responsabilità per sè e per i loro Istituti.

XII. Oltre le leggi canoniche, i Chierici ed i Religiosi devono tener presente quanto il Codice canonico prescrive circa le leggi civili, particolarmente quelle relative ai contratti: *"Quae jus civile in territorio statuit de contractibus tam in genere quam in specie, sive nominatis, sive innominatis, eadem jure canonico in materia ecclesiastica iisdem cum effectibus serventur, nisi juri divino contraria sint aut jure canonico aliud caveatur"* (can. 1529).

XIII. A garantire pertanto l'osservanza di tutte le legitime disposizioni su tale materia, per augusta volontà del Sommo Pontefice è severamente proibito a tutti i Religiosi e le Religiose, nonchè ai membri delle Società con vita comune senza voti (can. 673 ss.), di esercitare il commercio sotto qualsiasi forma, anchè per interposta persona; e di compiere operazioni valutarie e finanziarie di qualsiasi natura senza l'autorizzazione dei legittimi Superiori a norma delle Costituzioni, col consenso del proprio Capitolo o Consiglio manifestato con segreti suffragi e, quando si tratti di monache o di religiose di diritto diocesano, senza l'autorizzazione scritta dell'Ordinario del luogo e del Superiore regolare se il monastero delle monache sia a lui soggetto (cfr. can. 534 § 1), i quali Superiori, prima di concedere la detta autorizzazione, sono gravemente obbligati in coscienza ad assicurarsi, udito anche il parere di persone competenti, che l'operazione valutaria o finanziaria non si oppone alle legittime civili disposizioni. Fermo l'obbligo di ricorrere alla Santa Sede nei casi stabiliti dal diritto canonico. E pertanto:

1) I Religiosi che esercitano il commercio, anche per interposta persona, devono essere destituiti dal loro ufficio (can. 2298, 6°) e privati della voce attiva a passiva (can. 2291, 11°), salva l'applicazione di altre pene stabilite dal diritto comune.

2) I Religiosi che compiano operazioni valutarie o finanziarie senza l'autorizzzazione di cui sopra sono, per il fatto stesso, personalmente interdetti (can. 2275), e nei casi più gravi devono essere ridotti allo stato laicale (can. 213 § 1) e privati dell'abito ecclesistico (can. 2298, 11°).

3) I Superiori che per loro negligenza non abbiano impedito le violazioni di cui ai nn. 1 e 2, devono essere deposti dal loro ufficio (can. 2298, 6°) e dichiarati inabili ad ogni ufficio direttivo e amministrativo del proprio Istituto (can. 2298, 5°).

XIV. La Santa Sede ha fiducia che i Religiosi, compresi dello spirito di povertà proprio del loro stato, del dovere di custodire gelosamente l'onore della Santa Chiesa e del proprio Istituto, osserveranno le precedenti disposizioni non per il timore delle pene, ma per il sentimento di amorevole e pronta obbedienza che tutti i Cristiani, ma specialmente quelli che il Divin Redentore ha legati a sè con i vincoli della santa vocazione, debbono nutrire verso la Sede Apostolica. - Luigi Card. LAVITRANO, *Prefetto*. Fr. Luca E. Pasetto, *Segretario*.

* Moderatoribus Supremis Institutorum religiosorum, Prot. N. 1508/47: e follis eiusdem S. Congregationis.

4110

1947 NOV 19.- SIGNATURA APOST., RESP. PART.*

In excutiendis testibus per litteras rogatorias praesentia Notarii semper requiritur, facta tamen facultate adhibendi virum quemlibet laicum, dum praesentia Defensoris vinculi modo a iure praeviso definiri potest

Romae, die 19 novembris 1947

Em.me ac Rev.me Domine mi Obs.me, Sacra Congregatio Consistorialis remisit huic Supremo Tribunali Signaturae Apostolicae supplices litteras quibus Eminentia Tua sub die 15 iunii 1947 a Summo Pontifice petebat ut, peculiaribus attentis adiunctis in quibus modo versatur ista Administratio Apostolica (Caminensis, Lubucensis, ac Praelatura nullius Pilensis) Gorzów, indulgeretur facultas expediendi in causis matrimonialibus testium excussionem, quae forte per litteras rogatorias faciendae sint, sine Defensore Vinculi ac sine Notario, saltem pro iis locis, in quibus normae iuris canonici ad rem vigentes "hodie ob penuriam sacerdotum necnon difficultates communicationis applicari nullo modo queunt".

Quibus super litteris Supremum hoc Tribunal in Congressu diei 6 novembris currentis decrevit:

1) Quod ad absentiam Notarii *negative*; posse tamen Ordinarium sacerdoti ad testium excussionem per rogatorias delegato potestatem facere assumendi in loco pro sua prudentia ad munus Notarii ea tantum vice obeundum virum quemlibet, laicum quoque, si forte sacerdotis idonei copia plane desit.

2) Quoad autem absentiam Defensoris Vinculi posse difficultatibus ita prospici: vinculi apud ordinarium tribunal Defensor, quatenus intervenire ad excussionem testis nequeat, articulos interrogatorii sedulo praeparatos mittere poterit ad iudicem delegatum testi ab eodem proponendos atque una cum responsionibus ad tribunal remittendos; quibus vero peractis, Vinculi Defensor sese gerat ad normam can. 1587 § 2.

Sanctissimus autem Pius divina Providentia Papa XII in audientia mihi die 11 currentis mensis impertita decisionem Congressus benigne adprobavit.

Et eidem Eminentiae Tuae, manus deosculatus, me protiteor addictissimum. - M. Card. MASSIMI, *Praefectus*.

* Archiepiscopo Varsaviensi, Prot. N. 966/497/C.P.: Documenta recentiora circa rem matrimonialem et processualem, vol. II, Romae 1980, p. 101-102. Adn. J. GLEMP in Prawo Kanoniczne 14 (1971) 169-225.

http://www.obrascatolicas.com

4111

1948 IUN 4.-SC S. OFFICII, RESPONSUM. PART.*

Matrimonium illius qui utriusque epididymi exstirpatione laborat non est impediendum

Dubium – An permittendum sit matrimonium non obstante utriusque epididymi exstirpatione in viro?.

Resp. – In casu Alberti Lamy matrimonium non esse impediendum.

* Ordinario Nannatensi: F. M. CAPPELLO, **Tractatus canonico-moralis de Sacramentis**, vol. V - **De matrimonio**, Marietti 1961, n. 342 p. 326. Episcopus sequentia exposuerat in litteris diei 2 Ian. 1948: "Remanent testiculi cum secretione interna; virga, ut moris est, erigitur, et liquidum quoddam, ad modum spermatis (non vero, si credas medico, testiculis elaboratum, sed prostata vel aliis glandulis), etiam nocte, emittit; et ita, exterius, a viro bene constituto iuvenis ille non secernitur".

4112

1950 FEB 9. - SC RELIGIOSORUM, LITT. CIRC. PART.*

Normae dantur ad recte utiliterque compilandam formulam "Relationis quinquennalis" et " Relationis annualis" Sacrae Congregationi pro religiosis mittendae

Roma, 9 febbraio 1950

Ai Rev.mi Superiori e Rev.me Superiore Generali, In data 9 luglio 1947 il Santo Padre si degnava approvare il decreto *Cum transactis* della S. C. dei Religiosi circa la nuova formula delle Questioni alla quali tutte le Religioni di diritto pontificio e diocesano devono rispondere nella Relazione *quinquennale*.

Tale decreto veniva pubblicato dagli *Acta Apostolicae Sedis* al volume XL, 1948, pp. 278-381 e venne aggiunto anche al nuovo formulario, ormai pronto per la distribuzione nell'Archivio della S. Congregazione.

Nello stesso decreto (n. IX) si imponeva anche una Relazione *annuale* a scopi statistici, da compilarsi secondo gli schemi che la S. Congregazione avrebbe inviato. Anche questi schemi sono stati stampati e verranno inviati ad ogni Religione, mentre coloro che hanno case o rappresentanti o agenti in Roma potranno direttamente ritirarli presso l'archivio della S. Congregazione.

Per rendere più facile la compilazione delle risposte a questi schemi questa S. Congregazione crede opportuno dare le seguenti norme:

I. Nel compilare la *Relazione quinquennale*, tenendo presente le avvertenze premesse al questionario, non è necessario riportare il testo della domanda, ma basta premettere alla risposta il numero che la domanda porta nel questionario.

Il tempo nel quale si deve inviare la Relazione quinquennale rimane in sostanza quello stabilito fin dal 1922 e nuovamente riportato nel Decreto, annesso in calce al questionario.

II. La *Relazione annuale* ha specialmente scopo statistico, occorre quindi precisione somma e aggiornamento dei dati al 31 dicembre dell'anno precedente quello in cui si manda la relazione.

Conformemente al decreto, la Relazione annuale è indipendente da quella quinquennale, e anche dallo schema che in questa è stato annesso. Contiene schemi propri e domande particolari.

Contrariamente a quanto viene fatto per le risposte alle domande per la relazione quinquennale, la relazione annuale deve essere fatta sugli stessi schemi in quanto la risposta va scritta sui fogli ricevuti e questi devono essere inviati direttamente alla S. Congregazione dai Superiori Generali di ogni Religione.

Gli schemi non riguardano tutte le Religioni allo stesso modo; ogni Religione dovrà rispondere secondo le proprie attività riempiendo i fogli che interessano direttamente il fine suo proprio.

Le lingue da usarsi possono essere quelle della Relazione quinquennale e cioé: il latino per le Religioni clericali; le lingue francese, inglese, italiana, portoghese, spagnola e tedesca per le Religioni laicali.

Il periodo dei dati da registrarsi nella Relazione annuale deve essere compreso tra il primo gennaio e il 31 dicembre; in alto a destra degli schemi, dove è richiesto l'anno, si deve scrivere l'anno al quale i dati si riferiscono, non l'anno dell'invio della Relazione.

Dei dati statistici, case, persone, opere, si facciano sempre le somme parziali secondo le varie divisioni e anche le somme totali, facendo risaltare mediante una linea le somme totali da quelle parziali.

La Relazione annuale deve esssere inviata entro i primi tre mesi dell'anno iniziato seguente a quello del quale si riferiscono i dati: per esempio i dati del 1950 si devono inviare entro i primi tre mesi di gennaio-marzo 1951.

L'obbligo inizia dal 1951, entro i cui tre mesi di gennaio-marzo si devono inviare i dati del 1950 aggiornati al 31 dicembre.

Per la compilazione dei singoli schemi, allo scopo di avere un unico indirizzo, è bene osservare quanto segue:

Copertina: Alla voce "Dioecesis" si scriva il nome della diocesi attuale ed anche il nome della diocesi anteriore, qualora la Curia Generalizia sia stata trasferita recentemente.

Retrocopertina: Nello specchietto sinottico si riassumono diligentemente i dati complessivi richiesti.

I Schema: alla voce "fondatore", si scriva in parentesi la data di nascita e di morte del fondatore.

II Schema: alla voce "Status domorum I" tutte le Religioni devono rispondere, tanto quelle che sono divise in provincie come le altre che non lo sono. Occorre inoltre ricordare che *non si richiede l'elenco di tutte le case* di ogni nazione, ma solo il numero complessivo di esse. A tale scopo si scriva una sola nazione per ogni riga e si riempiano le quattro caselle sempre in rapporto al numero complessivo delle case nella nazione stessa.

L'ordine delle nazioni sarà l'ordine alfabetico secondo la lingua nella quale viene riempito il foglio. Tutte le nazioni poi siano raggrupate nelle cinque parti del mondo anche in ordine alfabetico: Africa, America, Asia, Europa, Oceania.

La voce "domus" va intesa nel senso di una casa giuridicamente eretta, sia essa formata, come non formata; se però in uno stesso fabbricato vi sono più sezioni o comunità divise, per esempio: casa generalizia, noviziato, probandato, ecc., tale fabbricato sarà considerato una "domus" unica.

III Schema: alla voce "status domorum II" devono rispondere solo le Religioni che hanno la divisione in provincie, intendendo per provincie le parti giuridicamente divise dalla Religione, a norma del Codice, anche se hanno altri nomi, quali ispettorie, ecc., purchè i Superiori siano veri Superiori Maggiori. Nelle provincie vengono anche comprese le quasi-provincie giuridicamente stabilite. Le divisioni che non costituiscono un organismo separato, ma che son fondate nelle sole delegazioni o commissioni personali fatte dal Superiore Maggiore immediato, non sono comprese tra le Provincie.

Anche nella compilazione di questo schema si esige solo il nmero complessivo.

L'ordine delle provincie segua l'ordine alfabetico secondo la loro denominazione nella Religione, raggrupandole secondo le nazioni dove geograficamente esiste la maggior parte delle provincie e sempre dentro l'ordine alfabetico delle nazioni e parti del mondo.

Nell'espressione "ambitus territorialis" si deve indicare brevemente la nazione o parti di nazioni o regioni geografiche ecc., che ogni provincia comprende.

IV e V Schema: anche in questi schemi si intende richiedere il numero complessivo delle persone di ogni nazione o provincia. La voce "primae classis" segue come criterio di divisione il criterio comune, nel senso che nelle religioni clericali prima classe è quella dei sacerdoti, seconda classe qualla dei laici; nelle religioni laicali prima classe sono le classi dirigenti, seconda classe le inservienti.

Le Religioni che hanno una sola classe riempiranno solo la casella "primae classis".

Per la registrazione dei membri alle varie nazioni o provincie o case, si segua il criterio dell'ascrizione giuridica che un religioso ha di fatto secondo le norme del proprio Istituto. La nazionalità originaria non ha interesse se è assorbita dall'ascrizione giuridica.

La voce novizi comprende solo i religiosi che a norma delle Costituzioni possono essere detti tali in senso canonico.

VI Schema: tale schema è obbligatorio solo per le Religioni divise in provincie, per le altre basta aver compilato i fogli precedenti.

VII Schema: anche in tale schema si intende richiedere il numero complessivo. Lo schema è diviso in due parti:

Prima parte: "cura infirmorum" con quattro divisioni orizzontali; la voce "quot" richiede il numero complessivo delle opere indicate dalle divisioni orizzontali, mentre la voce "religiosi addicti" richiede il numero complessivo dei religiosi addetti a tali opere.

Seconda parte: "Asyla", con tre caselle, nelle quali sotto la voce "quot" si richiede il numero complessivo delle opere ed alla voce "degentes" quanti ammalati o assistiti complessivamente, mentre la voce "quaenam" richiede la qualitá delle persone assistite, indicando anche altre specie eventuali non segnate nella casella.

Nell'enumerazione di tali persone si segua l'ordine delle nazioni nelle varie parti del mondo secondo l'ordine alfabetico, come è stato detto sopra.

VIII Schema: questo schema è solo per le Religioni clericali. Esso richiede sempre il numero complessivo per nazione o per provincie.

IX Schema: lo schema si riferisce alle sole Religioni che hanno scuole per estranei, cioè non aspiranti alla religione stessa. La voce "domus" in questo schema significa collegio, ecc., nel senso che si domanda quanti collegi sono proprietà della Religione e quanti non lo sono, pur essendo retti o in uso o nei quali fanno scuola membri della Religione; inoltre si intende parlare di collegi, scuole, ecc., in senso proprio benchè non siano sempre riconosciuti dallo Stato.

Se in uno stesso fabbricato vi siano tipi d'insegnamento inferiore, medio, superiore e professionale, questi vanno considerati come altrettanti collegi, scuole, ecc. Pertanto nell'elenco si metta il numero complessivo delle scuole o collegi elementari, medi, superiori o professionali di ogni nazione disposta alfabeticamente come è stato detto sopra.

La rubrica "scholae professionales" ha sotto di sè due caselle: nel caso che la specificazione delle scuole sia più di una, si riducano tutte a due denominazioni comuni, secondo si tratti di "scuole di arti e mestieri" e di scuole "commerciali, normali, ecc.".

Qualora fosse difficile raggruppare le varie scuole professionali si elenchino in una sola casella; accennando in parentesi, dopo i numeri, di quali attività si tratta almeno in generale.

La voce "media" si riferisce alle scuole di tipo ginnasio liceo, baccalaureato, mittelschule Gynnasium, High School, Humanités anciennes modernes, ecc.

La voce "elementaria" si riferisce agli studi inferiori e quella "superiora" agli studi superiori di tipo accademico universitario.

X Schema: la voce "gradus interni" si può riferire a tutti i gradi propri della Religione; basta che nelle caselle verticali siano specificati.

Nella casella "gradus facult. et Institut. civilium" si mettano tutti i gradi che sono stati acquisiti anche se non sono di tipo universitario ma di grado inferiore, come diploma di infermiere, caposala, ecc.

Nell'elenco dei membri che hanno i gradi accademici si numerino complessivamente quelli che hanno acquistato il grado, il diploma entro il 31 dicembre dell'anno in cui si dà la relazione. Il numero complessivo dei membri di tutta la Religione che hanno gradi o diplomi acquistati in tutti gli anni precedenti sia posto in parentesi in una riga sotto il numero di quelli che hanno acquistato tali gradi nell'anno.- Luigi Card. LAVITRANO, *Prefetto*.

* E foliis eiusdem S. Congregationis.

4113

1950 MAR 1.- SC pro SACRAMENTIS, RESCR. PART.*

Normae et facultates particulares conceduntur Ordinariis locorum Poloniae servandae in causis de dispensatione super matrimonio rato et non consummato

Extraordinaria adiuncta, modo in Polonia vigentia, impossibilem fere reddere videntur transmissionem ad Sanctam Sedem universorum actorum processuum pro impetranda Pontificia dispensatione a matrimonio utpote rato et non consummato confectorum : quapropter enixe postulavit Exc.mus Archiepiscopus Gnesnensis, Poloniae Primas, nomine omnium Poloniae Episcoporum, ut per peculiares facultates ad experimentum saltem, ad tempus concedendas, huic incommodo occurreretur.

Sacra vero Congregatio de Disciplina Sacramentorum, ut his precibus fieret satis, sequentia rata est indulgeri posse, omnino de cetero sartis tectis Regulis et Normis a Sacra hac Congregatione de Disciplina Sacramentorum traditis die 7 maii 1923 (AAS vol. XV, pp. 389 ss.) et die 27 martii 1929 (AAS vol. XXI, pp. 490 ss.) necnon servato Decreto S. Congr. S. Officii, edito die 12 Iunii 1942 (AAS vol. XXXIV, pp. 200 ss.) aliisque omnibus praescriptis, quae talium processuum confectionem moderantur; iis tamen sub peculiaribus legibus:

1) Antequam quilibet processus instituatur, Episcopus competens facultatem impetret ab Exc.mo Poloniae Primate, qui in ea concedenda se gerat ad tramitem nn. 1-12 "Regularum" Sacrae huius Congregationis diei 7 maii 1923.

2) Poloniae Primas, tres ecclesiasticos viros scientia canonica, integritate vitae prudentiaque conspicuos, seligat, qui sibi sint adiutorio in studio processuum de quibus agitur, qui nempe votum suum valeant promere iuxta rei veritatem sive circa factum adsertae inconsummationis sive circa existentiam causarum sive circa scandalum a concessione dispensationis forte oriturum, de qua re votum Episcopi dioecesani semper requiritur. Tribus addendus est etiam alius ecclesiasticus vir, qui defensoris vinculi munere fungatur, quique iisdem qualitatibus ac praedicti praefulgeat.

Hi omnes antequam suo munere fungi incipiant, coram Exc.mo Primate iusiurandum praestent de officio rite et fideliter obeundo necnon de secreto servando.

3) Acta cuiuslibet processus, iuxta praesciptas normas a qualibet Curia Poloniae peracti, mittantur, una cum voto latine exarato Episcopi dioecesani, et cum animadversionibus defensoris vinculi eiusdem dioecesis, ad Exc.mum Poloniae Primatem, qui fasciculum tradet defensori vinculi, prouti supra designato, ut animadversiones suas pro vinculo quamprimum latine redigat.

4) Quando hae animadversiones praesto sint, Exc.mus Primas easdem cum actibus universis transmittat singillatim tribus supradictis sacerdotibus, qui, post diligens actorum studium, seorsim singuli, nemine consulto et *secreto*, votum suum pro rei veritate latine redigant cum rationibus in iure et in facto ob quas ad suas conclusiones devenerunt.

5) Si tria vota, unanimiter pro concessione dispensationis concluserint, tunc Primas, votum suum latine redigat, in quo, prae oculis habitis Regulis Sacrae huius Congregationis et utendo votis trium laudatorum sacerdotum, mentem suam in casu pandet, argumentis itidem innixam tam in iure quam praesertim in facto, attentis etiam animadversionibus vinculi defensorum, quibus, si expediat, respondere ne omittat. In voto contineri debent coniugum testiumque in causa iuratarum depositionum peritiarumque *excerpta*, quae adsertum factum inconsummationis directe respiciant, quaeque a vernacula lingua rite exacteque sint in latinam conversa et adnotationem paginarum actorum originalium, a quibus desumpta sunt, diligenter referant.

6) Si unum, et a fortiori si duo, e supramemoratis votis sacerdotum contra concessionem dispensationis in casu concluserint, acta processus in archivo Curiae reponantur et de re notitia Sacrae huic Congregationi mittatur; nisi forte, quando unum tantum votum dispensationi adversum exstiterit, Excellentissimus Primas, actis mature perpensis, persuasum sibi habuerit utiliter postulari posse supplementum actorum a Curia quae processum confecit: quo in casu ipse Curiae dioecesanae accurata suppeditabit suppletoriae instructoriae capita. Postquam vero supplementum actorum peractum fuerit, exquirat Exc.mus Primas votum illius sacerdotis qui antea contra concessionem dispensationis concluserat, et si ipse modo votum pro concedenda dispensatione protulerit, Exc.mus Primas Relationem conficiat iuxta ea quae n. 5 statuta sunt.

7) Vota demum Episcopi dioecesani triumque laudatorum sacerdotum cum animadversionibus utriusque vinculi defensoris, Voto seu Relationi Exc.mi Primatis adnectantur et quamcitius, et quamtutius, in fasciculo religata, ad hanc Sacram Congregationem mittantur, quae quidem reliqua peraget pro suo more peragenda ad iuris tramitem; non exclusa quoque facultate, si casus id suadeat, acta originalia pro pleniori eorum studio, exquirendi.

In Audientia diei 25 februarii 1950 habita ab infrascripto Cardinali Pro-Praefecto, Ss.mus Dominus Noster Pius Papa XII, praefatum indultum *ad biennium*, si tamdiu allata adiuncta perseverent, a data huius indulti computandum duraturum, ratum habere dignatus est, mandavitque ut Exc.mo Archiepiscopo Poloniae Primati notificetur executioni demandandum.

Datum Romae, ex Aedibus eiusdem Sacrae Congregationis die 1 Martii 1950. - B. Card. ALOISI-MASELLA, Episcopus Praenestinus, *Pro-Praefectus*. J. Bacci, *Secretarius*.

* Ordinariis locorum Poloniae, Prot. N. 7013/49: **Documenta recentiora circa rem matrimonialem et processualem**, vol. II, Romae 1980, p. 134-136. Adn. vide apud **Documenta recentiora** cit. p. 133-134, cum Normis exsecutivis praedicti Rescripti a Primate Poloniae editis, quarum est tenor:

Instructio Primatis Poloniae quoad trasmissionem actorum processuum super rato et non consummato

Cum transmissio ad Sanctam Sedem universorum actorum processuum pro impetranda Pontificia dispensatione a matri-

http://www.obrascatolicas.com

monio utpote rato et non consummmato confectorum nimis difficilis videatur, Ss.mus Dominus Noster Pius Papa XII precibus Nostris — nomine omnium Poloniae Episcoporum porrectis — benigne annuens, perquisitionem actorum processuum, de quibus agitur, Nobis demandavit sub peculiaribus legibus, quae in supradictae Congregationis rescripto, die 1 mensis Martii a. c. sub numero 7013/49 edito, clare determinatae fuerant.

Quapropter Nos, praefatum indultum exsequentes, tres Adiutores necnon Vinculi Defensorem — ad normam numeri 2 eiusdem indulti — rite constituimus, qui in studium processuum super rato et non consummato, a qualibet Curia Poloniae peractorum, incumberent. Omnibus vero Curiis Poloniae vi facultatis Nobis concessae sequentem in hac materia, iuxta S. Sedis praescripta, instructionem damus.

1) Facultate ad conficiendum processum super rato et non consummato a Poloniae Primate impetrata, curandum est, ut in causa instruenda adamussim observentur Regulae et Normae a Sacra Congregatione de Disciplina Sacramentorum traditae die 7 mensis Maii anni 1923 et die 27 mensis Martii 1929 necnon Decretum S. C. S. Officii editum die 12 mensis Iunii 1942.

2) Singula acta iudicialia, tum causae tum processus, in continenti *tribus* exemplaribus exarentur, si hoc *facile* possibile sit (unum exemplar sufficit).

3) Clauso processu dioecesanus vinculi Defensor animadversiones suas *latine* conficiat (in duobus exemplaribus).

4) Deinde Episcopus Dioecesanus *latine* exaret votum suum iuxta rei veritatem sive circa factum adsertae inconsummationis sive circa existentiam causarum sive circa scandalum a concessione dispensationis forte oriturum (in duobus exemplaribus).

5) Translatio actorum in linguam latinam, licet valde utilis, non est necessaria.

6) Acta cuiuslibet processus, ad normam iuris completa atque in fasciculum religata, cum indice actorum et documentorum necnon cum testificatione actuarii de eorum fideli transcriptione tradenda sunt Nobis (Warszawa. ul. Miodowa 17) in tribus exemplaribus, ut tribus Auditoribus seu Consultoribus, de quibus supra, transmittantur secundum praescripta numeri 4 memorati Sanctae Sedis indulti.

7) Oratores vel oratrices nullas informationes quoad cursum processuum a Secretaria Poloniae Primatis expetant, nisi mediante propria Curia Dioecesana. Secretaria notitiam de dispensatione concessa vel denegata cum Ordinario loci communicabit, alias informationes nemini praebere tenetur.

Gnesnae, die 30 mensis Maii Anni Sancti 1950 (**Documenta recentiora** cit. p. 136-137).

4114

1950 IUL 17. - SECRETARIA STATUS, INSTR. PART.*

Instructiones pro Dioecesium regimine et potestatis iurisdictionis continuitate tuendis in peculiaribus adiunctis extenduntur ad Sinas

Nankini, die 17 Iulii 1950

Excellentissime ac Reverendissime Domine, Litteris meis diei 19 Iunii 1949 (n. 29/4/9), Tibi in applicatione can. 429, commendabam nominationem sacerdotum, qui sede impedita, sibi invicem succederent unum post alium ut regimen Dioecesis sine interruptione continuari posset.

Nunc vero Sancta Sedes, ut obviam eat difficultatibus ab Ordinariis Sinarum propositis, sequentes speciales Instructiones, a Summo Pontifice antea pro aliis regionibus datis, etiam ad Sinas in praesentibus rerum adiunctis extendit.

" Instructiones pro Dioecesium regimine et Potestatis Iurisdictionis continuitate tuendis in peculiaribus adiunctis.

Ulteriori suggerimenti pratici:

1. E' stato suggerito che ogni Vescovo potrebbe impegnarsi a tener libero un canonicato o un mansionariato da conferire a qualcuno del personale del Seminario Regionale come contribuzione ad un equo compenso.

Se la Conferenza Episcopale Regionale ritenesse opportuno concedere al Personale del Seminario Regionale di insegnare la Religione nelle scuole statali – per ragioni di utile contatto dei docenti del Seminario con gli ambienti culturali della città, di aiuto economico ai singoli e di qualificazione dell'insegnamento stesso impartito da Sacerdoti particolamente preparati – lungi dal considerare tale possibilità come una soluzione di facilità, si dovrebbe porre una particolare cura nell'assicurare al Seminario l'assistenza educativa necessaria e la serietà della preparazione dell'insegnamento.

2. La Commissione Episcopale per i Seminari Regionali ha fatto notare che, essendo i Seminari Regionali Italiani tutti ubicati nelle Regioni Centro-meridionali, ove si trovano i Santuari di Loreto e Pompei, ed altri Santuari a carattere nazionale e regionale (Padova, Cascia, Assisi, ecc.), tra questi Santuari e detti Seminari Regionali esiste una relazione evidente.

Pertanto la Commissione Episcopale penserebbe di umiliare al Santo Padre una supplica intesa ad ottenere un congruo numero di SS. Messe di questa provenienza per dispensarle ai Vescovi che ne faranno domanda, poiché è noto che i fedeli del Centro-meridione affollano detti Santuari e richiedono tutti celebrazioni di SS. Messe: si tratta di fedeli che nelle rispettive Parrocchie hanno talvolta perduto l'abitudine di fare altrettanto.

* Ad Praesides Commissionum Episcopalium pro Seminariis Regionalibus Italiae, Prot. N. 472/66/68: **Enchiridion clericorum**, Typis Poliglottis Vaticanis 1975, p. 1499-1502.

4127

1968 NOV 7. - SC pro INSTIT. CATH., LITT. CIRC. PART.*

De constituendis peculiaribus Commissionibus "technicis" pro Seminariis deque specifica educatorum praeparatione promovenda

Romae, die 7 novembris 1968

Inter varia argumenta ... potiora etiam in memoriam revocantur incepta, ab Episcopali Synodo auspicata, ad Seminariorum reformatione in spiritu Concilii Vaticani II efficacius promovendam. Ad hunc assequendum finem vivide commendatum est, ut penes singulas Conferentias Episcopales Nationales crearentur tum Commissiones Episcopales pro Seminariis, tum peculiares Commissiones technicae, e viris in materia peritis compositae, quae Seminaria in Natione repraesentent, et modo efficaci et continuo cooperarent cum Commissione Episcopali ad tempestive solvendas principales quaestiones cum educatione sacerdotali connexas ...

... Nunc autem tertium et quidem grave munus quasi ex integro implendum nobis adhuc remanet, specifica scilicet praeparatio educatorum futuri cleri promovenda, cuius magnam necessitatem Patres, in Synodo congregati, adverterunt. Suppositis enim omnibus qualitatibus intellectualibus et moralibus, educatores possideant oportet sufficientem scientiam psychologicam, sociologicam et paedagogico-didacticam, necnon callere debent omnia problemata educationis sacerdotalis et peculiari gaudere experientia pastorali. Quam ob rem, ad sublimem hunc finem securius efficaciusque assequendum, Synodus expressis verbis voluntatem suam manifestavit, ut educatores futuri cleri ad specificam praeparationem acquirendam tenerentur "per regularem frequentiam alicuius Instituti vel Scholae Superioris, a Conferentia Episcopali erectae aut approbatae, vel saltem per participationem aliquorum Cursuum (etiam ciclice peragendorum) a Conferentiis apposite institutorum". Tamquam media ad propositum hoc facilius exsequendum eadem Synodus indicavit institutionem "specialis peritorum Commissionis, a singulis vel pluribus simul Conferentiis nominandae", et insuper cooperationem cum Familiis Religiosis, iis praesertim quae ex instituto iuveni Clero efformando adlaborant.

* Ad Praesides Conferentiarum Episcopalium, iuxta textum incompletum relatum apud: **Enchiridion clericorum**, Typis Polyglottis Vaticanis 1975, p. 1297-1298.

4128

1969 IUL 16. - SC pro INSTIT. CATH., LITT. CIRC. PART.*

Criteria et normae indicantur de candidatis ad Diaconatum permanentem apte, ratione etiam studiorum, instituendis

Roma, 16 luglio 1968

Il Santo Padre, con il Motu proprio *Sacrum Diaconatus ordinem* (AAS 59 (1967) 699-704), ha concesso, secondo i voti

espressi nel Concilio Vaticano II, il permesso di ripristinare nella Chiesa latina il Diaconato permanente.

Dal momento che alcune Conferenze Episcopali hanno chiesto alla Santa Sede tale permesso per la propria Nazione, si rende necessario e urgente definire alcune norme per la preparazione dei candidati al Diaconato permanente.

Il primo passo da compiere da parte di ciascuna Conferenza episcopale dovrebbe consistere, nel caso che non sia fatto già, nella nomina di una Commissione di esperti, la quale studi a fondo il problema secondo le esigenze della propria Nazione, per esaminare se esistano validi motivi che consiglino l'introduzione della nuova istituzione e in qual modo si possa efficacemente attuarla.

Sarà bene però che in tale studio si tengano presenti alcuni principi fondamentali, già indicati nel citato Motu proprio.

Trovandoci di fronte ad un problema nuovo per il nostro tempo, stabilire "a priori" una "ratio studiorum" e un programma di formazione per i candidati al Diaconato permanente non è una questione priva di difficoltà.

Innanzi tutto occorre determinare le funzioni proprie del Diaconato, intermediario tra il Sacerdote e i fedeli; funzioni che sono diversamente impostate dalle varie Conferenze episcopali, come già era avvenuto durante la discussione nell'Aula Conciliare.

Inoltre bisogna tener presente che i candidati al Diaconato possono essere di due specie, come è previsto dal Concilio (Cfr. Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 29) e dal Motu proprio: i giovani votati al celibato, e uomini di una certa età, già coniugati e aventi una professione o un impiego. Altra diversità è quella della destinazione dei Diaconi: non si potrà richiedere la medesima formazione per i Diaconi destinati a luoghi di missione o a paesi ancora in via di sviluppo, e per quelli che dovranno esplicare la loro funzione in Nazioni di una certa civiltà e con una cultura abbastanza elevata.

Spetta pertanto a ciascuna Conferenza episcopale determinare il tipo – o i tipi – di Diaconato che sembrino più confacenti ai bisogni del paese, e, di conseguenza, la preparazione che si dovrà loro impartire.

Considerati i diversi tipi di formazione, ne deriva che gli schemi dei programmi di studio debbano essere anch'essi differenti.

Per i giovani, che si votano al celibato, si dovrebbe pensare alla creazione di Istituti particolari con corsi di studio abbastanza organizzati e con formazione spirituale, che prepari i candidati al futuro ministero diaconale. Per gli uomini già sposati, invece, i corsi devono essere compatibili con gli impegni di lavoro, e perciò si potranno organizzare corsi serali o settimane di studio più o meno prolungate. Per questa seconda categoria di candidati occorre tener presente la cultura già acquisita, e, in tal caso, i corsi potranno essere più accelerati; mentre per gli altri, che hanno appena svolto i corsi elementari, la preparazione richiederà certamente maggior tempo. Ad ogni modo si deve assolutamente escludere una preparazione affrettata o superficiale, perché i compiti dei Diaconi, secondo quanto è stabilito nella Cost. *Lumen gentium* (n. 29) e nel Motu proprio (n. 22), sono di tale importanza da esigere una formazione solida ed efficiente.

I Diaconi infatti devono preparare al Battesimo i catecumeni; spiegare e commentare la Parola di Dio con la predicazione; preparare i fedeli al Matrimonio e osservare tutto quanto regola la celebrazione di tale sacramento; supplire il Sacerdote, quando manca, nella preparazione dei fedeli alla morte e amministrare loro il Viatico.

Tutto ciò comporta una formazione dottrinale, che è al di sopra di quella di un semplice catechista e, in qualche modo, analoga a quella del Sacerdote.

I corsi pertanto dovranno comprendere lo studio:

a) della Sacra Scrittura con tutte quelle nozioni, che mettano i Diaconi in grado di comprendere e spiegare ai fedeli la Parola di Dio in ordine al progresso della vita spirituale. Il Diacono dovrà, perciò, in assenza del Sacerdote, essere capace di tenere l'omelia e presiedere alla Liturgia della Parola.

b) del Domma. Tale studio potrà essere simile a quello previsto negli Istituti di Catechesi, destinati ai religiosi non sacerdoti. Si potrà prendere come esempio quello svolto dai Fratelli delle Scuole Cristiane o dai corsi superiori di Religione riservato ai laici di una certa cultura. L'impostazione peraltro dovrà essere maggiormente biblica e kerigmatica; si potranno certo evitare le parti eccessivamente di controversia, accennando però a queste problematiche mediante la lettura di brani scelti dai Padri della Chiesa, dai teologi e da autori ascetici.

c) della Morale, concernente l'approfondimento della morale individuale, sociale e politica, almeno al livello dei catechisti o dei corsi che si tengono per gli iscritti all'Azione Cattolica.

d) del Diritto canonico, specialmente per quanto riguarda il Matrimonio e comprendente la pastorale circa il modo di preparare i fedeli a ricevere tale sacramento.

e) della Liturgia, da inserirsi possibilmente nel corso di Dommatica e che include anche le nozioni circa lo svolgimento delle cerimonie sacre.

f) di insegnamenti tecnici, che preparino i candidati a certe attività di ministero, come la psicologia, pedagogia catechistica, eloquenza, canto sacro, impostazione di organizzazioni cattoliche, amministrazione ecclesiastica, modo di tenere aggiornati i registri di battesimo, cresima, matrimoni, defunti, ecc.

Benché non si deva insistere nel richiedere dai futuri diaconi tutto quel complesso di discipline che costituiscono il corredo indispensabile per gli aspiranti al sacerdozio (come la Storia ecclesiastica, il corso completo di Diritto canonico, la filosofia), tuttavia, in certe regioni e specialmente per i Diaconi che dovranno svolgere il loro ministero nelle città, sarà bene che essi completino la loro formazione culturale con quelle discipline che le specifiche situazioni locali esigono, come, per esempio, lo studio delle religioni pagane, l'ecumenismo, il complesso delle questioni filosofiche, specialmente quelle più in voga, lo studio di certi problemi economici, politici, ecc.

Spetterà pertanto ai Vescovi di ogni Nazione prevedere quale complesso di discipline esige il ministero diaconale nel proprio territorio.

Inoltre occorre tener presente che la formazione culturale non si esaurisce con l'ordinazione diaconale, ma si deve prevedere una formazione "permanente", cioè continua, con corsi di aggiornamento riservato ai diaconi o con la partecipazione alle settimane di studio destinate ai sacerdoti.

* Ad Legatos Pontificios in singulis Nationibus: **Enchiridion clericorum**, Typis Polygl. Vat. 1975, p. 1308-1310.

4129

1969 NOV 12.-SC pro SACRAMENTIS, RESP. PART.*

Potestas dispensandi super matrimonio rato et non consummato pertinet ad potestatem vicariam Romani Pontificis

Rome, 12 November 1969

" ... suffice it to state that the concession of a dispensation of a ratified and non-consummated mariage pertains to the Vicarial Power which belongs solely to the Person of the Supreme Pontiff".

* Cuidam Episcopo in Africa, Prot. N. 1837/69, iuxta summarium expressum ab A. ABATE, **Il matrimonio nell'attuale legislazione canonica**, Roma-Brescia 1979, p. 191 nota 47. Adn. A. ABATE, op. cit. p. 189-195.

4130

1970 MAR 5.-SIGNATURA APOST., DECISIO. PART.*

Tribunal Vicariatus Urbis non est habendum tamquam tribunal Apostolicum ideoque delegatione indiget Ordinarii loci ad actus processuales extra proprium territorium peragendos

Decisio Conventus plenariae Signaturae Apostolicae ad proposita dubia respondentis:

AD DUBIUM PRIMUM: **Utrum Tribunal Vicariatus Urbis habendum sit tamquam Tribunal Apostolicum, id est pollens iurisdictione in universa Ecclesia.** Respondendum est:*Negative.*

Constitutione Apostolica *Etsi Nos*, diei primae ianuarii a. 1912, Cardinalis Vicarius constituitur Ordinarius et iudex unicus primae instantiae in omnibus causis quae "apud forum ecclesiasticum Romanae dioecesis agi possunt" (cap. III) (AAS, 1912, p. 19).

Cardinalis autem Vicarius causas videt per suum "Auditorem" qui partes agit Officialis "dioecesanae Romanae Curiae" (AAS, 1912, p. 19).

http://www.obrascatolicas.com

Pius XI, in audientia 23 octobris a. 1926, decrevit Auditorem et Substitutum Vicariatus Urbis deinceps Officialem et Vice-Officialem appellari, ad normam can. 1753 (cfr. Vicariato di Roma, *Attività dell'Ufficio III*, a. 1968, p. 8).

Motu proprio *Qua cura* 8 decembris 1938, quo Tribunalia regionalia in Italia constituta sunt pro causis matrimonialibus in foro ecclesiastico, Tribunal Vicariatus Urbis factum est Tribunal primae instantiae pro Latio et Tribunal appellationis pro ecclesiasticis provinciis neapolitana et sarda (AAS, 1938, p. 410 ss.).

Pius XII, rescripto 16 octobris a. 1954, Tribunal appellationis Vicariatus Urbis erexit ad causas matrimoniales in secunda instantia dirimendas, quae in prima instantia definitae fuerint vel a Tribunali Vicariatus ipsius, vel a Tribunalibus regionum neapolitanae aut sardae (AAS, 1954, pp. 614-615).

Nullo ex his documentis Tribunali Vicariatus Urbis iurisdictio tribuitur in universa Ecclesia, immo expresse in suis territorii limitibus determinatur.

In can. 7 C. I. C. recensentur Congregationes, Tribunalia et Officia per quae "Romanus Pontifex negotia (in casu potestatem iudicialem respicientia) *Ecclesiae universae* expedire solet", at Tribunal Vicariatus Urbis non memorat, neque de eo agitur in Constitutione *Sapienti consilio* in qua huiusmodi Congregationes, Tribunalia et Officia annumerantur; neque de eo fit mentio in cap. III, tit. II, lib. IV (cann. 1597-1605) C. I. C. ubi de Tribunalibus Apostolicis agitur, quae nempe Summo Pontifici praesto sunt "in munere supremi iudicis in Ecclesia exercendo" (can. 1597), neque in Constitutione Apostolica *Regimini Ecclesiae Universae* 15 augusti a. 1967, qua Paulus VI f. r. ex parte Apostolicae Sedis "iustitiae ministerio opportunis legibus prospicere" statuit (AAS, 1967, p. 889).

Synodus vero Romana a. 1960 de Vicariatu Urbis loquitur, in tit. de "Curia Dioecesana" (art. 11, par. 2).

Contenditur Tribunal Vicariatus Urbis habendum esse tamquam Tribunal Apostolicum cum iurisdictione in ecclesia universa: 1. quia est Tribunal dioecesis Summi Pontificis; 2. quia eius membra ab eodem Summo Pontifice nominantur; 3. quia can. 1562 statuit peregrinum in Urbe, licet per breve tempus, potest in ipsa tamquam in proprio domicilio citari (cfr. etiam can. 1562, § 2).

Quoad primum sedulo distinguenda est potestas qua Summus Pontifex pollet tamquam Caput universae Ecclesiae, ab illa qua ipse praeditus est tamquam Episcopus Urbis. Propterea, sicut Cardinalis Vicarius potestatem habet episcopalem vicariam tantummodo in dioecesi Romana, ita Tribunal Vicariatus Urbis iurisdictionem habet Romae, nisi extra Urbem expresse extendatur et ad territoria determinata, sicut documentis citatis factum est.

Ad secundum animadvertimus non sufficere munus aliquod a Summo Pontifice committi, ad hoc ut pro tota Ecclesia traditum censendum sit, secus unusquisque parochus romanus aestimari posset parochus oecumenicus. Parochi Urbis nominantur a Romano Pontifice pro singulis paroeciis et membra Tribunalis Vicariatus Urbis ut iurisdictionem exerceant quae est propria Vicariatus Urbis. Membra quoque Rotae Hispaniae nominantur a Summo Pontifice, sed "ratione territorii potestas iudicialis Rotae limitatur ad territorium Dicionis Hispaniae et Rei Publicae Andorrae, quia in his tantum territoriis suam iurisdictionem exercent Ordinarii, a quorum tribunalibus licet provocare ad Rotam; extra hos limites incompetentia Rotae *est absoluta, ob defectum absolutum iurisdictionis*" (cfr. F. Roberti, *De processibus*, ed. IV, 1956, pag. 329, III).

Forum peregrinum, de quo in can. 1562, naturam non mutat Tribunalis Vicariatus Urbis, quin immo illud reddit tamquam concurrens cum Tribunali ordinario, neque applicatur causis peregrinorum in secunda instantia, pro qua adiri nequit in Urbe nisi S. R. Rota ad normam can. 1599 (cfr. c. 20, X, II, 21; M. Lega - V. Bartoccetti, *Commentarius in iudicia ecclesiastica*, vol. I, p. 56, n. 11).

Rectius e can. 1569 eruitur eodem iurisdictionem universalem Tribunalis Vicariatus Urbis excludi, secus illius praescriptum esset inutile: etenim si Tribunalis Vicariatus Urbis iurisdictio nullo territorii limite esset circumscripta, eo ipso omnes fideles ubique terrarum iure gauderent adeundi illud Tribunal.

AD SECUNDUM DUBIUM: **Utrum Tribunal Vicariatus Urbis, ad interrogatoria in suis causis peragenda extra proprium territorium, delegatione indigeat Ordinarii loci, et quidem ad validitatem.** Respondendum est: *Affirmative.*

Decernit can. 201, § 2: "Iudicialis potestas tam ordinaria quam delegata exerceri nequit ... extra territorium, salvis praescriptis cann. 401, § 1; 881, § 2 et 1637".

Cann. 401, § 1 et 881, § 2 respiciunt potestatem absolvendi a peccatis et a censuris et can. 1637 statuit: "Iudex e territorio suo vi expulsus, potest extra territorium iurisdictionem suam exercere et sententiam ferre, certiore tamen hac de re facto loci Ordinario".

Principium can. 201, § 2 receptum est a iure romano: "Praeses provinciae in suae provinciae homines tantum, imperium habet, et hoc dum in provincia est: nam si excesserit, privatus est" (D. I. 18. 3); "Extra territorium ius dicendi impune non paretur, idem est, et si supra iurisdictionem suam velit ius dicere" (D. II. 1. 30).

Principium confirmatur ac rigidius applicatur a veteri iure canonico. Innocentius III respondit Regi Francorum Cardinalem Legatum invalide extra territorium delegationis suae ferre sententiam, quamvis delegans, id est Romanus Pontifex, iurisdictione polleat in universa Ecclesia (c. 7, X, I, 30; cf. etiam c. 2, I, 2, in VI).

Dubium proponi potest utrum iurisdictio a iudice exercita extra suum territorium sit invalida, an simpliciter illicita.

Respondemus cum cl. Roberti exercitium iurisdictionis in casu esse nullum. "Limites territoriales – ipse ait – ad exercendam iurisdictionem unicuique tribunali sunt assignati. Est sane commune principium iurisdictionem stricte sumptam, seu potestatem iudicialem, extra territorium exerceri non posse. Episcopi igitur, aliique Ordinarii, itemque omnes iudices (Officialis, synodales, auditores, inquisitores etc.) qui eorum nomine iurisdictionem exercent iisdem territorii limitibus coarctantur (can. 1636); nec aliter dicendum est de iudicibus ab Ordinario delegatis ... Omnes actus illegitime positi extra territorium (can. 1637) sunt nulli, quia potestas iudicialis Ordinariorum loci essentialiter territorii limitibus coarctatur (can. 201, § 2; cfr. can. 1894, 4), salva exceptione canone 1637 statuta".

Ios. Noval (*De iudiciis*, pars I, n. 232) et post eum M. Lega-Bartoccetti (*Commentarius* I, p. 269, n. 2) ad can. 1680 provocantes, tenent in casu agi de mera liceitate, quia can. 201, § 2 nullam clausulam habet irritantem et multa fieri prohibemur, quae si facta fuerint, obtinent roboris firmitatem (c. 16, X, III, 31).

Censeo nihilominus actus positos extra limites territoriales iurisdictionis esse invalidos, quia in casu deest elementum essentiale ad illos actus ponendos et can. 1680, cohaerenter cum can, 11, nullitatem sancit cum in actu "deficiunt quae actum ipsum essentialiter constituunt".

In casu vero non agitur de lege moderante exercitium iurisdictionis quae habetur, sed de iurisdictione quae, extra territorium, non existit et quod non est nihil operatur.

Cl. Roberti, in postrema editione sui operis, a sententia quam retulimus visus est recedere, quia, ipse ait: "Hodie non videtur posse praetermitti extensivam interpretationem datam a Pontificia Commissione ad redigendum codicem iuris canonici orientalis" (*o. c.*, ed. 1956, p. 460).

Responsum quod innuitur, datum 8 ianuarii 1953, hoc est: " An verba can. 151, § 1 'in quolibet suo eparchiae loco' ita intelligenda sint ut Episcopus possit, per se vel per alium, intra fines sui territorii, valide et licite actum potestatis iudicialis ponere etiam in locis quae sunt exclusivae iurisdictionis alius ritus, dummodo adsit expressus consensus Hierarchae praedictorum locorum. R. *Affirmative*" (AAS 1953, p. 105).

Alteri dubio: "Utrum interpretatio data in responsione ad I sit declaratoria an extensiva, R. *Negative* ad primam partem; *Affirmative* ad secundam" (AAS *ibid.*).

Confirmatur ergo principium, quamvis eiusdem vis in posterum pro Ecclesiis Orientalibus, ob peculiares locorum ac personarum adiuncta, temperetur. Notat enim A. Coussa, in regionibus orientalibus, "ubi plures diversi Ritus Hierarchae et parochi constituti sunt, sui cuiusque territorii finium non semper facilis est determinatio" (*Epitome praelectionum de iure ecclesiastico orientali*, III, *De matrimonio*, p. 197).

Secus tamen ac in Ecclesiis Orientalibus, in Ecclesia Latina divisio dioecesium est territorialis: extensio praeterea seu derogatio principii sanciti in can. 201, § 2 constare debet (cfr. cann. 19 et 23); constat, ut vidimus, pro Ecclesiis Orientalibus, non autem pro Latina.

Responsum denique citatum Pontificiae Commissionis ad redigendum Codicem Iuris Canonici Orientalis particula *dummodo* (cfr. can. 39) tamquam condicionem essentialem exigit expressum consensum Hierarchae loci.

Denique obiicitur aliquando, etiam sub veteri iure, sententiam latam 'in loco communi et exempto", non fuisse declaratam invalidam, sed "circumscriptam" id est ad nihilum redactam (cfr. decisio S. C. Episcoporum et Regularium, 15 sept. a. 1741, (cit. a M. Lega-V. Bartoccetti, *o. c.*, p. 269).

Respondetur aliud esse, sicut in casu citato, in territorio proprio iurisdictionem exercere relate ad causas ad quas quis est relative incompetens, aliud eamdem exercere in territorio alieno in quo quis nullam habet iurisdictionem (cfr. S. R. Rota, in *Bituricen. seu Claromontana*, sententia 4 febr. 1967; F. Roberti, *o. c.*, ed. 1941, p. 484).

Interrogatoria partium, testium, peritorum absque dubio sunt actus iurisdictionis, ita ut qui legitime interrogantur si respondere renuant, aut falsum deponant, iudex poenis canonicis eos mulctare valeat etiam gravibus (cfr. cann. 1743, § 3; 1755, § 3; 1766, § 2; 1794). Propterea interrogationes reservantur iudici (cfr. can. 1773, § 1: "Examen fit a iudice...; § 2. In examine interrogationes non ab alio quam a iudice vel ab eo qui iudicis locum tenet, testibus deferendae sunt"). Si vero ad interrogationes iudiciales peragendas iurisdictio requiritur, certum est easdem a iudice fieri non posse nisi intra terminos proprii territorii.

Concludendum est ergo Tribunal Vicariatus Urbis, ad interrogatoria peragenda extra territorium propriae iurisdictionis, non mera licentia Ordinarii loci in quo interrogatoria facienda sunt, sed eiusdem delegatione indigere et quidem ad validitatem.

* Apoll 46 (1973) 302-307.

4131

1970 APR 15.-SECRETARIA STATUS, LITTERAE. PART.* Ortus, natura ac vis Litt. Ap. "Matrimonia mixta", die 31 martii 1970 Motu proprio editarum, una cum mente legislatoris, explicantur

Ex Aedibus Vaticanis, die 15 aprilis 1970

Excellentissime ac Reverendissime Domine, Quoniam dies XXX mensis aprilis constitutus est, quo Litterae Apostolicae "motu proprio" datae de Matrimoniis Mixtis ederentur, mihi officium est gratissimum Excellentiae Tuae Reverendissimae exemplar mittendum curare una cum notationibus nonnullis de ortu, natura et vi huius documenti.

Quemadmodum significatur in ipso documento, novae hac ipsa de re normae, tam graves tantaeque prudentiae, declarato Concilii Vaticani II desiderio respondent atque sententiis, quas Episcopi in primo coetu generali Synodi expresserunt, paulo ante pervulgata Instructione *Matrimonii Sacramentum* a Sacra Congregatione pro Doctrina Fidei die XVIII martii, anno MCMLXVI.

Postquam totum hoc argumentum studio atque investigationi concreditum est peculiaris consilii Patrum Cardinalium, statuit Beatissimus Pater ut documentum adumbratum mitteretur omnibus Praesidibus Coetuum Episcopalium, quod ipsi perscrutarentur et annotarent, si quando immutandum aliquid esse censuissent.

Universae illae animadversiones hic receptae, quae inter se crebro distabant et adversabantur, diligentissime sunt ab eodem consilio aestimatae ac ponderatae, ratione earum habita, quantum fieri poterat.

Indoles peculiaris huius documenti "motu proprio" emissi omnino attendatur oportet: ipsum enim consulto et ex proposito suo universalem legem fert, accommodatam videlicet ad maxime varias totius Ecclesiae condiciones; ceterum ipsis Episcopis officium demandat, ut in formulas iuridicas illam, ubicumque hoc manifesto significatur, convertant, convenientes cum statu rerum et necessitatibus cuiusque loci, et ut leges singulares condant intra fines tamen et significationem regularem generalium, nihil inde detrahentes.

Cum leges suas de matrimoniis mixtis recenseret, non poterat Ecclesia ullo pacto ignorare multis in nationibus Catholicos cives minorem plane constituere partem ac propterea difficilius posse inire matrimonium cum altero catholico. Neque obliviscebatur ius ingenitum esse cuique homini, ut familiam instituat; observandam esse convenienter etiam non catholicorum conscientiam; periculum subesse, ne, si normae nimium esse durae et rigidae, plures catholici matrimonia invalida contraherent, grave detrimentum animabus suis inferentes.

Attamen, cum Episcopi leges peculiares ferent, secundum potestatem in numeribus 7, 9 et 10 tributam, condicionem propriae nationis ante oculos constituere debebunt, et, quoties ipsa poposcerit, vel permiserit, maiores cautiones flagitare valebunt. Ita, verbi gratia, ad normam numeri 7, quae sinit episcopos alia postulare pro opportunitate, in populis maximam partem catholicis et ubi consentaneum fuerit, Coetus Episcopales diiudicabunt quibus certis indiciis caveri possit, ne coniux catholicus impediatur officia et obligationes susceptas rite implere; qua in re expendent adiuncta cuiusque casus.

Praeter usum facultatum in numeris iam dictis concessarum, oportet etiam praecipue notare normam numeri 14, quae animarum pastores admonet, ut singularem curam gerant familiarum e matrimonio mixto oriundarum, fidenter et sapienter operam consiliaque consociantes, si id fieri potuerit, cum ministris aliarum communitatum religiosarum. In hoc autem genere Coetibus Episcopalibus suadetur, ut opportuna decernant, quibus cura pastoralis matrimoniorum mixtorum regatur.

Necesse denique erit perdocere fideles congrua et ampla institutione, non solum ut vim atque rationes novae disciplinae comprehendant, verum imprimis ut iuvenes universim et ii particulatim, qui matrimonium mixtum inire cogitant, ad se praeparandos animo serio intentoque studio, adiuventur, coniuges autem, qui dispensationem obtinuerint, ut fideles sese praebeant assumptis officiis, reminiscentes obstringere ea per totam vitam.

Plene tandem ergo confisus has Apostolicas Litteras pastores universos et christifideles prompta alacrique voluntate suscepturos esse ut, quae Summus Pontifex ordinationi divinae obsequens atque familiarum sanctitati stabilitatique prospiciens efficere decreverit, quam cumulatissime propositum suum assequantur, Excellentiae Tuae Reverendissimae omni qua decet observantia in Domino me deditissimum affirmare cupio. - J. Card. VILLOT, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

* Ad universos Ordinarios locorum, Prot. N. 151.327: **Documenta recentiora circa rem matrimonialem et processualem**, vol. II, Roma 1980, p. 65-67.

http://www.obrascatolicas.com

4132

1970 APR 16.-SC PRO DOCTRINA FIDEI, NORMAE. PART.*

Statuuntur criteria generalia pro causis dispensationis ab omnibus oneribus e sacra ordinatione manantibus.

I – Pro gratia dispensationis ab omnibus oneribus e sacra ordinatione manantibus,servatis peculiaribus procedendi normis, proponi possunt tantum casus respicientes:

1. Sacerdotes provectae aetatis, qui multis antea annis matrimonium civile attentaverint vel in concubinatu vixerint vel, etiamsi nullum ligamen contraxerint, a sacerdotio tamen pluribus adhinc annis defecerint et nunc sincera paenitentia moti sunt et sine scandalo vivunt.

2. Sacerdotes qui a pluribus annis vitam scandalosam in statu clericali duxerunt nec ullo modo resipiscere voluerint, imposita prius tamen reductione ad statum laicalem ob indignitatem vel, si casus ferat, in poenam.

3. Sacerdotes qui ordinari nunquam debuissent ob carentiam idoneitatis

– vel propter defectus physicos aut psychicos,

– vel propter carentiam debitae libertatis (v. g. ex metu incusso a parentibus aut a peculiaribus circumstantiis temporum et locorum prout sunt bella, persecutiones etc.),

– vel propter errorem Superiorum sive in foro interno sive in foro externo.

4. Sacerdotes qui vera vocatione praediti fuerint et bene se gesserint in ministerio pastorali, at postea superveniente vel quadam calamitate (v. g. ex collisione curruum, ex gravi lapsu physico), vel quadam infirmitate (v. g. ex morbo gravi infectivo, ex debilitatione nervorum in forma incurabili) non amplius idonei evaserint ad sacerdotium ob profundam mutationem sive physicam sive psychicam, non obstantibus curis medicis et sinceris atque diuturnis conatibus difficultates superandi.

II – Quoad vero illos sacerdotes, qui gratiam dispensationis petunt vel ob solam voluntatem nubendi, vel ob errores circa sacrum coelibatum et sacerdotium catholicum, vel quia matrimonium civile iam attentaverint spe freti se ita facilius dispensationem ab oneribus, immo et sacerdotium uxoratum obtinere posse: ipsis gratia non conceditur nisi antea sinceram et diuturnam paenitentiam egerint, errores aeque retractaverint et scandalum patratum congrue reparaverint. Huiusmodi sacerdotes Ordinarii locorum interim ad statum laicalem iuxta normam iuris reducere possunt, firma tamen obligatione servandi legem sacri coelibatus.

* Prot. N. DF. 128/61: e foliis eiusdem S. Congregationis.

4133

1970 APR 30.- SC pro INSTIT. CATH., LITT. CIRC. PART.*

Arctiores suadentur interponendae relationes inter dioeceses Italiae ad Seminaria Regionalia sustentanda et promovenda

Roma, 30 aprile 1970

La recente pubblicazione della *Ratio fundamentalis institutionis sacerdotalis* da parte di questo Dicastero ... ci offre l'occasione per aprirLe con tutta franchezza l'animo e sottoporre alla Sua attenzione alcune nostre considerazioni sulla particolare funzione che oggi, non meno di ieri, sono chiamati a svolgere i Seminari Regionali italiani, e sulle specifiche responsabilità, nei loro confronti, di tutti e singoli i Vescovi delle Regioni conciliari ad essi interessati.

I. - Il documento sopra citato mostra chiaramente la sollecitudine della Santa Sede per una sempre più adeguata formazione dei futuri sacerdoti e dà, in pari tempo, utili orientamenti che potranno costituire motivo di riflessione e di stimolo per una più stretta e proficua collaborazione tra tutte le diocesi di cotesta Regione conciliare.

1) Non c'è dubbio, infatti, che dalle nuove esigenze della formazione sacerdotale, ribadite e sottolineate dalla *Ratio fundamentalis*, derivino anche precise conseguenze circa la necessità dei Seminari Regionali e l'urgenza del loro potenziamento (Cfr. *Ratio fundamentalis*, n. 21; cfr. inoltre, *Optatam totius*, n. 7 (AAS 62, 343; 58, 718).

La funzione attualmente insostituibile di questi centri di formazione ecclesiastica risulta evidente, del resto, dalle seguenti costatazioni.

La diminuzione dei candidati al sacerdozio, il forte declino nel numero di coloro che giungono alla ordinazione sacerdotale, i vari problemi pedagogico-culturali che si presentano con accentuazioni e istanze nuove, se rendono indilazionabile per tutti il rinnovamento della formazione sacerdotale, ad alcune diocesi, a quelle più piccole soprattutto, creano situazioni particolari, alle quali non si potrà dare la giusta risposta senza un intenso e comune sforzo di ricerca né, inevitabilmente, senza modificazioni delle proprie abitudini e senza sacrifici.

2) Si richiedono istituti di fomazione ecclesiastica a livello sempre più qualificato, dotati di personale sufficiente e specializzato, alacre e aperto nel percepire le necessità della comunità ecclesiale e civile, che abbia la capacità di rispondere ai bisogni presenti per ottenere i fini di sempre, in un impegno continuo, condotto nella fedeltà e nell'apertura. (Cfr. *Optatam totius*, n. 5; *Ratio fundamentalis*, n. 30: AAS 58, 716 ss; 62, 346).

3) I Professori, in particolare, siano in numero sufficiente per rispondere adeguatamente alla natura delle materie da insegnarsi, alle condizioni dell'insegnamento e al numero degli alluni; siano veramente competenti nelle loro specifiche discipline, liberi da occupazioni che impediscano il buon compimento del loro dovere e il necessario aggiornameteo della loro preparazione scientifica. Siano, perciò, anche equamente remunerati perché possano totalmente dedicarsi al loro grave impegno. (Cfr. *Optatam totius*, n. 5; *Ratio fundamentalis*, n. 32 ss.: AAS 58, 716 ss.; 62, 347 ss.).

4) D'altra parte, oggi non è più possibile concepire un Seminario veramente efficiente, con un numero limitato di alunni, distribuiti in diverse classi. Ne sarebbe palesemente compromessa la serietà della formazione nelle sue varie componenti, e questo in un'epoca di accresciute esigenze, in cui risultano valide e vitali soltanto quelle comunità capaci di offrire un ambiente ricco di stimoli e di confronti, e pertanto idonee a consentire un armonico sviluppo delle personalità dei singoli.

In un Seminario con pochi alunni si potrebbe cedere alla pericolosa tentazione di ridurre il numero dei Professori, spesso costretti a svolgere altre mansioni, per avere assicurato il necessario sostentamento. In simili condizioni, è difficile pensare ad un'attività didattico-scientifica, veramente efficace e formativa, da parte di insegnanti che manchino della indispensabile serenità e disponibilità, e che non trovano certo nel troppo ristretto ambiente scolastico fecondo motivo di stimolo per il loro impegno scientifico.

5) Queste considerazioni, Rev.mo Monsignore, mentre confermano pienamente la validità dei Seminari Regionali, giustificano il convincimento di quanti ravvisano in essi istituzioni al presente insostituibili, che devono essere ulteriormente potenziate con l'impegno solidale e responsabile di tutte le diocesi della Regione, a costo anche di notevoli sacrifici.

E' fuori dubbio che la partecipazione di tutte le diocesi alla vita dei Seminari Regionali favorirà largamente la scelta degli elementi più idonei e qualificati, e consentirà, altresì, di aumentare opportunamente il numero degli insegnanti al fine di soddisfare le necessità dei 'gruppi di lavoro'.

6) Qualora un Seminario si mostrasse impari ad assolvere i particolari compiti cui oggi è chiamato, – sia per l'impossibilità di avere una comunità di alunni, sufficientemente numerosa, in grado di realizzarsi pienamente, sia per il numero insufficiente dei Professori o per la loro non completa disponibilità, sia, infine, per la inadeguatezza dei sussidi didattico-scientifici –, non resterebbe che chiederne tempestivamente la chiusura.

Vorremmo, pertanto, pensare che nessuno si assumerà la retro, condurrebbe inevitabilmente alla estinzione di centri di formazione ecclesiastica i quali hanno reso un segnalato servizio alla Chiesa.

7) Ci sia consentito, però, di manifestare, a questo punto, le nostre preoccupazioni per la tendenza di alcune diocesi di ritirare gli alunni dal Seminario Regionale, per trattenerli nel proprio Seminario o per inviarli in un Seminario viciniore, oppure presso centri di studi ecclesiastici a livello universitario.

E' evidente che un tale modo di agire crea, oltre a tutto, incertezza e disagio per il regolare svolgimento della vita del Seminario Regionale, specialmente quando occorra prendere decisioni particolarmente impegnative.

II. - Non sarà superfluo qui ricordare quanto prescrive il can. 1354 § 3, C. I. C., sull'obbligo dei Vescovi di inviare i propri alunni nel Seminario Regionale, eretto dalla Santa Sede, e riferire, in pari tempo, il pensiero del Presidente della Conferenza Episcopale Italiana sulla importanza e la necessità dei Seminari Regionali.

1) Se non è possibile avere un proprio Seminario, o se la "conveniens institutio" non è realizzabile in maniera "conveniente", il canone sopra citato lascia libertà ai Vescovi interessati di inviare gli alunni in qualche Seminario viciniore, ma non lascia loro identica libertà quando esista un Seminario "auctoritate apostolica constitutum". In tal caso, i Vescovi impossibilitati di realizzare la "conveniens institutio' non hanno altra scelta.

C'è, inoltre, da osservare che qualsiasi decisione relativa al ritiro dei propri alunni dal Seminario Regionale – qualora si ravvisino le condizioni necessarie per avere un Seminario "convenientemente organizzato"– deve essere presa sempre nell'ambito della Conferenza Episcopale Regionale, e dopo avere assicurato che non ne verrebbe pregiudizio al Seminario Regionale stesso. Questa Sacra Congregazione, allora, non avrebbe difficoltà a dare la sua approvazione.

2) Siamo certi che per tutti costituirà ulteriore motivo di riflessione quanto lo stesso Presidente della Conferenza Episcopale Italiana, il Card. Giovanni Urbani, di v. m., dichiarava a proposito dei Seminari Regionali, nella relazione alla sessione inaugurale della IV Assemblea Generale, del 14 aprile 1969: "E' infatti ben noto – affermava il Cardinale – che allo stato attuale delle dioecesi, gran parte della nostra penisola trova nei Seminari Regionali la sola possibilità di vedere organizzata in modo efficiente la preparazione dei giovani aspiranti al Sacerdozio". (C. E. I., *Atti della IV Assemblea Generale*, Roma, 14-19 apr. 1969, p. 75).

3) Come la Signoria Vostra Rev.ma sa, questa Sacra Congregazione è andata incontro, in passato, a quei Vescovi che chiedevano, per varie ragioni, di poter avere in diocesi il Seminario Maggiore distinto dal Seminario Regionale.

Ma le mutate situazioni, alle quali abbiamo fatto riferimento, aprono un discorso nuovo e diverso: quanto ieri poteva essere una comprensibile eccezione o un legittimo privilegio, oggi può risultare privo di fondamento e persino controproducente.

III. - La Signoria Vostra Rev.ma ci consentirà, infine, di rammentare quanto scriveva questa Sacra Congregazione nel documento "Criteri e suggerimenti pratici per il passaggio dei Seminari Regionali Italiani dalla Santa Sede alle Conferenze Episcopali Regionali", N. 1, 2, inviato, con Lettera circolare del 28 maggio 1968 (Prot. N. 472/66/68), agli Ecc.mi Arcivescovi Presidenti delle Commissioni Vescovili per i Seminari Regionali e, per conoscenza, ai Vescovi cointeressati e ai Rev.mi Rettori:

"(viene fissato) l'impegno di ogni singola Conferenza Episcopale di considerare il Regionale come il proprio Seminario Maggiore con obbligo da parte dei Vescovi cointeressati di inviare ad esso i propri alunni e di provvedere il Personale dirigente e insegnante". E al N. IV si stabiliva: "Nella Regione dove esiste un Seminario Regionale Maggiore non deve sussistere alcun altro Seminario Maggiore Diocesano".

Nella introduzione del medesimo documento si precisava, inoltre, "che questo trasferimento non deve mettere in causa l'esistenza stessa dei Seminari Regionali sia per il fatto che si rendono sempre più necessari centri di studi ecclesiastici altamente qualificati, sia perché questa è la espressa volontà del Santo Padre".

Lo studio e la soluzione di un problema così urgente e fondamentale per la vita stessa della Chiesa, qual è quello della preparazione dei suoi futuri ministri, potrà offrire un'occasione propizia perché cotesta Conferenza Episcopale Regionale si dimostri veramente "come uno strumento idoneo a che l'opera dei Vescovi superi i limiti del proprio gregge e del proprio territorio per il bene anche di altre Chiese e della Chiesa universale, in unione con il Capo del Collegio Episcopale". (C. E. I., *Atti della IV Assemblea Generale*, Roma 14-19 apr. 1969, p.28 s.).

IV. - Per tutti i motivi sopra esposti, reputiamo nostro dovere rivolgerci alla Signoria Vostra Rev.ma perché voglia attentamente esaminare, in Domino, nell'ambito di cotesta Conferenza Episcopale Regionale, i problemi riguardanti la formazione degli alunni dei corsi filosofici e teologici, appartenenti a cotesta Regione conciliare, in vista di una deliberazione comune, che definisca chiaramente i doveri e le responsabilità di tutti e singoli i Membri della medesima Conferenza nei confronti del Seminario Regionale.

Nel valutare i vari aspetti delle questioni concernenti la vita e il funzionamento del pio Istituto non si mancherà, inoltre, di tener presente anche l'aspetto finanziario, che per altro risulterebbe assai gravoso, se dovesse essere affrontato e risolto soltanto coll'impegno di poche diocesi.

* Ad Archiepiscopos et Episcopos Regionum Conciliarium Italiae: Enchiridion clericorum, Typis Polyglottis Vaticanis 1975, p. 1399- 1401.

4134

1970 SEP 22.- SC pro SACRAMENTIS, RESP. PART.*

Potestas dispensandi super matrimonio rato et non consummato pertinet ad personam Romani Pontificis

Roma, 22 settembre 1970

"... E' ben noto ... come la concessione della dispensa del matrimonio rato e non consumato è legata all'esercizio personale dell'Augusto Pontefice".

* Prot. N. 1459/70, iuxta summarium traditum ab A. ABATE, Il matrimonio nell'attuale legislazione canonica, Roma-Brescia 1979, p. 191. Adn. A. ABATE, op. cit. p. 189-195.

4135

1970 OCT 7.- SC pro DOCTRINA FIDEI, RESP. PART.*

Rationes exprimuntur quibus Romanus Pontifex non intendit facultatem concedere ut ipsi Ordinarii locorum solvere valeant matrimonia rata in favorem fidei

Roma, 7 ottobre 1970

Eccellenza Reverendissima, In data 10 agosto 1970 tramite codesta S. Congregazione veniva trasmessa a questo Sacro Dicastero la richiesta dell'Ecc.mo Presidente della Conferenza Episcopale Coreana con la quale domandava "ut ipsi Ordinarii solvere valeant matrimonia rata in favorem fidei".

In merito mi reco a premura di significare a Vostra Eccellenza che questa S. Congregazione non può rispondere affermativamente alla richiesta sia perché il Santo Padre intende tuttora riservare a Sè questa facoltà, e sia per già lamentati abusi di tale facoltà avvenuti presso alcune Curie diocesane.

D'altra parte assicuro Vostra Eccellenza che i casi di scioglimento di matrimonio provenienti da territori missionari – qualora gli esposti contengano l'indicazione completa delle condizioni richieste – vengono risolti in un periodo di tempo non superiore ai due mesi.

Voglia, pertanto, comunicare quanto sopra all'Eccellentissimo Presidente della Conferenza Coreana ed eventualmente, se Vostra Eccellenza lo riterrà opportuno, anche ad altri Eccellentissimi Presidenti di Conferenze Episcopali dipendenti da codesto Sacro Dicastero.

Colgo l'occasione per confermarmi con sensi di distinta stima di Vostra Eccellenza Rev.ma dev.mo. - Franciscus Card. SEPER, *Praefectus*.

* Secretario S. C. pro Gentium evangelizatione, Prot. N. 6213/70m. Adn. A. ABATE, Il matrimonio nell'atuale legislazione canonica, Roma-Brescia 1979, p. 189-195.

4136

1970 NOV 7.- SC pro EPISCOPIS, NOTIFICATIO. PART.*

De titulo tribuendo Episcopis officio renuntiantibus

Roma, 7 novembre 1970

Eccellenza Reverendissima, Mi pregio significare all'Eccellenza Vostra Reverendissima che nell'Udienza del 31 ottobre scorso il Santo Padre, presa conoscenza delle conclusioni della Congregazione plenaria di questo Sacro Dicastero, svoltasi nei giorni 22-23 del mese anzidetto, si è degnato disporre che i Ve-

http://www.obrascatolicas.com

scovi diocesani dimissionari di rito latino non vengano più trasferiti ad una Chiesa Titolare, continuando invece ad appellarsi dalla Sede cui hanno rinunciato (con la quale conservano ancora un certo vincolo di spirituale affetto), premettendovi l'espressione "olim, quondam" (*già, ancien, former, alt, retirado, antiguo*, o altre equivalenti).

Vostra Eccellenza abbia la bontà di portare a conoscenza di codesta Conferenza Episcopale tale augusta disposizione che, com'è ovvio, abroga la vigente prescrizione di questo Sacro Dicastero, comunicata a codesta Rappresentanza Pontificia con lettera del 15 dicembre 1966, prot. n. 908/66.

Per quanto concerne i Vescovi rinunciatari già trasferiti ad una Sede Titolare, sono a pregare l'Eccellenza Vostra di voler chiedere loro se intendono conservare il Titolo ricevuto o se preferiscono attenersi alle nuove direttive, lasciando così libera la Chiesa Titolare che tornerà vacante, a disposizione della Sede Apostolica.

Vostra Eccellenza, infine, voglia dare assicurazione a tutti i Presuli che l'Annuario Pontificio continuerà a riportare il nome e i dati dei Vescovi diocesani dimissionari sotto il nome della loro ultima Sede (cf. *Annuario Pontificio per il 1970*, p. 416, alla voce "Strasburg").

Nell'attesa di cortese riscontro, con sensi di distinto ossequio mi professo di Vostra Eccellenza Reverendissima aff.mo come fratello – Carlo Card. CONFALONIERI, *Prefetto*.

* Omnibus Legatis Pontificiis, Prot. N. 335/67: Communicationes 10 (1978) 18.

4137

1970 NOV 21. - SC pro INSTIT. CATH., LITT. CIRC. PART.*

Normae circa inscriptionem alumnorum ecclesiasticorum in Athenaeis Romanis sub nonnullis appositis condicionibus iterum sanciuntur

Roma, 21 novembre 1970

Ci permettiamo ... Come Ella sa, le vigenti disposizioni relative alla iscrizione degli studenti ecclesiastici del clero secolare (*seminaristi* o *sacerdoti*) agli Atenei Ecclesiastici dell'Urbe richiedono che gli stessi dimorino nei pii Istituti loro destinati (cfr. Circolare della S. C. dei Seminari e delle Università degli Studi, in data 15 luglio 1964, Prot. N. 695/52/20, A), il cui elenco tassativo appare ogni anno nell'Annuario Pontificio, nel capitolo "Istituti Ecclesiastici di Educazione e di Istruzione", alle due voci: "Seminari e Collegi per candidati al sacerdozio" e "Collegi e Convitti per alunni sacerdoti".

a) Per i *sacerdoti secolari* – residenti entro la diocesi di Roma – è prevista, a determinate condizioni, la dispensa di "Extracollegialità", che viene concessa, d'intesa con questo Sacro Dicastero, direttamente dal Vicariato dell'Urbe, dietro presentazione della domanda dell'Ordinario diocesano dell'interessato (cfr. Circolare citata, B).

b) I *sacerdoti secolari* – dimoranti fuori della diocesi di Roma, purché entro la tassativa distanza di Km. 50 – possono essere iscritti in qualità di alunni "extra Collegia", dietro presentazione del nulla osta del proprio Ordinario diocesano, dal quale risulti chiaramente la loro incardinazione diocesana e il luogo della loro dimora abituale durante il periodo degli studi, con rispettiva distanza da Roma (cfr. Circolare citata, C).

c) Per gli *studenti seminaristi*, invece – oggetto particolare della presente Circolare – questa Sacra Congregazione non concede eccezioni dalla suddetta norma, se non in casi particolarissimi e per motivi gravi. Tutti i seminaristi, infatti, hanno il preciso obbligo di risiedere in Seminari o in Collegi per poter ricevere la dovuta formazione sacerdotale (cfr. *Ratio fundamentalis institutionis sacerdotalis*, IV, 20, p. 29, ed. it., Roma 1970).

L'osservanza delle disposizioni sopra indicate è da considerarsi, pertanto, condizione indispensabile per la validità dell'iscrizione ai Pontifici Atenei Romani.

La presentazione degli studenti seminaristi all'Ateneo deve essere fatta, come di consueto, per iscritto, dal Rettore del respettivo Seminario o Collegio di residenza.

Poiché da più parti sono giunte a questo Sacro Dicastero segnalazioni o lamentele di irregolarità che si verificherebbero circa l'adempimento dell'obbligo della residenza da parte di studenti seminaristi, siamo a pregare la Signoria Vostra perché voglia cortesemente disporre che la Segreteria di cotesto Ateneo controlli, con cura, la relativa posizione disciplinare di tali scritti.

Coloro che non risultassero in regola non potranno in nessun modo essere considerati, a qualsiasi effetto, alunni dell'Ateneo.

Le saremo, pertanto, assai grati, se avrà la bontà di significarci, quanto prima, i nominativi – con l'indicazione della diocesi di provenienza – di quanti si trovassero in posizione irregolare.

d) Quanto sopra detto non pregiudica la prassi finora seguita per l'iscrizione degli studenti *laici non seminaristi*, la cui presentazione spetta all'Autorità ecclesiastica competente (Const. Ap. *Deus scientiarum Dominus*, art. 24).

* Ad Rectores et Praesides Athenaeorum ecclesiasticorum Urbis Romae, iuxta textum oblatum apud: Enchiridion clericorum, Typis Polyglottis Vaticanis 1975, p. 1416-1417.

4138

1970 NOV 28.-SIGNATURA AP., SENTENTIA. PART.*

Nullitas matrimonii inter orthodoxos declaratur ex defectu formae seu ritus sacri in eius celebratione

FACTI SPECIES – Domina E. P., nata in urbe G. (Romania) ex parentibus orthodoxis ritus byzantini romeni, die 30 dec. 1961 matrimonio iungebatur cum domino C. D., pariter orthodoxo ritus byzantini romeni, coram magistratu civili.

Mulier obtento divortio et cupiens matrimonium canonicum inire cum Ae. C., catholico ritus byzantini romeni, qui suo tempore civile dumtaxat matrimonium contraxerat, e quo postea divortium obtinuit, petit ut declaretur nullitas sui matrimonii cum domino C. D., iuxta denuntiationem Supremo huic Tribunali, die 1 sept. 1969. exhibitam.

Interim mulier iuxta ritum orthodoxum Romae inivit matrimonium et in Americam migravit una cum Ae. C.; eius tamen domicilium ignoratur, neque domicilium viri conventi notum est.

Constituto igitur Patrono ex officio, eoque citato una cum Defensore vinculi et Promotore iustitiae deputato, viro autem convento per edictum (cfr. "L'Osservatore Romano" diei 24 martii 1970), die 15 aprilis 1970 concordatum est dubium: *An constet de nullitate matrimonii ob defectum formae seu ritus sacri, in casu*".

In Audientia, die 29 octobris 1970 Cardinali Praefecto concessa, Summus Pontifex causam decidendam Plenariae Signaturae commisit.

IN IURE – Solutio quaestionis pendet a necessitate ritus sacri, seu benedictionis sacerdotalis, ad validitatem matrimonii pro orthodoxos.

I - Usque ad saeculum X Ecclesia byzantina non imposuit ritum sacrum ad matrimonii validitatem. Uti in iure romano, ita etiam in iure canonico matrimonium solo consensu, sufficienter manifestato, valide celebratur. De facto Sancti Patres et Liber Syro-Romanus dicunt quod matrimonium legitimum inter christianos contrahitur secundum mores et secundum legem naturalem et civilem; loquuntur quidem de ritu sacro, de benedictione, de coronis, de iniunctione manuum etc., sed non dicunt haec omnia necessaria esse, saltem uti conditionem sine qua non, ad matrimonii validitatem.

Etiam orationes quae leguntur in libris liturgicis occasione celebrationis nuptiarum, quaeque probabilius ad saec. IV ascendunt, non demonstrant necessitatem benedictionis ad validitatem matrimonii (cfr. Ae. Herman, *De benedictione nuptiali quid statuerit ius byzantinum sive ecclesiasitcum sive civile*, in "Orientalia Christiana Periodica" 4, 1938, 190-196; 225-226; P. Tocanel, *De Novellae 89 Leonis Philosophi canonizatione*, in "Apollinaris" XLII, 1969, pag. 21 ss.; ubi citantur: Gregorius Nissenus, *Ep 171, 193 et 231*, Migne PG 37, col. 315-316, 373; Basilius Magnus, *Homil. VI in Hexamer.*, 5, PG 29, col. 160; Ioannes Chrysostomus, *In Ep. ad Ephesios, c. V, Homil. XX*, n. 7, PG 62, col. 145; Idem, *In Ep. ad Coloss. c. IV, Homil. XII*, PG 62, col. 386; Idem, *In Ep. I ad Timoth. c. II, Homil. IX*, n. 2, PG 62 col. 546; Idem, *In cap. XXIX Genes. Homil. LVI*, n. 2, PG 54, c. 487-488; Athenagoras, *Legatio pro christianis*, 33, PG 6 col. 966).

Opinio nihilominus pedetentim invaluit apud christianos se nonnisi per benedictionem et coronationem licite matrimonium inire posse.

Imo Ecclesia ipsa benedictionem requiri iussit et omnibus christianis interdixit ne, benedictione et precibus praetermissis vel contra consuetudinem neglectis, coniugale inirent foedus (*Collectanea S. C. de Propaganda Fide*, I, Romae 1907, n. 1154, p. 621).

Nicolaus I, in responsis ad consultationes Bulgarorum, agnoscit celebrationem matrimonii absque sacerdotis benedictione grave apud graecos constituere peccatum (*Codificazione canonica orientale*, Serie III, vol. I, pp. 662-663, ad III).

Praeterea ad probandum quod ritus sacer nondum erat necessarius ad matrimonium valide contrahendum, certum habemus factum: benedictio et coronatio concedebantur solummodo primo contrahentibus, non autem iis qui, primo matrimonio legitime soluto, ad alias convolabant nuptias (Theodorus Studita, *Ep. 50*, PG 99, col. 1093).

Qui christianus mos celebrandi nuptias influxum quoque exercuit in ius romeno-byzantinum.

Hoc clare demonstrat tertia iuris byzantini collectio, cuius titulus *Epanagoge Legis* a. 885, quae exigit ut consensus nuptialis manifestetur aut per benedictionem et incoronationem aut per instrumenta dotalia (cfr. Ae. Herman, *art. cit.* pp. 209-210).

II - Cum certo non constaret de libertate eligendi alterutram formam, nec de natura necessitatis utriusque formae, Leo IV, cognominatus Philosophus, Novella 89 circa a. 895 promulgata, unam praescripsit formam matrimonii ineundi inter christianos liberos, et quidem canonicam: "Quemadmodum adhibitis sacris precibus adoptionem perfici praecipimus, sic sane etiam sacrae benedictionis testimonio matrimonia confirmari iubemus; adeo ut, si quis citra hanc matrimonia ineant, id ne ab initio quidem ita dici, neque illos in vitae illa consuetudine matrimonii iure potiri velimus" (cfr. P. Tocanel, *art. cit.* p. 26).

Hic duo sanciuntur: primum, si matrimonium absque bendictione celebratur, non potest esse sermo de matrimonio valido, quia matrimonium non exsistit; secundum, licet contrahentes simul vivant, eorum cohabitatio non sortitur effectus civiles, qui conceduntur solummodo illis qui servant formam canonicam.

Quibus praemissis quaeritur: utrum Novella 89 Leonis Philosophi acceptata seu canonizata fuerit ab Ecclesia Constantinopolitana statim vel saltem ante definitivam separationem ab Ecclesia Romana a. 1054, ita ut interventus sacerdotis adsistentis ac benedicentis etiam in foro ecclesiastico uti conditio sine qua non ad matrimonii validitatem praescripta fuerit. Scriptores in duas abierunt sententias: nonnulli negarunt Ecclesiam Constantinopolitanam acceptasse Novellam Leonis, alii vero affirmarunt Novellam Leonis Philosophi statim receptam seu in foro ecclesiastico applicatam fuisse.

Sententia affirmativa, ad quam accedimus, tenet ritum sacrum inde a saec. X ad matrimonii validitatem etiam in foro ecclesiastico necessarium fuisse. Ut vitentur repetitiones, simul exponuntur argumenta huius sententiae et argumenta refutantur sententiae negativae.

a) Graviter erraret qui relationes inter potestatem imperialem et potestatem ecclesiasitcam illius temporis, iuxta criteria nunc vigentia aestimaret: arcta enim erat coniunctio inter utramque potestatem in imperio byzantino, et in materia ecclesiastica mere disciplinari potius canonizatio, non iam uti illegitima impositio legis civilis considerari debet. Ceterum etiam in Occidente Ecclesia "lege romana" vivere dicebatur, et multa impedimenta matrimonialia et instituta ex iure civili in ius canonicum recepta sunt vel consuetudine vel lege ecclesiastica (cfr. Ae. Herman, *art. cit.*, p.232).

Nullum exstat praescriptum Sedem Apostolicam sibi tunc reservasse facultatem unice statuendi formam ad matrimonium valide celebrandum, Ecclesias vero particulares carere iure condendi huiusmodi leges (vel tribuendi determinatae consuetudini vim legis, tacito saltem consensu), nisi Apostolica Sedes aliter explicite statuerit.

b) Praescriptum Novellae 89 paratum fuerat usu fidelium, qui per eam obtinuit vim legis, ita ut in utroque foro eadem forma exclusive valeret. Propterea mirum non est quod Ecclesia Constantinopolitana acceperit et applicaverit Novellam 89, seu praescripserit benedictionem sacerdotis ad matrimonium valide contrahendum.

Collectio iurisprudentiae byzantinae, idest *Peira*, circa medium saec. XI ante schisma confecta, clare dicit benedictionem necessariam esse ad matrimonium valide contrahendum (cfr. Ae. Herman, *art. cit.*, pp. 215-217). Idem testatur Michael Attaleiates, circa saec. XI (cfr. Ae. Herman, *art. cit.*, p. 213).

Praeterea, tum *Ecloga lib. I-X Basilicorum*, primo medio saec. XII composita. tum *Scholium ad Harmenopuli* manuale relatum, expresse affirmant quod ante Novellam 89 consensus contrahentium nuptias faciebat: "hodie autem in nudo consensu nuptiae non consistunt, sed nisi et benedictio sacerdotalis accesserit, neque coniugium contrahitur, neque contrahentes a se invicem separari prohibentur. Et hoc sanxit per novellam inter principes celeberrimus imperator Leo Philosophus ...; et subsecuta benedictione, etsi nuptiae non procedant, et commixtio eorum qui consenserunt, matrimonium esse videtur, contractusque est indissolubilis" (cfr. Ae. Herman, *art. cit.*, pp. 217-224, 226).

c) Quoad obiectionem desumptam ex necessitate benedictionis pro validitate primarum nuptiarum, non autem sequentium, respondendum est, post Novellam 89 Leonis Philosophi, paulatim etiam pro nuptiis subsequentibus benedictionem, non autem coronationem introductam fuisse, tamquam necessariam ad validitatem (cfr. e. gr. Ae. Herman, *art. cit.*, p. 230). Ceterum in nostro casu agitur de primo coniugio.

d) Consuetudo confirmat sententiam affirmativam: Persuasio de benedictionis necessitate ad matrimonii validitatem, inde a saeculo sexto, uti vidimus, efformatur in Ecclesia byzantina et sancitur a Leone IV uti unica pro utroque foro. Dato ergo, sed non concesso, quod haec consuetudo orta sit post Novellae 89 promulgationem, optime poterat praescribi et approbari ab auctoritate ecclesiastica ante separationem Orientis ab Occidente. Ait A. Coussa: "Cum consuetudo vim obtineat legislatoris competentis consensu (c. 25 CIC), cumque ... hierarchiam Ecclesiae Orientalis retinuisse potestatem leges dandi de impedimentis quoque ad matrimonium, consequens est ut consuetudo etiam eiusdem hierarchiae consensu, quod attinet ad impedimenta quae ab ipsa induci poterant, obtinere possit" (A. Coussa, *Epitome praelectionum de iure ecclesiastico orientali*, Romae 1950, vol. III, n. 54, p. 50).

Congregatio de Propagnada Fide et Commissio Orientalis Concilii Vaticani I ideo negaverunt consuetudinem vim iuris obtinuisse, quia ex relationibus eisdem exhibitis clare non constabat de requisitis, ut usus vim legis obtinere posset. Sed recentiora studia historico-iuridica omnes removent difficultates. Tempore separationis haec consuetudo: 1) iam inveterata erat seu radicata in animis fidelium; etenim ab anno promulgationis Novellae (a. 895) ad annum schismatis (a. 1054) elapsi sunt fere 160 anni; 2) determinatum habebat obiectum, id est necessitatem benedictionis sacerdotalis ad matrimonii validitatem; aliae orationes et Sacra Communio praescribuntur ut elementa accessoria; 3) non fundabatur in ignorantia vel errore, sed in natura sacramenti matrimonii; errores posteriores theo-

http://www.obrascatolicas.com

logorum non poterant sanum huius consuetudinis conceptum corrumpere; 4) erat communis saltem in Ecclesia Constantinopolitana et in quibusdam aliis Ecclesiis particularibus; 5) etsi Sedi Apostolicae ignota, poterat approbari ab Hierarchia orientali, ut diximus (Ceterum Congr. de Propaganda Fide normam practicam tantum dedit; non solvit quaestionem theoreticam, non promulgavit legem, ideoque statum iuris intactum reliquit).

e) Accedit etiam praxis et legislatio contemporanea Ecclesiarum Orientalium, sive seiunctarum sive catholicarum, quae fundatur in antiqua praxi, consuetudine et doctrina, licet nonnulli perperam invocent errores theologorum graeco-russorum, qui docent sacerdotem esse ministrum matrimonii.

f) Congruenter cum hac consuetudine, Litterae Apostolicae *Crebrae allatae* can. 85, expresse exigunt ritum sacrum ad valide contrahendum: "Ea tantum matrimonia valida sunt quae contrahuntur ritu sacro ... Sacer censetur ritus ... ipso interventu sacerdotis adsistentis ac benedicentis"; immo sufficit simplex benedictio, absque certo ritu liturgico.

Ceterum pacificum est "ad dissidentes quod attinet, adhuc vigere leges ante schisma anni 1054 latas. nisi aliter Sancta Sedes disposuerit" (A. Coussa, *Epitome praelectionum de iure ecclesiastico orientali*, t. I, Romae 1948, p. 20, n. 16).

Etenim, uti adnovit A. Coussa (*De canone LXXII Trullanae Synodi*, in "Apollinaris" 32, 1959, p. 179), societas schismatica nequit valide post schisma mutare legem ante schisma vigentem, dum aliunde schisma nullum liberat subditum ab Ecclesiae legibus, nisi aliud expresse caveatur (cfr. SRR Dec., coram Lefebvre, diei 13 ianuarii 1968).

Ergo, cum de facto Orthodoxi etiam post schisma formam hanc celebrationis matrimonii immutatam servaverint usque in praesentem diem, conclusio patet ea tantum haberi valida matrimonia apud orientales orthodoxos, quae celebrantur *ritu sacro*.

Difficultas x erronea opinione desumpta, benedictionem nempe a byzantinis necessariam habitam esse, quia putaban' ministrum sacramenti matrimonii esse sacerdotem, historico ac doctrinali fundamento omnino caret (cfr. Ae. Herman, *art. cit.*, pp. 232-233).

III - Quia matrimonium, de quo in casu, contractum est a. 1961, videndum est utrum haec disciplina, qua reguntur Orthodoxi, mutata sit Motu Proprio *Crebrae allatae* diei 22 februarii 1949.

Legimus in citato Motu Proprio: "*Ea tantum matrimonia valida sunt* quae contrahuntur *ritu sacro coram parocho*, vel loci Hierarcha, vel sacerdote cui ab alterutro facta sit facultas matrimonio adsistendi, et *duobus saltem testibus*, secundum tamen praescripta canonum qui sequuntur, et salvis exceptionibus de quibus in canonibus 89, 90. - Sacer censetur ritus, ad effectum de quo in par. 1, *ipso interventu sacerdotis adsistentis et benedicentis*" (can. 85, §§ 1-2).

In can. 90 statuitur: "Ad statutam superius formam servandam tenentur:

1° *Omnes in catholica Ecclesia baptizati et ad eam ex haeresi aut schismate conversi*, licet sive hi sive illi ab eadem postea defecerint, quoties inter se matrimonium ineunt:

2° Iidem, de quibus in n. 1, si cum acatholicis, sive baptizatis sive non baptizatis, etiam post obtentam dispensationem ab impedimento mixtae religionis vel disparitatis cultus, matrimonium contrahant (§ 1). Firmo autem praescripto § 1 n. 1, *acatholici baptizati, si inter se vel cum acatholicis non baptizatis contrahant*, nullibi tenentur *ad catholicam matrimonii formam servandam*" (§ 2).

Hae Litterae Apostolicae vigorem habuerunt a die secundo maii eiusdem anni 1949.

Iuxta interpretationem authenticam § 2 praefati can. 90, die 8 martii 1962 datam a Pontificia Commissione CICO, nomine "*acatholici baptizati*" in casu intelliguntur dumtaxat "*schismatici orientales*".

Quoad haec praemittimus adhuc controverti utrum orientales dissidentes seu orthodoxi obligentur et ipsi praefatis Litteris Apostolicis *Crebrae allatae*.

Affirmant nonnulli (v. g. Ae. Herman, *Adnotationes ad Motu Proprio "Crebrae allatae"*, in "Periodica", 1949, pp.93-125; Idem, *Quibus legibus subiciuntur dissidentes rituum orientalium*, in " Diritto ecclesiastico", 1951, pp. 1043-1058; A. Coussa, *Animadversiones in can. LXXII Trullanae Synodi*, in "Apollinaris", 1959, pp. 179-180; Daniel Faltin, OFM Conv., *De legibus quibus baptizati acatholici ritui orientali adscripti tenentur*, in "Apollinaris", 1962, pp. 238-249; *alii tamen negant* v. g. P. M. Shannon, *The diriment impediment of mixed religion*, in "The Jurist", 1963, pp. 350-351, et praesertim P. Clemens Pujol s. j., *Orientales ab Ecclesia Catholica seiuncti tenenturne novo iure canonico a Pio XII promulgato?*, in "Orientalia Christiana Periodica", 33, 1966, fasc. I, pp. 78-100).

Clemens Pujol affirmat: "Hucusque conati sumus utriusque sententiae argumenta perpendere. Argumenta vero pro sententia quae tenet novum ius orientale a Pio XII promulgatum etiam Orientales dissidentes obligare, nobis videntur vi revera probativa carere; dum sententia quae sustinet obligatorietatem huius novi iuris per se ad solos catholicos Orientales restringi, nostro iudicio non solum ut probabilior, sed ut sola vera est retinenda. Quod si scopum, quem nobis praestituimus, hanc, scilicet, alteram sententiam probandi, assecuti non simus, aut argumenta a nobis allata non omnibus plene satisfecerint, admitti saltem debet, huiusmodi argumenta tanti esse ponderis, ut vim harum legum seu illam extensionem novi iuris ad Orientales separatos dubiam dubio iuris revera faciant. Ideoque ista extensio urgeri nequit, et consequenter, hoc dubio manente, Orientales non catholici novo iure canonico obligari non possunt" (cfr. *art. cit.*).

Apertis verbis in § 2, can. 90 M. P. *Crebrae allatae* collato cum responsione authentica Pont. Commissionis Codicis iuris canonici orientalis diei 8 martii 1962, approbata a Summo Pontifice die 2 aprilis 1962, statuitur acatholicos baptizatos, si inter se vel cum acatholicis non baptizatis contrahant, *nullibi teneri* ad catholicam matrimonii formam servandam. Attamen, verbis legis attente perpensis, tuto affirmari potest mentem Ecclesiae fuisse et esse Orientales dissidentes exemptos *voluisse a catholica forma* servanda in matrimonii celebratione (id est parocho, duobus testibus etc. ad normam can. 85 ss.), minime vero *a quavis seu omni forma*.

Concilium Oecumenicum Vaticanum II in Decreto de Oecumenismo *Unitatis redintegratio*, promulgato die 21 novembris 1964, in n. 16 ait: "Praeterea a primis iam temporibus Ecclesiae Orientis disciplinas proprias a Sanctis Patribus atque Synodis etiam Oecumenicis, sancitas sequebantur. Cum autem unitati Ecclesiae minime obstet, immo decorem eius augeat et ad missionem eius implendam non parum conferat quaedam morum consuetudinumque diversitas, uti supra memoratur, *Sacra Synodus, ad omne dubium tollendum, declarat Ecclesias Orientis*, memores necessariae unitatis totius Ecclesiae, *facultatem habere se secundum proprias disciplinas regendi*, utpote indoli suorum fidelium magis congruas atque bono animorum consulendo aptiores. Perfecta huius *traditionalis principii observantia, non semper quidem servata*, ad ea pertinet quae ad unionem restaurandam tamquam praevia condicio omnino requiruntur".

Hisce addenda est quoque consideratio quod in Decreto Concilii Vaticani II *Orientalium Ecclesiarum*, promulgato eodem die 21 novembris 1964, "ad praecaven-

da matrimonia invalida, quando catholici orientales cum acatholicis orientalibus baptizatis matrimonium ineunt, et ad consulendum nuptiarum firmitati et sanctitati nec non domesticae paci, Sancta Synodus statuit formam canonicam celebrationis pro his matrimoniis obligare tantum ad liceitatem; *ad validitatem sufficere praesentiam ministri sacri, servatis aliis de iure servandis*" (n. 18). Quod Decreto diei 22 februarii 1967 S. C. pro Ecclesiis Orientalibus, extensum est etiam ad catholicos ritus latini quoties matrimonium contrahunt cum christianis orientalibus non catholicis (cfr. AAS, vol. LIX, 1961, p. 166).

Implicite proinde agnoscitur ab Ecclesia Catholica quod firmum semper orientales dissidentes habuerunt et habent, nempe ea tantum matrimonia esse valida quae contrahuntur coram ministro sacro, seu *ritu sacro*. Secus enim dispositio can. 85, par. 1, n. Litterarum Apostolicarum *Crebrae allatae* numquam fuisset derogata, itemque can. 1099 § 1, nn. 2 et 3 CIC, quibus forma validae celebrationis matrimonii statuebatur respective pro catholicis latinis et orientalibus.

Recolendum est tandem neque iuris praecedentis correctionem neque praesertim novam legem irritantem praesumi, ita ut in dubio concludendum esset orientales dissidentes, neque post Motu Proprio *Crebrae allatae*, ad catholicam formam matrimonii teneri.

IN FACTO – Cum domina E. P., orthodoxa, matrimonium iniverit cum domino D. C., orthodoxo, ritu dumtaxat civili, absque ullo ritu sacro, eiusmodi matrimonium ut invalide initum declarandum est.

A fortiori autem declarandum est nullum matrimonium quod Ae. C., catholicus ritus byzantini, inivit et ipse nonnisi ritu civili, antequam cum domina E. nuptias celebraret. Interim domina E. P. novum celebravit matrimonium – ritu quidem orthodoxo – cum Ae. C.; at novae istae nuptiae etsi illicite ex parte domini Ae. C., validae tamen dicendae sunt.

DECISIO – His omnibus in iure et in facto perpensis, Nos infrascripti Cardinales Membra Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, edicimus, declaramus et definitive sententiamus, proposito dubio respondentes: "*Affirmative*, seu *constare de nullitate matrimonii ob defectum formae seu ritus sacri*, in casu".

Romae, in sede Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae, die 28 novembris 1970. – Dinus Card. STAFFA, *Praefectus et Ponens*. (*Sequuntur ceterae subsignationes Cardinalium*).

* Apoll 48 (1975) 19-28.

4139

1971 IUL 13.-SC PRO DOCTRINA FIDEI, RESP. PART*

Negatur facultas dispensandi a forma canonica in matrimoniis mixtis celebrandis contra normas a Conferentia Episcopali pro territorio proprio legitime statutas

Roma, 13 Luglio 1971

Signor Cardinale, E' regolarmente pervenuta la lettera del 21 marzo 1971 con la quale l'Eminenza Vostra Reverendissima chiedeva a questo S. Dicastero la facoltà di dispensare dalla forma canonica nella celebrazione dei matrimoni misti secondo i criteri indicati dal n. 9 del Motu proprio *Matrimonia mixta* senza la limitazione apposta dalla Conferenza Episcopale Italiana (C. E. I.) riguardo alla forma esclusivamente civile.

Questa S. Congregazione, dopo aver sentito la C. E. I., pur non sottovalutando le difficoltà manifestate dall'Eminenza Vostra, ritiene importante di non creare in Italia una doppia prassi, con l'effetto che i matrimoni in questione sarebbero validi in alcune diocesi e invalidi, se conclusi in altre dioecesi italiane.

E' vero che una simile facoltà è stata già concessa all'Eccellentissimo Amministratore Apostolico di Pinerolo per le specialissime circostanze di quella piccola diocesi, ma non si ritiene opportuno, per motivi suesposti, estenderla a Torino.

Nella certezza che l'Eminenza Vostra saprà valutare giustamente le preoccupazioni pastorali di questa decisione, colgo l'occasione per confermarmi con sensi di venerazione dell'Eminenza Vostra Reverendissima devotissimo – Francesco Card. SEPER, *Prefetto*.

* Cardinali Archiepiscopo Augustae Taurinorum, Prot. N. 2770/70: e foliis eiusdem Sacrae Congregationis.

4140

1971 AUG 20.-SECRETARIA STATUS, RESCR. PART.*

Secretaria Generalis Synodi Episcoporum instituitur, et "Ordo Synodi Episcoporum celebrandae", die 24 iunii 1969 recognitus additamentis immutatur

I - RESCRIPTUM EX AUDIENTIA

Secretariae generalis Synodi Episcoporum excipiens sententiam et votum, expedire nempe ut *Ordo Synodi Episcoporum celebrandae recognitus et auctus*, die 24 iunii 1969 publici iuris factus (A.A.S. 61 [1969], pp. 525-539) [LE n. 3762], nonnullis commutationibus et additamentis perficeretur, Summus Pontifex ea adprobavit atque edi iussit.

Una cum ceteris partibus eiusdem *Ordinis*, Summus Pontifex mandavit ut novi articuli, qui sequuntur, ab omnibus quorum interest, religiose serventur.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, die vigesima mensis augusti, anno Domini 1971. - J. Card. VILLOT, *a publicis Ecclesiae negotiis*.

II – VARIATIONES "ORDINIS SYNODI EPISCOPORUM"

Caput IV. Art. 6 (*De sodalibus eligendis*) [LE vol. IV col. 5581].

... ...

§ 4. Conferentiae episcopales et Unio Superiorum Generalium, de quibus in § 1 et 2, unum alterumve sodalium substitutum eligant, qui Summo Pontifice approbante, solummodo partem in Synodo agere poterit, si sodalis, cuius ipse vices gerit, adesse nequiverit.

Caput VII
DE SECRETARIA GENERALI SYNODI EPISCOPORUM

Art. 11 (*De secretariae generalis Synodi constitutione*).

§ 1. Secretaria generalis Synodi Episcoporum est institutum permanens in servitium Synodi conditum ita ut sit inter diversos eiusdem coetus ligamen.

§ 2. Secretariae Synodi partem, suo pro munere, habent Secretarius generalis et Consilium Secretariae.

Art. 12 (*De Secretarii generalis nominatione, muneribus et adiutoribus*). – § 1. Secretarius generalis a Summo Pontifice nominatur, ad eiusque nutum munus suum exercet.

§ 2. Secretarii generalis est iussa seu mandata Summi Pontificis exsequi eique communicare omnia quae ad Synodum episcoporum spectant.

§ 3. Secretarius generalis coetus Synodi participat, officia Secretariae moderatur eiusque acta subsignat.

§ 4. Secretarii generalis item est labores Consilii Secretariae praeparare et promovere nec non sessiones eiusdem Consilii moderari.

§ 5. Ad Secretarium generalem quoque pertinet: 1° Mittere, de mandato Summi Pontificis, epistulas convocationis et ordinem rerum uniuscuiusque coetus Synodi episcoporum, necnon documenta, instructiones et notitias ad eundem coetum spectantia; 2° Communicare cum omnibus, quorum interest, nomina membrorum seu sodalium libere a Summo Pontifice designatorum, ad normam n. X Litt. Apost. *Apostolica sollicitudo*, d. 15 sept. 1965; communicare item nominationem Secretarii specialis uniuscuiusque coetus, a Summo Pontifice factam; 3° Summo Pontifici referre ea quae in laboribus Consilii Secretariae generalis peracta sunt; 4° Ordinem uniuscuiusque coetus praeparare, Summo Pontifici subiciendo res in eo agendas et elenchum membrorum, quae ratihabitione indigent; 5° Trasmittere processum verbalem uniuscuiusque coetus Synodi Patribus Cardinalibus Dicasteriis Curiae Romanae praepositis, patriarchis, archiepiscopis maioribus et metropolitis extra Patriarchatus Ecclesiarum Catholicarum ritus Orientalis, Praesidibus Conferentiarum episcopalium, necnon Praesidi Unionis Superiorum Generalium; 6° Exsequi ea quae Synodus episcoporum mandaverit; 7° Colligere, in ordinem disponere et asservare acta et documenta.

http://www.obrascatolicas.com

§ 6. Adiutores Secretarii Generalis nominantur, approbante Summo Pontifice, a Secretario generali ex eoque dependent.

§ 7. Idem adiutores eliguntur inter ecclesiasticos viros idoneos et aptos, scientia et prudentia praeditos.

§ 8. Si res postulet, periti in rebus technicis a Secretario generali, approbante Summo Pontifice, eligi possunt.

Art. 13 (*De Consilii Secretariae generalis constitutione, muneribus et conventibus*). – § 1. Consilium Secretariae generalis in fine cuiusque coetus generalis Synodi constituitur.

§ 2. Idem constat quindecim sodalibus quorum duodecim ab ipsa Synodo eliguntur ratione habita repraesentationis episcoporum in toto orbe diffusorum, et tres ab ipso Summo Pontifice designantur.

§ 3. Electio sodalium fit per scrutinium et vim habet iuris cum, demptis suffragiis nullis, parti absolute maiori eorum qui suffragium dederunt, placuerit, aut, post primum inefficax scrutinium, parti relative maiori in secundo scrutinio: quod si suffragia aequalia fuerint, servabitur norma C. I. C. can. 101 § 1, 1°.

§ 4. Episcopi in Consilio Secretariae generalis electi munus suum servant, donec in sequenti generali Synodo novum Consilium constituatur.

§ 5. Consilii Secretariae generalis est adiutricem operam Secretario generali praestare: 1° In examinandis omnibus quae a Synodis Ecclesiarum Catholicarum ritus Orientalis et episcoporum Conferentiis proponuntur quoad quaestiones in Synodo tractandas, ratione habita art. 1, 3°; 2° In praeparandis laboribus in proximo Synodi coetu persolvendis; 3° In praebendis consiliis quoad ea quae a Synodo prolata et a Summo Pontifice approbata ab eodem exsecutioni mandentur; 4° In aliis demum quaestionibus quas Summus Pontifex ipsi commiserit.

§ 6. Sodales Consilii Secretariae generalis a Secretario generali convocantur bis in anno, et insuper quoties, de iudicio Summi Pontificis, id opportunum videbitur.

* Ordo Synodi Episcoporum celebrandae recognitus et auctus. Editio cum additamentis de quibus in Rescripto ex audientia, die 20 augusti 1971, data. Typis Polyglottis Vaticanis, 1971, pp. 56. Adn. vide supra sub die 24 iunii 1969: LE 3762.

4141

1971 NOV 12.-SC PRO CLERICIS, DECISIO. PART.*

Exemplar proponitur Conventionis de cessatione iuris patronatus deque modo eam perficiendi.

Examini subiecto recursu diei 21 decembris 1969, quem Princeps Alaphridus Carolus de Liechtenstein, in nomine Principis Regentis Francisci Josephi II, apud S. Congregationem pro Clericis interposuit sibi validitatem actus vindicans quo ipse iuribus et officiis patronatus, quem in nonnullis paroeciis archidioecesis Viennensis tenet, coram Ordinario dictae archidioecesis die 29 octobris 1968 renuntiavit;

item examini subiecto Decreto Curiae Viennensis n. 5529, diei 19 septembris 1969, quo praefatae renuntiationis validitas iuridica denegatur;

viso altero quoque recursu eiusdem Principis Procuratoris diei 18 decembris 1970, necnon responso eiusdem Curiae Viennensis diei 22 aprilis 1970;

consideratis litteris Secretarii Episcopatus Austriae de quaestione iuris patronatus in genere die 2 iulii 1970 datis, una cum exhibito voto Professoris W. M. Ploechl diei 17 ianuarii 1969;

acceptis votis trium Consultorum S. Congregationis;

expetita sententia Consilii pro Negotiis Publicis Ecclesiae diei 8 octobris 1971;

ante oculos habens Decretum Concilii Vaticani II *Christus Dominus*, nn. 28, 31, necnon praescripta Litterarum Ap. *Ecclesiae Sanctae*, I, 18,

S. Congregatio pro Clericis rem componere decrevit hisce in terminis: "Partes concorditer et alacriter ineant conventionem de cessatione iuris patronatus uti temporibus parum congrui".

Insuper eadem S. Congregatio modum quoque cessationis iuris patronatus suggerit Partibus: "Patronus, postquam iuri patronatus renuntiavit, per decennium adhuc onera adimpleat uti prius, quo temporis spatio elapso, Ordinarius, absque ulteriore quovis onere Patrono imponendo, renuntiationem admittat forma etiam in foro civili valida".

Datum Romae, die 12 novembris 1971.-J. Card. WRIGHT, *Praefectus*. P. Palazzini, *a Secretis*.

* Prot. N. 136300/I in Oesterrreich Archiv für Kirchenrecht 24 (1973) 354-355. Adn. W. HAGEL in Oester. Archiv f. K. R. 24 (1973) 328-355; W. M. PLOECHL in Ius populi Dei, Roma 1972, vol. II p. 559-571.

4142

1971 DEC 30.-SIGNATURA APOST., EPISTULA. PART.*

Animadversiones nonnullae significantur Ordinariis locorum Neerlandiae circa ea quae in administranda iustitia urgentius corrigenda sunt et reformanda

Romae, die 30 decembris 1971

Eminentissime Domine, Cum ad hoc Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal, cui munus concreditum est Episcopos adiuvandi in recta administratione iustitiae, plures recursus interpositi fuerint, de quibus aperte et fidenter iam cum Eminentia Tua collocutus sum, his litteris nonnulla Tibi significare velim quae in administratione iustitiae in Provincia ecclesiastica Neerlandiae urgentius corrigenda et reformanda sunt.

I - Agitur enim non solum de observantia iuris processualis, sed de ipsa doctrina circa naturam matrimonii inter baptizatos. En quaedam opiniones minus probatae quae receptae sunt in sententiis adversus quas recursus interponuntur:

1. Unitas matrimonii indissolubilis a Christo sancita, "ideale" seu "optatum" dicitur, quod pro coniugibus christianis nullo modo ut norma seu lex habendum est.

2. Consensus matrimonialis non statice sed dynamice considerandus est, quo nempe coniuges mutuum amorem pedetemptim perficiunt. Hic conceptus Concilii Vaticani Secundi doctrina innititur, quae matrimonium non iam foedus seu pactum, sed vitae et amoris communionem dicit.

3. Distinctio fieri debet inter voluntatem nubendi et affectum quo connubium perficiunt vir et mulier, qui de valore matrimonii certiores fiunt modo quo felix vel infelix in posterum evadet.

4. Unde coniugum imprimis est iudicare de valore sui matrimonii, qui proprio iudicio statuere possunt utrum matrimonium exstiterit validum quia felix, an nullum vel solutum, quia infelix.

5. His aliisve similibus opinionibus innixi, quidam iudices ecclesiastici istius Provinciae plura in processum matrimonialem introduxerunt: *a*) audiuntur coniuges eo fine, ut examen psychologicum fieri possit de evolutione sui matrimonii et de eorum sinceritate, *b*) petitur ab expertis in re psychologica investigatio de coniugum capacitate connectendi relationes interpersonales, quibus ad felicem unionem progressive devenire possint.

7. Coniuges, qui iudicio peritorum talis relationis sunt incapaces, declarantur inhabiles ad matrimonium valide contrahendum; coniuges autem qui culpabiliter vel inculpabiliter evolutionem relationis interpersonalis impediunt vel intermittunt, a matrimonio soluti declarantur.

8. Coniuges, qui vel erant incapaces relationis interpersonalis, vel huius relationis evolutionem inculpabiliter interrumpunt, novas nuptias in Ecclesia celebrare non possunt, sed eis non interdicitur matrimonium civile tantum, quo, ut aiunt, ius fundamentale nubendi exercere possint. In utroque casu, si bonae fidei sint, ad sacramenta, necessaria salutis remedia, admittuntur.

Coniuges autem qui culpabiliter relationis interpersonalis evolutionem interrumpunt, licet, dissoluto amoris vinculo, iam matrimonio non sint ligati, nihilominus, ratione poenae, ut coniuncti considerantur et novum matrimonium celebrare non valent.

9. Quem cogitandi et procedendi modum confirmat, aiunt, etiam nova Ecclesiae figura a Concilio Vaticano II proposita, qua nempe Ecclesia non est perfectorum sed peccatorum societas, in terris peregrina, quae ad maiora sublimioraque anhelat.

10. Inde intelligitur etiam adversitas contra ius matrimoniale Ecclesiae, utpote mere formalisticum, quia potior vis institutioni quam personae humanae eidem attribuitur. Haec legislatio, aiunt, criterium offendit pastorale, quod situationes humanas considerat eisque remedium afferre curat, atque potius in personali iudicio partium vel pastorum sollicitudine fundatur.

II - His praemissis, de ipsa procedura et de sententiis Tribunalium Neerlandiae sequentia animadvertenda sunt:

1. Ratio procedendi, quae huic illuc in istius Provinciae ecclesiasticae Tribunalibus applicatur, ut sententia celerior reddatur, ita describi potest: auditio partium et, si necessarium sit, unius alteriusve testis; iudicium de bona fide coniugum e conversatione etiam diutius protracta eruendum; opinio de exitu felici vel infelici matrimonii; peritorum sententia de coniugum ad relationem interpersonalem psychologica aptitudine; affirmatio impossibilitatis coniugum sese denuo amandi aut vitam coniugalem restaurandi; agnitio causae culpabilis vel inculpabilis talis infelicis exitus; iudicis opinio de coniugum concordia in admittendo et

recognoscendo hoc infelici exitu cum consequenti nullitate sui matrimonii; conclusiva sententia, vel unius iudicis, qui statum libertatis, etiam inscio alterutro coniuge, declarat; vel trium iudicum, qui statuunt matrimonium aut invalide celebratum, aut protrahendum non esse.

Hanc praeproperam procedendi rationem, quae magis psychologica contenditur et pluries applicata fuit, nunc ab Auctoritate Suprema post factum approbatum iri exoptatur. Haec petitio ex sese iam clare ostendit praedictae praxeos illegitimitatem.

2. Quae praxis, etiam ad modum experimenti inducta vi dispensationis ab Episcopis concessae, admittenda non est, cum de legibus constitutivis et processualibus agatur quibus iura personarum tuentur et a quibus, vi Decreti *Christus Dominus*, n. 8, b) et Motu Proprio *Episcoporum muneribus*, n. IV, et ipsi Episcopi dispensare non possunt.

3. Sententia Rotalis in causa *Quebecen.* coram Anné diei iulii 1969 recte invocari nequit, cum in eadem agatur de defectu discretionis ob turbationem gravem psychicam matrimonio praeviam.

4. Immerito in sententia iudicum Neerlandiae incapacitas perficiendi matrimonium ob defectum relationis interpersonalis et maturitatis psychologicae invocatur ut impotentia moralis matrimonio praevia. Huiusmodi enim defectus, si post matrimonii celebrationem apparent, non semper possunt morali cum certitudine haberi ut incapacitas matrimonio praevia; moralis autem impotentia matrimonium dirimens non habetur nisi coniugis incapacitas adsit vel diiudicandi obiectum matrimonii, vel eliciendi consensum matrimonialem.

5. In perlegendis sententiis iam latis, notatur insuper peritias sibimetipsis contradicere, cum incapacitatem coniugum ad matrimonium absolutam affirment, dein eosdem ad novum matrimonium ineundum capaces declarent.

III - Denique, sive de doctrina sive de ratione procedendi haec addenda sunt:

1. Celebratio matrimonii non ut contractus consideratur quo fit matrimonium, sed ut initiatio matrimonialis qua commercium coniugale initium sumit et pedetemptim fit matrimonium; quae assertio fundamenta iuris matrimonialis evertit.

2. Insuper, ex hac erronea doctrina numquam statui potest utrum matrimonium sit validum necne. Haec autem incertitudo de existentia matrimonii necessario incertitudinem socialem secumfert.

3. Contra praxim Ecclesiae et probatam iurisprudentiam praedicti iudices Neerlandiae notionem impotentiae moralis, utpote capitis nullitatis matrimonii, tum metui tum homosexualitati tum aliis subiecti condicionibus applicant.

4. Iudices qui, infelici tantum exitu innixi, matrimonium etiam post plures annos cohabitationis et commercii coniugalis nullum vel solutum declarant, iura personarum graviter laedunt.

5. Quae iudicum praxis unionibus liberis favet, matrimonii dignitati et firmitati nocet et ipsum valorem actus coniugalis, quo coniuges mutuo dono sese uniunt, infirmat. Doctrina vero matrimonii sine vinculo bonum et ordinem societatis evertit.

6. Clarum est Ecclesiam particularem seu localem contra universae Ecclesiae praxim et doctrinam agere non posse, cum illa tantum agnoscatur Ecclesia particularis, in qua inest et operatur una, sancta, catholica et apostolica Ecclesia. Etsi in variis rebus admittatur "pluralismus", quaedam tamen essentialia sunt, in quibus nulli particulari Ecclesiae ab Ecclesia universa et a reliquis Ecclesiis particularibus dissentire fas est.

7. Pastoralis actio ad quam saepe provocant quidam Neerlandiae iudices, superficialis dicenda est, utpote theologico fundamento prorsus destituta atque sollicita potius situationes humanas quomodocumque componendi, quam ius naturale et fidem revelatam servandi.

8. Ceterum ipsi iudices fatentur suam diiudicandi rationem difficulter aliis in regionibus recipi, et in patria quoque sua a nonnullis fidelibus reiici, cum eis scandalo sit videre quanta audacia laedantur iura humana etiam fundamentalia.

Velit Eminentia Tua haec omnia pro conscientia benigne perpendere atque cum aliis Neerlandiae Episcopis communica; re, ut iuxta ea Tribunalia ecclesiastica istius Nationis se gerant. Quod si quidam iudices id facere renuant, a competenti Auctoritate – ut patet – removendi sunt a munere, quod viris probatis sine mora committendum est.

Occasionem nactus cuncta fausta Tibi a Deo adprecor me que profiteor, omni qua par est veneratione, Eminentiae Tuae Reverendissimae addictissimum. – Dinus Card. STAFFA, *Praefectus*. A. Sabattani, *a secretis*.

* Praesidi Conferentiae Episcopalis Neerlandiae: Apoll 46 (1973) 294-298. Adn. in LE n. 4021, vol. IV col. 6194-6196, data est versio italica, tunc sola edita; hic vero datur idem documentum in lingua originali latina.

4143

1972 FEB 2.-SC RELIGIOSORUM, NOTIFICATIO. PART.*

Officium reddendi rationem administrationis bonorum Ordinario loci non tenet Religiones iuris pontificii

DICHIARAZIONE

Questo Sacro Dicastero in virtù della sua competenza esclusiva sulle Associazioni religiose di diritto pontificio (can. 251 C. I. C.) attesta che il disposto del can. 1525 C.I.C. si riferisce esclusivamente all'amministrazione dei beni ecclesiastici ivi menzionati, e cioè Chiese anche Cattedrali, Luoghi pii e Confraternite, e, perciò, esso non è applicabile alle suddette Associazioni religiose di diritto pontificio: Ordini, Congregazioni, Istituti, nonché indicativamente, loro Case Generalizie, Procure, Provincie e Case singole, le quali, pertanto, non hanno obbligo di presentare il bilancio o rendere il conto dell'amministrazione all'Ordinario del luogo.

Roma, 30 Settembre 1972. – A. Mayer, *Segretario*.

* Ordinariis locorum, Prot. N. R. G. 1001/71.

4144

1972 FEB 19.-SIGNATURA APOST., SENTENTIA. PART.*

De appellatione contra decisionem Congressus Signaturae Apostolicae ad collegium iudicans Cardinalium

ROMANA

FACTI SPECIES – Rev.dus Antonius, olim officalis S. C. pro Doctrina Fidei, Adiutor studii ab anno 1938 ad a. 1947, Primus Notarius ab a. 1947 ad a. 1950, Summista pro sectione matrimoniali ab anno 1950 ad a. 1952, et deinceps Summista simpliciter: die 20 martii 1969 petiit ut emeritis stipendiis in pensionem reduceret, atque ex facultate ei scripto a Secretaria Status assecutus est plenum stipendium (35/35 stipendium), quamvis non explevisset 65 annos aetatis, qui requiruntur a novissimo *Regolamento della Curia Romana* a. 1968. Rev.dus Antonius petiit pariter a S. C. pro Doctrina Fidei ut sibi emerito agnosceretur gradus Officialis Maioris primae classis, qui – ut ipse censebat – comprehendebat etiam Summistam "generalem" S. Congregationis – qualem ipse definit – qui gradus ab eo habetur superior Summistis Sectionis, qui in memorato *Regolamento*, a Summo Pontifice die 22 februarii a. 1968 approbato, numerabantur inter Officiales minores secundae classis, aequiparatos sic dictis "Capi Ufficio".

E.mus Cardinalis Praefectus S. Congregationis pro Doctrina Fidei dei 28 novembris a. 1969 negative respondit Rev.mo Antonio, litteras suas sic concludens: "D'altra parte parrebbe che il grado cui Ella aspirava e che riterrebbe a Lei competente, sia tra quelli riservati al Sommo Pontefice, per cui ogni decisione in merito trascende la facoltà di chi è preposto ai singoli Dicasteri".

Contra negativum S. Dicasterii responsum, Rev.mus Antonius die 20 decembris a. 1969 recursum interposuit ad Secundam Sectionem huius Supremi Tribunalis, et die 10 martii anno 1970 suum patronum nominavit prof. adv. Petrum; Sacra autem Congregatio pro Doctrina Fidei tamquam advocatum suum elegit doct. adv. Paulum die 10 iunii a. 1970.

Congressus huius Supremi Tribunalis die 28 iulii a. 1970, decrevit: "Cum ei ius adquisitum non adsit, petita a Rev. D.no Antonio ex iustitia debita non sunt".

Die 6 augusti a. 1970 advocatus Petrus contra dictum decretum interposuit recursum ad Collegium iudicans, ad normam commatis II articuli 116 *Normarum Specialium* huius Supremi Tribunalis.

Rursum in Congressu diei 17 novembris a. 1970 decretum est: "Recursum ad Collegium iudicans non esse admittendum, cum nullo solido fundamento nitatur".

Attamen, die 27 novembris a. 1970 recurrentis advocatus iterum recursum interposuit et querelam nullitatis; Congressus vero diei 15 decembris a. 1970 decrevit: "Ad Collegium iudicans, si et quatenus". Cum autem recurrentis advocatus recursum non interposuisset intra mensem habitae notificationis decreti,

http://www.obrascatolicas.com

advocatus Paulus die 28 ianuarii a. 1971 petiit "ut eadem appellatio deserta declaretur".

Quare petitur ut Collegium iudicans his quaesitis respondeat:

1) *An appellatio seu recursus in causa incidentali de iure appellandi deserta censenda sit;* et quatenus *negative,*

2) *An admitendus sit recursus contra decretum Congressus diei 17 novembris a. 1970;* et quatenus *affirmative,*

3) *An sustineatur decretum Congressus diei 28 iulii a. 1970.*

IN IURE ET IN FACTO

1. An appellatio seu recursus in causa incidentali de iure appellandi deserta censenda sit

De re duae oppositae sententiae sustinentur: altera Promotoris iustitiae H. S. T. et advocati S. Congregationis pro Doctrina Fidei, qui, affirmantes aequiparationem recursus – de quo in art. 116, IIº commate *Normarum Specialium* – cum vera appellatione, asseverant causam incidentalem "de iure appellandi" habendam esse desertam; altera advocati recurrentis, qui aequiparationem negans, sustinet nullum ulteriorem actum fuisse a se ponendum ut suum prosequeretur recursum.

Ut videatur quaenam alterutra sententiarum admittenda sit, necessarium in primis videtur definire quam vim habeant argumentationes in contradictorio propositae ad sustinendas personales interpretationes, sive conformationis institutionalis Supremi Tribunalis Signaturae, sive suae rationis normaeque procedendi. Etenim, ex huiusmodi interpretatione deductae sunt variae conclusiones circa vim articuli 116 commate IIº *Normarum Specialium*. Aliis verbis, necessarium videtur ut Collegium iudicans prae oculis habeat: *a*) conformationem institutionalem Supremi Tribunalis Signaturae; *b*) limitem peculiarium suarum normarum procedendi relate ad eamdem suam configurationem institutionalem.

Responsum de re breve at validum inveniri potest in Normis Specialibus.

a) *Quoad primum,* sic legitur in art. 8: "Cardinalis Praefectus ... *decernit qua ratione sit quaestio definienda; si casus ferat collegium iudicans constituit ...;* subsignat rescripta gratiae vel decreta definitiva *extra tramitem stricte iudicialem lata ...*": quod respondet tum respectivis rubricis dispositionum quae continentur articulis 23-85 *"de iudiciali ratione procedendi"*, et articulis 86-95 *"de administrativa ratione procedendi"*: utraeque respiciunt competentiam Sectionis Primae (art. 96); tum normis procedendi spectantibus competentiam Sectionis Alterius, in quibus sermo est de "processu" et de "iudicio" ac perspicue praevidetur sive ratio contentiosa inter partes habentes legitimitatem activam et passivam, sive "disceptatio iudicialis" propria processuum contentiosorum.

Ex his deducitur Supremi Signaturae Tribunalis diversos esse modos exercitii iurisdictionis ob diversa obiecta quibus ipsa referri potest, quod debetur peculiari constitutioni S. Tribunalis et ex peculiaritate ac diversitate causarum circa quas eius iurisdictio versatur. Haec tamen diversa procedendi ratio, inducere nequit ad formaliter distinguendos gradus iurisdictionis in eodem Supremo Tribunali Signaturae aut ad instituendam similitudinem cum peculiari turnorum ordinatione in S. Romana Rota. Si vestigia quaedam analogiae, in casu de quo agitur, inquirere vellemus cum ratione procedendi S. R. Rotae, eadem invenirentur in art. 83, 96, 104, 169, § 1, 170 § 2, 181 *Regularum* eiusdem S. R. Rotae a. 1934, in quibus contra decretum Ponentis datur recursus ad turnum iudicantem.

b) *Quoad alterum*: quod dicitur in art. 108 Constitutionis *Regimini Ecclesiae Universae*: "Signatura Apostolica regitur lege propria", videtur invenire exceptionem in art. 126 *Normarum Specialium*, et ideo relate ad rationem procedendi Sectionis Secundae: "Quoad ea quae non praevidentur expresse in praesentibus particularibus normis, servantur, quatenus applicari possunt, normae processuales statutae in Libro IV, Parte prima, prima Sectione, Titulus a III ad XIII C. I. C., *ita quidem accommodatae* ut quam maxime consulatur *peculiari illi brevitati*, quam praeseferre debent processus celebrandi coram Sectione Altera Signaturae Apostolicae". Quod pottissimum valet semper de "iure singulari" in *Normis Specialibus* statuto: quod "ius singulare" interpretandum est in contextu tum indubiae peculiaritatis institutionalis Signaturae, tum confirmatae peculiaris brevitatis processuum "coram sectione altera" (art. 126).

Quare responderi potest priori propositae quaestioni, hoc modo: Patronus partis recurrentis semper ac tantum confirmavit velle se uti articulo 116 IIº commate *Normarum Specialium*, hoc est, censuit se posse legitime interponere recursum contra reiectam primam "postulationem iudicialem". Ideo unica quaestio ea est quae respicit sensum articuli 116, IIº commate, de legitimitate tituli iuris huiusmodi, et de modo utendi eo titulo.

Atqui, si valet descripta peculiaritas institutionalis Signaturae – quae, ut vidimus, non dicit pluralitatem graduum iurisdictionis – atque etiam si valet confirmata peculiaritas suarum normarum procedendi, evidens apparet conclusio: sensum IIª commatis articuli 116 *Normarum Specialium* non posse diversum esse a sensu deducto ex significatione litterali textus articuli. In iure enim canonico cognitio non temerarietatis litis, seu sic dicti "fumi boni iuris", initio fit ab ipso iudice (contra, in iure civili, pars ipsa conventa proponere debet exceptionem in contrarium, cum in iudicio constituitur). Aliis verbis, ut habeatur oeconomia processualis, ut dicit articulus 126 *Normarum Specialium*, haud necessarium videtur ulterius extendere analogiam cum canone 1709 § 3 C. I. C. et Collegium iudicans configurare ad modum "tribunalis superioris" relate ad Congressum. Cum proprium et evidentem sensum habeat, articulus 116 IIª commate *Normalium Specialium*, potest profecto intelligi ut ius singulare accommodatum ad peculiarem Signaturae institutionem. Quod etiam ex eo confirmatur quod Cardinalis Praefectus praesidet tum Congressui tum Collegio Iudicanti.

Contrariae opinioni advocati S. Congregationis pro Doctrina Fidei et Promotoris iustitiae obstaret etiam canon 11: "Irritantes aut inhabilitantes eae tantum leges habendae sunt, quibus aut actum esse nullum aut inhabilem esse personam expresse vel aequivalenter statuitur" (cfr. etiam can. 1680).

Nihil igitur restat nisi ut decernatur modo favorabili parti recurrenti et declaretur "non desertus" eius recursus.

2. An admittendus sit recursus contra decretum Congressus 17 novembris a. 1970

Supra datae de prima quaestione conclusiones affirmare permittunt, allatum decretum diei 17 novembris a. 1970 posse cumulari cum priore diei 28 iulii a. 1970, quod a posteriore confirmatum est. Adnotatum fuit quod si recursus ad Collegium Cardinalium semper ac de plano admittendus esset, eo ipso quod proponitur, etiam si omnino et evidenter irrationabilis esset, onus Collegii iudicantis revera intolerabile fieret. Donec tamen ratio procedendi H. S. T. mutetur, salvum integrumque est originarium partis recurrentis ius exigendi ut Collegium Iudicans sententiam ferat de suo recursu.

Concludendum est proinde recursum dari contra decretum Congressus 17 novembris a. 1970.

3. An sustineatur decretum Congressus diei 28 iulii a. 1970

Respondetur *affirmative:*

a) Ante omnia dirimenda est quaestio de ipsius decreti nullitate ob coarctationem terminorum, de qua recurrentis patronus conqueritur. Quia can. 1634 § 2 prorogationem permittit, auditis quidem partibus, quin de coarctatione mentionem faciat, absque dubio servanda erat norma art. 115 § 2, iuxta quam patronus recurrentis respondere poterat intra terminum decem dierum ab accepta communicatione voti Promotoris iustitiae. De nullitate tamen decreti nullimode constat, sive quia nullibi invenitur haec nullitatis sanctio (cfr. can. 11 et can. 1680), sive quia recurrentis patronus de facto suo iure usus est responsione die 25 iulii a. 1970.

b) Quoad ipsum obiectum recursus, dicendum est e documentis ipsis a parte recurrente allatis, erui quod eius petitio admitti non potest ex defectu iurisdictionis Signaturae. Quaestio enim proposita non respicit "violationem legis", sed legem ipsam.

Rev.mus Antonius asserit violatum esse quoddam suum praesumptum ius subiectivum; immo vero eius patronus queritur quod recursus reiectus est sine ulla praeposita instructoria ad huiusmodi ius probandum; contendentes vero immorati sunt in quaestione praeiudiciali, hoc est in quaerendo definiendoque decreto, ad quod se retulit recurrens ut denuntiaret violationem legis in suum detrimentum.

Atqui, si attente considerentur Rev.mi Antonii recursus rationesque ad eum fulciendum allatae, atque etiam allegata documenta et ea quae ad instantiam partis acquisita sunt, et opportune conferantur cum novo *Regolamento generale della Curia Romana* a. 1968, manifesto apparet decretum a Rev.mo Antonio denuntiatum ut laedens eius praesumptum ius acquisitum, aliud esse non posse nisi illud, quod innuitur in epistula Secretariae Status ad Cardinalem Praefectum S. C. pro Doctrina Fidei, die 29 februarii a. 1968 missa, num. 112.919, hoc est: "*Pontificis approbationem novarum Tabellarum Sacrae Congregationis pro Doctrina Fidei*". Profecto recurrentem fugit vera significatio eius quod dicitur in art. 3 § 1 *Regolamento generale della Curia Romana* de potestate normativa, in hac re Summo Pontifici reservata. Compositio enim novarum Tabellarum habenda non est merus actus administrativus reservatus singulis Dicasteriis et approbatus tantum "in forma communi" a Summo Pontifice. Contra vero, cum ipsa tabella sit enucleativa integratio normarum generalium, in Constitutione *Regimini Ecclesiae Universae* et in relativo *Regolamento generale della Curia Romana* contentarum, eae tabellae vim habent normativam, ideoque approbari tantum possunt decreto Summi Pontificis. Verum quidem est praevideri tabellarum elaborationem a singulis Dicasteriis, sed hoc spectat meram praeparationem decreti proprie dicti, quod unice imputabile est Summo Pontifici, ob iudicium ei reservatum in formulatione definitiva approbationis. Textus autem epistulae Secretariae Status, collatus cum art. 3 § 1 *Regolamento generale della Curia Romana* confirmat quae hucusque dicta sunt. Non igitur Apostolicam Signaturam, sed Ipsum Legislatorem adire debuisset recurrens, cum tantum approbationem "Tabellarum" posset ille habere laesivam praesumpti sui iuris subiectivi, prout per eas negatus est ei esset titulus ad praesumptam qualificationem sui muneris. Ad hoc ulterius confirmandum – non posse nempe Rev.dum Antonium referre se ad decretum diversum ab allato in epistula Secretariae Status diei 29 februarii a. 1968 – animadverti potest eius querelam reapse respicere hoc ipsum, quod non adfuerit in novis Tabellis vera transpositio classificationis attributorum, in suo S. Dicasterio vigentis. Ille confirmat, ex proprio rei iudicio, suum munus debuisse habere illam qualificationem, quam sub aspectu normativo et oeconomico non habebat in veteribus tabellis.

Neque Rev.mi Antonii recursus saltem ex parte admitti potest, quasi legis violatio imputanda esset administrationi sui Dicasterii: vel ob errorem in praeparandis tabellis, vel ob non agnitum de facto aliquem eius titulum, saltem ad solos fines oeconomicos. Ad rem confirmandam sunt duo magni momenti argumenta, ex *Regolamento generale della Curia Romana* desumpta, in quo: 1) clare distinguuntur classificationes Officialium maiorum; dum enim classes officialium minorum respiciunt aetatis gradum, duae classes in quas confluunt officiales maiores respondent definitis muneribus; 2) ratio laboris suam qualificationem desumit tantum ab elemento subiectivo, hoc est, a statu iuridico, qui enascitur ex gradu collato personae seu officiali, non vero ex operibus ab eo reapse praestitis (seu ex elemento obiectivo). Quare sermo esse nequit de errore vel de culpa ex parte S. Dicasterii, cum ratio normativa esset uni Summo Pontifici reservata. Tandem Rev.mus Antonius nullo titulo exigere potest qualemcumque compensationem oeconomicam: primo, quia eius status iuridico-oeconomicus non est mutatus in peius, at idem persistit ac antea erat; secundo, quia postulata requalificatio respiceret tantum personalem condicionem subiectivam cum derogatione normarum quae statutae sunt in novis tabellis organicis: quod numquam S. Dicasterium facere posset, cum sit hac competentia destitutum.

Tandem recurrentis patronus scribit: "Ex anno 1952 ad 1969 fuit recurrentis munus veluti medium inter officia quartae et officia quintae classis; quod enim attinet ad stipendium, aequiparabatur officiis quartae classis; quod vero ad cetera, ad officia quintae classis" (22 oct. 1970). Quia recurrens postulat augmentum pensionis, eius petitio relationem dicit ad stipendium quod eo ipso fatente, fuit semper quartae classis, quin quaestionem umquam ipse moveret. "Cetera" vero quae erant quintae classis, non comprehendebant "gradum" ipsum quintae classis, secus habuisset correspondens stipendium.

DECISIO – Infrascripti Cardinales, membra Signaturae Apostolicae, in sede eiusdem Supremi Tribunalis legitime congregati ad decidendam causam de qua supra, propositis dubiis:

1. *An appellatio seu recursus in causa incidenti de iure appellandi deserta censenda sit;* et quatenus *negative,*

2. *An admittendus sit recursus contra decretum Congressus diei 17 novembris 1970;* et quatenus *affirmative,*

3. *An sustineatur decretum Congressus diei 28 iulii 1970,*

respondendum censuerunt uti respondent:

Ad primum: *negative,* id est *appellationem seu recursum in causa incidenti de iure appellandi desertam censendam non esse,* in casu;

Ad secundum: *provisum in tertio;*

Ad tertium: *affirmative,* seu *decretum Congressus diei 28 iulii a. 1970 sustineri, quatenus recursus nullo solido fundamento nititur,* in casu.

Romae, in sede Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae, die 19 februarii 1972. – Dinus Card. STAFFA, *Praefectus* (*Sequuntur ceterae subsignationes Cardinalium*). Aegidius Card. VAGNOZZI, *Ponens.*

In Audientia, die 2 martii 1972 infrascripto Cardinali Praefecto impertita, Ss.mus D. N. Paulus, Divina Providentia PP. VI, habita relatione superioris decisionis, nihil obstare declaravit quominus publicetur et ab omnibus quibus spectat ad normam iuris exsecutioni mandetur.

http://www.obrascatolicas.com

E sede Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae, die 3 martii 1972. – Dinus Card. STAFFA, *Praefectus.* A. Sabattani, *a Secretis.*

* Apoll 46 (1973) 307-314.

4145

1972 MAR 21. - SIGNATURA APOST., DECISIO. PART*

Rectoris Seminarii dioecesani remotio et dimissio contentionem adversus Ordinarium loci offert tramite administrativo, non vero processu iudiciali, dirimendam

FACTI SPECIES – 1. Quinque collegiales (unus sacerdos et quattuor Seminarii alumni, e quibus dominus Iacobus, Rector Collegii est) Collegii seu Seminarii Maioris Valentini Sancti Thomae a Villanova, pertinaciter obstiterunt Archiepiscopi decisionibus circa casum cuiusdam sacerdotis sic dicti "contestatore", ex-rectoris Collegii, necnon nominationi Rev.di D.ni Romualdi uti Patronorum Collegii (Archiepiscopi et Syndici Valentini) delegati, qui Collegiales in eorum sacerdotali formatione adiuvaret.

Patroni autem Collegii Visitatorem nominaverunt Episcopum Auxiliarem Valentinum, qui Rectorem ceterosque Collegiales beneficiis privavit, atque eosdem iussit a Collegio exire. Cumque alius Rector designari nequiret, ipse Auxiliaris Reverendum Romualdum nominavit delegatum Patronorum cum munere regendi Collegium.

Renuentes vero Collegiales Collegium relinquere, ab Archiepiscopo condicione alumnorum Seminarii privati sunt. Insimul Ordinarius argentariis *(banche)* significavit unicam subscriptionem Rev.di Romualdi valere.

Collegiales tunc, die 20 novembris 1971, adversus Archiepiscopum et Syndicum Valentinum, Rotam Matritensem adierunt ad agendam causam "retinendae possessionis" et "recuperandae possessionis vel de spolio" (can. 1695, 1698). At Nuntius Apostolicus in Hispania, die 1 decembris 1971, respondit, ad normam art. 37 Motu Proprio *Hispaniarum Nuntio*, aditum Tribunal non esse competens in casu (can. 1601).

Recursu autem diei 17 decembris 1971, iidem Collegiales a Signatura Apostolica petierunt ut "se digne admitirlos y ordenar lo procedente en derecho para que nuestra causa sea entregada para resolución judicial al Tribunal de la Rota de la Nunciatura Apostólica en España, ordenando a quien corresponda que se acepte y tramite judicialmente".

IN IURE ET IN FACTO – 2. Videndum est tantummodo in casu utrum contentio, de qua agitur, definienda sit ab auctoritate iudiciaria per processum iudicialem, an dirimenda sit tramite hierarchico per actum disciplinarem seu potestatis administrativae.

3. Collegium Valentinum Maius est verum Seminarium, id est institutum ecclesiasticum ab auctoritate ecclesiastica constitutum ad educandos candidatos ad Presbyteratus Ordinem. Ex suapte constitutione persona est moralis non collegialis.

Cum autem Ecclesiae sit ius proprium et exclusivum eos instituendi qui ecclesiasticis ministeriis sese devovere cupiunt, civilis auctoritas in Seminariorum negotia se interponere nequit.

Facultates autem Constitutionibus Collegii Valentini Maioris tributae Syndico Civitatis mutua sponsione cum Archiepiscopo, non auferunt eidem Collegio eius statum iuridicum instituti ecclesiastici directe et praecipue subiecti Archiepiscopo Valentino ad normam Iuris Canonici et peculiarium Constitutionum.

Regimen igitur huius Collegii proprie et essentialiter pertinet ad ecclesiasticam administrationem.

4. Atqui Collegium Valentinum Maius est Seminarium dioecesanum a Fundatore institutum pro candidatis ad Sacerdotium, qui "sint pauperes et de dioecesi Valentina" (*Const.* cap. II, p. 8). Ideo eius regimen atque administratio sub auctoritate Archiepiscopi Valentini ad normam iuris exerceri debent (c. 1357).

Bona Collegii mobilia et immobilia nec alienari nec vendi quoquo modo possunt nisi de consensu Archiepiscopi et Syndici Valentini (*Const.* cap. XII, p. 43). In electione Collegialium et Rectoris ultima decisio ad Archiepiscopum pertinet (can. 1363; *Const.* cap. VIII, p. 39). Ad ipsum quoque spectat, audito Rectore, alumnos Collegii dimittere (cfr. can. 1371; *Const.* cap. XIV, pp. 45-46). Cum vero agatur de Rectore dimittendo (qui et ipse alumnus est), quia censetur ineptus sive ad munus sive ad sacerdotium, Ordinarius debita cum prudentia directe ac simpliciter providet.

5. Ex iam animadversis, recte deduci potest, Rectoris amotionem atque dimissionem una cum aliis quattuor Collegialibus necnon subsequentem eius declaratam inhabilitatem ad tractandum cum argentariis, dispositiones esse proprie disciplinares, quae iure meritoque ad Episcopum spectant.

Atque "contra Ordinariorum decreta non datur appellatio ad Rotam, sed de recursibus exclusive cognoscunt Sacrae Congregationes (can. 1601; Motu proprio *Apostolico Hispaniarum Nuntio*, art. 37).

Competens igitur est in casu, administrativo tramite, S. Congregatio pro Institutione catholica, quae "per primum officium videt: 1) omnia quae spectant ad regimen, disciplinam, temporalem administrationem seminariorum...(Const. Apost. *Regimini Ecclesiae Universae*, n. 77).

6. Praeterea ipsum contentionis *obiectum*, attenta iuridica condicione Collegii eiusque Collegialium, valido non videtur niti fundamento ad movendam iudicialem actionem "retinendae possessionis" et "recuperandae possessionis vel de spolio" (can. 1695, 1698).

DECISIO – In Congressu habito coram E.mo Cardinali Praefecto die 12 martii 1972, proposito recursu a Rev.dis D.nis Iacobo, Philippo, Daniele, Damiano et Abundio interposito recursu die 17 decembris 1971, adversus declarationem incompetentiae Rotae Nuntiaturae Hispanicae, ab Excellentissimo Nuntio Apostolico notificatam die 1 decembris 1971, ad causam de qua supra pertractandam, ac mature perpensis omnibus documentis exhibitis, decretum est: *Recursum esse reiciendum.*

* Apoll 47 (1974) 323-325.

4146

1972 MAR 29. - SC pro DOCTRINA FIDEI, DECR. PART.*

Conversio partis oratricis ad fidem catholicam ponitur ut condicio necessaria ad solvendum matrimonium in favorem fidei

Romae, 29 Martii 1972

Excellentissime ac Reverendissime Domine, Acta processus in causa dissolutionis, in favorem fidei, matrimonii Boireaux - Roland ad hanc Sacram Congregationem rite pervenerunt.

Actis maturo examini subiectis, hoc Sacrum Dicasterium respondendum censuit:

Cum desit in casu Favor fidei stricto sensu, i. e. conversio partis oratricis ad Fidem catholicam, quae ut conditio necessaria ponitur, pro nunc non expedire ut solutio matrimonii, de quo supra, concedatur.

Hanc occasionem nactus, impensos aestimationis meae sensus Tibi obtestor ad permaneo.

* Ordinario Pampilonensi in Hispania, Prot. N. 68/72: REDC 30 (1974) 542. Adn. vide sub die 6 dec. 1973.

4147

1972 MAI 21. - SC pro CLERICIS, DECLARATIO. PART.*

Declaratur valor sensusque declarationis die 26 aprilis 1971 datae circa condicionem sacerdotum qui publice respuerant doctrinam Encyclicae "Humanae vitae"

Appunto circa la dichiarazione a proposito del "caso di Washington"

1. In data 26 aprile 1971 la Sacra Congregazione per il Clero concludeva l'esame in via amministrativa, del cosiddetto "caso di Washington", originato dal fatto che un gruppo di sacerdoti di quella arcidiocesi aveva manifestato pubblicamente il suo dissenso dall'insegnamento dell'Enciclica *Humanae vitae.*

Quest'esame era stato fatto da un gruppo di Consultori unitamente ad alcuni membri della medesima Sacra Congregazione, i quali, tutti insieme sotto la presidenza del Cardinale Prefetto, avevano ascoltato e vagliato gli argomenti dei rappresentanti sia dei sacerdoti dissenzienti sia del Cardinale Arcivescovo di Washington.

Il caso era stato trattato come un problema particolare di determinata circoscrizione ecclesiastica, nell'ambito ben preciso di specifiche circostanze locali. Attesa poi la natura disciplinare e pastorale del caso, era normale che l'esame ne venisse affidato alla Sacra Congregazione per il Clero, la quale, ovviamente, non aveva e non poteva avere l'intento di funzionare come un foro dottrinale o teologico. Pertanto, anche la sua dichiarazione o decisione finale (*statement*) consisteva semplicemente in una serie di constatazioni (*findings*) e raccomandazioni (*reccomendations*), basate sui fatti accertati del caso e sui documenti autentici del magistero della Chiesa.

2. La dichiarazione della Congregazione fu rilasciata oltre un anno fa e fu pubblicata su *L'Osservatore Romano* in edizione inglese (n. 20, del 20 maggio 1971, pp. 6-7) e sul *Catholic Standard*, giornale ufficiale dell'arcidiocesi di Washington. Almeno in riassunto, poi, essa è stata divulgata attraverso le normali agenzie di stampa.

In precedenza la dichiarazione era stata esaminata e approvata dalla competente Autorità quale documento in perfetto accordo con gli insegnamenti dell'Enciclica *Humanae vitae*, con i tradizionali principi della morale cattolica che devono ispirare e guidare le applicazioni pastorali dell'Enciclica stessa, nonchè con il ruolo di una coscienza cattolica rettamente formata.

3. La dichiarazione riconosceva, in piena armonia con questi perenni principi morali, la possibilità di vari gradi di imputabilità o di colpevolezza soggettiva. Riconosceva altresì la distinzione tra il peccato formale e quello materiale, tra il male oggettivo e i fattori che in *qualsiasi* ipotesi di peccato possono diminuire la colpevolezza soggettiva nel caso. Pertanto, la dichiarazione *in nessun modo si allontanava o differenziava* dall'insegnamento del Magistero a riguardo della malizia intrinseca dei singoli atti contraccettivi come pure della contraccezione in genere, così come espresso nel n. 14 della *Humanae vitae.*

Infatti, la dichiarazione descriveva questi atti come *oggettivamente cattivi qualunque ne fossero il fine e le circostanze,* scegliendo la dizione "objectively evil" (oggettivamente cattivo) unicamente per richiamare l'attenzione dell'opinione pubblica di Washington sul punto *essenziale* dell'insegnamento pontificio dal momento che in origine era stato attaccato dai sacerdoti dissenzienti *precisamente quest'aspetto* del male oggettivo, intrinseco, dell'atto contraccettivo.

Inoltre, la dichiarazione insisteva sui limiti del cosiddetto "diritto di coscienza"; in proposito i sacerdoti dissenzienti, tramite i loro rappresentanti, dichiararono esplicitamente di dissociarsi da ogni scuola o gruppo o corrente di teologi e moralisti che proponesse qualsiasi insegnamento contrario alla Enciclica e ai perenni principi morali della Chiesa Cattolica.

4. Durante l'ultima Assemblea del Sinodo dei Vescovi (ottobre 1971), uno specialista in questioni demografiche ritenne di trovare in questa dichiarazione una possibile giustificazione per un ricorso alla contraccezione, che fosse accettabile dal punto di vista cattolico, senza riferimento ai mezzi usati per il controllo delle nascite e agli espliciti insegnamenti del Concilio Vaticano II e della *Humanae vitae*. Egli aveva creduto infatti di trovare una possibile "apertura" nella dichiarazione della Congregazione (che però riguardava un argomento specifico e del tutto differente). Il Rev.do Arthur McCormack pubblicò così sull'argomento un opuscolo e rilasciò una intervista, largamente riportata dalla stampa.

Il Cardinale Prefetto della Sacra Congregazione per il Clero scrisse immediatamente al P. McCormack, respingendo la sua arbitraria interpretazione della dichiarazione e il suo palese tentativo di sfruttarla a sostegno delle sue tesi, e dichiarò che il P. McCormack aveva travisato la dichiarazione alterandone le proporzioni e trascurandone il contesto, e che aveva altresì confuso la nozione della diminuita responsabilità e colpevolezza soggettiva con una generalizzata giustificazione delle violazioni della legge morale proposta in materia dalla Chiesa. Al P. McCormarck fu ricordato infine che egli non solamente aveva negletto l'autentico insegnamento del Magistero circa la contraccezione, ma aveva anche deformato il concetto cattolico di coscienza.

Il P. McCormack rispose immediatamente, riconoscendo l'esattezza delle critiche, e ritirò pubblicamente la sua errata interpretazione. Dichiarò anche che, ritrattando la sua interpretazione del documento della Congregazione, dopo ulteriore studio e riflessione intendeva seguire i perenni principi morali sia riguardo alla contraccezione, sia riguardo alla natura e ai limiti della coscienza soggettiva, secondo l'insegnamento del Magistero. Egli ripetè ciò pubblicamente, con onestà e franchezza, sulla stampa.

5. Recentemente, un professore dell'Istituto di Teologia Morale "Alphonsianum" di Roma, in un corso di lezioni tenuto in un collegio romano di lingua inglese, ha travisato la dichiarazione della Congregazione allo scopo di trovare nuovi argomenti a favore della contraccezione, condividendo le tesi altrove diffuse da teologi dissenzienti.

Le autorità del collegio si rivolsero immediatamente alla Congregazione per avere chiarimenti, che furono dati e dalle medesime autorità accettati. Nel frattempo il professore in questione aveva lasciato Roma per recarsi in patria, ma le sue argomentazioni furono riprese da una rivista partigiana e polemica, che sempre e sistematicamente si è opposta all'Enciclica *Humanae vitae* e a molti altri aspetti del Magistero. Al seguito di questa rivista, alcuni organi di stampa hanno riportato vari, ma sempre tendenziosi commenti sulla presunta "nuova apertura" nella dottrina dell'Enciclica.

6. Dopo approfondito studio e debita consultazione, è stato deciso di non rilasciare una serie di smentite ufficiali da parte della Congregazione a ogni singolo intervento o commento dei vari giornali e riviste, bensì di preparare questa sommaria esposizione dei fatti e precisazione sui contenuti, per opportuna conoscenza e norma degli Ecc.mi Rappresentanti Pontifici affinché possano intervenire, nei modi ritenuti più opportuni, contro le varie deformazioni giornalistiche e teologiche, ovunque si presentassero. Esse, infatti, hanno l'intento più o meno palese di contrapporre la dichiarazione della Congregazione nel "caso di Washington" all'insegnamento pontificio della *Humanae vitae* e ai perenni principi della morale cattolica concernenti la coscienza rettamente formata, creando così artefatte perplessità e dannose confusioni. Tale manovra va smascherata e denunciata.

Roma, 21 maggio 1972, Domenica di Pentecoste.

* Notiziario della Conferenza episcopale Italiana, anno 1972 num. 9 p. 148-150. Adn. Supra in data 26 aprilis 1971 (cf. LE n. 3972 vol. IV col. 6051-6054).

4148

1972 IUL 4. - SIGNATURA APOST., DECRETUM. PART.*

Approbantur Tribunalia regionalia in Corea ad causas ecclesiasticas tractandas et decidendas

Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal: viso et mature perpenso decreto diei 27 ianuarii 1972, quo Conferentia Episcoporum Coreae erigit tria Tribunalia regionalia primae et secundae instantiae in Archidioecesibus Seoulen., Taeguen. et Kwangjuen., ad pertractandas causas universas, scilicet non tantum causas nullitatis matrimonii, sive formales sive summarias, sed etiam causas separationis coniugum, necnon causas contentiosas et criminales; vi n. 105 Constitutionis Apostolicae *Regimini Ecclesiae Universae*, et attento art. 2, § 1 *Normarum* ab hoc Supremo Tribunali editarum die 28 decembris 1970; perpensa instantia Em.mi Archiepiscopi Seoulensis, Praesidis Conferentiae Episcoporum Coreae diei 27 ianuarii 1972 ad obtinendam approbationem Sanctae Sedis, *petitam approbationem concedit, ut praefatum decretum vim habeat et exsecutioni mandetur.*

Eadem Conferentia Episcoporum per suum decretum decernat de tempore quo nova tribunalia regionalia vigere incipiant, et de regimine causarum nunc pendentium apud tribunalia dioecesana.

Datum Romae, e sede Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis, die 4 iulii 1972. – Dinus Card. STAFFA, *Praefectus.* A. Sabattani, *a Secretis.*

* Apoll 47 (1974) 340-341.

4149

1972 IUL 7. - SIGNATURA APOST., DECRETUM. PART.*

Approbantur Tribunalia interdioecesana in Alta Volta et Niger ad causas matrimoniales videndas

Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal: viso et mature perpenso schemate decreti diei 23 iulii 1971, quo Conferentia

http://www.obrascatolicas.com

Episcoporum Altae Voltae et Niger erigere intendit tria Tribunalia Interdioecesana primae instantiae in dioecesibus Bobodiulassen., Uagaduguen. et Niameyen., et unicum Tribunal regionale secundae instantiae in Archidioecesi Uagaduguen. ad pertractandas causas nullitatis matrimonii, sive formales sive summarias, et causas separationis coniugum; vi n. 105 Const. Ap. *Regimini Ecclesiae Universae*, et attento art. 2 § 1 *Normarum* ab hoc Supremo Tribunali editarum die 28 decembris 1970; perpensa instantia Em.mi Archiepiscopi Uagaduguen., Praesidis Conferentiae Episcoporum Altae Voltae et Niger, diei 23 iulii 1971, ad obtinendam approbationem Sanctae Sedis, *petitam approbationem concedit, ut praefatum schema organizationis iudiciariae executioni mandetur.*

Eadem Conferentia Episcoporum per suum decretum decernat de tempore quo nova Tribunalia vigere incipiant, et de regimine causarum nunc pendentium apud tribunalia dioecesana, ad normam art. 22 earumdem *Normarum* huius Supremi Tribunalis.

Quod attinet ad numerum iudicum, attentis peculiaribus circumstantiis loci, hoc Supremum Tribunal concedit ad quinquennium ut unicus habeatur iudex sacerdos in singulis tribunalibus primae instantiae et in ipsa sede appellationis.

Datum Romae, e sede Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae, die 7 iulii 1972. – Dinus Card. STAFFA, *Praefectus.* A. Sabattani, *a Secretis.*

* Apoll 47 (1974) 341-342.

4150

1972 IUL 10. - SC RELIGIOSORUM, LITT. CIRC. PART.*

Criteria et normae propountur ad Acta Capitularia religiosorum recte paranda et redigenda, in textum Constitutionum deinde inserenda

Rome, le 10 juillet 1972

Chère Révérende Mère, Par une lettre du 4 décembre 1967, la Sacrée Congrégation pour les Religieux et les Instituts Séculiers leur demandait de lui envoyer les Actes de leur Chapitre Général Spécial, qui devait se tenir conformément au Motu proprio *Ecclesiae Sanctae*, Part. II, n. 3.

Cette demande correspondait au désir de la Sacrée Congrégation d'être tenue au courant des expériences en cours, et aussi de savoir si les Chapitres restaient dans les limites établies par le Motu proprio: celui-ci, en effet, permettait de modifier "ad experimentum" les Constitutions, pourvu que la nature, la fin e le but de l'Institut fussent préservés.

Conformément à cette lettre, de nombreux Instituts ont envoyé leurs Actes Capitulaires et la Sacrée Congrégation a répondu à plusieurs, faisant les observations nécessaires et permettant, d'autre part, des expériences contraires à la loi commune.

Jusqu'à présent, l'examen des décrets capitulaires montre que les Instituts ont eu à faire face à bien des problèmes similaires. En conséquence, les observations envoyées parla Sacrée Congrégation ont, elles aussi, été semblables.

Six ans ont passé, cependant, depuis la publication du Motu proprio et il n'a pas été possible de faire une étude aussi complète que nous l'aurions voulu des Actes de derniers Chapitres de langue anglaise. Aussi la Sacrée Congrégation a-t-elle jugé bon de préparer une liste des principales observations et suggestions. De cette façon chaque Institut pourra voir par lui-même quels points seraient à modifier ou à améliorer.

Plusieurs remarques viennent ici à propos.

En cette période d'expérimentation, la Sacrée Congrégation n'approuve pas de nouvelles Constitutions. Ceci n'empêche pas les Actes des Chapitres Généraux d'entrer immédiatement en vigueur, pourvu que le but, la nature et le caractère de l'Institut soient préservés (cf. ci-dessus d'après *Ecclesiae Sanctae* II, 6).

Par ailleurs, toute dérogation à la loi commune doit faire l'objet d'une dispense explicitement accordée. En certains cas, il a pu se faire que la Sacrée Congrégation ait omis d'attirer l'attention sur tel changement contraire à la loi en vigueur. Ceci n'a été que le résultat d'un oubli et ne doit pas être interprété comme une concession explicite.

Qu'il nous soit permis à présent de rappeler quelques unes des observations les plus fréquentes faites au sujet des Actes des Chapitres. Nous espérons qu'elles vous serviront de principes directeurs dans le sérieux travail que représente la rédaction des Constitutions.

I - VOEUX en général. Une définition claire de chaque voeu est nécessaire.

1. *Chasteté ou Célibat consacré.* "Résolument positive, elle témoigne de l'amour préférentiel pour le Seigneur et symbolise, de la manière la plus éminente et la plus absolue, le mystère de l'union du Corps mystique à son Chef, de l'Epouse à son Epoux éternel" (*Evangelica testificatio*, n. 13).

Le terme *virginité* a un sens spécial et ne doit pas remplacer le mot *chasteté*.

2. *Pauvreté.* La matière du voeu de pauvreté et sa pratique doivent être déterminées par le Chapitre d'une manière très précise. Cette explication inclut plusierus facteurs.

Les religieuses doivent reconnaître l'importance et la dignité du travail en gagnant leur vie. Leur style de vie, caractérisé comme il se doit par la simplicité, devra permettre un authentique partage fraternel. Pauvretè et vie communautaire en feront intrinsèquement partie.

Un sens correct de la dépendance y sera manifesté, non seulement dans les textes mais aussi dans la vie réelle.

Les décisions d'un Chapitre qui tendraient à supprimer toute espèce de dépendance ou de "accountability" ne peuvent être acceptées.

"Les modes de la pauvreté de chacun et de chaque communauté dépendront du type d'institut et de la forme d'obéissance qui y est pratiquée; ainsi se réalisera, selon les vocations particulières, le caractère de dépendance inhérent à toute pauvreté (*Evangelica testificatio*, n. 21 et aussi n. 16-22).

3. *Obédience.* Si la nécessité de consulter et de collaborer doit être mentionnée, il faut aussi que soient respectés le droit et le devoir qu'a la Supérieure d'exercer prudemment l'autorité personnelle.

"Ainsi, loin de s'opposer, l'autorité et la liberté individuelle vont de pair dans l'accomplissement de la volonté de Dieu recherchée fraternellement, par un dialogue confiant entre le supérieur et son frère, lorsqu'il s'agit d'un cas personnel, ou par une concertation générale au sujet de ce qui regarde une communauté". "Ces recherches poursuivies en commun doivent, quand il y a lieu, se conclure par les décisions des supérieurs: leur présence reconnue comme telle est indispensable à toute communauté" (*Evangelica testificatio*, n. 25).

4. La formule de profession religieuse pour chaque Congrégation doit être basée su le Rituel *Ordo Professionis* et doit être approuvée par la Sacrée Congrégation pour les Religieux. Cette formule, prononcée par chaque Soeur, doit être la même, puisque les obligations et privilèges qui en dérivent sont les mêmes pour toutes. Ceci, pourtant, n'empêche pas une Soeur d'ajouter quelque chose de personnel à la formule, soit avant, soit après (*Ordo Professionis*, Rituel 2 février 1970 - Sacrée Congrégation pour le Culte Divin).

II - GOUVERNEMENT

1. *Méthode d'élection de la Supérieure Générale.* Quoique l'élection directe ait été accordée à la demande de quelques petites communautés, cela constitue une exception.

2. *Chapitre Général.* Il faut faire en sorte que tous les membres de l'Institut collaborent et soient adéquatement représentés. Quelques Instituts accordent voix active aux soeurs d'engagement temporaire, qu'il s'agisse de voeux ou de promesses; cependant, on considère comme impossible de leur donner voix passive étant donné qu'elles ne sont pas engagées définitivement dans l'Institut considéré. Les religieuses d'engagement temporaire ne peuvent occuper dans leur Institut des postes d'autorité.

3. *Conseils élargis.* Les pouvoirs donnés au Conseil élargis (c'est-à-dire: Membres du Conseil, Provinciales ou Supérieures locales) doivent être clairement déterminés. Les Conseils élargis sont une aide considérable dans l'évaluation des expériences, mais ils ne doivent pas intervenir dans les fonctions législatives et exécutives des Conseils Généraux.

4. *Conseils locaux.* Rien n'empêche que tous les membres d'une communauté fassent partie du conseil local, spécialement dans les petites communautés. Mais dans les communautés plus grandes, le type habituel de conseil est nécessaire, surtout lorsque les sujets à discuter sont délicats. Cependant, lorsqu'il s'agit de questions d'intérêt général, il faut encourager la consultation de la communauté entière.

5. *Petites communautés.* Aucune objection à leur constitution pourvu que le style de vie soit celui d'une communaté religieuse avec une personne ayant l'autorité, peu importe son titre. L'experience de beaucoup d'Instituts montre que des petites communautés ne devraient pas être composées seulement de soeurs du même âge, ni selon un choix personnel.

III - VIE COMMUNAUTAIRE

1. *Prière.* L'Eucharistie étant vraiment le centre de la liturgie et de toute la vie chrétienne, il est normal qu'elle ait la première place dans la vie des communautés religieuses et de chaque personne consacrée (Instruction *Eucharisticum Mysterium*, S. C. Rites, 25 mai 1967).

Dans la lumière de *Perfectae caritatis* et de *Evangelica testificatio* et d'après l'expérience de la vie communautaire elle-même, les Chapitres ne doivent pas hésiter à prescrire un temps minimum de prière quotidienne: prière communautaire et prière personnelle.

2. *Apostolat.* La religieuse, non en tant qu'individu privé mais comme membre de son Institut, est engagée dans un travail apostolique qui s'accorde avec le but de cet Institut. "Mais vos activités ne peuvent déroger à la vocation de vos divers Instituts ..." (*Evangelica testificatio*, n. 20).

3. *Habit religieux.* Les décisions des Chapitres en ce domaine se conformerant aux déclarations des documents cités.

"L'habit religieux, marque extérieure de la consécration à Dieu sera simple et modeste, pauvre et convenable à la fois" (*Perfectae caritatis*, n. 17).

"Tout en reconnaissant que certaines situations peuvent justifier l'abandon d'un vêtement religieux, Nous ne pouvons taire la convenance que l'habit de religieux et des religieuses soit, comme le veut le Concile, signe de leur consécration et se différencie en quelque manière des formes manifestement séculières" (*Evangelica testificatio*, n. 22).

La lettre envoyée par la Sacrée Congrégation des Religieux le 25 février 1972 réaffirme ces mêmes directives.

4. *Autres sujets.* Quelques Chapitres laissent à chaque personne individuelle la responsabilité de ses décisions en matière de récréations, vacances, sorties, visites, correspondance. La Supérieure ne peut pas abdiquer complètement son autorité en ces domaines, car "les Supérieures sont responsables des âmes qui leur sont confiées ..." (*Perfectae caritatis*, n. 14).

Dans cette perspective de nouvelles Constitutions à rédiger il est bon de remarquer ici que l'on doit y trouver conjointement la spiritualité et la loi. Par dessus tout l'*Esprit de l'Evangile* doit constituer la base des Constitutions qui insisteront sur le fait que l'essence de la vie consacrée est le don total de soi à Dieu. L'*Esprit de la Fondatrice*, ce charisme spécial donné à un Institut par l'intermédiaire de celle qui l'a fondé, doit imprégner les Constitutions qui incarnent l'héritage spirituel dont ses filles sont les bénéficiaires.

La législations générale de l'Eglise autorise chaque Institut à legiférer en certaines matières juridiques, par exemple: qui a voix active et passive, comment on pratique la pauvreté dans l'Institut, quels sont les modes d'admission à la profession. Aussi ces points devront-ils être expressément explicités dans les Constitutions.

Les observations qui précèdent n'ont d'autre but que d'aider à répondre aux questions qui se posent et à résoudre en quelque façon les problèmes que les Instituts Religieux affrontent. Toutes n'affecteront pas la législation actuelle de tous les Instituts, mais les membres de ceux-ci et ceux des Chapitres Généraux verront celles qui ont trait à leurs Instituts respectifs.

Il est à souhaiter que ces remarques servent de ligne de conduite dans la rédaction des Constitutions qui devront être finalement soumises à l'autorité compétente en vue d'une approbation.

Tous ceux qui ont le privilège d'assister les Congregations religieuses prient instamment pour que ces informations vous aident dans vos efforts généraux, vous et vos soeurs, non seulement à intégrer dans la réalité vivante les changements extérieurs nécessaires, mais aussi à rendre plus fructueux le renouveau spirituel que l'Eglise demande de nous. Avec tout mon dévouement en Notre Seigneur – Aug. Mayer, *Secr.*

* Prot. N. Sp. R. 194/72: CpR 55 (1974) 76-80.

4151

1972 IUL 10. - SIGNATURA APOST., DECRETUM. PART.*

Approbantur duo Tribunalia interdioecesana in Graecia ad omnes causas matrimoniales videndas

Supremum Signaturae Apostolicae Trinunal: viso et mature pepenso decreto diei 26 novembris 1971, quo Conferentia Episcoporum Graeciae erigit duo Tribunalia Interdioecesana ad pertractandas causas nullitatis matrimonii, sive formales sive summarias, et causas separationis coniugum, et quidem primae instantiae apud Curiam Atheniensem, et secundae instantiae apud Curiam Syrensem; vi n. 105 Const. Ap. *Regimini Ecclesiae Universae*, et attento art. 2 § 1 *Normarum* ab hoc Supremo Tribunali editarum die 28 decembris 1970; perpensa instantia Exc.mi Archiepiscopi Corcyrensis, Praesidis Conferentiae Episcoporum Graeciae, diei 8 decembris 1971, ad obtinendam approbationem Sanctae Sedis, *petitam approbationem concedit, ut praefatum decretum vim habeat et exsecutioni mandetur.*

Eadem Conferentia Episcoporum per decretum eiusdem Praesidis decernat de tempore quo nova tribunalia vigere incipiant, et de regimine causarum nunc pendentium apud tribunalia dioecesana, iuxta art. 22 earumdem *Normarum* huius Supremi Tribunalis.

Datum Romae, e sede Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis, die 10 iulii 1972.– Dinus Card. STAFFA, *Praefectus.* A. Sabattani, *a Secretis.*

* Apoll 47 (1974) 342.

4152

1972 IUL 24. - SIGNATURA APOST., LITT. CIRC. PART.*

Animadversiones fiunt Ordinariis locorum circa rectam iustitiae administrationem a propriis Tribunalibus et circa patentes auferendos abusus

Romae, die 24 iulii 1972

Excellentissime ac Reverendissime Domine, Visis actis quarundam causarum nullitatis matrimonii, quae nuper pervenerunt a nonnullis tribunalibus, et attenta relatione istius Conferentiae Episcopalis, hoc Supremum Tribunal Signaturae Apostolicae, pro officio sibi collato curandi in Ecclesia rectam iusitiae administrationem, quae sequuntur adnimadvertere tenetur:

1. In unaquaque dioecesi Episcopus est "iudex natus" omnium causarum, quae in foro ecclesiastico aguntur. Quod constat ex Const. dogm. *Lumen gentium* (n. 27): "Episcopi sacrum ius et coram Domino officium habent in suos subditos ... iudicium faciendi", et ex can. 1572 § 1 C. I. C.: "Iudex primae instantiae est loci Ordinarius, qui iudiciariam potestatem exercere potest ipse per se vel per alios ...".

2. Tenetur quidem Episcopus eligere Officialem; sed "Officialis *unum constituit tribunal cum Episcopo loci*" (C. I. C., can. 1573 § 2). Quod secumfert Episcopum et Officialem intima ratione sociari in iustitia administranda, ita ut Episcopo competat vigilantia in disciplinam iudicum (can. 1625 § 1-2) et ministrorum tribunalium (can. 1625 § 3).

3. Recenter quoque Sedes Apostolica (Motu proprio *Causas matrimoniales*, 28 martii 1971, n. X et XI) decrevit primas partes in quibusdam processibus matrimonialibus competere Episcopo, quando "casus speciales" iudicandos commisit Ordinario loci.

4. Firmis, ut patet, quae praescribuntur a iure, in specie a can. 1869 de sententia ex conscientia ferenda, non licet Officiali se ab Episcopi moderamine subducere, imo ei incumbit rationem Episcopo reddere de iis quae fiunt in tribunali, eique poscenti acta causae et exemplar sententiarum editarum tradere.

5. Exulat a potestate Episcopi – et, eo vel magis, a potestate Officialis – facultas dispendandi a legibus processualibus (Mot. pr. *De Episcoporum muneribus*, 15 iunii 1966, n. 4).

Quod non licet singulis Officialibus, coetui quoque omnium Officialium alicuius nationis vetatur. Proinde:

a) non admittitur dispensatio a duplici sententia conformi, quando ius illam exigit, in causis nullitatis matrimonii, ad hoc ut partes valeant novas nuptias inire (can.1986);

http://www.obrascatolicas.com

b) nullitate laborat, exceptis casibus a iure statutis, sententia quae rationibus decidendi sit destituta (can. 1894, n. 2);

c) item nulla est sententia definitiva processus, in quo pars conventa in ius legitime vocata non fuerit, neque ipsi oblata fuerit possibilitas sese defendendi (can. 1894, n. 1);

d) idem evenit quando Defensor vinculi in causis nullitatis matrimonii nec citatus est, nec processui participat (can. 1586).

Si contingat huiusmodi sententias pronuntiari, earundem nullitas declarabitur a tribunali competenti, et iudices, qui eas protulerunt, tenebuntur de damnis (can. 1625).

6. Omnino evidens est quod Officiales et Iudices nullimode possunt impedimenta ad matrimonium abrogare, aut nova condere. In diiudicanda re tanti momenti, qualis est matrimonialis contractus, valde periculosum est a recta et communi iurisprudentia discedere.

7. Quoties dubitet de recta applicatione legis, sive in decernendo sive in procedendo, Episcopus tenetur Officialem et Iudices monere, et, in casibus gravioribus, communicare cum hoc Supremo Tribunali acta et decisiones quae ipsi videantur legem offendere.

Haec dum Tibi participo, unice ductus meo gravi officio, spem foveo quod, ex arctiori coniunctione inter Episcopum et Officialem, in unaquaque dioecesi administratio iustitiae rectior evadat ac revera "sine ruga et sine macula", prout in Ecclesia decet, omnibus appareat.

Interim sensus obsequii Tibi pando meque profiteor addictissimum – Dinum Card. STAFFA, *Praefectum*. A. Sabattani, *a Secretis*.

* Ad Praesides Conferentiarum Episcopalium: **Apoll 46 (1973) 299-300.**

4153

1972 AUG 28. - SIGNATURA APOST., DECRETUM. PART.*

Approbatur erectio tribunalis provincialis Ialapensis pro omnibus causis ecclesiasticis in prima instantia

Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal: viso ac mature perpenso decreto diei 8 augusti 1972, quo Episcopi Provinciae ecclesiasticae Ialapensis in Mexico erigunt in urbe Ialapa Tribunal provinciale primae instantiae, quod pertractet causas universas, scilicet non tantum causas nullitatis matrimonii, sive formales sive summarias, sed etiam causas separationis coniugum, necnon causas contentiosas et criminales pro quinque dioecesibus eiusdem Provinciae; attento quod idem Tribunal provinciale habet tamquam sedem appellationis tribunal Archidioecesis Mexicanae, incolumi iure recurrendi ad Sacram Romanam Rotam vi can. 1599 § 1 n. 1; vi n. 105 Const. Ap. *Regimini Ecclesiae Universae*, et attento art. 2 § 1 *Normarum* ab hoc Supremo Tribunali editarum die 28 decembris 1970; perpensa instantia Exc.mi Metropolitae Ialapensis, nomine etiam Episcoporum eiusdem Provinciae, diei 8 augusti 1972, *petitam approbationem concedit, ut praefatum decretum vim habeat et exsecutioni mandetur.*

Datum Romae, e sede Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis, die 28 augusti 1972. – Dinus Card. STAFFA, *Praefectus*. A. Sabattani, *a Secretis*.

* **Apoll 47 (1974) 343.**

4154

1972 SEP 4. - SC pro DOCTRINA FIDEI, RESP. PART.*

De potestate dispensandi in matrimoniis mixtis super impedimentum si pars acatholica baptismum prolis in Ecclesia catholica renuat

Romae, 4 Septembris 1972

Excellentissime ac Reverendissime Domine. Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione ad hoc Sacrum Dicasterium litteras transmisit die 15 Iulii datas, quibus Excellentia Tua dubia quaedam proponebat de matrimoniis mixtis.

In tribus dubiis propositis quaeritur utrum dispensatio super impedimentum dari possit si pars acatholica partem catholicam quidem liberam relinquat in exercitio fidei, at baptismum prolis in Ecclesia catholica minime admittat.

Ad rem Tibi communico dispensationem in hisce casibus dari posse, – praesupposita semper sincera promissione partis catholicae omnia faciendi ut universa proles iam in infantia in Ecclesia catholica baptizetur ac educetur ceterisque de iure servandis, – tantummodo ob causas vere graves, v. g. si denegatio dispensationis partem catholicam privaret unica occasione matrimonium ineundi eamque practice poneret in impossibilitate ius naturale ad matrimonium exercendi, forsan cum detrimento animae ob periculum incontinentiae. Motu proprio *Matrimonia mixta* diei 31 Martii 1970 non excludit tolerantiam in similibus casibus qui etiam in discussione in Synodo Episcoporum a. 1967 admissi sunt.

Dispensatio tamen inniti debet in rationibus *proportionatis gravitati rei* simulque cura pastorum erit partem catholicam semper adsistendi ut fidelis sit promissioni revera omni pro posse faciendi ut universa proles catholice baptizetur ac educetur, quae promissio pro *tota* vita obligat et in quocumque momento propitio ad actum deduci debet.

Hanc occasionem nactus sensu aestimationis meae Tibi pando remanens Excellentiae Tuae Reverendissimae devotissimus – Paulus Philippe, *a Secretis*.

* Archiepiscopo Ordinario Malacen.-Singaporen., Prot. N. 1310/72m. **Adn. A. ABATE, Il matrimonio nell'attuale legislazione canonica,** Roma-Brescia 1979, p. 83-94.

4155

1972 OCT 17. - SIGNATURA APOST., DECISIO. PART.*

Motu proprio "Causas matrimoniales" abrogat normas de domicilio et quasi-domicilio in determinando foro competenti in causis matrimonialibus nullitatis vinculi

FACTI SPECIES – Dominus Paulus residens in civitate M. accusat de nullitate coram Tribunali ejusdem civitatis matrimonium contractum cum domina Maria, a qua separatus est de facto, non legitime, quaeque residet in civitate C. Tribunal recipit petitionem actoris.

Conventa impugnat competentiam Tribunalis M., et affirmat competentiam Tribunalis civitatis C. in qua locum commorationis non precariae habet.

Tribunal M. iudicat hanc causam incidentalem conexam cum principali, et decernit pro propria competentia.

Conventa recurrit ad Signaturam Apostolicam ut conflictum resolvat, non obstante canone 1610 §§ 1-2.

IN IURE ET IN FACTO – Secundum canonem 1964: "In aliis causis matrimonialibus (praeterquam in illis specialibus de quibus agitur in can. 1960-1963) iudex competens est iudex loci in quo matrimonium celebratum est, aut in quo pars conventa vel, si una sit acatholica, pars catholica domicilium vel quasi-domicilium habet".

Animadvertendum quod "uxor a viro legitime non separata necessario retinet domicilium viri sui" (c. 93 § 1); item "*uxor a viro legitime non separata*" potest quasi-domicilium obtinere (*ib.* § 2). Praeterea, "Sive per domicilium *sive per quasi-domicilium* suum quisque parochum *et Ordinarium sortitur*" (c. 94 § 1). Ideoque mulier non legitime separata potest habere quasi-domicilium, necnon Ordinarium et tribunal proprium.

2. Instructio S. C. de Sacramentis *Provida Mater* 15 aug. 1936 art. 7 complet materiam: "Uxor a viro non legitime separata, quae proprium quasi-domicilium habeat, conveniri potest etiam coram Ordinario domicilii viri, non autem quasi-domicilii eiusdem viri, nisi in casu quo hic domicilio careat".

Proinde uxor a viro non legitime separata: *a*) Semper conveniri potest coram Ordinario proprii quasi-domicilii. *b*) Licet habeat quasi-domicilium et ideo conveniri possit coram suo Ordinario, si maritus habeat domicilium, *potest etiam*, non necessario debet, conveniri

coram Ordinario mariti (c. 93 § 1). *c*) Eadem uxor, si maritus non habeat domicilium, sed habet quasi-domicilium, conveniri *potest* etiam coram Ordinario mariti. *d*) Tantummodo si maritus non habeat neque domicilium neque quasi-domicilium, conveniri deberet coram proprio Ordinario.

3. Nova disciplina inducta per Motu proprio *Causas matrimoniales* habetur in art. IV § 1: "In ceteris causis nullitatis matrimonii competens est: *a*) Tribunal loci in quo matrimonium celebratum est, vel *b*) Tribunal loci in qua pars conventa commorationem non precariam habeat, quae ex aliquo ecclesiastico documento vel alio legitimo modo probari possit, vel *c*) Tribunal loci in quo de facto colligendae sint pleraeque depositiones seu probationes, dummodo accedat consensus tum Ordinarii loci commorationis habitualis partis conventae, tum Ordinarii loci et Praesidis Tribunalis aditi".

Nostra peculiariter interest litt. *b*).

4. Iamvero quaestio est utrum criterium domicilii vel quasi-domicilii viri, aut etiam quasi-domicilii uxoris a viro non legitime separatae, remaneat adhuc post Motu proprio *Causas matrimoniales*, an abrogatum vel obrogatum sit.

De hac re contentio est inter partes apud Supremum Tribunal; affirmat abrogationem, seu potius obrogationem pars recurrens, negat Tribunal M.

5. Porro, obrogatum fuisse videtur criterium Codicis fundatum in domicilio vel quasi-domicilio per novum criterium "commorationis non precariae partis conventae" statutum in praedicto Motu proprio, sive pars conventa sit vir sive uxor.

Etenim "lex posterior", a competenti auctoritate lata, obrogat priori si ... sit illi directe contraria" (c. 22). Porro, utrumque criterium semper simul servandum, esset incompatibile; ergo vi can. 22 praevalet novum statutum in Motu proprio. Esset autem incompatibile quia v. gr. impossibile est ut servetur viri ius conveniendi uxorem coram tribunali proprii ipsius viri domicilii, et simul ius uxoris ut *tantummodo* conveniatur coram tribunali suae habitualis commorationis.

Deinde art. IV § 1 Motu proprio est taxativus. Id evincitur ex verbis initialibus: "In ceteris causis nullitatis matrimonii competens est", ex repetita particula disiunctiva *vel, vel*, et ex toto textu articuli IV § 1. In litteris *a*) et *b*) enim transcribitur fideliter seu ad litteram canon 1964, sed inducta quadam substantiali mutatione:

Canon 1964	Motu proprio
In aliis causis matrimonialibus iudex competens est iudex loci in quo matrimonium celebratum est, aut in qua pars conventa ... domicilium vel quasi domicilium habet.	In ceteris causis nullitatis matrimonii, competens est: *a*) Tribunal loci in quo matrimonium celebratum est, vel *b*) Tribunal loci in quo pars conventa commorationem non precariam habeat, quae ex legitimo ecclesiastico documento vel alio legitimo modo probari possit, vel *c*) Tribunal loci in quo de facto ...

Ex hac simplici comparatione clara videtur mens legislatoris substituendi criterium domicilii et quasi-domicilii per criterium commorationis non precariae.

Agitur enim de novo instituto quod non nimis clarum est; sed ipsum videtur substituere illud canonicum domicilii et quasi-domicilii. De facto residentia non precaria saepe coincidit cum quasi-domicilio (c. 92 § 2); sed etiam in tali casu uxor non sequetur domicilium aut quasi-domicilium viri.

Si ergo textus Motu proprio est taxativus, ad nullum alium fontem recurrendum est pro tribunalium competentia definienda in causis matrimonialibus non exceptis.

Insuper non immerito dici potest legislatorem "totam de integro ordinasse legis priorem materiam", nam totum canonem reassumit, et quidem ipsum partim retinet, partim complet et partim modificat seu innovat. Ideoque iure dici potest hanc legem priori obrogari (c. 22).

Praeterea Normae Motu proprio in hoc tendunt ut "expeditior fiat ipse matrimonialis proecessus" (*Prooemium*). Proinde valde probabiliter superare voluit omnes quaestiones et difficultates practicas quae occurrunt in determinandis domicilio et quasi-domicilio. Omnes norunt necessariam fuisse specialem *Instructionem* S. C. de Sacramentis ad definiendum tribunal competens in casu quasi-domicilii (23 dic. 1929), quae in vigorem adhuc declaratur in Instructione *Provida Mater*, art. 5.

Demum dependentia mulieris a viro hac in materia in qua agitur de iure *personali* defendendo, et de dubio suscitato circa ipsam condicionem mariti et uxoris, videtur odiosa; non respondet insuper iustae promotioni mulieris in aequiparatione iuridica sexuum ubi specialis tutela ex parte viri non apparet necessaria.

6. Ceterum argumentatio Tribunalis M. pro applicatione criterii domicilii et quasi-domicilii in his causis, non videtur fundata. Arguit enim ex *generali* imperfectione textus Motu proprio *Causas matrimoniales*. Sed talis imperfectio affirmari nequit de art. IV § 1, qui fideliter reassumit canonem 1964, assumptis quidem ex ipso iis quae intenduntur conservari, relictis iis quae relinquenda vel innovanda videbantur, et additis iis quae opportuniora visa sunt: ordinata proinde ex integro tota legis prioris materia (c. 22).

Neque verum est processum simpliciorem esse retento criterio domicilii et quasi-domicilii.

Tandem verum non est doctrinam hac de re dubium nutrire. Nam e contra, doctrina canonica fere unanimiter propendit pro obrogatione criterii domicilii per novum criterium "commorationis non precariae partis conventae", servato proinde integre principio generali "actor sequitur forum rei" (c. 1559 § 3).

7. Concludi igitur potest normam Motu proprio *Causas matrimoniales* statuentem criterium "commorationis non precariae partis conventae" ad determinandum forum competens in causis matrimonialibus non exceptis, obrogare normas canonicas de domicilio vel quasi-domicilio.

DECISIO – In Congressu habito die 17 octobris 1972 coram E.mo Cardinali Praefecto, proposito recursu a domina Maria, conventa in causa de qua agitur, die 31 iulii 1972 misso, adversus decisionem a Tribunali M. die 27 iunii 1972 latam ad suam competentiam declarandam, in casu, decretum est: *"Recurrenti conceditur restitutio in integrum ob praescriptum legis evidenter neglectum".*

* **Apoll 46 (1973) 277-281.**

4156

1972 DEC 5. - SIGNATURA APOST., DECISIO. PART.*

Concilium Vaticanum II non mutavit doctrinam circa structuram iuridicam vinculi matrimonialis ideoque matrimonium nequit declarari nullum ex sic dicta "impotentia morali"

HARLEMEN.

FACTI SPECIES – Paulus et Maria, postquam tres circiter annos sueta sponsorum necessitudine vixerant, amore compulsi, matrimonium inierunt anno 1937. Ex matrimonio nati sunt duo filii: prior anno 1939, alter anno 1942. Ob diversam tamen nationalitatem coniugum atque ob eorum dissimilem educatio-

http://www.obrascatolicas.com

nem et indolem, vita coniugalis iam inde ab initio iurgiis perturbata fuit. Ab anno praeterea 1942 maritus amicitiam in dies coniunctiorem contraxit cum Anna, quae apud ipsum laborabat. Immo, ut videtur, res inter ipsos ultra limites merae amicitiae pervenit. Non obstantibus tamen difficultatibus, auctis quidem ob iustam zelotypiam uxoris in Annam, vita communis protracta est usque ad annum 1960, quo maritus, consentiente uxore, divortium civile obtinuit. Anno vero 1970 matrimonium civile cum Anna contraxit.

Anno tandem 1971, instantiis Annae impulsus, quae matrimonium religiosum inire cupiebat, Paulus Tribunal propriae dioecesis adivit atque Iudici exposuit historiam sui infelicis matrimonii cum Maria, simul petens "nihil obstat" ad ineundum matrimonium religiosum cum Anna.

Tribunal autem, auditis parte actrice atque nonnullis testibus ab utraque parte productis, attento voto Defensoris vinculi, sententiam die 18 ianuarii 1972 tulit hoc modo expressam: "... matrimonium *non est vinculans* pro coniugibus Paulo et Maria". Quoad "nihil obstat" matrimonio religioso inter Paulum et Annam, Tribunal non audet iudicium ultimum ferre. Indicat tamen criteria prae oculis habenda ad solutionem casus, scilicet ex una parte scandalum esse considerandum forte oriturum in communitate ecclesiali N. (agitur enim de parvo vico), ex alia vero parte hanc esse realitatem haud parvi aestimandam, nempe Paulum et Annam per 20 fere annos vixisse unitos "affectibus maritalibus". Addit praeterea Ecclesiam debere sibi sumere positionem haud dubiam, iuxta quam nimirum in lucem ponatur "et misericordia et concessio novi futuri" (id est, alterius matrimonii).

Facta appellatione a Defensore vinculi, Tribunal secundae instantiae, die 9 februarii, praetermissis omnibus fere iuris sollemnitatibus, sententiam Tribunalis primae instantiae confirmavit.

Die autem 7 aprilis 1972 Iudex Instructor primae instantiae parti conventae notificavit decisionem. Qui, mentione facta de petitione mariti necnon de colloquiis habitis in processu, pergit: "Attentis omnibus quae ex his colloquiis emerserunt, post maturam deliberationem, noster Vicariatus pervenit ad convictionem tuum matrimonium cum Paulo fuisse tale, quod *non debeat constituere obstaculum* ad aliud matrimonium religiosum ineundum". Dein dicit hoc iudicium fuisse confirmatum a Tribunali N. in qualitate Tribunalis appellationis, et hortatur partem conventam ad acceptandam hanc decisionem aequo animo, utpote fundatam in causis veris.

Maria autem die 5 maii photocopiam huius epistulae ad Nuntium Apostolicum misit, simul rogans ut illam transmitteret ad superiores Sanctae Sedis auctoritates. Item filius eius natu maior, die 2 iulii, ad eundem Nuntium litteras scripsit, petens ab eo rationem tum processus tum fundamenti iuridici sententiae, una mittens photocopiam litterarum, quas ad Episcopum dioecesis N. scripserat, ut eum certiorem faceret se derelicturum Ecclesiam catholicam utpote facilius concedentem divortium quam lex ipsa civilis.

Nuntius Apostolicus has litteras ad Signaturam Apostolicam transmisit.

IN IURE ET IN FACTO – Acta processus primae instantiae ad Supremum Tribunal Signaturae Apostolicae missa, sunt tantummodo quae sequuntur: 1) textus, seu, ut dicunt, verbale "colloquii" (depositionis) actoris cum Iudice Instructore habiti; 2) textus "colloquii" testis A., seu primi e tribus testibus ab actore inductis, cum iudice; 3) textus "colloquii" iudicis cum B., perito in medicina, altero teste ab actore inducto; 4) Epistula ad iudicem missa a sacerdote quodam B., qui vicissitudines huius matrimonii cognoscebat (ut videtur, hic sacerdos epistulam scripsit non requisitus a iudice, sed rogatus ab actore; 5) textus "colloquii" iudicis cum parte conventa; 6) textus unius tantum "colloquii" iudicis cum duobus simul testibus ab eadem conventa inductis; 7) Animadversiones Defensoris vinculi; 8) Sententia Tribunalis.

Animadvertendum est: 1) textibus "colloquiorum" plerum subiungitur "declaratio credibilitatis et iudicium circa depositionem", id est brevissimae observationes iudicis, quibus hic sententiam suam dicit circa credibilitatem deponentis et circa momentum depositionis. Iudicium de credibilitate nititur tantummodo in observatione directa personalitatis deponentis durante colloquio. 2) Ex his textibus, alia subsignatur tantum a iudice, alia vero a iudice et a deponente vel deponentibus, una a deponente, a iudice et ab actuario; in nonnullis non indicatur dies, mensis, annus. 3) Defensor vinculi scribit suas observationes non in favorem vinculi, sed – uti in ipsa sententia notatur, et quidem id approbando – munus in se suscipiens

Advocati actoris, potius quam Defensoris vinculi. 4) Sententia complectitur duas exiguas paginas, in quibus iudices plene adhaerent conclusionibus Defensoris vinculi, qui – ut iudices iterum eum laudantes notant – "practice assumpsit sedem iudicis" (praeter munus Advocati actoris, ut dictum est).

Prima facie patet in prima instantia plurimas normas processuales iuris vigentis non fuisse servatas. Etenim – ut praecipua tantum indicemus – deest libellus, nec factum est decretum huius admissionis vel reiectionis; habita non est litis contestatio nec dubium concordatum est; desunt citationes; interrogationes seu quaestiones a Defensore vinculi non fuerunt peractae; defuerunt Patroni tum actori tum parti conventae; testes fuerunt omnino pauci; auditi sunt quodammodo privatim, praetermissis normis iure statutis, nullus fuit ex officio vocatus, nec omnes quos partes induxerunt examinati sunt; Defensor vinculi non fuit citatus neque interrogationibus partium et testium adfuit; peritus in medicina, qui uti testis nominatus est ab actore, auditus est tantummodo per telephonium, nec a secreto professionis suae liberatus est; duo testes auditi sunt simul; nec partes nec testes praestiterunt iusiurandum; Defensor vinculi in suis animadversionibus, potius quam defendere vinculum, suum auxilium praebuit actori, non indicat principia "in iure", quibus nititur, et plures quaestiones tangit quae ad suum munus non pertinent; deest decretum conclusionis in causa; sententia non refert principia iuris quibus nullum esse matrimonium probetur aut rationes desumptas ex probationibus, quibus re ipsa illud nullum esse in casu demonstretur; iudices non pronuntiant *constat* vel *non constat* de nullitate, sed in universum concludunt: "pronuntiamus matrimonium *non esse vinculans* coniugibus (Paulo-Mariae)", addentes iudicium circa opportunitatem concedendi "nihil obstat" quominus matrimonium Pauli cum Anna ineatur.

Quibus autem principiis iuridicis iudices ducantur ad hanc sententiam feredam, difficile omnino est ea ex actis determinare. Cum enim in hoc processu desit libellus, dubium non sit concordatum, nec expositio in iure ullibi facta sit, vix cognosci potest caput propter quod matrimonium declaratum est "non vinculans".

Ad hoc quod attinet, Defensor vinculi, post brevem introductionem sibi proponit sex quaestiones, ex quibus tantum prima et quodammodo secunda respiciunt validitatem matrimonii. Aliae sunt indolis pastoralis et non faciunt ad rem.

Prima quaestio ita proponitur: "*Quoad matrimonium in casu, fuitne matrimonium?*" Responsio incipit his verbis: "Quando defenditur vinculum in causa matrimoniali in qua pars conventa radicaliter opponitur declarationi nullitatis, sed in qua (causa, id est, in matrimonio de quo agitur) *nihil vel parum vinculi* potest inveniri, convertitur quis, coram huiusmodi parte conventa, in advocatum actoris, loco defensoris vinculi ...". Dein, breviter indicata historia sponsalium et matrimonii, pergit: " ... matrimonii diuturnitas non necessario probat ortam fuisse *relationem matrimonialem inter partes*, quae postea *ad nihilum reducta sit*. Est enim evidens quod inter has duas personas, in adiunctis concretis in quibus initiaverunt matrimonium illudque prosequi debebant, non poterat surgere relatio matrimonialis. Indolis localis uniuscuiusque, necnon eorundem structurae characteristicae personales, reddiderunt impossibilem vitam coniugalem. Matrimonium iam inde ab initio fuit valde difficile ob indolis diversitatem utriusque atque ob originem ... (alius nationis) partis conventae, quae remansit prorsus sola inter personas ignotas".

Subiungit amplam descriptionem indolis histericae partis conventae – quae quidem minime probatur – et concludit: "Saltem iuxta me, est certum partes non crevisse umquam usque ad maturitatem coniugalem, facta abstractione a quaestione utrum essent capaces (huius maturitatis) sive una sive alia pars. Hanc ob causam non possum defendere nec ortum nec posteriorem exsistentiam huius matrimonii. Immo nec video quidem possibilitatem defendendi capacitatem ad matrimonium. id est *potentiam moralem relativam* (conventae). Ideo nihil possum obiicere contra eventualem declarationem nullitatis huius matrimonii".

Deinde Defensor vinculi respondet alteri quaestioni ex eis quas sibi proposuerat, scilicet quam vim habuerit Anna in infelicem exitum matrimonii Pauli et Mariae; atque contendit relamonium Pauli-Mariae in ruinam inciderat. Inter alia, ea significans quae maritus deposuerat, voluisse nempe uxorem abortum procurare, dicit: "Quaenam relatio matrimonialis exsistit ubi mulier vult provocare abortum prolis quam ex suo marito genuit? Matrimonium ergo iam in ruinam ceciderat – supponamus quod aliquando exstitisset – quando incepit manifestari

influxus Annae in actorem. Ideo oportet distinguere utrum Anna fuerit causa relationis infelicis inter coniuges, an, e contra, relatio affectiva (inter Paulum et Annam), gradatim orta, effectus fuerit carentiae suae relationis coniugalis actoris cum uxore. Fuisset quidem melius ac tutum si actor et Anna interrupissent mutuam relationem amoris: sed quid fuisset actori si debuisset verti ad mulierem (id est, uxorem) talem, quae 'non tantum actorem, verum etiam quemlibet virum infrangeret' (Dr. N)".

Iudices autem in sua sententia, quae vix duabus paginis constat, ut supra diximus, plane probant iudicium Defensoris vinculi, cuius studium causae quam maxime laudant. Iuvabit partem praecipuam sententiae ad litteram referre: "Quoad matrimonium, Defensor vinculi munere potius fungitur advocati actoris, et iuste quidem. Matrimonium enim, cuius continuationem pars conventa defendit, non est matrimonium, sed cadaver matrimonii et sacramentum pendens in aëre. Pars conventa revindicat sibi statum mulieris coniugatae atque strenue sese opponit matrimonio Pauli-Annae. At revera non amplius exsistit matrimonium Pauli-Mariae, si aliquando exstitit. At neque hoc ultimum (id est, matrimonium aliquando exstitisse) sustineri potest. Adiuncta in quibus coniuges sese cognoverunt quaeque decisionem ineundi matrimonium et realem situationem coniugalem respiciunt, nobis exhibent duas personas, quae matrimonium inceperunt tamquam ad invicem extraneae illudque uti tales continuaverunt ... Possumus tranquille affirmare has duas personas non pervenisse ad vivendum inter se verum matrimonium, unamquamque earum ob propriam indolem et structuram. Iuxta nostrum iudicium, non constat Annam dividisse duas partes (actorem et conventam); potest tantummodo affirmari divisionem exsistentem inter actorem et conventam fuisse confirmatam praesentia personae Annae. Idcirco non possumus non consentire observationibus nostri Defensoris vinculi factis sub 1), et ideo pronuntiamus matrimonium "non esse vinculans" pro coniugibus Paulo-Maria.

Animadvertimus hic iudices in sententia nullam mentionem fecisse de "impotentia morali", qua Defensor vinculi affirmat laborasse mulierem, quin tamen explicet quid hoc verborum ambitu significare intendat. Sane Iudex Instructor, in illis observationibus quas "colloquiis" cum partibus vel testibus subiungit, bis hoc vocabulum adhibet. Post colloquium enim cum actore, observat inter alia: "Ex alia parte puto actorem honeste protulisse imaginem sui matrimonii, imaginem quidem valde negativam, ex qua tamen apparet perfecta cum evidentia *impotentia moralis*" Et iterum colloquio per telephonium habito cum Doctore N., subiungit: "Si recte intelligimus Doctorem N., hic esset casus *impotentiae moralis absolutae, non relativae*". Quid vero his vocibus intellegat nullibi declaratur.

Haec de sententia primi gradus. Nunc de sententia secundae instantiae.

Defensor vinculi pro suo munere ad Tribunal superius appellavit. Appellatio facta est die ipso quo lata est sententia, id est, die 18 ianuarii 1972. Acta Tribunalis appellationis non sunt nisi animadversiones Defensoris vinculi et sententia Tribunalis.

Defensor vinculi in suis animadversionibus, quae haud integra pagina continentur, quoad quaestionem nullitatis matrimonii, dicit tantummodo: "Ego nihil habeo addendum amplis et acutis observationibus mei collegae primae instantiae, praeter hoc: scilicet dictae observationes sunt prae oculis perfecte habitae in sententia (primae instantiae) quoad id quod pertinet *ad declarationem nullitatis* matrimonii Pauli-Mariae; sed multo minus quoad id quod spectat *ad nihil obstat* pro confirmatione matrimonii Pauli-Annae ab Ecclesia". Deinde quaedam animadvertit quoad hanc ultimam quaestionem, quae, ut patet, non respicit nullitatem matrimonii.

Sententia secundae instantiae – quae lata est die 9 februarii 1972 – unam paginam vix implet. Praemittitur "praenotandum", quo animadvertitur sententiam Tribunalis secundae instantiae debere respondere tantummmodo ad quaestionem utrum matrimonium fuerit validum necne, quaestionem vero de matrimonio religioso ineundo esse competentiae unius Ordinarii loci. Tum sequitur "iudicium", his verbis: "Attentis observationibus amplis et acutis Defensoris vinculi primae instantiae, qui pervenit ad unam unicam conclusionem (res notabilis pro Defensore vinculi): scilicet in casu numquam fuisse verum ac genuinum matrimonium in sensu *Gaudium et spes*; prae oculis habito, quod etiam Defensor vinculi secundae instantiae concordat et admittit observationes Defensoris vinculi primae instantiae bene examinatas esse in sententia primae instantiae: ego infrascriptus libenter subscribo sententiam Tribunalis primae instantiae, videlicet hoc matrimonium numquam realizatum esse ob diversitatem ambientis vitae atque structurae indolis utriusque coniugis. Ad hunc finem apposui meam subsignationem sententiae Tribunalis (primae instantiae), supponens alios duos collegas eam subsignaturos et confirmaturos esse". Sententia reapse subsignatur tantum a iudice Ponente.

Patet autem etiam a Tribunali secundae instantiae plurimas normas processuales praetermissas esse, nec est cur illas singillatim indicemus, cum vix aliqua fuerit observata.

Quod attinet vero ad principia iuridica, ipsum Tribunal excipit doctrinam Defensoris vinculi et Iudicum primae instantiae.

Iam vero, colligendo elementa quae hic illic in adnotationibus Iudicis Instructoris, in animadversionibus Defensoris vinculi et in sententiis inveniuntur, duo videntur esse doctrinae capita quibus nituntur Iudices ad nullitatem matrimonii declarandam: 1) Doctrina Const. *Gaudium et spes;* 2) Impotentia moralis, quam vocant. Breviter de singulis.

1. Doctrina Const. "Gaudium et spes"

Defensor vinculi nimirum et iudices videntur praesumere – quin tamen id probent – Constitutionem *Gaudium et spes* mutavisse doctrinam circa elementa iuridica essentialia instituti matrimonialis. At doctrina, quam ponunt circa formationem vinculi matrimonialis, est prorsus diversa ab illa quam expresse proponit eadem Constitutio. Ut enim ex ipsorum dictis colligitur ipsi videntur opinari matrimonium esse non tam vinculum iuridicum quod creatur consensu, id est uno actu voluntatis partium, sed potius esse relationem mere exsistentialem amoris, quae indole sua nata quidem est ad suam firmitatem et consistentiam magis magisque augendam et roborandam, quaeque potest, si vicissitudines vitae coniugalis sint adversae, extenuari, exstingui, prorsus ad nihilum redigi.

Iam vero, Const. *Gaudium et spes*, etsi ob suam indolem pastoralem, consulto vitat quidquid iuridismum sapit, doctrinam de matrimonio exponit, initio synthesim praebendo elementorum quae eius structuram iuridicam determinant. Ex hac synthesi patet Constitutionem nullam substantiae mutationem induxisse in structura iuridica matrimonii. Iuvat autem eius verba referre: "Intima communitas vitae et amoris coniugalis, a Creatore condita suisque legibus instructa, foedere coniugii seu irrevocabili consensu personali instauratur. Ita actu humano quo coniuges sese mutuo tradunt atque accipiunt, institutum ordinatione divina firmum oritur, etiam coram societate; hoc vinculum sacrum intuitu boni, tum coniugum et prolis tum societatis, non ex humano arbitrio pendet" (n. 48).

Ne praetereamus quae ad nostrum argumentum attinent:

a) *Causam efficientem matrimonii:* Constitutio apertis verbis docet matrimonium nasci seu iniri "foedere coniugii seu irrevocabili consensu personali" ita implicite, sed clare confirmans causam efficientem matrimonii esse consensum partium, nimirum actum voluntatis indolis pacticiae, qui, semel ac legitime emissus est, suum effectum iuridicum (matrimonium) habet, qui nullo amplius indiget influxu voluntatis ut perseveret. Hic consensus dicitur *"irrevocabilis"*, quo verbo expresse effertur matrimonium – quod dum fit e solo consensu pendet – non amplius e consensu pendere postquam factum est. Revocatio, forte postea psychologice et consulto facta, nullum effectum iuridicum producit, ideoque est iuridice irrevocabilis. Neque ad aliam consensus irrevocabilitatem Constitutio sese potest referre, nisi ad hanc irrevocabilitatem iuridicam.

b) *Obiectum essentiale consensus:* Indicatur verbis continuo subsequentibus: "Ita actu humano, *quo coniuges sese mutuo tradunt atque accipiunt ...*", quibus et indoles consensus – quae in eo est ut tradat et exci-

http://www.obrascatolicas.com

piat – et eius obiectum materiale, id est, personae ipsae coniugum, clare definiuntur. Haec tamen verba non exprimunt obiectum formale consensus, seu rationem qua coniuges sese mutuo tradunt atque accipiunt, quod omnino necessarium est ut conceptus adaequatus obiecti consensus habeatur. Constat sane 197 Patres postulavisse ut textus compleretur inserendo verba quibus obiectum formale consensus definiretur. Commissio autem respondit: "In textu pastorali qui dialogum cum mundo instituere intendit, elementa illa iuridica non requiruntur" (*Modus* 15, c). Ex eo autem quod Constitutio non determinet accuratius obiectum formale consensus, argui non debet doctrinam circa elementa essentialia huius obiecti mutatam esse. Constitutio enim ob eius indolem pastoralem, hanc quaestionem omittit. Neque ex eo quod in Constitutione matrimonium exhibeatur uti "intima communitas vitae et amoris coniugalis" erui licet omnia iura et officia quae hanc intimam communionem vitae et amoris constituunt vel necessaria sunt ut haec plene durante vita coniugum perficiatur, ad obiectum essentiale consensus pertinere, ut infra, agendo de impotentia morali, absolutius exponemus.

c) *Effectus foederis coniugii:* Subiungit Constitutio: "Ita actu humano quo coniuges sese mutuo tradunt et accipiunt, *institutum ordinatione divina firmum oritur* etiam coram societate; *hoc vinculum sacrum*, intuitu boni, tum coniugum et prolis tum societatis, *non ex humano arbitrio pendet*". His verbis manifesto patet Constitutionem retinere distinctionem inter matrimonium in fieri et matrimonium in facto esse, ut verbis communiter admissis utamur. Aliud enim est "foedus coniugii" seu actus voluntatis ("irrevocabilis consensus personalis") quo matrimonium initur, aliud vero effectus qui ex illo foedere oritur. Hunc effectum Concilium vocat "institutum". Fuerunt quidem 34 Patres qui postularunt ut haec vox vitaretur "quia consensu coniugum legitime praestito nascitur non institutum in genere sed proprium matrimonium"; quibus Commissio respondit: "Retinetur vox 'institutum' utpote terminus receptus pro ipso matrimonio" (*Modus* 15, c). Praeterea hoc "institutum" (matrimonium) quod oritur foedere coniugii, dicitur esse "vinculum sacrum" quod non "ex humano arbitrio pendet".

Evidentissime igitur constat in Constitutione exhiberi matrimonium uti "vinculum" uno actu voluntatis creatum, quod, ubi semel ortum est, perseverat, utcumque se habeant tum voluntas tum habitudo eorum qui ut esset effecerunt. Nihil ergo magis alienum a doctrina Constitutionis quam habere matrimonium tamquam relationem amore vel voluntate coniugum nixam, quae cesset si amor desit aut retractetur voluntas.

Ex his autem brevibus animadversionibus satis patet gratis et absque fundamento poni in sententiis de quibus agimus Constitutionem *Gaudium et spes* mutavisse doctrinam circa structuram iuridicam vinculi matrimonialis. Immo, non obstante indole pastorali Constitutionis, cardines essentiales structurae iuridicae vinculi matrimonialis explicite et absque haesitationibus in ipsa confirmari, nulla principiorum immutatione facta.

Iudices vero, in causis nullitatis, non nisi de elementis quae momentum habent iuridicum ad validitatem matrimonii iudicare debent, cetera praetermittendo utpote quae aliena sint ab eorum munere.

2. Impotentia moralis

Iudex instructor ac Defensor vinculi primae instantiae loquuntur de "impotentia morali" eique videntur tribuere in casu nullitatem matrimonii. Non tamen constat quid hoc vocabulo intellegant. Videntur nihilominus illi significare incapacitatem ad communionem vitae, quae propria est matrimonio, efficiendam eamque usque ad eius plenam maturitatem durante coniugum vita perducendam. Ceterum nec doctrina nec iurisprudentia hucusque notionem impotentiae moralis, quam vocant, dederunt.

Attamen ab aliquot annis iurisprudentia rotalis maiore usque vigilantia attendit ad incapacitatem suscipiendi iura et officia essentialia matrimonii, uti est caput nullitatis fundatum in principiis can. 1081 § 2, quam incapacitatem "moralem seu psychicam" nonnulli vocare solent. "Recentiores quidam – legitur in una coram Pinto diei 18 martii 1971 – principium 'nemo ad impossibile obligari potest' matrimonio applicantes, loquuntur de impedimento dirimente moralis impotentiae quod habetur cum, manente etiam capacitate consensum praestandi, ob psychicum defectum vel perturbationem, contrahens incapax redditur assumendi sub gravi unum vel aliud vel omnia iura et officia essentialia matrimonialis contractus. Cum vero impedimentum hoc e iure naturae dimanet, eodem modo ac impotentia coëundi viget, scilicet, incapacitas debet esse antecedens et perpetua" (*Periodica*, 61, 1972, 440).

Hi "recentiores quidam" et ipsa iurisprudentia rotalis – uti ex verbis nunc relatis patet – cum de "impedimento impotentiae moralis" vel simpliciter de "impotentia morali" loquuntur, significare intendunt caput nullitatis matrimonii diversum et ab impotentia coëundi de qua can. 1068, et ab incapacitate emittendi consensum matrimonialem ob aliquem defectum qui ipsas facultates superiores intellectus et voluntatis tali modo afficiat, ut contrahens actum liberum voluntatis in matrimonium contrahendum elicere non possit.

"Impotentia moralis" de qua loquuntur hi recentiores "non tangit elementa formalia consensus matrimonialis, a. v. *non inficit cognitionem aestimativam et voluntatem consensum elicientis sub ratione ipsius operantis; tangit autem obiectum consensus*" (coram Anné, 17 ian. 1967), quatenus scilicet qui matrimonium init ob aliquod vitium vel perturbationem incapax est adimplendi officia essentialia quae constituunt obiectum contractus matrimonialis.

In hac hypothesi foedus coniugale est invalidum non ob defectum consensus, in se considerati, sed quia contrahens incapax est officia essentialia matrimonii adimplendi. Sic v. g. mulier quae nymphomania vehementer laborat, "elementa cognitionis et etiam voluntatis ad contractum necessaria afferre potest, cum intellegere valeat et substantiam coniungii et ipsum bonum fidei" (coram Sabattani, 21 iun. 1957), at incapax est officium fidelitatis coniugalis servandi, quod est ex officiis essentialibus obiecti contractus matrimonialis, ideoque incapax est ineundi matrimonium, quia nemo potest validum pactum inire de obiecto quod non sit in sua potestate.

In sententiis e contra de quibus agimus, censetur ius ad communionem vitae esse ius constituens foedus coniugale, et quidem distinctum ab unoquoque et a summa iurium et officiorum quae tria bona essentialia matrimonii constituunt. Hoc autem existimatur quidem, non vero probatur, nec aliunde huc usque demonstratum est.

Sed etiam si ius et officium ad communionem vitae essent proprium matrimonii – et quidem uti ius et officium diversum a iuribus et officiis quae tria bona matrimonii constituunt –, definiri accuratissime deberet quaenam sint elementa constitutiva huius iuris et officii – id quod nondum factum a doctrina vel a iurisprudentia –; praeterea, ut nullum declarari possit matrimonium aliquod ob incapacitatem ad hoc ius et officium, probandum est in casu alterutrum vel utrumque coniugem huiusmodi capacitate carere.

Huiusmodi vero probatio tum in iure cum in facto omnino desideratur in sententiis de quibus agimus.

Signatura Apostolica, cum "ad normam sacrorum canonum invigilet pro munere suo rectae administrationi iustitiae" (Const. Apost. *Regimini Ecclesiae Universae*, n. 105; cfr. etiam *Normae Speciales*, art. 17 § 1), non poterat non intervenire attentis omnibus casus adiunctis, atque sequens edidit decretum:

DECISIO – Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal, in Congressu habito die 5 decembris 1972 coram E.mo Cardinali Praefecto, mature perpensis tum sententiis tum actis causae, decrevit: *"Causa remittitur S. Romanae Rotae, quae primum videat de nullitate sententiarum, ac dein de merito causae in primo vel in tertio gradu iurisdictionis prout constet vel non constet de nullitate sententiarum. Interim vetatur viro transitus ad alias nuptias"*.

* Prot. N. 3196/72: Apoll 46 (1973) 281-292.

4157

1972 DEC 12.-SIGNATURA APOST., SENTENTIA. PART.*

De proprietate bonorum ad beneficium paroeciale spectantium deque modo adquirendi bona temporalia in Ecclesia per legitimam praescriptionem

AMALPHITANA

Parochus S. Mariae Assumptae - Ordo F. M. Conventualium

FACTI SPECIES – Praesens controversia respicit monasterium Fratrum Minorum Conventualium Amalphis, quod die 15 decembris a. 1820 a Commissione exsecutrice Concordati anni 1818 inter Sanctam Sedem et Ferdinandum I Siciliarum regem, adsignatum est, tamquam supradotatio, paroeciae S. Mariae Assumptae in Pastena, quae eius possessionem cepit die 12 martii 1821. Paroceia autem monasterium locavit et annis 1829-1830 illud conductum habuit familia Barbaro, quae illud mutavit primum in tabernam, et deinceps in sumptuosius deversorium (Hotel Luna - Convento), quod ex splendidissimis regionis est.

Die 17 novembris a. 1948 R. P. Joseph Maria Palatucci, Minister Provincialis Conventualium Provinciae Neapolitanae, monasterium ab Archiepiscopo Amalphitano repetiit.

Sed contra huiusmodi petitionem exortae sunt difficultates ex parte tum Capituli Cathedralis tum populi Pastenensis.

Tunc Amalphitanus Archiepiscopus quaestionem detulit ad S. Congregationem Concilii, quae die 30 martii 1949 respondit: *"Dilata"*. Postea parochus Pastenae petiit a S. C. Concilii facultatem permutandi ex-monasterium (Hotel Luna) cum praedio annexaque domuncula, a conductoribus Barbaro ei oblata.

Sacra Congregatio die 23 martii a. 1953 facultatem negavit, cum rei oblatae pretium minime aequaret pretium deversorii. Anno 1959 domini Barbaro oblationem auxerunt et, dum quaestio expendebatur apud S. Congregationem Concilii, in negotium se inseruerunt Fratres Conventuales litteris diei 3 martii a. 1959, asserentes se unicos verosque monasterii proprietarios esse, ac petentes restitutionem, parati ad compensandum beneficium paroeciale "per rimpiazzo" secundum mensuram a S. Sede definiendam.

Sive paroecia sive Fratres Conventuales censent *proprietatem ex monasterii* ad se pertinere, et ex utraque parte exhibentur documenta et rationes.

S. C. Concilii die 21 novembris a. 1962 decretum edidit Fratribus Conventualibus favens, scripsitque Archiepiscopo: "volendosi evitare che lo storico e religioso edificio, che conserva ancora inconfondibili i segni e le caratteristiche della pietà francescana, passi definitivamente in mani laiche e per usi profani e mondani converrà che l'Eccellenza Vostra Rev.ma si adoperi perché si effettui la retrocessione tanto dell'ex convento quanto della chiesa annessa, previa consegna della somma non superiore a lire 20.000.000 (venti milioni) che gli stessi Religiosi hanno dichiarato al Santo Padre di essere disposti a versare per il rimpiazzo della rendita beneficiale".

Quamvis Archiepiscopus difficultates attulerit, S. Congregatio Concilii, litteris per suum Secretarium diebus 4 decembris a. 1962 et 29 ianuarii a. 1963 datis, institit pro exsecutione editi decreti. Tunc et parochus Pastenensis et Archiepiscopus Amalphitanus recursum interposuerunt ad Summum Pontificem pro huiusmodi decreti revisione.

Fratres autem Conventuales petitionem suam definiverunt, eam delimitantes ad solam partem boni immobilis, "Hotel Luna", quae antiquum monasterium constituebat, hoc est, ad claustrum saeculi XIV et duodecim circumstantes cellas.

Cardinalis a Secretis Status, hac accepta Fratrum Conventualium declaratione, litteris die 30 martii a. 1963 datis hortatus est Archiepiscopum Amalphitanum ut missam ei petitionem iterum expenderet, cum quaestio novum indueret adspectum. Sed neque Parochus neque Archiepiscopus novam Fratrum Conventualium propositionem acceperunt; quare Cardinalis a Secretis Status controversiam remisit ad S. Congregationem Concilii, ut eam examini subiiceret, siquidem argumenta a parocho et Archiepiscopo adducta "non sembrerebbero immeritevoli" considerationis.

Tunc S. Congregatio Concilii nova haec argumenta Fratribus Conventualibus exposuit, qui ampla declaratione responderunt se a suis postulatis non recedere.

Post haec, S. Congregatio Concilii die 14 iulii a. 1965 decisionem die 21 novembris a. 1962 datam confirmavit.

Ob mortem Archiepiscopi et alia adiuncta, quae infra indicata sunt in S. Congregationis litteris diei 27 martii a. 1969, huiusmodi deliberatio tunc nuntiata non est parocho Pastenensi. Epistula enim S. Congregationis Concilii die 27 martii a. 1969 missa Exc.mo Domino Jolando Nuzzi, Administratori Apostolico Amalphis, sic se habet: "Eccellenza Reverendissima, in ordine alla retrocessione dell'ex convento di San Francesco con l'annessa chiesa di S. Antonio in cotesta città di Amalfi all'Ordine dei F. M. Conv., compio il dovere di comunicare all'Eccellenza Vostra Reverendissima il testo della lettera in data 14 luglio 1965, n. 104. 022/A, che questo Sacro Dicastero desiderava consegnare a mano all'Ecc.mo Arcivescovo Mons. Rossini in occasione della sua venuta a Roma per la sessione conciliare e che rimase qui sospesa a causa della malattia e della morte di quel compianto presule. La lettera è del seguente tenore: "La Segreteria di Stato di Sua Santità, cui il Parroco di S. Maria in Pastena fece ricorso contro la risoluzione comunicata da questo Sacro Dicastero in merito alla nota vertenza con i Frati Minori Conventuali, ha qui trasmesso tanto lo scritto del Parroco, quanto le informazioni di Vostra Eccellenza Reverendissima, come pure le relative risposte data dagli stessi Religiosi, significando che essa *"si rimette in tutto alle decisioni di questa Sacra Congregazione"*. In seguito a ciò questo Sacro Dicastero ha esaminato le ragioni esposte contro la nota risoluzione, e, non essendo emersi nuovi elementi per un riesame della pratica, ha confermato quanto fu comunicato con il precedente foglio del 21 novembre 1962, n. 76023/A, rilevando peraltro che, come risulta da recenti precisazioni dei PP. Conventuali, la retrocessione riguarda la chiesa e la parte soltanto dell'antico convento, e cioè il chiostro, le celle monastiche ed annessi, esclusi i nuovi locali del reparto alberghiero, su i quali la parrocchia rimane libera di fare quelle rivendicazioni che riterrà del caso. I motivi che hanno determinato la accennata risoluzione sono noti all'Eccellenza Vostra, e pertanto, questa Sacra Congregazione confida che il Parroco e i PP. Conventuali prenderanno gli opportuni accordi con la stessa Eccellenza Vostra per procedere nel migliore dei modi, anche per superare le eventuali difficoltà".

Haec epistula ab Administratore Apostolico Amalphitano transmissa est ad parochum Pastenensem, qui recursum interposuit ad hoc Supremum Tribunal die 15 aprilis a. 1969.

Ordo Fratrum Conventualium, initio excepit recursum factum esse a parocho, cum deberet ab Archiepiscopo proponi, ac praeterea praescripti temporis teminos excedere: de his praeliminaribus exceptionibus ample disceptatum fuit eaeque reiectae fuerunt in Congressu H. S. Tribunalis diei 22 iunii a. 1970, qui recursum decrevit "admittendum esse ad disceptationem".

Die 8 ianuarii a. 1972 hoc dubium concordatum est: *"An constet de legis violatione sive in iudicando (decernendo) sive in procedendo relate ad decisionem S. C. pro Clericis (seu Concilii), diei 14 iulii 1965, recurrenti notificatam die 27 martii 1969, in causa de qua supra"*.

IN IURE ET IN FACTO – Fundamentum huius controversiae est Concordatum Terracinae subscriptum dei 16 februarii a. 1818 a Legato S. Sedis, Cardinali Hercule Consalvi, cui Pius VII P. M. libera mandata contulerat, et ab equite Aloisio De Medici, pariter legato cum liberis mandatis Ferdinandi I Regis utriusque Siciliae. Concordatum constat 35 articulis publicis, et

http://www.obrascatolicas.com

10 articulis secretis, qui inscribuntur "Memorandum" et ad peculiares articulos publicos referuntur (cfr. A. Mercati, *Raccolta di Concordati*, pp. 620-637).

Hoc Concordato conclusae iuridice sunt tres praecedentes suppressiones religiosae, quarum postrema fuerat napoleonica, ab Ioachino Murat facta. Sic Concordatum novis utriusque partis conventionibus provideret restituendis sedibus episcopalibus, paroeciis et Ordinibus religiosis in Regno Borbonico.

Ad exsequendum Concordatum, a Pontifice et Rege suprema auctoritate confirmatum, instituta est Commissio, quae opus suum prosequeretur sub moderamine Legatorum utriusque partis cum liberis mandatis, quaeque utebatur Subcommissione, pro exsecutione decisionum quae in superiore sede capiebantur.

Articuli Concordati qui ad rem nostram pertinent, sunt qui signantur numeris 12, 13 et 14 et ad solos Religiosos referuntur; praeterea "Memorandum" V, quod est supplementum declarativum articuli 14.

Articulus 12 statuit in universum ut *omnia bona ecclesiastica*, quae in Publicum "Demanium" redacta inveniantur, *Ecclesiae restituantur*. Hic non fit distinctio inter bona praedalia, localia, etc.: vocantur *bona ecclesiastica*, in genere, et Ecclesiae restituuntur.

Articulus 13 amplam concedit *sanatoriam* de his omnibus bonis et monasteriis, quae alienata sunt ob causas bellicas.

In articulo 14 sermo est de restituendis Ordinibus religiosis. Et hic distinctio fit *inter bona* in genere, et *localia* in specie: quia, ut patet, agitur de restituendis *Ordinibus Possidentibus*, atque *Ordinibus Mendicantibus*, qui nihil aliud possidebant, nisi *locum*, id est, monasterium quod incolebant cum contiguo horto, et nihil amplius.

In 3º commate articuli 14 praescribitur constitutio cuiusdam "Patrimonii Regularis" ex bonis Religiosorum suppressorum, quae bona erunt postea "ripartiti fra conventi da riaprirsi, *senza aver alcun riguardo ai titoli* delle antiche proprietà, che, in vigore del presente articolo (14), *tutti restano estinti*".

Praescribit deinde etiam *localia religiosa* nondum alienata inserenda esse in *Patrimonium Regulare*, ac statuit illa quoque posse alienari si hoc utile foret ipsi Patrimonio. Habemus proinde unicum Patrimonium Regulare, constitutum ex massa *bonorum* in genere, quae referuntur ad Ordines Possidentes, et *localium* in specie, quae referuntur ad Mendicantes. Habetur igitur *massa bonorum religiosorum*, prorsus in arbitrio Commissionis Exsecutricis posita, quae poterit eam ad libitum dispertire, eaque uti etiam "per il compimento delle *dotazioni delle sedi vescovili* '" *e delle congrue delle parrocchie*", ut reapse facit "Memorandum" V ad complementum articuli 14.

Hinc sequitur quod *ex lege concordataria* (quae extinguit omnem praecedentem titulum proprietatis et unit unica massa *omnia bona et omnia localia* suppressorum Ordinum religiosorum), hi Ordines *amittunt* in perpetuum quamvis proprietatem et quodvis ius reale in propria bona et localia, et Commissio Exsecutrix iam libere potest novas facere partitiones et destinationes bonorum utriusque generis.

Hoc nixa fundamento Commissio Exsecutrix suppressum Fratrum Conventualium monasterium *adsignavit* paroeciae Pastenensi, actu diei 15 decembris a. 1820, quem secutus est actus *immissionis in possessionem* die 12 martii a. 1821. Denique, ad concludendam controversiam exortam inter Parochum Pastenensem et Abbatem Cavensem, ipsa Commissio Exsecutrix intervenit ad declarandum "che l'accennato giardino con contiguo locale (convento) degli ex Antoniani di Amalfi si è intesa assegnarsi in *sopradotazione* alla detta parrocchia di Pastena colla precedente disposizione". Vocabulum "sopradotazione" nihil aliud significare potest quam complementum dotationis quae, sine hoc additamento, insufficiens erat. Fratres ipsi Conventuales hoc aperte agnoverunt litteris 9 ianuarii a. 1949 ad S. C. Concilii: "il convento passò in proprietà ... ed oggi costituisce il beneficio della parrocchia di Pastena" (*Summarium* p. 10; cfr. etiam *ibid.*, p. 24). Paroecia accepit, titulo supradotationis suae congruae, id est, sui beneficii paroecialis, ex-monasterium amalphitanum S. Francisci, neque ullam umquam causam habuit dubitandi quominus hoc non esset *titulo proprietatis*, verae et propriae ac perpetuae, ut perpetuum esse debet beneficium ecclesiasticum et paroeciale; quare haud semel paroecia actus perfecit qui sine iure proprietatis ne concipi quidem poterant et vetus monasterium in sumptuosum deversorium mutatum est, quin Fratrum Conventualium consensus umquam fuerit exquisitus.

Atqui, dotatio paroecialis, hoc est beneficium paroeciale, pertinet ad respectivam paroeciam *titulo proprietatis*. Quare concludendum est Commissionem Exsecutricem intellexisse et assignare voluisse supradotationem integrativam in proprietatem, non vero in simplicem usum et utilitatem.

Manet igitur probatum Fratres Conventuales amisisse ius proprietatis in monasterium Amalphitanum a plusquam saeculo et dimidio, id est a die 15 decembris a. 1820. Si Pastenensis paroecia modo ac tempore praedictis non acquisivisset tale ius in monasterium Fratrum Conventualium, id praescriptione obtinuisset, quae in hoc casu, est plus quam centenaria (cfr. can. 1508 et can. 1511), quia contra ius proprietatis exceptio mota non est ante diem 3 martii a. 1959. Possessio monasterii ex parte paroeciae e iusta causa seu titulo derivata, continua fuit nec umquam interrumpta per actum iuridicum v. g. citationem, quo pristinum dominium suum Ordo repeteret aut quomodocumque ius paroeciae in dubium vocaretur; monasterii possessio a paroecia nomine proprio detenta fuit tamquam si ageretur de re propria, et quidem bona fide, prout confirmant litterae quas innuimus Fratrum Conventualium diei 9 ianuarii a. 1949. Aiunt Fratres Minores Conventuales ad sua iura provocasse occasione Synodi Amalphitanae a. 1903, at parum prodest sibi ius proprietatis tribuere, nisi actus iuridicus ponatur quo praescriptio interrumpitur; de facto autem talis actus usque ad a. 1959 positus non fuit.

Eorumdem Patronus animadvertendum putavit in facultativis praescriptionem non dari. Optime novimus quae sunt gratuitae voluntatis seu prorsus libera, quae nempe citra ullam obligationem permittuntur (cfr. A. Reiffenstuel, *Ius canonicum universum*, L. II, tit. XXVI, n. 23; F. X. Wernz-P. Vidal, *Ius canonicum*, tom. IV, n. 821, III) praescriptioni non subiici. In casu autem non agitur de facultativis, sed de bonis ecclesiasticis de quibus agit can. 1508.

Concludendum est ergo S. C. Concilii (nunc pro Clericis) sua decisione diei 14 iulii a. 1965 violasse canonem 1499 § 2 decernentem: "dominium bonorum... ad eam pertinet personam moralem quae eadem legitime acquisiverit", sin minus can. 1508 statuentem: "praescriptionem, tamquam acquirendi modum ... Ecclesia pro bonis ecclesiasticis recipit".

Secus tamen ac opinatur Promotor iustitiae deputatus, nulla adfuit in casu violatio legis in procedendo, quia praescriptam licentiam auctoritatis ecclesiasticae parochus initio controversiae petierat; licentia autem auctoritatis civilis necessaria fuisset si decreto exsecutivo auctoritatis ecclesiasticae aedificium restituendum fuisset Ordini Fratrum Minorum Conventualium, id est postea, non antea.

Quare concludendum est decisionem S. Congregationis Concilii supra indicatam violasse legem "in decernendo", cum tribueret Ordini Fratrum Conventualium ius proprietatis, quod, contra, ad Pastenensem paroeciam spectabat. Statuit quidem can. 1518: "Romanus

Pontifex est omnium bonorum ecclesiasticorum supremus administrator et dispensator", at non constat Eundem ius proprietatis de quo agitur ad Fratres Conventuales transtulisse, quod fieri non poterat nisi ob commune seu superius bonum; aut facultatem id faciendi tribuisse S. Congregationi Concilii. Quaestio ergo hic esse non potest de prudenti seu opportuno usu tali facultatis.

Fratres Conventuales exceperant illegitimitatem recursus; primo, quod hic propositus fuerat a parocho, non vero ab Archiepiscopo, qui aiunt ipsi, solus poterat legitime recurrere; secundo, quia actus S. Congregationis Concilii diei 14 iulii a. 1965, nihil esset nisi mera confirmatio decisionis ipsius S. Congregationis diei 21 novembris a. 1962.

Quamvis de exceptionibus praeliminaribus agatur, ut iteratis votis Patroni Ordinis Fratrum Conventualium, iuvat rationes exponere propter quas reiectae sunt.

Primae exceptioni respondetur dicendo: in ipso documento quo S. Congregatio Concilii confirmat praecedentem decisionem diei 21 novembris a. 1962, explicite indicari tamquam partem "il Parroco di S. Maria in Pastena". Etenim, ut patet ex libris immobiliaribus, bona de quibus agitur, inscripta sunt beneficio paroeciali, cuius titularis et procurator est parochus; qui, igitur, indubie legitimatus est ad agendum nomine beneficii (can. 1649 et 1653 § 2), salvo, videlicet, iure Episcopi interveniendi, si casus ferat, in iudicium vel ad substituendum (can. 1653 § 5) vel ad adiuvandum (can. 1519). Quare recursus interpositus est ab eo qui iure agere potest.

Quoad secundam exceptionem, ex qua actus Sacrae Congregationis Concilii diei 14 iulii a. 1965 nihil esset nisi mera confirmatio decisionis datae die 21 novembris a. 1962, distinguendae sunt duae hypotheses. Prima habetur quoties decisio administrativa non fuit impugnata intra terminos a lege praescriptos, et administratus, ut iterum ingrediatur terminos quos infructuose decurrere permiserit, petitionem exhibet administrationi, et haec eam simpliciter reiciit hac sola de causa, quod rei iam antea provisum fuerat. Huiusmodi pronuntiatio simpliciter declarans controversiam iam fuisse decisam, non videtur iuridice impugnabilis. Altera hypothesis contra, est ea, ex qua publica administratio, cum impugnatam videat suam decisionem, processum aperiat secundi gradus, qui perveniat ad alterum decretum. Hoc decretum secundi gradus, etsi confirmativum, est "un provvedimento nuovo", igitur impugnabile in sede iurisdictionali (cfr. e. gr. M. S. Giannini, *La Giustizia amministrativa*, Roma 1964, pp. 148-149, a cura di Raffaele Juso).

In casu nostro, parochus S. Mariae in Pastena post decretum diei 21 novembris a. 1962 haud iners fuit, nam die 4 martii a. 1963 ad Summum Pontificem recurrit, cuius voluntatis petitio remissa est ad S. Congregationem Concilii, quia argumenta adducta "non sembrerebbero immeritevoli" considerationis. Sacra autem Congregatio (uti legitur in epistula diei 27 martii a. 1969) "esaminate le ragioni esposte contro la nota risoluzione" (nempe diei 21 novembris a. 1962), rationeque habita "delle recenti precisazioni dei PP. Conventuali" (ergo non prius expositae), pervenit die 14 iulii a. 1965 ad edendum decretum quod, licet vocari possit confirmativum, prout cum praecedenti congruit, definit tamen processum administrativum secundi gradus.

Pronuntiatio diei 14 iulii a. 1965 communicata est, ut iam diximus, parocho Pastenae tantum litteris die 27 martii a. 1969 Administratori Apostolico Amalphitano datis, et ab hoc nota facta parocho, quem directe spectabat. Numquam antea decretum diei 14 iulii a. 1965 parocho fuerat notificatum. Vix cognito decreto parochus intra terminum lege statutum interposuit recursum ad Sectionem Alteram Signaturae Apostolicae contra dictam decisionem, prouti ius illi erat ex articulo 106 Constitutionis *Regimini Ecclesiae Universae*.

His omnibus in iure et in facto perpensis, Nos infrascripti Cardinales Membra Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae, pro Tribunali sedentes et Deum solum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, edicimus, declaramus et definitive sententiamus: "*Sacram Congregationem Concilii (nunc pro Clericis) sua decisione diei 14 iulii a. 1965 legem violasse in decernendo, ideoque praefatam decisionem irritam esse, in casu*".

E sede Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae, die 12 decembris 1972. — Dinus Card. STAFFA, *Praefectus et Ponens* (*Sequuntur ceterae Cardinalium subsignationes*).

In Audientia, die 25 ianuarii 1973, infrascripto Cardinali Praefecto impertita, Ss.mus D. N. Paulus, divina providentia Pp. VI, habita relatione superioris decisionis, nihil obstare declaravit quominus eadem publicetur et omnibus quibus spectat ad normam iuris exsecutioni mandetur.

E sede Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae, die 27 ianuarii 1973. — Dinus Card. STAFFA, *Praefectus*. A. Sabattani, *a Secretis*.

* Apoll 46 (1973) 315-323.

4158

1972 DEC 19.-SIGNATURA APOST., RESPONSUM. PART.*

Responsa ad proposita dubia circa rationem causae incidentalis et causae conexae determinandi competentiam tribunalis

FACTI SPECIES — Dominus Paulus matrimonium iniit cum domina Maria, orthodoxa, Athenis, coram Ecclesia orthodoxa. Vita coniugalis infelix evasit et coniuges ad divortium civile confugerunt.

Postea domina Maria ad Ecclesiam catholicam transiit et putans praefatum matrimonium esse solutum vi ratihabitionis divortii ex parte Ecclesiae orthodoxae, matrimonium iniit cum domino Petro coram Ecclesia catholica. Etiam hoc alterum matrimonium dominae Mariae infaustum habuit exitum, et dominus Petrus, cupiens suam libertatem recuperare, petiit a Curia declarationem nullitatis eiusdem matrimonii ob ligamen in muliere. Haec autem restitit viri actioni, contendens prius suum matrimonium, illud nempe initum cum domino Paulo, invalidum fuisse ob vim et metum sibi incussum.

Attenta hac mulieris exceptione, quae fumum boni iuris praeseferre videbatur, Officialis Tribunalis regionalis, cui causa ligaminis commissa fuerat ab Ordinario, tria quaesita proposuit Signaturae Apostolicae, nempe:

1. *An causa nullitatis, ob vim et metum, prioris matrimonii dominae Mariae censenda sit incidentalis respectu causae nullitatis, ob ligamen, alterius matrimonii eiusdem mulieris.*

2. *An causa nullitatis prioris matrimonii dominae Mariae pertractanda sit processu ordinario.*

3. *An Tribunal regionale competens censendum sit ad pertractandam eandem causam, licet idem Tribunal ordinariis titulis competentiae careat.*

IN IURE ET IN FACTO — Ad quaesita solvenda, quae sequuntur animadvertere iuvat.

Ad 1. Causa incidentalis tendit ad solvendam quaestionem accessoriam, causae principali supervenientem ab eaque dependentem; e contra, validitas prioris matrimonii, in casu, est praesuppositum ac fundamentum causae nullitatis, ob ligamen, posterioris matrimonii Mariae. Dum ideo causa nullitatis, ob ligamen, posterioris matrimonii nequit concipi sine certitudine de validitate prioris matrimonii, causa de validitate prioris matrimonii est omnino independens.

Ad 2. Cum causae nullitatis matrimonii, ex capite vis et metus, non recenseantur inter "casus speciales" in Motu proprio *Causas matrimoniales* enumeratos, sub art. X et XI, causa nullitatis prioris matrimonii Mariae evidenter pertractanda est processu ordinario.

http://www.obrascatolicas.com

Ad 3. Cum prius Mariae matrimonium Athenis celebratum fuerit, ubi vir conventus commorationem habet non precariam et ubi omnes testes degunt, competens ad pertractandam causam nullitatis matrimonii Mariae et Pauli, est Tribunal Atheniense.

Attentis tamen causarum connexione et causae nullitatis posterioris Mariae matrimonii coram Tribunali V. evolutione, opportunum videtur committere eidem Tribunali causam nullitatis prioris matrimonii, ne cursus iustitiae inutiles patiatur moras.

DECISIO – In Congressu Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae diei 19 decembris 1972, ad tria dubia responsum fuit:

Ad 1. *Negative*, seu causam nullitatis, ob vim et metum mulieri incussum, matrimonii inter dominam Mariam et dominum Paulum considerari non posse incidentalem relate ad alteram causam nullitatis, ob ligamen, matrimonii inter dominam Mariam et dominum Petrum.

Ad 2: *Affirmative*, seu causam nullitatis, ob vim et metum mulieri incussum, matrimonii inter dominam Mariam et dominum Paulum pertractandam esse processu ordinario, cum agatur de causa quae non recenseatur inter "casus speciales" de quibus in Motu proprio *Causas matrimoniales*, art. X et XI.

Ad 3: *Negative*, seu Tribunal regionale V. competens non esse ad praefatam causam nullitatis prioris matrimonii pertractandam, cum non agatur de causa incidentali, sed de causa principali distincta ab alia, licet connexa.

Considerata tamen stricta subordinatione unius causae ad alteram ac attento progresso stadio causae ligaminis coram Officiali Tribunalis regionalis V., ne cursus iustitiae inutiles pateretur moras, in eodem Congressu decretum fuit: *"Consulendum Ss.mo pro commissione Tribunali regionali V. causae nullitatis, ob vim et metum mulieri incussum, matrimonii inter dominam Mariam et dominum Paulum"*.

Ss.mus autem D. N. Paulus, divina providentia Papa VI, in audientia Em.mo Cardinali Praefecto H. S. T. die 25 ianuarii 1973 impertita, Commissionem concessit iuxta votum Congressus.

* Officiali cuiusdam Tribunalis regionalis: Apoll 46 (1973) 292-294.

4159

1972 .. .. - SC pro INSTITUT. CATH., NORMAE. PART.*

Notio et exsecutio Affiliationis Studiorum Theologicorum ad Facultatem ecclesiasticam Theologiae

I – BREVIS QUAEDAM NOTITIA

ad obtinendam Affiliationem Studiorum Theologicorum

1. Affiliatio dici potest institutum iuridicum, quo vinculum inducitur, certis servatis condicionibus, inter aliquod Theologicum Studium et quamdam Facultatem Theologicam, ad *"Baccalaureatus"* gradum (vel alia diplomata universitaria, seclusis tamen Licentiae et Doctoratus gradibus) in Sacra Theologia consequendum.

Patet ex hoc affiliationem eo consilio concedi, ut studiorum qualitas augeatur, servata quidem eorum natura institutionali. Vi affiliationis, Studium affiliatum, quoad studiorum rationem, didacticam methodum, examina, gradum (vel diplomata) Facultati affilianti subiicitur.

2. Ut in Theologico Studio affiliato studia reapse evehantur et in debita condicione serventur, a Facultate affiliante sedula exercenda est vigilantia; quapropter, affiliatio plerumque extendenda non est ultra propriam Nationem vel regionem culturalem (cf. *Normae quaedam ad Constitutionem Apostolicam* Deus scientiarum Dominus *de studiis academicis ecclesiasticis recognoscendam*, art. 47).

3. Concessio affiliationis fit peculiari Decreto Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica. Postulatio praesentatur a Theologica Facultate affiliante, postquam eius Consilium Academicum statum Studii exploraverit atque probaverit.

4. Exsecutio affiliationis regitur peculiari *Conventione* et quibusdam *Normis* a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica approbatis.

5. Ad negotium affiliationis expediendum, tria exemplaria tum *Conventionis* tum *Normarum* (a Studio affiliando et a Facultate affiliante debite subsignata atque eorum sigillis munita) ab eadem Facultate ad Sacram Congregationem pro Institutione Catholica mittenda sunt.

Sacra vero Congregatio eorundem exemplarium duo rite approbata – prima vice tantummodo "ad tempus et ad experimentum" – ad Facultatem affiliantem remittet cum duplici exemplari Decreti affiliationis.

Documenta ad Sacram Congregationem mittenda ("Conventio" et "Normae") hic, iam digesta, adnectuntur. Studii Theologici et Facultatis erit illa rite complere prout in notulis indicatur. Addi vero poterunt aliae conditiones iudicio Facultatis opportunae.

II – CONVENTIO

ad Studium Theologicum . . . . . (1)
Facultati Theologicae . . . . . (2)
affiliandum

1. Haec Conventio, inter. . . . . (3)
et Ordinarium . . . . . (4) inita, regitur legibus a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica latis.

2. Per affiliationem, Facultas Theologica . . . . . (2) quae de studiis theologicis in curriculo theologico affiliato erga Sacram Congregationem spondet, gradum academicum BACCALAUREATUS (vel alia diplomata universitaria, seclusis tamen Licentiae et Doctoratus gradibus) confert alumnis Studii Theologici affiliati, qui integrum curriculum theologicum in propria sede ad normam iuris canonici expleverint, quin scholas Facultatis frequentaverint.

3. Studium Theologicum affiliatum complectetur, ad se quod attinet, congruum numerum alumnorum, itemque congruum Professorum numerum, qui non pauciores sint quam sex, omnes (attenta disciplinae tradendae qualitate) gradu Licentiae saltem ornati, unusque alterve Laurea doctorali.

4. Inter candidatos ad BACCALAUREATUS gradum (vel alia, ut supra, diplomata universitaria) assequendum illi tantum admitti poterunt, qui ecclesiasticis praescriptionibus de studiis humanisticis atque philosophicis rite satisfecerint.

5. Examina BACCALAUREATUS subeunda sunt in ipsa Facultate aut in alia sede a Facultate praefinita. Examina oralia facienda sunt coram trium Professorum Studii Commissione, quibus aderit affiliantis Facultatis repraesentans (quantum fieri poterit, unus ex eiusdem Professoribus).

6. Ad finem huius Conventionis adsequendum, servandae sunt adnexae *"Normae"* a partibus contrahentibus subsignatae, atque a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica approbatae, necnon earum ampliationes vel mutationes ab academica auctoritate ipsius Facultatis legitime introductae.

7. Conventio ipsa statim ad effectum adducitur, postquam ab eadem Sacra Congregatione approbata fuerit; potest quidem revocari a Facultate affiliante post duas monitiones, quandocumque affiliatio contra Facultatis decus vel auctoritatem cedere videatur.

Datum . . . . . (5)
. . . . . (6)
. . . . . (6)

(1) Quodnam (nomen, locus).
(2) Quaenam.
(3) Rectorem (si agatur de Facultate Theologica quae sit pars alicuius Universitatis); Praesidem (si agatur de Facultate a quavis Universitate separata).
(4) Ordinarium dioecesanum vel Ordinarium religiosum (saltem Provincialem).
(5) Locus, dies, mensis et annus.
(6) Subsignationes Contrahentium, eorumdem sigillis munitae.

III – NORMAE

servandae ad Affiliationem exsequendam

Theologici Studii. . . . . (1)
Facultati Theologicae . . . . . (2)

I. Normae generales

Art. 1 – Ratio Studiorum curriculi theologici affiliati, praesertim disciplinarum distributio, approbanda est a Facultate Theologica affiliante; itemque horarum numerus singulis disciplinis tribuendus, necnon textus scholares seu manualia.

Art. 2 – Ut quis ad examen BACCALAUREATUS (vel alius generis diplomatum infra Licentiam) admittatur, requiritur ut examina feliciter superaverit omnium disciplinarum integri curriculi theologici.

II. Relationes ad Facultatem Theologicam

Art. 3 – Director (seu Praefectus Studiorum) Theologici Studii, ante inceptum scholarum annum, elenchum Professorum totius curriculi theologici ad Facultatem mittet, una cum eorum titulis academicis, anno quo docere inceperint atque disciplinis ab unoquoque tradendis.

Art. 4 § 1 – Alumni ultimi anni curriculi theologici, qui candidati sint ad Baccalaureatum (vel alia diplomata, ut supra) consequendum, anno scholari ineunte inscribendi sunt Facultati Theologicae.

§ 2 – Sub finem anni scholaris, testimonium completum (id est, totum curriculum theologicum respiciens) de statu academico alumnorum ultimi anni theologici ad Baccalaureatum aliave diplomata condidatorum ad Facultatem Theologicam mittetur.

Art. 5 – Anno scholari expleto, Director Studii (seu Praefectus Studiorum) relationem ad Facultatem mittet tum de activitate didactica et scientifica eiusdem anni, tum de statu bibliothecae Studii, deque novis acquisitionibus ab eadem factis.

Art. 6 – Saltem quarto quoque anno, Delegatus Facultatis Studium visitabit, studiorum statum (praelectiones, examina, bibliothecam) personaliter inspecturus ac probaturus.

III. Examen ad Baccalaureatum

Art. 7 – Ut quis ad examina Baccalaureatus admittatur, consecutus sit oportet, omnibus examinibus annuis et semestribus totius curriculi theologici consideratis, septuaginta centesimas partes (70 %) in disciplinis principalibus, et saltem sexaginta (60 %) in ceteris.

Art. 8 – Candidatus subire tenetur speciale examen scriptum atque orale de triginta saltem thesibus, desumptis ex praecipuis quaestionibus per totum curriculum traditis, a Consilio Facultatis Theologicae praestitutis.

Art. 9 – Examini scripto quinque horae conceduntur. Examen orale tribus horae quadrantibus (45 minutis) absolvitur.

Art. 10 – Nota media ex scripto et orali examine par sit oportet saltem septuagista centesimis partibus (70%), cauto tamen ut in neutro examine nota minor sexaginta centesimis partibus (60%) obtenta sit.

Art. 11. Qui gradu Baccalaureatus donandi sunt, professionem fidei emittent iuxta "formulam" a Sancta Sede approbatam.

Art. 12. Testimonium Baccalaureatus (vel aliorum diplomatum infra Licentiam) inscriptionem referet Facultatis Theologicae – cuius est gradus vel diploma conferre – (et Universitatis, si forte Facultas pars sit alicuius Universitatis).

IV. Tributa solvenda

Art. 13. Taxae inscriptionis, examinum et diplomatis, statuuntur a Facultate, consentiente Directore Studii Theologici affiliati; taxae inscriptionis et diplomatis Facultati cedunt, examinum vero Studio Theologico.

Art. 14. Taxae examinum et diplomatis solvendae sunt ante examina ad gradum (vel ad diplomata, ut supra).

Art. 15. Expensae ad visitationem peragendam de qua in art. 6, a Studio Theologico sustinendae sunt.

Datum . . . . . (3)
. . . . . (4)

(1) Quodnam (nomen, locus).
(2) Quaenam.
(3) Locus, dies, mensis et annus.
(4) Subsignationes Contrahentium, eorumdem sigillis munitae.

* E foliis eiusdem Sacrae Congregationis.

4160

1972 .. .. - SC pro INSTITUT. CATH., NORMAE. PART.*

Notio et exsecutio Affiliationis Biennii Philosophici ad Facultatem ecclesiasticam Philosophiae

I – AFFILIATIO PHILOSOPHICA

I. Notio et effectus academici Affiliationis philosophicae

1. *Notio affiliationis.* Affiliatio *Philosophica* dici potest institutum canonicum, quo *vinculum academicum* inducitur inter Facultatem Philosophicam ecclesiasticam et *Biennium Philosophicum* ad quadriennium studiorum theologicorum requisitum (cf. cann. 589 et 1365 C. I. C.), ita ut studia Biennii academice ordinentur et gradu ecclesiastico primi cycli Facultatis Philosophicae (cf. n. 10) coronentur.

2. *Notio Biennii Philosophici.* Biennium Philosophicum de facto *tribus modis* dispositum inveniri potest: *a*) tanquam Biennium proprie dictum (quod est in votis); *b*) tanquam Cursus mixtus Theologico-philosophicus, sexennalis; *c*) tanquam Cursus mixtus Philosophico-Scientifico-Litterarius, generatim triennalis. Uti patet, *in quovis casu* constent oportet tum integritas programmatis institutionalis philosophiae, tum qualitas "christiana" traditae philosophiae (cf. *Optatam totius*, n. 15, et *Gravissimum educationis*, n. 10; *Ratio fundamentalis institutionis sacerdotalis*, n. 60), tum denique fidelis applicatio methodi proprie philosophicae.

3. *Effectus academici in Biennium manantes.* Condicio seu natura studiorum Biennii per affiliationem fit *proprie academica*, ideoque illa studia legi academicae Ecclesiae subsunt, eodem modo ac primus cyclus (biennalis) Facultatis Philosophicae ecclesiasticae affiliantis.

II. A quibusnam Affiliatio et gradus academicus conferantur

4. *Concessio affiliationis.* Affilatio conceditur peculiari *Decreto Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica*, quae etiam formulas edicit tum peculiaris *Conventionis*, a duabus partibus contrahentibus ineundae, tum quarundam *Normarum* ad affiliationem ipsam regendam exsequendamque.

5. *Collatio gradus.* Gradus confertur *a Facultate affiliante*, cuius igitur inscriptio (immo et Universitatis, si Facultas in aliqua Universitate viget) in diplomate referenda est. Quamobrem ipsa Facultas de Biennio affiliato erga Sanctam Sedem academice spondet.

III. Conditiones requisitae in Biennio

6. *Conditiones generales.* Affiliatio illis tantum Bienniis Philosophicis concedi potest, quae vere complectantur *integrum programma institutionale* studiorum philosophicorum (cf. n. 2) et quae *probatam organisationem* scholarem (programmata didactica, docentes, studentes, bibliothecam) possideant, subsidiisque oeconomicis adeo instruantur, ut moralis certitudo adsit de affiliationis vitalitate ac continuitate.

7. *Studiorum programmata. a*) *Eadem* studiorum programmata, quae in Facultate vigent, a Biennio recipienda sunt ac integre explenda, legitimis quidem differentiis admissis, sed salvis semper elementis essentialibus (cf. *Normae* art. 1).

b) Si affilians Facultas Philosophica ecclesiastica primum cyclum (seu "institutionalem") habeat qui in *tres* annos distribuatur (cf. *Normae quaedam* n. 48, *a*: *"saltem* duos annos") –adiectis nempe aliis disciplinis litterariis vel scientificis – considerandum est heic programma studiorum *solummodo* philosophicorum.

8. *Qualitas Docentium. Dimidia* saltem pars docentium Biennii disciplinarum philosophicarum affiniumque *gradu canonico Doctoratus* Philosophiae vel disciplinarum ab iisdem traditarum (dissertatione doctorali ideo, saltem ex parte, publice edita) pollere debet, simulque *aliqua studia scientifica* originalia ediderit oportet. Casus dubios Sacra Congregatio dirimet, collatis consiliis cum Facultate affiliante. Insuper docentes Biennio stabiliter addici debent. Possunt Professores externi invitari, consentiente tamen Facultate.

9. *Sufficientia bibliothecae.* Biennio Philosophico quaedam bibliotheca in re philosophica sat dives praesto esse debet, ut et docentibus et studentibus amplior materia studiorum offeratur.

10. *Gradus denominatio.* Gradus in Philosophia collatus idem est ac qui a Facultate affiliante confertur in fine *primi sui cycli*. Denominatio canonica "Baccalaureatus" *alio vocabulo* in

http://www.obrascatolicas.com

loco usitato substitui potest, dummodo reapse Baccalaureatui canonico aequivaleat, ad durationem biennalem studiorum quod attinet, nec ullam gignat aequivocationem cum eiusdem nominis gradu ab Universitate *civili* loci forte concesso (ex. gr. si gradus civilis conferatur post curriculum studiorum non biennalem, sed triennalem vel quadriennalem; quo in casu, *diversa* denominatio gradus canonici absolute invenienda est, ex. gr. Baccalaureatus Artium in Philosophia).

IV. Iter ad Affiliationem obtinendam

11. *Examen Biennii a Facultate instituendum.* Facultas Philosophica affilians in primis exploret an *status Biennii Philosophici* affiliandi statutis conditionibus vere satisfaciat (cf. n. 6), scilicet: *a*) an *studiorum programmata* Biennii debite respondeant, tum quantitate (cf. n. 2) tum qualitate (cf. nn. 6-7), ratioui studiorum in primo cyclo Facultatis vigenti; *b*) an Biennio sit iustus *docentium* numerus et probata haberi possit eorundem conditio academica (cf. n. 8); *c*) an adsit saltem sufficiens *bibliotheca* (cf. n. 9); *d*) an *gradus* (vel *diploma*), qui in fine Biennii conferendus proponatur, nullam aequivocationem gignat cum gradu (vel diplomate) eiusdem nominis fortasse in Universitatibus civilibus collato (cf. n. 10).

12. *Documenta a Facultate mittenda.* Facultas deinde (Universitas, si Facultas pars sit alicuius Universitatis) ad S. Congregationem mittat: *a*) sat amplam *relationem* de explorato statu Biennii Philosophici, cum integro *studiorum programmate* et completis "*curriculis vitae*, studiorum et operum" debite subsignata atque eorum sigillis munita.

13. *Actio S. Congregationis.* S. Congregatio *duo* ex his exemplaribus "Conventionis" et "Normarum", a se rite approbata (prima vice tantummodo "ad tempus et ad experimentum"), ad Facultatem affiliantem (vel Universitatem) remittet, simul cum *duplici* exemplari sui Decreti affiliationis (item prima vice "ad tempus et ad experimentum").

Nota bene: **1. Documenta ad S. Congregationem mittenda ("Conventio" et "Normae") heic in *triplici* exemplari adnectuntur. 2. Biennii Philosophici et Facultatis erit illa *rite complere*, prout in notulis indicatur; 3. In "Conventione" et in "Normis" *addi poterunt aliae conditiones*, iudicio Facultatis opportunae.**

II – CONVENTIO

ad Biennium Philosophicum . . . . . (1)
Facultati Philosophicae . . . . . (2)
affiliandum

1. Haec Conventio, inter . . . . . (4)
et Ordinarium . . . . . (4) inita, *regitur* legibus a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica latis (cf. "Notio", n. 1-2).

2. Per affiliationem, Facultas Philosophica . . . . . (2) quae de studiis academice ordinatis in Biennio Philosophico affiliato erga Sacram Congregationem spondet (cf. "Notio" n. 5), *gradum academicum primi sui cycli* (cf. "Notio" . 10) – vel alium in loco usitatum. dummodo gradui canonico obiective aequivaleat, seclusis semper gradibus secundi et tertii cycli, Licentiae nempe et Doctoratus – confert alumnis Biennii Philosophici affiliati, qui integrum curriculum philosophicum biennale (cf. "Notio" nn. 2 et 6-7) in propria sede ad normam legis academicae Ecclesiae expleverint, quin scholas Facultatis frequentaverint.

3. Biennium Philosophicum affiliatum complectetur congruum numerum *alumnorum*, itemque congruum, iudicio Facultatis, *Professorum* numerum, qui postremi saltem dimidia ex parte Doctoratu Philosophiae apud Facultatem Philosophiae canonice erectam vel agnitam obtento (vel alio Doctoratu, pro disciplinae tradendae qualitate) ornati sint oportet (cf. "Notio" n. 8).

(1) Quodnam (nomen, locus).
(2) Quaedam (nomen, locus).
(3) Rectorem Universitatis (si agatur de Facultate Philosophica quae sit pars alicuius Universitatis); Praesidem (si agatur de Facultate Philosophica a quavis Universitate vel Athenaeo separata).
(4) Ordinarium dioecesanum vel Ordinarium religiosum (saltem Provincialem) a quo Biennium Philosophicum dependet.

4. Inter candidatos ad gradum primi cycli assequendum illi tantum admitti poterunt, qui ecclesiasticis praescriptionibus de studiis medio-secundariis rite satisfecerint *titulumque* consecuti fuerint ad Universitatem ingrediendam necessarium.

5. *Examina* gradus primi cycli subeunda sunt in ipsa Facultate aut in alia sede a Facultate praefinita.

6. Ad finem huius Conventionis adsequendum, servandae sunt adnexae "*Normae*", a partibus contrahentibus subsignatae atque a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica approbatae, necnon earum ampliationes ab academica auctoritate ipsius Facultatis fortasse introductae.

7. Conventio ipsa *statim ad effectum* adducitur, postquam ab eadem Sacra Congregatione approbata fuerit; potest quidem revocari a Facultate affiliante post duas monitiones, quandocumque affiliatio contra Facultatis decus vel auctoritatem cedere videatur.

Datum . . . . . (5)
. . . . . (6)
. . . . . (6)

(5) Locus, dies, mensis et annus.
(6) Subsignationes Contrahentium (cf. Notas 3 et 4), eorundem sigillis munitae.

III – NORMAE

servandae ad affiliationem exsequendam

Biennii Philosophici . . . . . (1)
ad Facultatem Philosophicam . . . . . (2)

I. Normae generales

Art. 1. *Ratio Studiorum* Biennii Philosophici affiliati prorsus eadem est (ad disciplinarum numerum atque ordinationem necnon ad earum horas quod attinet) ac quae in primo cyclo Facultatis Philosophicae affiliantis viget, paucis fortasse immutatis quae in rebus secundariis a loci necessitatibus suadeantur (cf. "Notio" n. 7), probante quidem Consilio Facultatis.
Textus scholares seu *manualia* (cf. "Notio" n. 2) a Facultate probanda sunt.

Art. 2. Ut quis ad examen gradus primi cycli Facultatis Philosophicae (cf. "Notio" n. 10) admittatur, requiritur ut examina feliciter superaverit *omnium disciplinarum* integri Biennii Philosophici.

II. Relationes ad Facultatem Philosophicam

Art. 3. Director (seu Praefectus Studiorum) Biennii Philosophici singulis annis *elenchum Professorum* Biennii ad Facultatem mittet una cum, si opus fuerit, integratione "curriculorum vitae, studiorum et operum" eorundem.

Art. 4. *a*) *Alumni* amborum Biennii annorum Facultati inscribuntur ad omnes effectus, ideoque eorum nomina Facultati quotannis tempestive significanda sunt.
b) Sub finem cuiusque anni scholaris, testimonium completum de *statu academico* alumnorum secundi anni ad gradum primi cycli candidatorum ad Facultatem Philosophicam mittetur.

Art. 5. *a*) Anno scholari expleto, Director Biennii *amplam relationem* ad Facultatem mittet tum de activitate didactica et scientifica eiusdem anni, tum de statu bibliothecae Biennii, de novisque acquisitionibus ab eadem factis.
b) Singulis autem trienniis Facultas *triennalem* relationem ad Sacram Congregationem pro Institutione Catholica mittet, cui inserenda curabit exemplaria relationum *annualium* a Biennio affiliato ad se missarum.

Art. 6. *a*) Pariter singulis trienniis, Delegatus Facultatis Biennium affiliatum *visitabit*, studiorum statum (praelectiones, "seminaria", examina, bibliothecam) personaliter inspecturus ac probaturus.

b) Eiusdem *relatio scripta* cum Consilio Facultatis et cum Sacra Congregatione pro Institutione Catholica (coniunctim cum relatione de qua in art. 5, *b*) communicanda est.

(1) Quodnam (nomen, locus).
(2) Quaenam (nomen, locus).

III. Examen ad gradum primi cycli

Art. 7. Examen ad gradum primi cycli eo tendat oportet, ut candidatus ostendat se sufficientem *visionem syntheticam et organicam* adeptum esse integri programmatis institutionalis Biennii Philosophici.

Art. 8. *a*) Examen ad gradum primi cycli constabit ex duobus experimentis, *scripto scilicet atque orali*, de viginti quinque saltem thesibus, desumptis ex praecipuis quaestionibus per totum Biennium traditis, a Consilio Facultatis Philosophicae praestitutis. Tempus utrique examini assignandum a Facultate definietur iuxta propria Statuta.
b) Si placet, huiusmodi examina scriptum ac orale substitui possunt quodam *elaborato scripto* saltem triginta paginarum, a candidato per postremum semestre praeparato, a Facultate examinando et approbando, super quo superque respectivis affinibusque disciplinis (ad finem a candidato consequendum de quo in art. 7) quoddam examen orale, unius saltem horae, superandum est.
c) In utroque casu *examen orale* faciendum est coram trium Professorum Commissione, inter quos unus sit affiliantis Facultatis repraesentans (quantum fieri poterit, unus ex eiusdem Facultatis Professoribus).

Art. 9 *Testimonium gradus primi cycli* Facultatis Philosophicae inscriptionem referet eiusdem Facultatis Philosophicae (cf. "Notio" n. 5).

IV. Tributa solvenda

Art. 10. *Taxae* inscriptionis, examinum et diplomatis, statuuntur a Facultate, consentiente Directore Biennii Philosophici affiliati; taxae inscriptionis et diplomatis Facultati cedunt, examinum vero Biennio Philosophico.

Art. 11. Taxae examinum et diplomatis solvendae sunt *ante* examina ad gradum.

Art. 12. Expensae ad *visitationem* peragendam de qua in art. 6, a Biennio Philosophico sustinendae sunt.

Datum . . . . . (3)
. . . . . (4)

(3) Locus, dies, mensis et annus.
(4) Subsignationes Contrahentium, eorundem sigillis munitae. Partes contrahentes sunt Ordinarius dioecesanus vel Religiosus (saltem Provincialis), a quo Biennium Philosophicum dependet, et Praeses Facultatis Philosophicae (si haec sit autonoma) vel Rector Universitatis (si Facultas in aliqua Universitate vigeat).

* E follis eiusdem Sacrae Congregationis.

4161

1972 .. .. - SEDES APOSTOLICA, FORMULA. PART.*

Formula proponitur qua iusiurandum fidelitatis ab iis dandum erit qui Episcopi dioecesani nominati sunt

Ego . . . . . ., nominatus . . . . . Episcopus . . . . sanctae apostolicae romanae Ecclesiae et Summo Pontifici, beati Petri Apostoli in Primatu Successori et Christi Vicario, eiusque legitimis Successoribus semper fidelis ero atque oboediens. Quos non tantum summo prosequar honore, sed faciam etiam, quantum in me erit, ut debitus iisdem tribuatur honor et omnis iniuria ab ipsis arceatur.

Iura et auctoritatem Romanorum Pontificum, mihi curae erit promovere ac defendere; itidem praerogativas eorum Legatorum vel Procuratorum. Quidquid autem contra eadem a quopiam contigerit attentari, ipsi Summo Pontifici sincero animo aperiam.

Apostolica munera mihi commissa docendi, sanctificandi et regendi, in hierarchica communione cum Christi Vicario et Collegii episcopalis Membris, omni cura ad mentem et litteram sacrorum canonum absolvere satagam.

In depositum fidei purum et integrum servandum atque authentica ratione tradendum studiose incumbam, errantibus vero in fide paternum animum pandam iidemque ut ad plenitudinem catholicae veritatis redeant omni ope annitar.

Ad Concilia aliasque actiones collegiales episcopales vocatus, nisi impediar, me promitto esse venturum vel responsurum.

Bona vero temporalia ad Ecclesiam mihi concreditam pertinentia iuxta sacrorum canonum normas diligenter administrabo, sedulo invigilans ne eadem quoquo modo pereant aut detrimentum capiant.

Concilii Vaticani II aliaque canonica Decreta quae institutionem et ambitum actionis Conferentiarum Episcopalium respiciunt, necnon Consiliorum Presbyteralium et Pastoralium, amplectar eorumque munerum ordinatum usum libenter promovebo.

Statis denique temporibus Apostolorum Limina vel ego ipse vel per alios ad normam iuris invisam, rationem de pastorali meo Officio reddam ac de clero et populo mihi commissis fideliter referam: mandata simul obsequenter accipiam maximoque studio perficiam.

Sic me Deus adiuvet et haec sancta Dei Evangelia.

* REDC 32 (1976) 379. Adn. L. de ECHEVERRIA in REDC 32 (1976) 380-419.

http://www.obrascatolicas.com

4162

1973 IAN 8.-COM. INT. CONC., RESP. AAS 65 (1973) 59

Responsum ad propositum dubium:
De iure accusandi matrimonium

Patres Pontificiae Commissionis Decretis Concilii Vaticani II interpretandis, proposito in plenario coetu quod sequitur dubio, respondendum esse censuerunt ut infra:

D.– Utrum, attentis decretis Concilii Oecumenici Vaticani II, atque prae oculis habitis Constitutione Apostolica *Regimini Ecclesiae Universae* [LE 3588], diei 15 augusti 1967, et Litteris Apostolicis *Causas matrimoniales* [LE 3960], diei 28 martii 1971, vigeat adhuc responsum S.S.C.S. Officii diei 27 ianuarii 1928, et art. 35, par. 3 Instructionis S. Congregationis de disciplina Sacramentorum *Provida Mater* [LE 1347], diei 15 augusti 1936, vi cujus acatholici, sive baptizati sive non baptizati, actoris partes agere in causis matrimonialibus nequeunt, nisi de licentia S. Congregationis pro Doctrina Fidei, singulis in casibus impetranda.

R.– *Negative*, seu amplius non vigere.

Sequenti Dominus Noster Paulus Pp. VI in Audientia die 8 ianuarii 1973 infrascripto impertita supradictam decisionem ratam habuit, adprobavit et publicari iussit. – *Pericle Card. FELICI, Praeses.*

Adn. J. L. ACEBAL in REDC 29 (1973) 150-154; B. FILIPIAK in Eph. lur. can. 29 (1973) 172-178 et in ME 99 (1974) 84-88.

4163

1973 IAN 20.-SECRETARIA STATUS, RESP. PART.*
Religiosi ad Diaconatum admissi caelibatum rite promittere debent, non obstante voto castitatis professionis religiosae iam emisso

La norma n. VI del Motu Proprio *Ad pascendum* estendendo anche ai religiosi il rito per l'assunzione del celibato nell'ordinazione diaconale, non intende affatto attenuare od oscurare il valore del voto di castità, da essi emesso, che di per sé comporta già l'obbligo del celibato "propter regnum coelorum".

Con tale disposizione si è voluto sottolineare il *nuovo* impegno al celibato che anche il candidato religioso assume con l'ordinazione, impegno distinto ed aggiunto a quello da lui contratto con voto di castità, per cui il sacerdote religioso, che, uscendo dal proprio Istituto, ottenga la dispensa dai voti, conserva l'onere del celibato in forza dell'Ordine sacro a lui conferito.

In un momento, in cui si chiede e di ottiene con facilità la dispensa dai voti, e tanto si discute sul celibato sacerdotale, è sembrato opportuna ed utile anche per i religiosi questa pubblica e solenne riaffermazione dell'impegno al celibato prima dell'ordinazione, e perciò è stata scelta una formula che si adatta perfettamente anche a coloro che abbiano già pronunciato il voto di castità.

* E litteris circularibus Praesidis Unionis Superiorum Generalium, die 7 feb. 1973 missis, responsum notificantis Cardinalis Secretarii Status. Adn. in Vida rel. 35 (1973) 200-201.

4164

1973 IAN 20.-SC CULTUS DIVINI, DECLARATIO. PART.*

De sollemnitate Immaculatae Conceptionis B. Mariae Virginis anno 1974 celebranda

Anno 1974 sollemnitas Immaculatae Conceptionis B. MariaeVirginis occurret dominica secunda Adventus.

Iuxta normas Calendarii Romani, sollemnitas B. Mariae Virginis sabbato anticipanda esset (cfr. "Normae universales de Anno liturgico et de Calendario", n. 5).

Pluribus Episcopis petentibus, Summus Pontifex Paulus VI concedit ut celebratio liturgica B. Mariae V. Immaculatae anno 1974 de iudicio Conferentiae Episcoporum peragi possit die 8 decembris, dominica Adventus non obstante.

Peculiares notae Adventus in homilia atque in oratione universali modo apto in luce ponentur.

Quae facultas nunc evulgatur ut calendariorum liturgicorum compositores opportuno tempore de ea certiores fiant.

Romae, die 20 ianuarii 1973. – A. Bugnini, Archiep. tit. Diocletianen., *a Secretis.*

* Notit. 9 (1973) 71.

4165

1973 IAN 22.-SC pro INSTIT. CATH., CIRC. PART.*

In mentem revocantur normae vigentes quae regulant locum commorationis, inscriptionem academicam et assiduam frequentiam lectionibus alumnorum ecclesiasticorum studia superiora in Athenaeis Romanis peragentium

Roma, 22 gennaio 1973

Reverendissimo Signore, con nostra lettera del 21 novembre 1970 Prot. N. 1331/70/1 [LE 4128] ci permettevamo attirare la Sua cortese attenzione su alcuni problemi riguardanti l'iscrizione degli alunni presso i Pontifici Atenei Romani e, in pari tempo, La pregavamo di voler gentilmente disporre che la Segreteria di codesta Università controllasse, con cura, la posizione disciplinare degli iscritti.

La Signoria Vostra Rev.ma vorrà comprenderci se siamo costretti a tornare di nuovo sull'argomento – che, come Ella sa, sta particolarmente a cuore a questo Sacro Dicastero –, a motivo delle non poche irregolarità che qua e là si verificano nell'osservanza delle vigenti disposizioni al riguardo.

Da più parti, infatti, ci sono giunte autorevoli e documentate segnalazioni relative a studenti, seminaristi e sacerdoti, che sarebbero iscritti a Pontifici Atenei Romani pur non trovandosi in regola con le disposizioni emanate da questa Sacra Congregazione sulla dimora negli Istituti a loro destinati, il cui elenco tassativo appare ogni anno nell'Annuario Pontificio, nel capitolo "Istituti Ecclesiastici di Educazione e di Istruzione" alle voci: "Seminari e Collegi per candidati al sacerdozio" e "Collegi e Convitti per alunni sacerdoti".

In realtà, oltre che nel Seminario o nel Collegio ecclesiastico per seminaristi e sacerdoti, risulta che aspiranti al sacerdozio e studenti sacerdoti vengono ospitati in varie altre case, quali le parrocchiali, le mini-comunità religiose, le residenze di associazioni "spontanee", appartamenti privati, ecc.

Si tratta, come è evidente, di un fenomeno, non certo occasionale nè casuale, che si muove apertamente al di fuori dell'ambito della disciplina ecclesiastica e che, quindi, non può non preoccupare seriamente questo Sacro Dicastero, soprattutto per i riflessi negativi che esso ha nella formazione dei candidati al sacerdozio e nella stessa pubblica opinione.

Pertanto, mentre ci rechiamo a premura di richiamare la vigile attenzione della segreteria di codesto Ateneo per l'esatto scrupoloso rispetto delle norme contenute nella lettera sopra citata – la cui osservanza è condizione indispensabile per la validità delle iscrizioni ai Pontifici Atenei Romani – desideriamo sottolineare, in particolare, in riferimento al documento suddetto, quanto appresso:

1) Per i *sacerdoti secolari* – residenti entro la diocesi di Roma – è prevista, a determinate condizioni, la dispensa di "Extracollegialità", che viene concessa direttamente dal Vicariato dell'Urbe.

2) I *sacerdoti secolari* – dimoranti fuori della diocesi di Roma, purchè entro la tassativa distanza di Km. 50 – possono essere iscritti in qualità di alunni "extra collegia", dietro presentazione del nulla osta del proprio Ordinario diocesano, dal quale risulti chiaramente la loro incardinazione diocesana e il luogo della loro dimora abituale durante il periodo degli studi, con la rispettiva distanza da Roma.

3) Per gli *studenti seminaristi*, invece, questa Sacra Congregazione non concede eccezioni dalle suddette norme, se non in casi particolarissimi e per motivi veramente gravi.

4) Ai *laici non seminaristi* che intendano iscriversi ad una Facoltà di studi ecclesiastici (soprattutto alla Facoltà di teologia) si farà firmare una dichiarazione con la quale accettano che gli studi da essi compiuti quali laici non seminaristi non saranno validi – senza un esplicito riconoscimento di questa Sacra Congregazione – per accedere al sacerdozio. E questo allo scopo di evitare l'abuso – già peraltro costatato – che seminaristi, con il preciso intento di non sottostare alle disposizioni riguardanti la dimora negli Istituti a loro destinati, si presentino per l'iscrizione all'Università non come candidati al sacerdozio.

* * *

La Signoria Vostra vorrà consentirci, inoltre, di profittare della presente occasione per confidarLe un'altra nostra viva preoccupazione concernente le numerose evidenti violazioni delle norme sulla frequenza delle lezioni da parte di alunni dei Pontifici Atenei Romani.

Le lamentele più numerose ci giungono da Ecc.mi Vescovi, i quali assai spesso hanno modo di costatare, con giustificata meraviglia, che da non pochi alunni di Atenei Ecclesiastici Romani la legge sulla frequenza delle lezioni viene disattesa con aperta disinvoltura, e ciò nonostante essi riescono a conseguire "regolarmente" i vari gradi accademici.

Non è difficile rendersi conto come un simile abuso – chiaro indice di scarso impegno degli interessati negli studi ecclesiastici – reclami una più attenta vigilanza da parte degli organi responsabili delle Università al fine di assicurare nel modo migliore – nel rispetto delle disposizioni date al riguardo dalla Santa Sede – la formazione intellettuale di quei giovani che dagli Ecc.mi Vescovi vengono a loro affidati con piena fiducia.

Ci permettiamo quindi di rivolgerLe viva preghiera perchè con ogni impegno e con la necessaria fermezza la Signoria Vostra, quale primo responsabile anche dell'andamento disciplinare di cotesto Ateneo, voglia provvedere alla fedele esatta osservanza delle prescrizioni relative alla frequenza delle lezioni, contenute esplicitamente nell'art. 29 § 1 delle *Ordinationes ad Constitutionem Apostolicam "Deus scientiarum Dominus" de Universitatibus et Facultatibus studiorum ecclesiasticorum rite exsequendam* tuttora valide: " Auditores scholas omnes disciplinarum, quae in art. 33 § 3 Constitutionis Apostolicae praescribuntur, frequentare debent. Si quis auditor ab iis ita afuerit (cum vel sine causa), ut omnes absentiae simul sumptae tertiam partem anni aut semestris academici adaequent, annus ille aut semestre numero praescripto non comprehenderetur, salvis poenis quibus, si culpam commiserit, vi Statutorum Universitatis vel Facultatis obnoxius esse poterit".

* * *

Attesa la particolare importanza che per varie evidenti ragioni, di ordine soprattutto formativo, questo Sacro Dicastero attribuisce, oggi non meno che nel passato, alla esatta applicazione delle citate disposizioni – riguardanti sia la dimora, in Roma, degli studenti, seminaristi o sacerdoti, iscritti presso i Pontifici Atenei Ecclesiastici dell'Urbe, sia la loro frequenza delle lezioni – la Signoria Vostra vorrà comprendere come la nostra grave responsabilità in un settore così importante e delicato ci renda particolarmente solleciti ad impedire – anche adottando, nostro malgrado, adeguate misure disciplinari verso gli inadempienti – gli abusi sopra lamentati.

Per la migliore soluzione del delicato problema questo Sacro Dicastero confida particolarmente nella vigile opera della Signoria Vostra. Per questo motivo ci permettiamo rivolgerLe viva preghiera perchè il suddetto problema venga attentamente esaminato – per quanto concerne la responsabilità degli Atenei – nella prossima riunione dei Rettori o Presidi dei medesimi Centri Accademici.

Saremo assai interessati a conoscere, quindi, le misure concrete che la Signoria Vostra intenderà adottare al fine di garantire pienamente in avvenire l'esatta osservanza delle succitate disposizioni.

Sicuro di poter pienamente contare sulla Sua preziosa indispensabile collaborazione in un settore che tocca tanto da vicino, e in maniera determinante, la formazione sacerdotale, La ringrazio sentitamente fin d'ora, mentre con sensi di distinto ossequio mi confermo Suo devotissimo. - Gabriele Maria Card. GARRONE, *Prefetto.* G. Schröffer, *Segretario.*

* Rectoribus et Praesidibus Athenaeorum ecclesiasticorum Urbis Romae exstantium, Prot. N. 1331/70/31.

4166

1973 IAN 25.-SC PRO CLERICIS, LITT. CIRC. PART.*

Litterae circulares ad Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos aliosque locorum Ordinarios

De Consiliis Pastoralibus iuxta placita Congregationis Plenariae mixtae die 15 Martii 1972 habitae: Normae statuuntur novae circa compositionem, naturam, munera modumque procedendi Consilii Pastoralis in unaquaque Dioecesi

Romae, die 25 Ianuarii 1973

PROOEMIUM

1. Omnes christifideles, per sacramenta initiationis christianae a Spiritu Sancto consecrati "in domum spiritualem et sacerdotium sanctum"[1] ab ipso Christo Domino vocantur ut actuose cooperentur missioni salvificae universi Populi sacerdotalis Dei ad actum deducendae[2]. Non omnes tamen fideles eodem modo hanc communem responsabilitatem exercent, sed in organica communione ecclesiastica unicuique, pro sua condicione, speciale munus competit[3].

Sunt enim imprimis sacri ministri, qui ex ceteris fidelibus assumpti, pro horum servitio hierarchico constituuntur[4], quique "iam ab antiquo Episcopi, Presbyteri, Diaconi vocantur"[5]; ipsi, vi sacramenti Ordinis recepti, "praecipue et ex professo ad sacrum ministerium ordinantur"[6], et sacra potestate, qua pollent, diversos ordines diversimode exercendo, universum Populum Dei nomine et auctoritate Christi[7] docent, sanctificant et

1 Concilium Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 10.
2 Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 33; Decr. *Apostolicam actuositatem*, n. 3; Decr. *Ad Gentes*, n. 11.
3 Cfr. Conc. Vat. II, Decr. *Apostolicam actuositatem*, n. 2; Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 32; *Presbyterorum Ordinis*, n. 2.
4 Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 24; *Presbyterorum Ordinis*, n. 12.
5 Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 28.
6 Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 31.
7 Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 11, 17 et 35; Decr. *Christus Dominus*, n. 11; Decr. *Apostolicam actuositatem*, n. 2; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, n. 2.

http://www.obrascatolicas.com

regunt. Religiosi vero omnes, sive sacerdotio ministeriali sunt insigniti sive non, publica consecratione quam in communione ecclesiastica profitentur[8] "praeclarum et eximium testimonium reddunt, mundum transfigurari Deoque offerri non posse sine spiritu beatitudinum"[9]. Laici demum, "spiritu evangelico ducti, fermenti instar ad mundi sanctificationem velut ab intra conferunt, sicque praeprimis testimonio vitae suae, fide, spe et caritate fulgentes, Christum aliis manifestent"; iidem "insuper diversis modis ad cooperationem magis immediatam cum apostolatu Hierarchiae vocari possunt"[10].

2. Missio ergo salvifica universi Populi Dei, in qua omnes fideles, pro sua cuiusque condicione ecclesiali, propriam habent partem et responsabilitatem, contineri nequit sola missione sacrorum Pastorum seu Hierarchiae ecclesiasticae: "Sciunt enim Pastores se a Christo non esse institutos, ut totam missionem salvificam Ecclesiae versus mundum in se solos suscipiant, sed praeclarum munus suum esse ita pascere fideles eorumque ministeria et charismata ita recognoscere, ut cuncti suo modo ad commune opus unanimiter cooperentur"[11]. Quapropter Concilium Vaticanum II hoc quoque animadvertit: "In hac pastorali sollicitudine exercenda (Episcopi) fidelibus suis in rebus Ecclesiae partes ipsis congruentes servent, eorumque officium et ius quoque agnoscentes active adlaborandi ad aedificationem mystyci Corporis Christi"[12].

3. Haec tamen omnium christifidelium participatio in missione Ecclesiae eadem non est ac quorumdam participatio in exercitio potestatis ecclesiasticae. In Ecclesia enim, ex voluntate divini eius Fundatoris, sacerdotium commune fidelium et sacerdotium ministeriale seu hierarchicum essentia et non tantum gradu differunt[13]. Quapropter munus pastorale, docendi scilicet sanctificandi ac regendi, eiusque necessaria potestas non universae communitati fidelium a Domino tradita sunt[14], sed speciali consecratione et missione canonica conferuntur sacris Pastoribus[15]. Episcopi quidem dioecesani "Ecclesias particulares sibi commissas ut vicarii et legati Christi regunt, consiliis, suasionibus, exemplis, verum etiam auctoritate et sacra potestate, qua quidem nonnisi ad gregem suum in veritate et sanctitate aedificandum utuntur, memores quod qui maior est fiat sicut ministrator (cfr. *Lc.* 22, 26-27). Haec potestas, qua nomine Christi personaliter funguntur, est propria, ordinaria et immediata"[16].

4. Christifideles vero sacerdotio ministeriali non insigniti, praeter memoratam actuosam participationem in missione apostolica Ecclesiae[17], etiam adiutorium praestare valent ipsi officio pastorali proprio nec renuntiabili Hierarchiae. Omnes ergo fideles "pro scientia, competentia et praestantia quibus pollent, facultatem, immo aliquando et officium habent suam sententiam de iis quae ad bonum Ecclesiae respiciunt declarandi"[18], quod fieri etiam potest per instituta ad hoc iure stabilita.

8 Cfr. Conc. Vat. II, Decr. *Perfectae cartatis*, nn. 1 et 5; Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 44.
9 Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 31.
10 Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, nn. 31, 33; cfr. Const. past. *Gaudium et spes*, n. 43; Decr. *Apostolicam actuositatem*, n. 15.
11 Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 30.
12 Conc. Vat. II, Decr. *Christus Dominus*, n. 16.
13 Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 10.
14 Cfr. Paulus VI, *Alloc.* diei 17 maii 1972; *Alloc.* diei 28 ian. 1971 ad Praelatos Auditores, Officiales et Advocatos Tribunalis Sacrae Romanae Rotae: AAS 63, 1971, pp. 135 ss.; *Alloc.* diei 25 aug. 1971: *Scritti e Discorsi*, 30, Siena 1971, p. 108; *Alloc.* diei 1 sept. 1971: *ibid.*, pp. 111-116; *Alloc.* diei 6 oct. 1971: *ibid.*, pp. 186-190; *Alloc.* diei 23 dec. 1971 ad Em.mos Patres Cardinales, ad Romanae Curiae Pontificalisque Domus Praelatos: AAS 64, 1972, p. 32.
15 Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 21 et Nota explicativa praevia, n. 2.
16 Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 27.
17 Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 37.
18 *Ibid.*

His innixum rationibus, Concilium Vaticanum II, inter Episcopi dioecesani in munere pastorali cooperatores[19], adnumeravit et commendavit Consilium pastorale "cui Episcopus ipse praesit et in quo clerici, religiosi et laici, specialiter delecti, partes habeant"[20].

Hoc voto Concilii prae oculis habito, Summus Pontifex Paulus Pp. VI per Litteras Apostolicas *Ecclesiae Sanctae*, Motu proprio die 6 augusti 1966 datas[21], normas quasdam hac de re edidit, iuxta quas pluribus in dioecesibus prima experimenta quoad Consilii pastoralis institutionem iam facta sunt vel fiunt.

Generalis autem sessio Synodi Episcoporum, anno 1971 habita, hoc votum expressit: "Consilium pastorale, in quo clerici, religiosi et laici delecti partes habent (cfr. *Christus Dominus*, 27), suo studio et consideratione iudicia praebeat necessaria, ut communitas dioecesana munus pastorale tum organice praeordinare, tum efficaciter persolvere possit. Quo vero magis in dies invalescit Episcoporum ac presbyterorum mutua responsabilis cooperatio praesertim ope Consiliorum Presbyteralium, eo magis desiderandum est, ut in singulis dioecesibus Consilium pastorale constituatur"[22].

CELEBRATIO CONGREGATIONIS PLENARIAE

5. Sacra Congregatio pro Clericis, cuius est in ea omnia incumbere quae attinet ad Consilia pastoralia[23], litteras misit ad Praesides Conferentiarum Episcopalium die 12 martii 1971, rogans ut Episcopi consilia sua et propositiones, sive de experimentis hactenus peractis sive de normis forte condendis, huic Sacrae Congregationi significarent. Praeterea Sacra Congregatio pro Clericis rogavit Sacram quoque Congregationem pro Ecclesiis Orientalibus et Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione ut consilium suum darent. His attentis responsionibus, expedire duxit haec Sacra Congregatio pro Clericis, ut convocaretur Congregatio plenaria mixta, ad quam invitavit SS. Congregationes pro Episcopis ac pro Religiosis et Institutis Saecularibus necnon Consilium de Laicis. Haec Congregatio Plenaria habita est die 15 martii 1972, eiusque conclusiones, a Summo Pontifice Paulo Pp. VI approbatae, hic breviter exponuntur.

DE NOVO COETU CONSULTIVO EPISCOPI

6. Ex responsionibus acceptis habitisque deliberationibus, communis prodiit Patrum sententia quoad momentum et convenientiam Consilii Pastoralis constituendi.

Cum vero consociata opera maturam omnium conspirationem postulet, convenit ut singuli Episcopi dioecesani[24] communi studio in Conferentia Episcopali necnon cum suo Presbyterio attente considerent an condiciones exstent quae Consilii pastoralis institutionem suadeant, et simul adlaborent ut rerum ac personarum adiuncta foveantur quae ad eiusdem Consilii institutionem eiusque ordinatam operositatem requiruntur.

Quodsi Episcopus Consilii pastoralis constitutionem in propria dioecesi opportunam esse exsistimet, curet ut statuta eiusdem Consilii conficiantur eaque ipse approbet.

19 "Episcopi in munere pastorali cooperatores" est titulus sub quo veniunt nn. 25-35 Decr. *Christus Dominus*.
20 Conc. Vat. II, Decr. *Christus Dominus*, n. 27.
21 Cfr. AAS 58, 1966, pp. 757-787.
22 Propositiones *De sacerdotio ministeriali*, Pars altera, II, n. 3, publici iuris factae iussu Summi Pontificis, die 30 novembris 1971.
23 Cfr. Const. ap. *Regimini Ecclesiae Universae*, 15 aug. 1967, n. 68, par. 1.
24 Cfr. Motu Proprio *Ecclesiae Sanctae*, I, n. 17, § 1.

DE CONSILII PASTORALIS COMPOSITIONE

7. Quod ad compositionem Consilii pastoralis attinet, licet membra huius Consilii dici nequeant repraesentantes sensu iuridico totius communitatis dioecesanae, expedit tamen ut ipsum pro posse imaginem quamdam seu signum exhibeat totius dioecesis, et ideo summe opportunum videtur ut in eo partem habeant sacerdotes, religiosi et laici, qui varias exigentias et experientias exprimant. Ideo personae quae deputantur ad Consilium pastorale ita seligantur ut universa Populi Dei portio quae dioecesim constituit revera repraesentetur, ratione habita diversarum dioecesis regionum, condicionum socialium et professionum, necnon partis quam sive singuli sive cum aliis coniuncti in apostolatu habent, praesertim vero attenta praestantia et prudentia quibus gaudent. Inter eas cooptari convenit laicos et sacerdotes electos ad officia in tota dioecesi exercita. Omnia tamen Consilii membra sint oportet in plena communione cum Ecclesia Catholica, et apti ad hoc munus in Ecclesia suscipiendum riteque exercendum.

Quaecumque est forma quam Episcopus libere eligat ad determinandam compositionem sui Consilii pastoralis, convenit quidem ut pleraque eius membra sint laici, cum maxima communitatis dioecesanae pars a fidelibus laicis constituatur.

Praeter presbyteros oportet etiam ut in hoc Consilium cooptentur etiam diaconi permanentes, ubi ipsi adsint. Ad Religiosos et Religiosas vero quod attinet, ab Episcopo nominentur cum licentia competentis Superioris vel Antistitae.

Expedit demum ne membrorum Consilii pastoralis numerus nimis magnus sit, ita ut ipsum in laborem sibi commissum apte incumbere valeat.

Consilium pastorale, licet sit natura sua stabiliter erectum, tamen "quoad membra et actionem potest esse ad tempus atque ex occasione munere suo perfungens"[25]. Convenit ergo ut membra Consilii pastoralis, iis exceptis quae ad normam statutorum designantur ratione muneris quo in dioecesi funguntur, ad tempus in statutis determinatum nominentur. Ne vero totum Consilium simul cesset, expedire videtur ut, ad eius renovationem, vigeat systema rotatorium, ita ut, statis temporibus, pars quaedam munere cedat et nova membra eorum loco nominentur.

DE INDOLE CONSULTIVA CONSILII PASTORALIS

8. Consilium pastorale, "voce consultiva tantum gaudet"[26]. Fidelium enim consilia ac suggestiones, quae intra ambitum ecclesiasticae communionis et in spiritu verae unitatis proponantur, haud parvam utilitatem secumferre valent, ad formandam deliberationem. Actuosa quidem oboedientia ac reverentia, quas erga sacros Pastores fideles exhibere debent, nedum excludant, fovent potius apertam et sinceram manifestationem circa id quod Ecclesiae bonum postulat.

Episcopus igitur magni faciat eius propositiones et suggestiones multumque concordi suffragio deferat[27], salvis quidem libertate atque auctoritate, quae ipsi iure divino competunt ad pascendam portionem Populi Dei sibi commissam.

DE QUAESTIONIBUS QUAE CONSILII PASTORALIS STUDIO COMMITTI POSSUNT

9. Consilii pastoralis est "ea quae ad pastoralia opera spectant investigare, perpendere atque de eis practicas expromere conclusiones ita ut vitae et actionis Populi Dei conformitas cum Evangelio promoveatur"[28]. Eius studio committi possunt proinde quaestiones illae quae, sive ab Episcopo dioecesano indicatae sive a Consilii membris propositae et ab ipso acceptatae, referuntur ad curam pastoralem in ambitu dioecesis exercendam. Excedit, tamen, competentiam eiusmodi Consilii decernere de generalibus quaestionibus fidem, orthodoxiam, morum principia vel leges Ecclesiae universalis respicientibus; magister enim fidei in dioecesi, semper, uti patet, communionis nexu servato cum Collegii Episcopalis Capite atque membris, unus est Episcopus[29].

Quoad quaestiones vero pastorales quae exercitium iurisdictionis sive potestatis gubernii afficiunt, Episcopus iam habet proprium senatum, qui ipsum suis consiliis adiuvat, nempe Consilium presbyterale[30]. Nihil tamen impedit quominus quaestiones a Consilio pastorali perpendantur atque de eis suggestiones Episcopo proponantur, ad quas exsecutioni mandandas actus iurisdictionalis requiratur: hoc enim in casu Episcopus rem considerabit et decisionem capiet, audito, si casus ferat, Consilio presbyterali.

Consilium pastorale igitur utilissimum adiutorium praestare poterit Episcopo, ei exhibendo propositiones et suggestiones circa incepta missionalia, catechetica et apostolica in ambito dioecesano; circa promotionem formationis doctrinalis atque vitae sacramentalis fidelium; circa actionem pastoralem sacerdotum adiuvandam in variis ambitibus socialibus vel zonis territorialibus dioecesis; circa opinionem publicam quoad res ad Ecclesiam pertinentes aptius in dies fovendam, etc. Consilium pastorale valde utile esse etiam potest ut habeatur mutua communicatio experientiarum atque incepta diversi generis proponantur, quibus concretae necessitates populi dioeceseos clarius Episcopo pateant et opportunior ratio agendi pastoralis eidem suggeratur.

Ubi autem Consilium pastorale exsistat, integrum semper manet ius, quo omnes christifideles pollent etsi membra non sunt Consilii pastoralis, necessitates et optata sua ea libertate et fiducia, quae filios Dei et fratres in Christo decet, sacris Pastoribus directe patefaciendi, in veracitate semper ac prudentia atque servata fidei integritate[31].

DE CONVOCATIONE ET DURATIONE CONSILII PASTORALIS

10. Consilium pastorale iuxta necessitates apostolatus convocare ad Episcopum dioecesanum pertinet. Consilio iure praeest ipse Episcopus dioecesanus, et in casibus particularibus eius delegatus si id ipse opportunum iudicaverit.

Cum vero investigationes atque practicae conclusiones Consilii pastoralis indolem habeant informationum et suggestionum quae Episcopo offeruntur, ipse documenta a Consilio pastorali elaborata pro sua prudentia et auctoritate, ad normam iuris acceptare et exsecutioni mandare poterit, easve, si id opportunum exsistimet, evulgare curabit.

"Ut fines huius Consilii ad effectum reapse deducantur, expedit ut laborem commune studium praevium praecedat, ope adhibita, si casus ferat, Institutorum seu officiorum, quae in hunc finem adlaborent"[32]. Quamobrem opportunum erit ut, sub ductu Episcopi, elenchus quaestionum tractandarum tempore opportu-

25 Motu Proprio *Ecclesiae Sanctae*, I, n. 16, § 2.
26 *Ibid.*, I, n. 16, § 2.
27 Cfr. Servatis servandis, CIC, can. 105, 1.

28 Conc. Vat. II, Decr. *Christus Dominus*, n. 27; Cfr. Motu Proprio *Ecclesiae Sanctae*, I, n. 16, § 1.
29 Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 25; Decr. *Christus Dominus*, nn. 12-14.
30 Conc. Vat. II, Decr. *Christus Dominus*, n. 27; Cfr. Motu Proprio *Ecclesiae Sanctae*, I, n. 15; S. Congregatio pro Clericis, *Litterae Circulares*, diei 11 apr. 1970.
31 Cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 37.
32 Motu Proprio *Ecclesiae Sanctae*, I, n. 16, § 4.

http://www.obrascatolicas.com

no praeparetur et omnibus Consilii membris transmittatur una cum votis sive studiis quae ad praefatas quaestiones penitius perpendendas utilia esse possint.

11. Sede vacante, Consilium pastorale cessat. Nihil obstat tamen quominus, si res ita ferat, Ordinarius, sede vacante membra Consilii pastoralis coadunet ad consilia capienda.

DE ALIIS CONSILIIS SIMILITUDINEM CUM CONSILIO PASTORALI PRAE SE FERENTIBUS

12. Patres Congregationis Plenariae, ratione habita naturae dioecesanae Consilii pastoralis, nihil obstare censuerunt quominus intra ambitum dioecesis Consilia eiusdem naturae et functionis instituantur sive paroecialia sive zonalia quae dicuntur (pro diversis Vicariatibus foraneis, vel coetibus socialibus, etc.).

Iidem autem Patres exsistimarunt non esse opportunum, saltem pro praesenti tempore, ut Consilia pastoralia aliave similia organa instituerentur in ambitu interdioecesano, provinciali, regionali, nationali vel internationali, non tamen excludentes constitutionem organorum specialium technicae naturae vel exsecutivae, quorum erit, opera adhibita christifidelium selectorum, auxilium ferre Episcopis in Conferentiis coadunatis.

CONCLUSIONES

13. Per presentes litteras hoc Sacrum Dicasterium proponere intendit principia ac criteria generaliora, a Romano Pontifice probata, quae ex consultatione Conferentiarum Episcopalium et patrum disceptatione promanarunt, quaeque Episcopos adiuvare poterunt in eorum gravi munere exsequendo quod ad constitutionem et agendi rationem Consilii pastoralis attinet. Spes affulget igitur Conferentias Episcopales de experientiis his super rebus factis hanc Sacram Congregationem certiorem reddere velle, ut earundem experientiarum debita ratio etiam in futuro tempore habeatur. – Iohannes Card. WRIGHT, *Praefectus*. Petrus Palazzini, *a Secretis*.

* E foliis eiusdem S. Congregationis. Adn. H. SCHMITZ in AKKR 142 (1973) 417-435; Il Regno - doc. 18 (1973) 508; vide documentum infra sub die 20 nov. 1973 relatum.

4167

1973 IAN 29. - SC pro SACR., INSTR. AAS 65 (1973) 264-271

Instructio de Communione sacramentali quibusdam in adiunctis faciliore reddenda

Immensae caritatis testamentum, quod Christus Dominus Ecclesiae sponsae suae reliquit, ineffabile nempe Eucharistiae donum, quod est omnium maximum, postulat ut tantum mysterium altius in dies agnoscatur eiusque virtus salutifera uberius participetur. Quapropter Ecclesia, pietatis fovendae causa erga Eucharistiam, quae christiani cultus est caput et centrum, non semel pastorali studio ac sollicitudine permota idoneas edidit leges opportunaque documenta.

Nova autem temporum adiuncta ampliorem aditum, salva semper summa quae tanto sacramento debetur reverentia[1], ad s. Communionem postulare videntur, ut

1. Cfr. Conc. Trid., Sess. 13, *Decretum de SS. Eucharistiae Sacramento*, cap. 7; Denz. 880 (1646-1647): "Si non decet ad sacras ullas functiones quempiam accedere nisi sancte, certe, quo magis sanctitas et divinitas caelestis huius sacramenti viro christiano comperta est, eo diligentius cavere ille debet, ne absque magna reverentia et sanctitate ad id percipiendum accedat, praesertim cum illa plena formidinis verba apud Apostolum legamus: *Qui manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit non diiudicans corpus Domini (1 Cor. 11, 29)*. Quare

fideles, fructus sacrificii Missae copiosius participando, se Deo et Ecclesiae hominumque bono promptius et operosius devoveant.

In primis providendum est ne, deficiente copia ministrorum s. Com/munionis, receptio aut impossibilis aut 265
difficilis evadat; deinde infirmi lege ieiunii, quam servare non possint, licet eadem iam mitissima sit, a tanto animi solamine seu a s. Communione recipienda prohibeantur. Tandem convenire videtur quibusdam in adiunctis fidelibus id petentibus permitti, ut altera vice eadem die sacramentalem Communionem rite percipiant.

Ideo quarundam Conferentiarum Episcopalium votis exceptis, sequentes eduntur normae: 1. de ministris extraordinariis s. Communionis distribuendae; 2. de ampliore facultate bis eadem die communicandi; 3. de pietate ac reverentia erga Ssmum Sacramentum quoties Panis eucharisticus in fidelis manu deponitur.

I. – DE MINISTRIS EXTRAORDINARIIS S. COMMUNIONIS DISTRIBUENDAE

Rerum adiuncta, in quibus ministrorum s. Communionis distribuendae copiam deficere animadvertitur, varia sunt:

– infra Missam, ob magnum populi concursum vel peculiarem celebrantis difficultatem;

– extra Missam, cum ob dissita loca difficile est sacras Species afferre, praesertim ad modum Viatici, infirmis in periculo mortis constitutis, vel cum ipse infirmorum numerus, praesertim in nosocomiis vel similibus institutis, plures ministros postulat. Ne ergo fideles, qui in statu gratiae ac recta piaque mente sacrum convivium participare cupiunt, hoc sacramentali adiutorio solacioque careant, Summo Pontifici opportunum visum est extraordinarios constituere ministros, qui sibi aliisque fidelibus s. Communionem praebere valeant, certis his definitisque condicionibus:

I. Ordinarii locorum facultate gaudent qua personae idoneae, nominatim selectae uti ministro extraordinario, valeant permittere, ad actum vel ad tempus, vel, necessitate cogente, stabili quoque modo, sive seipsam pane caelesti cibare, sive hunc aliis fidelibus porrigere et aegrotis domi degentibus afferre, quoties:

a) sacerdos, diaconus et acolythus desint; / *b*) iidem 266
s. Communionem administrare impediuntur propter aliud pastorale ministerium, adversam valetudinem ac provectam aetatem; *c*) fideles s. Communionem petentes tot sint ut Missae celebratio vel Eucharistiae extra Missam distributio nimis protrahantur.

II. Iidem Ordinarii locorum facultate fruuntur permittendi singulis sacerdotibus sacra munera exercentibus ut deputare valeant personam idoneam, quae in casibus verae necessitatis, ad actum, s. Communionem distribuat.

III. Praedicti Ordinarii locorum has facultates delegare possunt Episcopis Auxiliaribus, Vicariis Episcopalibus et Delegatis Episcopalibus.

communicare volenti revocandum est in memoriam eius praeceptum: *Probet autem seipsum homo (1 Cor. 11, 28)*. Ecclesiastica autem consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, ut nullus sibi conscius peccati mortalis, quantumvis sibi contritus videatur, absque praemissa sacramentali confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat. Quod a Christianis omnibus, etiam ab iis sacerdotibus, quibus ex officio incumbuerit celebrare, haec sancta Synodus perpetuo servandum esse decrevit, modo non desit illis copia confessoris. Quod si necessitate urgente sacerdos absque praevia confessione celebraverit, quam primum confiteatur". S. Congr. Concilii, Decr. *Sacra Tridentina Synodus*, 20 Dec. 1905: *A.S.S.* 38 (1905-1906), pp. 400-406; S. Congr. pro Doctrina Fidei, *Normae pastorales circa absolutionem sacramentalem generali modo impertiendam*, 31 iulii 1972, Norma I: A.A.S. 64 (1972), p. 511 (16 iunii 1972: LE 4060).

IV. Persona idonea, de qua in nn. I et II, designabitur iuxta ordinem, mutabilem tamen de prudenti Ordinarii loci iudicio, ex quo recensentur lector, seminarii maioris alumnus, religiosus, religiosa, catechista, christifidelis: vir vel mulier.

V. In oratoriis Communitatum religiosarum utriusque sexus munus distribuendi s. Communionem in adiunctis, de quibus supra sub n. I, recte committi potest Superiori sacro ordine carenti vel Antistitae aut eorum vicariis.

VI. Persona idonea ad s. Communionem administrandam ab Ordinario loci nominatim selecta, et persona, de qua sub n. II, a sacerdote facultatem habente deputata, expedit, si tempus adest, ut mandatum accipiant iuxta ritum huic Instructioni adiunctum[2]; distributionem autem s. Communionis peragat iuxta liturgicas normas.

Cum hae facultates tantummodo in bonum spirituale fidelium et pro casibus verae necessitatis concessae sint, meminerint sacerdotes per eas se non eximi a munere fidelibus legitime petentibus divinam Eucharistiam distribuendi et praesertim aegrotis afferendi ac porrigendi.

Christifidelis, minister extraordinarius s. Communionis, rite instructus, vita christiana, fide moribusque commendetur oportet. Se huic magno muneri non imparem esse contendat, pietatem colat erga Ssmam Eucharistiam et exemplum se praebeat ceteris fidelibus devotione ac reverentia erga augustissimum altaris Sacramentum. Nemo seligatur cuius designatio fidelium
267 admirationem excitare possit./

2.– DE AMPLIORE FACULTATE BIS EADEM DIE COMMUNICANDI

Secundum disciplinam nunc vigentem, fideles ad s. Communionem eadem die altera vice accedere possunt:

– vespere sabbati vel diei praecedentis festum de praecepto, Missae audiendae obligationem implere cupientes, etsi mane iam communicaverunt[3];

– in secunda Missa Dominicae Paschae et in una ex Missis quae die Nativitatis Domini celebrantur, etsi in Missa Vigiliae Paschalis et in Missa in nocte Nativitatis Domini communicaverunt[4];

– item in Missa vespertina feriae V in Cena Domini, etsi in Missa Chrismatis pariter communicaverunt[5].

Cum vero alia, praeter ea quae recensita sunt, eiusdem generis adiuncta habeantur alteram Communionem suadentia, praessius hic determinandae sunt rationes novae facultatis, quae conceditur.

Norma, quam providentissima Mater Ecclesia e saeculari consuetudine induxit et in legem canonicam recepit, vi cuius fidelibus ad sacram mensam accedere licet semel tantum in die, integra manet neque permittitur ut ex sola devotione neglegatur. Cuidam inconsiderato desiderio Communionem iterandi opponi debet eo maiorem esse vim sacramenti, qua virtutes fidei, caritatis ceteraeque alantur, roborentur, exprimantur, quo devotius quis ad sacram mensam accedat[6]. Oportet enim fideles a celebratione liturgica ad opera caritatis,

2. Qui ritus adiunctus continetur in editione typica seorsum impressa.

3. Cfr. Congr. Rituum, Instr. *Eucharisticum mysterium*, 25 maii 1967, n. 28: *A.A.S.* 59 (1967), p. 557 (LE 3562).

4. Cfr. Ibid., *l. c.*

5. Cfr. Ibid., *l. c.*; S. Congr. Rituum, Instr. *Inter Oecumenici*, 26 sept. 1964, n. 60: *A.A.S.* 56 (1964), p. 891 (LE 3217); Instr. *Tres abhinc annos*, 4 maii 1967, n. 14: *A.A.A.* 59 p. 445 (LE 3555).

6. Cfr. S. Thomas, *Summa Theol.* III, q. 79, a. 7 ad 3 et a. 8 ad 1.

pietatis et apostolatus transire ut "moribus et vita teneant quod fide et sacramento perceperunt"[7]./ 268

Speciales tamen circumstantiae contingere possunt in quibus fideles, qui eadem die s. Communionem iam receperunt, vel etiam sacerdotes qui iam Missam litaverunt, alicui communitariae celebrationi intersint. Iisdem licebit s. Communionem altera vice recipere his in adiunctis:

1. in iis Missis ritualibus in quibus Sacramenta Baptismatis, Confirmationis, Unctionis infirmorum, Sacrorum Ordinum et Matrimonii administrantur et in Missa in qua Prima Communio distribuitur[8];

2. in Missis consecrationis Ecclesiae vel Altaris, professionis religiosae, collationis "missionis canonicae";

3. in sequentibus Missis defunctorum: exsequiali, post acceptum nuntium, in ultima defuncti sepultura, in prima anniversaria die;

4. in Missa principali celebrata in Ecclesia cathedrali vel paroeciali in sollemnitate SS. Corporis et Sanguinis Christi ac die visitationis pastoralis; in Missa a Superiore maiore religioso occasione data canonicae visitationis, peculiarium conventuum vel Capitulorum celebrata;

5. in Missa principali conventus eucharistici vel marialis, internationalis aut nationalis, regionalis vel dioecesani;

6. in Missa principali alicuius conventus, sacrae peregrinationis vel praedicationis quae dicitur popularis;

7. in administratione Viatici, in qua Communio distribui potest familiaribus et amicis infirmi coram adstantibus.

8. Ordinariis locorum fas est, praeterquam in casibus supra memoratis, concedere ad actum facultatem sacram Communionem bis eadem die recipiendi, quoties iteratam susceptionem ab iisdem Ordinariis, propter vere peculiaria adiuncta, ad normam huius Instructionis, legitimam esse comprobetur./ 269

3. DE IEIUNII EUCHARISTICI MITIGATIONE PRO INFIRMIS ET SENIBUS

Manet imprimis firmum statutumque nullo ieiunii praecepto teneri fidelem, cui urgente mortis periculo Viaticum ministratur[9]. Vigere item pergit concessio iam a Pio XII data, qua "infirmi, quamvis non decumbant, potum non alcoholicum et medicinas, sive liquidas sive solidas, ante Missae celebrationem et Eucharistiae receptionem sine temporis limite sumere possunt"[10].

Quoad cibos et potus rationem nutrimenti habentes, veneranda est traditio ex qua Eucharistia " ante omnem cibum", ut ait Tertullianus[11], sumenda erat, ita ut cibi sacramentalis excellentia significaretur.

Ad sacramenti dignitatem agnoscendam et gaudium excitandum de Domino adveniente, ante sumptionem s. Communionis tempus silentii et recollectionis opportune inducitur. In infirmis autem sufficiens pietatis ac obsequii signum erit si per aliquod breve tempus ad tantum mysterium animum intendant. Tempus ieiunii eucharistici seu abstinentiae a cibo vel potu alcoholico redigitur ad quartam circiter horae partem pro:

1. infirmis in valetudinariis vel domibus degentibus, etiamsi non decumbant;

2. fidelibus aetate provectioribus, sive ob senectutem domi detinentur, sive gerontocomium incolant;

7. S. Congr. Rituum, Instr. *Eucharisticum mysterium*, 25 maii 1967, n. 13: *A.A.S.* 59 (1967), p. 549 (LE 3562).

8. Cfr. Missale Romanum, *Institutio generalis Missalis Romani*, n. 329 a, ed. typ. 1970, p. 90 (LE 3840).

9. Cfr. *CIC*, can. 858 par. 1.

10. Litterae Apostolicae motu proprio datae *Sacram Communionem*, 19 martii 1957, n. 4: *A.A.S.* 49 (1957), p. 178 (LE 2639)

11. *Ad uxorem*, 2, 5: *PL* 1, 1408.

http://www.obrascatolicas.com

3. sacerdotibus infirmis, etsi non decunbunt, vel aetate provectis, sive sint Missam celebraturi sive s. Communionem recepturi;

4. personis curae infirmorum vel senum addictis eorumque propinquis una cum illis s. Synaxim recipere cupientibus, quoties sine incommodo ieiunium unius horae observare non possint./

270

4.– DE PIETATE AC REVERENTIA ERGA SSMUM SACRAMENTUM QUOTIES PANIS EUCHARISTICUS IN FIDELIS MANU DEPONITUR

Inde ab Instructione "Memoriale Domini", tres abhinc annos edita, quaedam Conferentiae Episcopales facultatem a Sede Apostolica impetrarunt permittendi ut ministri s. Communionis distribuendae eucharisticas Species in manibus fidelium ponerent. Ut eadem Instructio meminit, " praescripta Ecclesiae Patrumque documenta copiose testantur maximam reverentiam summamque prudentiam erga sacram Eucharistiam adhibitam "[12] et adhibendam esse. Praesertim ergo in hoc communicandi modo quaedam adamussim attendenda sunt, quae experientia ipsa suadentur.

Assidua diligentia ac studium habeantur, speciatim quoad fragmenta quae forsitan ex hostiis deciderint, quod attinet sive ad ministrum sive ad fidelem quoties sacra Species in manu communicantis ponitur.

Ad usum s. Communionis in manu fidelium accedat necesse est opportuna institutio seu catechesis de doctrina catholica, quae respicit tum realem ac permanentem Christi praesentiam sub Speciebus eucharisticis tum debitam reverentiam erga hoc Sacramentum[13].

Christifideles doceri oportet Iesum Christum Dominum esse et Salvatorem eique sub Speciebus sacramentalibus praesenti eundem deberi latriae seu adorationis cultum, qui Deo tribuendus est. Admonebuntur deinde fideles, ne post convivium Eucharisticum sinceram et consentaneam praetermittant gratiarum actionem, quae uniuscuiusque viribus, statui, occupationibus con-
271 gruat[14]./

Ut denique accessus ad hanc mensam caelestem dignus omnino et frugifer sit, ita illustranda sunt fidelibus bona eius atque fructus tam pro singulis quam pro societate ut familiaris habitudo maximam ostendat reverentiam, intimum foveat amorem erga Patremfamilias "panem cotidianum" nobis praestantem[15] et ad vivam coniunctionem cum Christo, cuius communicamur sanguini et carni[16].

Hanc Instructionem Summus Pontifex Paulus VI approbare et auctoritate sua confirmare dignatus est et publici iuris fieri iussit decernens ut a die, quo edita esset, vigere inciperet.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis de disciplina Sacramentorum, die 29 mensis Ianuarii anni MCMLXXIII. – A. Card. SAMORE, *Praefectus.* I. Casoria, *a Secretis.*

12. S. Congr. pro Cultu Divino, Instr. *Memoriale Domini*, 29 maii 1969: *A.A.S.* 61 (1969), p. 542 (LE 3756), quae adhuc vigere pergit.

13. Cfr. Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 7: *A.A.S.* 56 (1964), pp. 100-101 (LE 3141); S. Congr. Rituum, Instr. *Eucharisticum mysterium*, 25 maii 1967, n. 9: *A.A.S.* 59 (1967), p. 547 (LE 3562); S. Congr. pro Cultu Divino, Instr. *Memoriale Domini*, in qua legitur: " ... quodvis praecaveatur periculum, ne reverentiae defectus vel falsae de Ss.ma Eucharistia opiniones irrepant in animos": *A.A.S.* 61 (1969), p. 545 (LE 3756).

14. Paulus VI, *Alloc. ad Membra Consilii Eucharistici ex omnibus Nationibus conventibus moderandis habita:* A.A.S. 64 (1972), p. 287.

15. Cfr. *Lc.* 11, 3.

16. *Hebr.* 2, 14.

Adn. Vide: 1. "Ritus ad deputandum ministrum extraordinarium sacrae communionis distribuendae", 2. "Ritus ad deputandum ministrum sacrae communionis ad actum distribuendae", 3. "De ritu servando a ministro extraordinario in sacra communione distribuenda", in **Notit** 9 (1973) 165-167; M. CE in **Notiziario della Conferenza episcopale italiana**, Supplem. n. 2 (Febbr. 1976) p. 10*-23*; (GP) in **Notit.** 9 (1973) 168-173; C. BRAGA in **EL** 88 (1974) 511-513; M. E. LISI in **Pal. del cl.** 52 (1973) 517-530; **La Doc. Cath.** 70 (1973) 361; **Notit.** 12 (1976) 394-396.

4168

1973 IAN 31.-SC CULTUS DIVINI, RESPONSUM. PART.*

Sacerdos qui Missam bis in die iam litavit, nequit deinde eodem die concelebrare

31 Gennaio 1973

Eccellenza, con lettera del 27 gennaio u. s., l'Eccellenza Vostra poneva il quesito a questa S. Congregazione circa la concelebrazione da parte di un sacerdote dopo che egli ha già celebrato due volte.

La risposta è: *negative.*

Secondo la dichiarazione del 7 agosto 1972, illustrante i nn. 76 e 158 della *Institutio generalis Missalis Romani,* la possibilità data ai sacerdoti di concelebrare la Messa conventuale o di comunità o in occasione di convegni, congressi, pellegrinaggi, è applicabile solo per il caso di binazione.

Voglia gradire l'espressione del mio ossequio, con il quale mi confermo dell'Eccellenza Vostra devotissimo – Arturo Card. TABERA, *Prefetto.* A. Bugnini, *Segretario.*

* Ordinario Mediolanensi: **Rivista diocesana milanese** 61 (1973) 95.

4169

1973 FEB 8.-PAULUS VI, ALLOCUTIO . AAS 65 (1973) 95-103

Allocutio ad Praelatos Auditores et Officiales Tribunalis sacrae Romanae Rotae, a Beatissimo Patre novo litibus iudicandis ineunte anno coram admissos:

De natura pastorali iuris Ecclesiae, de natura et evolutione aequitatis canonicae, deque valore pastorali muneris iudicandi

Vivissima gioia ci procura questo incontro annuale con voi, venerati uditori e ufficiali della Sacra Romana Rota, perchè oltre a darci l'opportunità di rinnovare l'espressione della nostra fiducia nella missione che, come Pastore-Vicario di Cristo, vi abbiamo affidata, ci offre altresì la possibilità di conoscere i vostri sentimenti e i vostri propositi. Abbiamo così potuto sentire riaffermata, attraverso le parole del vostro venerato decano, monsignor Boleslao Filipiak, la vostra sollecitudine pastorale; sollecitudine che presso di voi è una tradizione di saggia equità, di "sacerdotale moderazione"[1], e corrisponde pienamente allo spirito della Chiesa, alle direttive del Concilio Vaticano II e ai voti di tutto l'episcopato cattolico. In realtà le qualità del diritto che voi applicate devono apparire nell'esercizio della vostra funzione e nelle sentenze che pronunziate. Interpretando il diritto, voi fate uso dei poteri e della libertà che vi sono stati concessi; per voi, un giusto giudizio non è soltanto una sentenza dove si riscontra l'equità naturale; esso riflette ancor più quella *aequitas canonica* che è frutto della vostra carità pastorale e costituisce una delle sue più delicate espressioni.

Nel lavoro del legislatore canonico, come nell'opera del giudice ecclesiastico, l'*aequitas canonica* resta un ideale sublime e una regola/ preziosa di condotta. Ciò fu 96
richiamato assai chiaramente durante la preparazione del Concilio: *In omnibus legibus ferendis eluceat spiritus caritatis et mansuetudinis Christi, qui semper aurea et perennis regula Ecclesiae est, et leges iudiciaque informare debet*[2]. Tra le norme per la revisione del codice, approvate dal primo Sinodo dei Vescovi, ancora una

1. Cfr. *A.A.S.*, 64, 1970, 112.

2. Relatio super schema Voti de Matrimonii Sacramento cum textu emendato, Typis Polygl. Vatic. 1964, p. 13.

volta fu raccomandata questa *regula aurea: Codex non tantum iustitiam sed etiam sapientem aequitatem colat quae fructus est benignitatis et caritatis ad quas virtutes exercendas Codex discretionem atque scientiam Pastorum et iudicum excitare satagat*[3]. Il diritto canonico così appare non solamente come norma di vita e regola pastorale, ma altresì come scuola di giustizia, di discrezione e di carità operante. Tutto ciò dove potrà meglio verificarsi se non presso di voi, nel vostro Tribunale, dove lo stesso diritto è applicato a servizio delle anime?

Abbiamo avuto già occasione di manifestarvi il nostro desiderio di approfondire questo concetto di *aequitas canonica,* per metterne in luce il valore[4]. Oggi ci proponiamo di farlo; e a tal fine occorrerà risalire alla natura stessa del diritto della Chiesa.

Natura pastorale del diritto della Chiesa

Indirizzandoci a giudici provenienti da ogni nazione e qui riuniti, noi recentemente abbiamo ricordato che il diritto canonico *est ius societatis visibilis quidem sed supernaturalis quae verbo et sacramentis aedificatur et cui propositum est homines ad aeternam salutem perducere*[5]. Per questo motivo è un *Ius sacrum, prorsus distinctum a Iure civili. Et quidem ius generis peculiaris hierarchicum idque ex ipsa voluntate Christi. Id totum inseritur in actionem salvificam qua Ecclesia opus redemptionis continuat*[6]. Così il diritto canonico è per la sua natura *pastorale,* espressione e strumento del *munus apostolicum* ed elemento costitutivo della Chiesa del Verbo Incarnato.

In quanto società visibile, la Chiesa possiede il suo diritto, fondato sulla natura stessa della Chiesa come "popolo costituito in corpo sociale, organico, in virtù 97
di un disegno e di un'azione divina, mediante un/ ministero di *servizio pastorale* – ci piace sottolinearlo – che promuove, dirige, ammaestra e santifica in Cristo l'umanità che a Lui aderisce nella fede e nella Carità"[7]. Il Concilio ha voluto chiarire questo mistero sottolineando il carattere sacramentale della società ecclesiale: *Ecclesia in Christo veluti sacramentum seu signum et instrumentum intimae cum Deo unionis totiusque generis humani unitatis*[8]. *Ipse sanguine suo Eam acquisivit, suo Spiritu replevit, aptisque mediis unionis visibilibus et socialibus instruxit*[9]. In ciò vi è una analogia misteriosa; infatti, prosegue il Concilio, *sicut natura assumpta Verbo Divino ut vivum organum salutis, Ei indissolubiliter unitum inservit, non dissimili modo socialis compago Ecclesiae Spiritui Christi Eam vivificanti ad augmentum Corporis inservit*[10]. Tale unione è così stretta da non permettere che questi due aspetti, pur distinti, siano in opposizione tra loro. La società visibile è comunità spirituale, e questa non può esistere senza e al di fuori di quella: *Societas ... organis hierarchicis instructa et mysticum Christi Corpus, coetus adspectabilis et communitas spiritualis, Ecclesia terrestris et Ecclesia caelestibus donis ditata, non ut duae res considerandae sunt, sed unam realitatem complexam efformant, quae humano et divino coalescit elemento. Ideo ob non mediocrem analogiam incarnati Verbi mysterio assimilatur*[11]. Il diritto tende a strutturare e ad organizzare questa realtà organica *quae iuridicam formam exigit et simul caritate animatur*[12]. Diritto e Carità non possono essere in opposizione là dove sono essenzialmente uniti.

Ciò ha indotto un Padre del primo Sinodo dei Vescovi ad affermare che nella Chiesa il divino e l'umano non sono due cose che si oppongono, ma elementi che si uniscono in una sola realtà. Il loro rapporto non è *sicut res ad rem. Potius ... utrumque elementum, tamquam essentialiter constitutivum, unitatem vitae Ecclesiae efformant ita ut structura externa sit ad modum signi sacramentalis quo vita interna Ecclesiae significatur et creatur. Hac ratione tota Ecclesiae activitas iuridica est ad modum signi sacramenti salutis quod est Ecclesia quin hoc signum ad activitatem iuridicam restringatur. Sub hoc aspectu, activitas iuridica Ecclesiae non potest habere alium finem nisi manifestare et inservire vitae* 98
Spiritus scilicet vitae divinae fidelium, praesertim caritati[13]. Ci piace rilevare che la redazione del *Ius novum,* che dovrà necessariamente ispirarsi al Concilio, non farà che applicare tale dottrina; ed anche i principii di questa revisione riprenderanno la dottrina stessa[14].

La sacramentalità della Chiesa assicura la sua unione con Dio, la sua efficacia soprannaturale, il suo senso di Cristo. Essa è, inoltre, animata dallo Spirito che costruisce ed anima il Corpo Mistico di Cristo, Popolo di Dio, vi trasfigura gli uomini in figli di gloria e loro assicura la libertà dei figli di Dio; li fa pregare con la preghiera di Gesù[15] ed agisce nel loro apostolato. Ogni apostolato è atto di Cristo; esso non può esercitarsi che sotto l'impulso dello Spirito. E come lo Spirito scandaglia le profondità di Dio[16], e sa ciò che piace al Signore[17], così suscita in noi una preghiera ineffabile e continua l'azione salvifica di Cristo attraverso gli atti dei suoi membri, Pastori e fedeli. Se il Diritto canonico ha il suo fondamento in Cristo, Verbo Incarnato, e pertanto ha valore di segno e di strumento di salvezza, ciò avviene per opera dello Spirito che gli conferisce forza e vigore; bisogna adunque che esso esprima la vita dello Spirito, produca i frutti dello Spirito, riveli l'immagine di Cristo. Per questo è un diritto gerarchico, un vincolo di comunione, un diritto missionario, uno strumento di grazia, un diritto della Chiesa. Queste qualità sono le esigenze dello Spirito che vivifica e dirige la Chiesa, l'unisce a Cristo, la porta a Dio e agli uomini in uno stesso slancio d'amore. E' questo lavoro dello Spirito che noi vorremmo ora rilevare nella evoluzione di questa *aequitas canonica* che conferisce al diritto della Chiesa la sua fisionomia, il suo carettere pastorale.

L' "aequitas canonica" nella sua evoluzione e nel suo avvenire

La Chiesa è, come abbiamo visto, sacramento di Gesù Cristo, come Gesù Cristo nella sua umanità è sacramento di Dio[18]. E' in questo mistero che dobbiamo vedere la funzione del diritto canonico, la vostra missione e quella virtù che, a poco a poco istituzionalizzata, è diventata l'*aequitas canonica,*, definita dall'Hostiensis *iustitia dulcore mi/sericordiae temperata:*[19] de- 99
finizione che sarà ripetuta da tutti i canonisti. L'Hostiensis così prosegue: *Hoc autem a Cypriano sic describitur: aequitas est iustitia, est motus rationalis regens sententiam et rigorem. Haec est enim aequitas quam iudex, qui minister est, semper debet habere prae oculis, scilicet sciat bonos remunerare, malos punire. Via regia incedens et se rationabiliter regens, non decli-*

3. Principia quae Codicis Iuris Canonici recognitionem dirigunt, sub 3 in *Communicationes,* 1, 1969, 79.

4. Cfr. *A.A.S.*, 62, 1970, 112.

5. *Communicationes,* 4, 1972, 99.

6. *Ibidem.*

7. *A.A.S.*, 62, 1970, 108.

8. Const. dogm. *Lumen gentium* [LE 3232], n. 1.

9. *Ibid.*, n. 9.

10. *Ibid.*, n. 8.

11. *Ibid.*, n. 8.

12. *Ibidem.* Nota praevia, [LE 3231] , n. 2.

13. *Communicationes,* 1, 1969, 97-98.

14. Cfr. *Communicationes,* 1, 1969, 79.

15. Cfr. *Rom.* 8, 15.

16. Cfr. *I Cor.* 2, 10.

17. Cfr. *Rom.* 8, 27.

18. Cfr. H. de Lubac, *Méditations sur l'Eglise,* Paris, 1953, p. 157.

19. *Summa aurea,* Lib. V, *De dispensationibus.*

http://www.obrascatolicas.com

nans ad dexteram vel sinistram. A leggere questo non vediamo noi forse apparire una luce, il Signore della giustizia e della grazia, il Salvatore e il Giudice degli uomini?

La Chiesa fin dalla sua origine assunse nella sua vita tutto ciò che nella vita sociale e nelle aspirazioni degli uomini vi era di vero, di nobile, di giusto e di bello, facendo così risplendere la carità di Dio nell'umanità divinizzata dallo Spirito di Amore. L'equità rappresenta una delle più alte aspirazioni dell'uomo. Se la vita sociale impone le determinazioni della legge umana, tuttavia le sue norme, inevitabilmente generali ed astratte, non possono prevedere le circostanze concrete nelle quali le leggi verranno applicate. Di fronte a questo problema, il diritto ha cercato de emendare, di rettificare e anche di correggere il *rigor iuris;* e ciò avviene per opera dell'equità, la quale in tal modo incarna le aspirazioni umane verso una migliore giustizia.

Nel diritto canonico l'*aequitas*, che la tradizione cristiana ricevette dalla giurisprudenza romana, costituisce la qualità delle sue leggi, la norma della loro applicazione, una attitudine di spirito e d'animo che tempera il rigore del diritto. La presenza dell'*aequitas*, come elemento umano correttivo e fattore di equilibrio nel processo mentale che deve condurre il giudice a pronunziare la sentenza, si riscontra nelle Decretali e in tutta la storia del diritto canonico, sia pure con denominazioni diverse.

Questo elemento in modo specialissimo caratterizza la vostra giurisprudenza. La Chiesa impone al giudice ecclesistico l'obbligo di giudicare *ex aequo et bono;* quest'obbligo il vostro tribunale l'ha fatto sempre suo, soprattutto nel trattare le cause affidate *arbitrio Rotae:* è l'*aequitas iure informata.*

Il codice attuale ha fatto proprie le esigenze di misericordia e di umanità in vista di una giustizia più dolce, più comprensiva. Parla di *aequitas naturalis*, di *aequitas canonica*, richiamandosi al principio ultimo, a cui si farà
100 appello, il diritto naturale o il diritto canonico./Precisa poi la portata dell'*aequitas* e la funzione che le spetta: questa consiste in una giustizia superiore in vista di un fine spirituale; addolcisce il rigore del diritto, e talvolta aggrava anche certe pene; in ogni caso si distingue dal puro diritto positivo, allorché questo non può tener conto delle circostanze. Arriva infine a raccomandare perfino, conformemente alle origini apostoliche del diritto[20], di evitare il processo, rimettendo la causa ad arbitri che giudichino *ex bono et aequo*[21].

Oggi, l'influenza del Concilio Vaticano II si fa sentire sempre più sull'evoluzione del diritto: non si renderà forse necessario un ripensamento dell'*aequitas canonica* alla luce del Concilio stesso, per conferire ad essa un valore più cristiano e un significato più fortemente pastorale? I principi della revisione sembrano insinuarlo: la *sapiens aequitas* di cui essi parlano, è frutto di benignità e di carità. Un ripensamento di questa istituzione dovrà salvaguardarne lo spirito.

Valore pastorale del "munus iudicandi"

E' attraverso l'*aequitas canonica* che si afferma il carattere pastorale del vostro ufficio giudiziario, carattere anche recentemente riaffermato in maniera autorevole[22]. Invero questo ministero della Chiesa è, nel pieno senso della parola, pastorale; è un ministero del sacerdozio cristiano[23]; ha le sue radici nella missione che il Signore affidò al "Primo Pietro"[24], il quale nei suoi successori continua a governare, a insegnare e a giudicare[25]; fa parte integrante del mandato apostolico e ne sono partecipi tutti coloro, sacerdoti e laici, che sono chiamati ad esercitare la giustizia in nome nostro e in nome dei nostri fratelli nell'episcopato. Questo potere fu esercitato dagli Apostoli, e i loro successori hanno continuato tale missione. Seguendo il consiglio dell'Apostolo delle Genti, essi hanno giudicato anche le cause civili per farvi prevalere il diritto temperato della carità[26]. Lo rammenta S. Agostino: *Constituit enim talibus causis ecclesiasticos cognitores, in foro "civili" prohibens iurgari christianos*[27]. Quando il cristianesimo a-
101 vrà trasfor/mato i costumi della società, queste cause secolari saranno rimesse al foro civile, dove pure si amavedere la giustizia applicata secondo le norme della Verità divina.

Questo ministero del giudice ecclesiastico è pastorale perché viene in aiuto ai membri del Popolo di Dio, che si trovano in difficoltà. Il giudice è per essi il buon Pastore che consola chi è stato colpito, guida chi ha errato, riconosce i diritti di chi è stato leso, calunniato o ingiustamente umiliato. L'autorità giudiziaria è così un'autorità di servizio, un servizio che consiste nell'esercizio del potere affidato da Cristo alla sua Chiesa per il bene delle anime.

Tale servizio, per essere evangelico, eviterà qualsiasi forma di assolutismo e di egoismo; si compirà nel rispetto della persona, libera e responsabile; consisterà nel guidare senza opprimere, nell'amare un fratello che accetta l'obbedienza come dovere, e non come necessità estrinseca, come un bene per il cristiano e un beneficio per la comunità.

Il giudice terrà conto, grazie all'*aequitas canonica*, di tutto ciò che la carità suggerisce e consente per evitare il rigore del diritto, la rigidità della sua espressione tecnica; eviterà che la lettera uccida per animare i suoi interventi con la carità che è dono dello Spirito che libera e che vivifica; terrà conto della persona umana, delle esigenze della situazione che, se impongono talvolta al giudice il dovere di applicare la legge più severamente, ordinariamente portano ad esercitare il diritto in maniera più umana, più comprensiva: bisognerà vigilare non solamente per tutelare l'ordine giuridico, ma altresì per guarire ed educare, dando prova di vera carità. L'esercizio pastorale del potere giudiziario è piuttosto medicinale che vendicativo; se vi sono della pene, queste non dovranno apparire mai come una vendetta, ma secondo il pensiero di S. Agostino, come una espiazione desiderata[28].

Opera pastorale sarà ancora questa dottrina ponderata, costantemente rinnovata e adattata in virtù della stessa *aequitas canonica* che voi applicate. Le decisioni rotali sono un monumento di scienza giuridica e di saggezza cristiana, cui si aggiungono oggi come felice complemento le decisioni del Tribunale Supremo della Segnatura Apostolica, regolarmente pubblicate. Profittiamo sufficientemente di questi tesori che contengono non soltanto norme giuridiche e regole di diritto, ma altresì numerose indicazioni pastorali di carattere psicologico e sociale?

Ma parlare oggi di *Pastorale* comporta un altro signi-
ficato, che ha/ un legame profondo col compito pasto- 102
rale dell'episcopato e la missione apostolica della Chiesa. La Pastorale è l'organizzazione ben ponderata dell'apostolato; essa ha di mira la ripartizione equilibrata delle persone, favorisce una migliore collaborazione mediante un programma pastorale fondato su una in-

20. Cfr. *1 Cor.* 6, 1-7.
21. Can. 1929.
22. D. STAFFA, *De natura pastorali administrationis iustitiae in Ecclesia*, in *Periodica* 61, 1972, 3-17.
23. Const. dogm. *Lumen gentium* [LE 3232], n. 27.
24. PIO XII, *Discorsi*, vol. III, p. 209.
25. Cfr. Conc. Vat. I, *Constitutio dogmatica de Ecclesia I*, DEN-SCHON., 3056.
26. Cfr. *1 Cor.* 6, 1-7.
27. *Enarrationes in Ps.* 118, *Sermo* 28, 3.
28. Cfr. *De civitate Dei*, 21, 13.

formazione seria ed oggettiva, programma che tuttavia non può soffocare lo Spirito[29], né impedire la libertà dei suoi doni[30]. Questa pastorale d'insieme non può diventare né un vincolo, né una forma nuova di autoritarismo, di dominio o di centralizzazione eccessiva.

Più ancora di un rinnovamento del lavoro apostolico per mezzo di una migliore collaborazione, la Pastorale si preoccupa delle persone, di coloro che sono alla ricerca della verità, di coloro che devono crescere in Cristo. E' in questo senso che una Costituzione del Concilio Vaticano II fu denominata *pastorale;* essa costituisce uno sforzo di inserzione e di presenza della Chiesa *ex eo quod, principiis doctrinalibus innixa, habitudinem Ecclesiae ad mundum et ad homines hodiernos exprimere intendit*[31].

Il diritto canonico, così come i Pastori e i giudici, deve aprirsi alle esigenze di una pastorale rinnovata. *Quemadmodum omnia quae in Ecclesia sunt* – così affermava il nostro venerato Predeccessore Pio XII – *ita ius canonicum quoque omnino in animarum curationem contendere ... Sive cum is ecclesiasticas res administrat, sive cum iudicia exercet, sive cum sacrorum administrator aut Christi fideles consilio iuvat, assidue cogitet a se de animarum salute ... rationem esse reddendam*[32].

Siamo lieti di avere potuto svolgere queste riflessioni insieme a voi sulle esigenze della vostra missione, sulla natura del diritto canonico e sul mistero della Chiesa. Questo mistero è sempre presente al nostro spirito, l'abbiamo fatto così spesso oggetto delle nostre considerazioni, le sue divine profondità ci appaiono sempre più luminose e confortanti:*Ecclesia de Trinitate*[33]. La Chiesa è questo *Christus totus* che, nello Spirito, unisce l'umanità alla vita divina dove il Padre dei Lumi si esprime nel Suo Verbo per unirsi ambedue in questo mu-
103 tuo amore che/ è lo Spirito Santo. La Chiesa è il sacramento di questo amore: ecco perché essa è madre degli uomini creati a immagine di Dio e salvati dal Verbo fatto carne; essa è segno di vita divina e strumento di salvezza. E voi, pronunziando le vostre sentenze *solum Deum prae oculis habentes* servite e adorate proprio questo Dio d'amore.

La giustizia che dovete esercitare con equità canonica, voi la volete più agile, più dolce, più serena. *Più agile:* infatti la prudenza non necessariamente si identifica con la lentezza la quale talvolta si risolve in una vera ingiustizia con grande danno delle anime; *più mite:* ma l'equità canonica *non plus aequo urgeatur ita ut normas neglegere suadeat*, perché allora diventerebbe dannosa e causa d'incertezza[34]; *più serena:* ma ancora, niente più nuocerebbe all'ordine sociale di una giurisprudenza la quale, per essere pastorale, vuol fare a meno del diritto; per sanare penose situazioni, porta pregiudizio alla verità rivelata e ai dati della fede; e nel consenso matrimoniale non riesce più a scorgere quel contratto di fedeltà e quel segno di unione che nella volontà umana è il primo fiore dell'amore.

Ci è nota la preoccupazione di tanti giudici, che al pari di voi, vedono diminuire il numero degli studenti nelle nostre facoltà di diritto canonico. Questa situazione pone certe Chiese particolari nella impossibilità di esercitare con competenza e rapidità il *munus iudicandi* loro affidato da Dio; e può altresì recare pregiudizio al pieno esercizio delle prerogative dell'episcopato.

Ecco i pensieri che abbiamo creduto ben sottoporre alla vostra riflessione, nella fiducia che vi faranno com-
prendere sempre più che la vostra missione è importante, che la vostra responsabilità è pastorale, che le vostre sentenze possono apportare pace e conforto.

In segno della nostra riconoscenza e della nostra stima, noi, di cuore impartiamo a voi tutti qui presenti e ai vostri collaboratori la nostra Apostolica Benedizione.

29. Cfr. *1 Cor.* 12, 11.
30. Cfr. *1 Thess.* 5, 19.
31. Const. past. *Gaudium et spes* [LE 3366], 1, nota 1.
32. *A.A.S.*, 45, 1953, 688.
33. Cfr. S. CYPRIANUS, *De Orat. Dom.* 23; *P.L.* 4, 553.
34. F. ROBERTI, *De processibus*, p. 99.

4170

1973 FEB 13.-PAULUS VI, LIT. AP. AAS 65 (1973) 235-236

In Insula Cypro Nuntiatura Apostolica constituitur

PIUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. – Id semper fuit huius Apostolicae Sedis proprium: cum omnibus populis atque nationibus vinculis coniunctionis et amicitiae coniungi. Hoc autem non solum natura sua et indole facere consuevit, cum Ecclesia a pacis aeternae Rege nata et orta sit, sed hac de causa praeterea, quod pax et concordia inter Ecclesiam et gentes constituta tum sacri Evangelii propagationi obsecundat, in quam rem sunt apostoli missi et Ecclesia condita, tum civium prosperitati ac felicitati favet, quorum ingenia acuit, industriam auget, mores ad leges aeternas conformat. His de rebus bene fieri visum est, si etiam in insula Cypro Nuntiatura Apostolica constitueretur, in qua insula eae sunt conditiones rerum, ut non solum et commoda comparari posse spes sit, quae innuimus, sed etiam sanctiores cum fratribus ab Ecclesia separatis necessitudines fieri praevideantur, quod quantum utilitatis afferre posse nemo non videt. Placet ergo in insula Cypro/ Nuntiatu- 236
ram Apostolicam condi atque constitui, cum iuribus et oneribus quae huiusmodi legationum sunt propria. Contrariis nihil obstantibus. Ceterum, volumus ut haec quae mandavimus sive nunc sive in posterum valeant suosque effectus habeant.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIII mensis Februarii, anno MDCCCCLXXIII, Pontificatus Nostri decimo. – Aloisius Card. TRAGLIA, *S. R. E. Cancellarius.*

4171

1973 FEB 14. - SC pro RELIGIOSIS, RESPONSUM. PART.*

De formula Professionis religiosae a Sancta Sede approbanda et ab omnibus Instituti sodalibus adhibenda

1. L'*Ordo*, pubblicato dalla Sacra Congregazione per il Culto Divino, prescrive che la "formula professionis" debba essere sottoposta all'approvazione della Sacra Congregazione per i Religiosi e gli Istituti Secolari. Pertanto non si può affermare che la redazione della "formula" per l'emissione dei voti possa essere rilasciata alla libera iniziativa dei singoli candidati alla professione; anzi deve essere sostanzialmente identica per tutto l'Istituto, data l'identità dei doveri e dei diritti derivanti dalla profesione.

2. Inoltre risulta abbastanza chiaramente che nessuna formula potrà mai prescindere da alcuni elementi propri alla natura della professione dei voti pubblici (can. 1308 § 1) vale a dire: che i voti, fatti a Dio, comportano castità, povertà, obbedienza; che i relativi obblighi si intendono assunti "secondo la Regola o le Costituzioni"; che venga dichiarato il nome o l'ufficio di chi in nome della Chiesa riceve la professione; che venga precisato il tempo per cui si emettono i voti.

Fermi restando tali requisiti essenziali, ogni Istituto può aggiornare la propria formula di professione, adattandola alle esigenze della sua specifica spiritualità.

http://www.obrascatolicas.com

3. Salvo quanto detto sopra, nulla vieta che i singoli profitenti possano aggiungere, d'intesa con i rispettivi Superiori, sia alla fine oppure all'inizio della formula approvata, alcune espressioni della loro volontà o devozione, che però siano sobrie e perspicue e del tutto consone alla gravità e solennità che si accingono a compiere. – A. Mayer, Arciv. di Satriano, *Segretario*.

* Prot. N. 16935/72: Notit. 9 (1973) 283.

4172

1973 FEB 17.-SC pro GENTIUM EVANG., FACULT. PART.*

Facultas datur Administratoribus Apostolicis non Episcopis conficiendi Olea sacra

PRECES – *Beatissime Pater*, Pro-Nuntius Guineae Aequatorialis, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter petit ut, absentibus episcopis, Administratores Apostolici Bataensis et Sanctae Isabellae, etsi dignitate episcopali non insigniti, hoc anno Olea Sacra conficere possint, scilicet: die V Maioris Hebdomadae, durante Missa Chrismatis, Oleum Catechumenorum et Infirmorum benedicere et Chrisma conficere. Et Deus ...

RESCR. – Sacra Congregatio pro Gentium evangelizatione, seu de Propaganda Fide, vigore facultatum sibi a Ss.mo D. N. Paulo Div. Prov. Papa VI tributarum, attentis expositis, benigne annuit pro gratia iuxta preces.

Praesentibus hoc anno valituris.

Datum Romae, ex Aedibus eiusdem Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 17 mensis februarii a. D. 1973. – D. S. Lourdusamy, *a Secretis*.

* Pro-Nuntio Ap. Guineae Aequatorialis, Prot. N. 998-73: CpR 55 (1974) 381-382.

4173

1973 FEB 22.-PAULUS VI, EPIST. AAS 65 (1973) 151-152

Epistula E.mo P. D. Carolo S. R. E. Cardinali Confalonieri, Sacrae Congregationis pro Episcopis Praefecto:

Volumen quod inscribitur "Directorium de pastorali ministerio Episcoporum" laudatur et eiusdem natura illustratur

Plurimas tibi gratias ex animo referimus de egregiis amoris sensibus, quibus magni sane pretii volumen apud Nos deposuisti, quod secundum praecepta Concilii Vaticani II compositum[1], iure meritoque "Directorium de Pastorali ministerio Episcoporum" inscriptum est.

Vere vehementerque admirati sumus sedulam curam sapientiamque, quibus hae paginae exaratae dispositaeque sunt, illa profecto refertae doctrina, quam ipsa Ecclesia, Evangelio semper fidelis, sive per magisterium suum, sive per vocem et exempla complurium praestantiumque Sanctorum suorum – qui Pastores et ipsi exstiterunt vel Doctores in / rebus divinis humanisque versati – decursu tot saeculorum constantis traditionis suae disseminavit et sparsit, in commodum atque emolumentum administrorum suorum, qui ad sacrum et arduum episcopatus officium sunt destinati. His praeterea in paginis vetus sapientia cum intellegentia atque experientia temporum nostrorum mire consociatur; hic etiam oculis longe in posterum prospicientibus imago exhibetur praesentium necessitatum et quasi vaticinium profertur de futuris postulatis peregrinantis Populi Dei. His itaque in paginis reperire valemus apte convenienterque expositam artem docendi hodiernam Ecclesiae Catholicae, quae cum caritate et observantia contulit institutioni ac custodiae eorum ministrorum, quibus ex peculiari Dei voluntate concreditum est docendi, sanctificandi, regendique gregis Christi munus, Pastorum videlicet, uti sunt secundum exemplar et per Iesu Pastoris gratiam.

152

Prodeat igitur hoc prudens providumque "Directorium" ad universos Venerabiles, in episcopatu Fratres, tamquam documentum illius permagnae curae, qua haec Apostolica Sedes contendit recentis Concilii monita et consilia plene efficienterque exsequi; prodeat secumque afferat non tam leges ac normas novorum multipliciumque officiorum, quam potius admonitiones atque cohortationes, quae efficiant ut gravia et difficilia munera episcopalis ministerii propria facilius expeditiusque impleantur; prodeat velut nuntius exercerptus ex Fratrum vocibus, qui ad Fratres se convertunt, ut solacium, adiumentum, gaudium praebeant illius communionis collegialis, quae inter Apostolorum successores – quibus postremum id Iesus Christus optavit ac mandavit tamquam testamentum suum, ut nempe unum essent – gignit animorum consensum, inceptorum conspirationem, aemulationem virtutum: brevi, coniunctionem atque cohaerentiam Mystici Corporis, quod membris varium est et multiplex, uno autem eodemque Spiritu animatum vivit.

Prodeat denique a te ipso emissum, Venerabilis Frater Noster, qui huius "Directorii" compositionis primarias sustinuisti partes, atque perferat singulis suis spectatissimis lectoribus salutationem gratiae et pacis et laetitiae Servi Servorum Dei, Episcopi Urbis Romae.

Haec vota Apostolica Benedictione peramanter in Domino communimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die XXII mensis Februarii, festo die Cathedrae Sancti Petri, anno MCMLXXIII, Pontificatus Nostri decimo.–PAULUS PP. VI.

1 Cfr. Decr. *Christus Dominus*, 44.

4174

1973 FEB 22. - SC pro EPISCOPIS, NORMAE. PART.*

Directorium de pastorali ministerio Episcoporum

INTRODUCTIO

Ecclesiae imago a Sacrosancto Concilio Oecumenico Vaticano II adumbrata ad illam formam illudque ministerium Episcopi, Collegii Episcoporum membri et ecclesiae particularis capitis, effingenda inducit, quae non tantum lineamenta praebeant constanter inde a primaeva communitate christiana tradita, verum etiam praesentis temporis necessitatibus, ab eadem Synodo consideratis, aptentur.

Concilii tamen documenta potius considerant hominem Episcopatu ornatum eiusque potestates et munera quam cotidianam vitam operamque respiciunt Pastoris animarum. Nam constitutio dogmatica *Lumen gentium* Episcopi lineas theologicas describit, decretum vero *Christus Dominus* distincta ministeria explicat, et Codex Iuris Canonici statum iuridicum praebet.

SIGLORUM EXPLICATIO

AA Decr. de apostolatu Laicorum: *Apostolicam actuositatem.*
AG Decr. de activitate missionali Ecclesiae: *Ad gentes divinitus.*
CD Decr. de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia: *Christus Dominus.*
DH Declar. de libertate religiosa: *Dignitatis humanae.*
DV Const. dogm. de Divina Revelatione: *Dei Verbum.*
GE Declar. de educatione christiana: *Gravissimum educationis.*
GS Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis: *Gaudium et spes.*

Licet in memoratis documentis optima inveniantur consilia vitam spiritualem Episcopi respicientia, sufficere tamen non videntur ad exhibendas ex professo lineas morales-asceticas-mysticas Episcopi qua talis in ipso exercitio curae pastoralis.

Quapropter decrevit Sancta Synodus, ut Directorium generale de cura animarum conficeretur in usum Episcoporum, ut certae ipsis et communes praeberentur rationes, quae veluti commentarium, seu vulgo vademecum, essent ad proprium pastorale munus facilius aptiusque obeundum[1].

Concilii enim Patres eandem perpenserunt necessitatem, quam semper persensit Ecclesia in explicanda actione pastorali, maxime vero temporibus illis quibus nova experiebatur et Pontifices, Concilia, Patres, Doctores novis praeceptis vel rationibus annitebantur novas quaestiones expedire quas induxerat cultioris et humanioris vitae usus[2].

Ex documentis recentiorum Romanorum Pontificum et Concilii Oecumenici Vaticani II praeceptis atque ex declarationibus et explanationibus indesinenter

IM Decr. de instrumentis communicationis socialis: *Inter mirifica.*
LG Const. dogm. de Ecclesia: *Lumen gentium.*
NA Declar. de Ecclesiae habitudine ad Religiones non-christianas: *Nostra aetate.*
OE Decr. de Ecclesiis orientalibus christianis: *Orientalium ecclesiarum.*
OT Decr. de institutione sacerdotali: *Optatam totius.*
PC Decr. de accommodata renovatione vitae religiosae: *Perfectae caritatis.*
PO Decr. de Presbyterorum vita et ministerio: *Presbyterorum ordinis.*
SC Const. de sacra Liturgia: *Sacrosanctum Concilium.*
UR Decr. de Oecumenismo: *Unitatis redintegratio.*
ES Paulus VI, Litt. Ap. Motu proprio datae quibus normae ad quaedam exsequenda ss. Concilii Vaticani II Decreta statuuntur, 6 aug. 1966: *Ecclesiae Sanctae.*

1 Cf. CD, n. 44.

2 1. De hac re meminisse iuvabit summa capita quae de imagine et ministerio Episcoporum nobis praebent: *a*) Acta Apostolorum; Petri et Pauli Epistulae; Apocalypsis; *b*) Doctrina duodecim Apostolorum et Litterae Ignatii Antiocheni *c*) opera: *De fuga*, S. Gregorii Nazianzeni; *De sacerdotio*, S. Ioannis Chysostomi; *De Ecclesiastica Hierarchia*, Ps. Dionysii Areop.; *Regula pastoralis*, S. Gregorii Magni; *d*) excerpta de missione et vita spirituali Episcopi ex operibus Patrum et Doctorum Ecclesiae, uti v. g. Ambrosii, Augustini, Bernardi Claravallensis, Thomae Aquinatis.

2. Decreta Concilii Tridentini *De reformatione* lineas praeducunt renovationi pastorali recentiori, duo ex potissimis officiis Episcoporum urgendo, scilicet in dioecesi residendi et paroecias visitandi (Sess. XXIII, c. 1; Sess. XXIV, c. 3).

3. Post celebratam Tridentinam Synodum prae oculis inter alia habenda sunt exempla S. Caroli Borromaei et *Acta Ecclesiae Mediolanensis;* imago S. Alexandri Saulii, Episcopi Alerien-sis dein Papiensis eiusque *De officio et moribus Episcopi commentariolum; Stimulus Pastorum* Ven. servi Dei Bartholomaei de Martyribus, Bracarensis Archiepiscopi; contio *De officio et moribus Episcoporum* Ludovici Granadensis, OP.; *Memorial primero para Trento* et *Advertencias al Concilio Tridentino* S. Ioannis de Avila.

4. Sequentem aetatem usque ad Concilium Vaticanum I illustrarunt gestis et doctrina sancti Episcopi, inter quos recordationi commendatur Franciscus Salesius, Gregorius Barbadicus, Alfonsus Maria de Ligorio, Antonius Maria Gianelli. Concilii Vaticani I temporibus fermenta effloruerunt novae actuositatis pastoralis, qua eminet S. Antonius Maria Claret, qui in Hispania et in America Latina operam suam navavit et optima reliquit de re pastorali in libris qui inscribuntur *Apuntes para el régimen de la Diócesis* et *Método de misionar en las aldeas o campos y arrabales de las ciudades.*

5. Saeculo XX ineunte, exemplar pastoris S. Pius X exoritur et insimul alii praecellunt Episcopi et Cardinales cuiusvis nationis, qui, opem ferentibus theologiae et curae animarum peritis, iter motumque dederunt processui renovationis pastoralis quae in operam Concilii Vaticani II confluxit. Maxime vero Servi Dei Pius XII et Ioannes XXIII exstiterunt auctores et exempla illius instaurationis pastoralis, cui normas dederunt Constitutiones et Decreta Concilii Vaticani II, Pii XII magisterio iam antea affluenter instructi atque consilio Ioannis XXIII adunati in fines pastorales potissimum persequendos (cf. IOANNES XXIII, Allocutio in sollemni SS. Concilii inauguratione, 11 oct. 1962: AAS 54, 1962, pp. 786-795).

a Summo Pontifice Paulo VI datis ad eorundem rectam exsecutionem sat plane et scite erui potest exemplar Episcopi, hodiernis necessitatibus non imparis. Quod Deus faciat ut, ad instar sanctorum Episcoporum transacti temporis, etiam hodie Praesules sancti exprimant, non tantum "forma gregis" (*1 Petr.* 5,3), sed etiam forma Pastorum facti.

* * *

Hoc Directorium, collocandum inter cetera Directoria et Instructiones quae, ipsius Concilii iussu, ab Apostolica Sede iam confecta sunt aut proxime conficientur, fines habet certos ac definitos. Dirigitur enim ad Episcopos unius Ecclesiae Latinae etiam in orientalibus plagis operantes, et coartatur ad unum Episcoporum ministerium pastorale.

Quae in hoc Directorio prostant, ex disciplina Ecclesiae nunc vigente explicite aut implicite deprompta, eandem vim retinent quam in suis fontibus habent. Cetera vero tamquam generaliores suggestiones, exempla, consilia, indolis quidem pastoralis, at non praeceptivae, considerationi ac prudenti iudicio Episcoporum proposita, aestimentur, peculiaribus sane aptanda condicionibus locorum, ingenii populorum, vitae socialis in dies progredientis, necnon fidei christianae et status ecclesiasticae ordinationis incrementi. Quae omnia praesertim in terris Missionum et in regionibus iterum evangelizandis contingunt, ideoque particularia postulant Directoria pastoralia pro singulis aut pro pluribus nationibus.

Denique ea quae ad vigentem Ecclesiae disciplinam pertinent, attamen neque explicite neque implicite in Directorio commemorantur, suam vim retinere censenda sunt.

* * *

Quodam vero sensu Episcopi hoc Directorium sibi ipsi statuunt, veluti fructum suae prudentiae et experientiae. Confectum est enim prae oculis habitis animadversionibus quae, suo tempore, sive a Commissionibus sive a Patribus Concilii exhibitae sunt[3], necnon primum consiliis et votis[4] dein emendationibus ipsius Directorii schematis, quas sive Conferentiae Episcopales sive Episcopi singuli nuperrime proposuerunt. Plurium denique peritorum in re theologica, pastorali et iuridica consilia magni facta sunt.

* * *

Prae aliis materiae divisionibus illa selecta est quae ab ipso Oecumenico Concilio suggeritur[5], quatenus episcopale exercendum munus directe afficit. Proinde Directorii materies ratione quae sequitur distribuetur:

– in primis principia fundamentalia exponentur de Episcoporum ministerio et vita in Ecclesia (*pars I*); deinde Episcopi spectabuntur in concreto exercitio sui muneris, et quidem:

– quoad Ecclesiam universalem (*pars II*),

– quoad ecclesiam particularem sibi commissam (*pars III*),

– quoad, denique, propriam Conferentiam episcopalem (*pars IV*).

PARS PRIMA

PRINCIPIA FUNDAMENTALIA DE MINISTERIO ET VITA EPISCOPORUM

Caput I

DE NATURA ET MISSIONE ECCLESIAE QUATENUS MINISTERIUM EPISCOPI EIUSQUE VITAM DEFINIUNT

1. Ea quae naturam et missionem Ecclesiae, iuxta eius Conditoris ac Fundamenti voluntatem, constituunt

3 Cf. CD, n. 44; *Schemata Constitutionum et Decretorum de quibus disceptabitur in Concilii sessionibus. Schema Decreti de cura animarum*, Typ. Polygl. Vat. MCMLXIII, pp. 1-126.

4 Cf. ES, I, n. 43.

5 Cf. CD, n. 3.

http://www.obrascatolicas.com

atque definiunt, naturam pariter missionemque officii episcopalis determinant.

Proinde oportet Episcopum, semetipsum et sua munera considerantem, notas Ecclesiae proprias meminisse, prout illas, de semetipsa agens, Ecclesia explanavit, praesertim in Conciliis Oecumenicis maxime in Concilio Vaticano II.

2. Ecclesia est in Christo veluti *sacramentum* seu signum et instrumentum intimae cum Deo unionis totiusque generis humani unitatis, ut credentes per Christum in uno Spiritu accessum habeant ad Patrem (cf. *Eph.* 2, 18). Ita universa Ecclesia apparet "de unitate Patris, et Filii, et Spiritus sancti plebs adunata"[1].

Ex sacris Litteris praeterea variis imaginibus intima Ecclesiae natura nobis innotescit. Est nempe Ecclesia *ovile*, cuius ostium unicum et necessarium Christus est (cf. *Io.* 10, 1-10); est etiam *agricultura* seu ager Dei (*1 Cor.* 3, 9), *aedificatio* Dei (*1 Cor.* 3, 9), cui Dominus ipse fit petra angularis, caput anguli (cf. *Eph.* 2, 20; *Act.* 4, 11); est et *domus* Dei (cf. *1 Tim.* 3, 15), in qua nempe habitat eius *familia*, habitaculum Dei in Spiritu (cf. *Eph.* 2, 19-22; *Ap.* 21, 3), et praesertim *templum* sanctum, quod non immerito in Liturgia assimilatur Civitati sanctae, novae Hierusalem. Eadem et "quae sursum est Hierusalem" atque "mater nostra" appellatur (*Gal.* 4, 26; cf. *Ap.* 21, 2 et 10), atque describitur ut *sponsa* immaculata Agni immaculati (cf. *Ap.* 19, 7; 21, 2 et 9, 22, 17).

Insuper Ecclesia est *corpus*, cuius caput est Christus. Ipse enim, unicus Mediator, Ecclesiam suam sanctam, fidei, spei et caritatis communitatem, his in terris ut compaginem visibilem constituit et indesinenter sustentat, qua veritatem et gratiam ad omnes diffundit. In hac communitate fidelium, qui unum corpus in Christo constituunt, unitas spiritualis et visibilis mirabili sacramento Eucharistiae repraesentatur et efficitur (cf. *1 Cor.* 10, 17).

Communitas autem visibilis seu *societas*, sacramentorum glutino compaginata organisque hierarchicis instructa, et mysticum Christi Corpus, coetus adspectabilis et communitas spiritualis, Ecclesia terrestris et Ecclesia caelestibus donis dotata, unam realitatem complexam efformant, quae, humano et divino coalescens elemento, ob non mediocrem analogiam incarnati Verbi mysterio assimilatur. Hanc unam et unicam Ecclesiam suam Salvator noster Petro pascendam tradidit (cf. *Io.* 21, 17), eique ac ceteris Apostolis diffundendam et regendam commisit (cf. *Mt.* 28, 18-20) et in perpetuum ut columnam et firmamentum veritatis erexit (cf. *1 Tim.* 3, 15).

Haec Ecclesia, in hoc mundo ut societas constituta et ordinata, subsistit in Ecclesia catholica, a successore Petri ceterisque Episcopis in eius communione gubernata. Sicut autem Christus per viam crucis opus redemptionis in paupertate et persecutione perfecit, ita Ecclesia ad eandem viam ingrediendam vocata, per participationem paschalis mysterii fructus salutis hominibus communicat, ut fiant novus *Populus Dei*, qui non secundum carnem sed in Spiritu in unitatem coalescat.

Populus vero Dei non tantum ex diversis populis congregatur, sed etiam in seipso variis ordinibus conflatur. In ecclesiastica communione legitime adsunt ecclesiae particulares, singulae singulis Episcopis commissae, ad imaginem Ecclesiae universalis formatae, in quibus et ex quibus una et unica Ecclesia catholica exsistit.

Populus hic messianicus habet pro capite Christum, "qui traditus est propter delicta nostra et resurrexit propter iustificationem nostram" (*Rom.* 4, 25). Habet pro condicione dignitatem libertatemque filiorum Dei, in quorum cordibus Spiritus Sanctus sicut in templo inhabitat. Habet pro lege mandatum novum diligendi et pro fine Regnum Dei. Idem denique populus, a Christo donis hierarchicis et charismatibus instructus, in communionem vitae, caritatis et veritatis constitutus et sa-

1 CYPRIANUS, *De Orat. Dom.* 23: PL 4, 553.

cerdotali dignitate insignitus (cf. *Ap.* 1, 6; 5, 9-10), ab eo etiam ut instrumentum redemptionis omnium adsumitur, et tamquam lux mundi et sal terrae (cf. *Mt.* 5, 13-16) ad universum mundum emittitur, ut in Christum credentes, per regenerationem et Spiritus Sancti unctionem consecrati, per omnia opera spirituales offerant hostias, et virtutes annuntient eius qui de tenebris eos vocavit in admirabile lumen suum (cf. *1 Petr.* 2, 4-10).[2]

Ex his pluribus Ecclesiae universalis elementis et rationibus, quaedam maioris momenti esse videntur ut figura et munera Episcopi pressius inspiciantur, in prospectu ecclesiae particularis, cuius est universalem Ecclesiam quam perfectissime repraesentare[3]:

3. *Ratio signi et instrumenti:* per Ecclesiam visibilem praesens adest Christus inter homines[4], suamque missionem continuat, Spiritum suum Sanctum donans fidelibus. Ideo corpus Ecclesiae ab omnibus humanis societatibus distinguitur, eo quod non ex propria membrorum virtute sed ex intima cum Christo unione constituitur, unde vitam et virtutem accipit et cum hominibus participat[5].

4. *Unitas et communio:* Ecclesia est unum et visibile Corpus Christi[6], in quo arcta viget communio et structura socialis manifestatur, pluribus organis, ministeriis et muneribus instructa et variis donis ad mutuam utilitatem a Spiritu Sancto ditata[7]. Hinc omnia membra, diverso quidem titulo et modo, officium suum in labore Ecclesiae harmonice sociant cum onere aliorum, praesertim eorum qui a Spiritu Sancto positi sunt regere Eclesiam Dei (cf. *Act.* 20, 28).

5. *Indoles sacerdotalis:* universus Populus Dei de munere prophetico, sacerdotali et regali Christi participat; sed aliqui inter eos novo insuper modo specialiter consecrantur et de sacerdotio Christi ita participant, ut sacro ministerio fungantur sive ad gloriam Dei augendam sive ad fratres suos in vita divina provehendos[8].

6. *Hierarchica et organica constitutio*: inter dona Spiritus excellit in Ecclesia gratia Apostolorum[9] seu ministerium regendi fideles et communitates, quod Episcopis divinitus commissum est, ab eisque exercetur[10] ceteris sacris ministris cooperantibus[11]; actio vero ministerialis sacrae hierarchiae aliorumve Ecclesiae institutorum peragitur iuxta principia unitatis regiminis, officiorum et munerum dispertitionis et studii invicem sibi auxilium ferendi operamque complendi[12].

7. *Finis missionalis:* Ecclesia intendit in Regnum Dei annuntiandum et usque ad extremum terrae propagandum, ut omnes homines in Christum credant et sic vitam aeternam consequantur[13].

8. *Finis oecumenicus:* lugendae cum exstent christianorum divisiones, Ecclesia contendit, ut omnes in Christum credentes ad perfectam unitatem et communionem redintegrentur, et sic fiat "unum ovile et unus pastor" (*Io.* 10, 16)[14].

9. *Finis religiosus:* missio propria Ecclesiae non est ordinis politici, oeconomici vel socialis sed religiosi[15]. At sane ex hac ipsa missione religiosa munus, lux et vi-

2 Cf. LG, nn. 1, 6-10, 13.
3 Cf. AG, n. 20.
4 Cf. SC, n. 7.
5 Cf. LG, n. 1-2.
6 Cf. LG, nn. 6-9.
7 Cf. LG, nn. 2, 5, 7, 10-12.
8 Cf. LG, n. 13; PO, n. 2.
9 Cf. LG, n. 7.
10 Cf. LG, nn. 18-22.
11 Cf. LG, nn. 7, 10, 13.
12 Cf. LG, n. 28; CD, nn. 25-35.
13 Cf. CD, n. 6; AG, nn. 5-8, 20-22, 36-41.
14 Cf. UR, nn. 5-12.
15 Cf. GS, n. 42.

res fluuunt quae communitati hominum secundum Legem divinam constituendae et firmandae inservire possunt. Ecclesia, dum ipsa mundum in multis adiuvat et ab eo multa accipit, ad hoc unum tendit, ut Regnum Dei adveniat et totius humani generis salus instauretur[16].

10. *Indoles eschatologica:* in mundo vivit Ecclesia (cf. *Io.*17,11 et 15) et pro mundi vita, sed non est de hoc mundo (cf. *Io.* 15,19; 17,14 et 16). Indesinenter enim vocatur et studiose fertur ad efformandam futuram civitatem, Hierusalem novam (cf. *Ap.* 21,2 ss.), quae, imperfecto quidem modo sed vero, iam in hoc saeculo anticipatur[17].

Caput II

DE EPISCOPI MISSIONE IN ECCLESIA

11. Quae de Ecclesia sunt supra adumbrata, episcopatus missionem et munera explicant et informant. Episcopatus enim, tamquam donum Spiritus Sancti in sinu Ecclesiae positus ad eam exstruendam eique inserviendum, praecellit inter varia ministeria quae ad bonum totius Corporis Christi tendunt.

12. *De Iesu Christi Salvatoris missione.* Misericors Deus, hominum conditor et pastor, ut salvum faceret populum a peccatis (cf. *Mt.* 1,21) misit Filium suum unigenitum (cf. *1 Io.* 4,9) Iesum Christum, qui, *Veritas* ipsa (cf. *Io.* 14,6) venit in mundum, unus Magister bonus (cf. *Mt.* 19,16; 23,8), vera Lux mundi (cf. *Io.* 8, 12), quae illuminat omnem hominem (*Io.*1,9), ut omnis, qui credit in ipsum, in tenebris non maneret (cf.*Io.* 12, 46). Item ut *Vita* venit (cf. *Io.* 14,6) et Pontifex magnus (cf. *Hebr.* 4,14) ut omnes per sanguinem eius vitam haberent et abundantius haberent (cf. *Col.*1,20; Io. 10,10), consortes effecti divinae naturae (cf. *2 Petr.* 1, 4). Item denique venit ut *Via* ad Patrem (cf. *Io.*14,6) Pastor bonus (cf. *Io.* 10,14) et Princeps pastorum (cf. *1 Petr.* 5,4; *Hebr.* 13, 20) oves gregis Dei, quae erant dispersae et errantes, congregans in unum (cf. *Io.* 11,52) et ad ovile Patris adducens (cf. *Io.*10,16).

Post suum ascensum ad caelos et missionem Spiritus Sancti die Pentecostes, Dominus Iesus semper Ecclesiae suae ut invisibilis adest Pastor (cf. *1 Petr.* 2,25), usque dum, iterum in fine temporum apparens, separabit homines ab invicem, sicut pastor segregat oves ab haedis, et iudicium feret illis vel gloriae vel poenae secundum cuiusque opera (cf. *Mt.* 25,32; *1 Petr.* 5,4).

13. *De missione Apostolorum et Episcoporum.* Christus Dominus, antequam ad coelos conscenderet, sicut ipse missus erat a Patre, ita et Apostolos suos misit sanctificans eos per Spiritum Sanctum (cf. *Io.* 20,21), ut et ipsi glorificarent Patrem super terram et homines salvos facerent "in aedificationem corporis Christi" (*Eph.* 4,12), quod est Ecclesia[1].

Apostoli autem Episcopos "successores relinquebant, suum ipsorum locum magisterii tradentes"[2].

Itaque Episcopi, tamquam pastores animarum, ad regendam Ecclesiam Dei (cf. *Act.*20,28) mittuntur[3], ut una cum Romano Pontifice, Petri successore, et sub eiusdem auctoritate, Christi, aeterni Pastoris, opus perenne reddant. "Christus enim Apostolis eorumque successoribus dedit mandatum atque potestatem ut docerent omnes gentes, hominesque sanctificarent in veritate atque pascerent"[4].

16 Cf. GS, nn. 42, 45.
17 Cf. LG, nn. 48-51.

1 Cf. CD, n. 1.
2 S. IRENAEUS, *Adv. Haer.*, III, 3, 1: PG 7, 848.
3 Cf. CONC. VATICANUM I, Const. dogm. *Pastor aeternus*, c. 3.
4 CD, n. 2; Cf. LG, nn. 17-27.

Quo spiritu hoc officium, seu "episkopé" (cf. *1 Tim.*3,1), sit gerendum, declarat Oecumenica Synodus Vaticana II dicens:

"Munus autem illud quod Dominus pastoribus populi sui commisit, verum est servitium, quod in sacris Litteris "diaconia" seu ministerium significanter nuncupatur (cf. *Act.* 1,17 et 25; 21,19; *Rom.* 11,13; *1 Tim.* 1, 12)"[5].

Episcopus visibile principium et fundamentum unitatis in ecclesia particulari sibi commissa exstat[6], necnon nexus hierarchicae communionis inter hanc et Ecclesiam universalem. Ab ipsius apostolico ministerio pendet et regitur exercitium ceterorum sacrorum ministeriorum in ecclesia particulari.

Est ergo Episcopus minister qui in Ecclesia, communitate salutis, singulari et adspectabili modo praesentem ac perpetuam facit Christi missionem, partes sustinens ipsius Christi Magistri, Pastoris et Pontificis, et in eius persona agens[7].

Caput III

DE NOTIS QUAE SUNT PROPRIAE MINISTERII EPISCOPORUM

14. Episcopus, uti Ecclesiae membrum et munere capitis ac pastoris fungens populi christiani, in se componere debet formam fratris simul et patris, Christi discipuli et fidei magistri, Ecclesiae filii et quodammodo patris, quippe qui supernaturalis christianorum regenerationis sit minister (cf. *1 Cor.* 4, 15).

15. Duplex haec indoles ortum ducit, hinc quidem ex Baptismo et Confirmatione, quibus Episcopus cum ceteris de Populo Dei sacerdotium fidelium commune participat, illinc vero ex plenitudine sacramenti Ordinis, cuius virtute ipse sacerdotium ministeriale seu hierarchicum, ab altero sacerdotio essentia et non gradu tantum differens, participat uti vicarius seu vices gerens Christi ad efformandam et regendam plebem Dei[1].

Episcoporum enim est verbum Dei cum auctoritate docere et testificari, fideliter custodire, authentice interpretari[2]; cultui christiano in persona Christi praeesse et mysteria Dei dispensare[3]; ecclesias particulares congregare et regere[4]; adiutores in sacro ministerio sibi cooptare et moderari[5]; iudicium ferre de charismatum bonitate et ordinato exercitio[6]. Etenim per Spiritum Sanctum qui datus est eis per episcopalem ordinationem, "veri et authentici effecti sunt fidei Magistri, Pontifices ac Pastores"[7].

16. Sacri ministerii summa cumulatus, Episcopus Christi praesentis in Ecclesia vivens est signum, testimonium reddens deVerbo Dei eiusque vitam communicans per sacramenta; itemque signum est Ecclesiae praesentis in mundo, mystici Corporis Christi membra praecedens in opere redemptionis et salutis omnibus christifidelibus in eodem mundo explenda[8].

17. Vi sacramentalis consecrationis et hierarchica communione cum Collegii episcopalis Capite atque membris, Episcopus arcte cum Ecclesia coniungitur et quasi mystice copulatur, cuius "sponsus", ad similitudinem Christi, merito nuncupatur. Cum enim ad eum pertineat ceteros ministros ordinare divinisque officiis

5 LG, n. 24.
6 Cf. LG, n. 23.
7 Cf. LG, n. 21.

1 Cf. LG, nn. 10, 26-27; CD, n. 15.
2 Cf. LG, nn. 24-25.
3 Cf. LG, n. 26.
4 Cf. LG, n. 27.
5 Cf. LG, nn. 28-29.
6 Cf. LG, n. 12.
7 CD, n. 2.
8 Cf. LG, n. 21.

http://www.obrascatolicas.com

mancipare, et ecclesiam particularem per Evangelium et Eucharistiam in Spiritu Sancto congregare, Episcopus visibilem imaginem Christi Ecclesiam sibi desponsantis specialiter refert[9].

18. Episcopus, gravia munera gerens magistri et sacerdotis et pastoris assignata sibi dominici gregis parte, cooperatione totius communitatis indiget: non tantum, etsi principaliter, presbyterorum et diaconorum qui, per sacramentum Ordinis ab Episcopo collatum, sacerdotii hierarchici vel sacri ministerii participes facti sunt, sed etiam ceterorum christifidelium. Hi enim, vi sacerdotii communis, vocantur et ad participandum communem apostolatum in Ecclesia et ad gravem cooperationem, sub moderamine vel etiam auctoritate Episcoporum, pastoribus exhibendam, quorum hierarchicus apostolatus sine ea plenum suum effectum assequi plerumque nequit[10].

19. Ob sacerdotii hierarchici plenitudinem et peculiarem cum Christo Capite communionem, Episcopus urgetur officio sese exhibendi tamquam "perfectorem" gregis sui, ut scilicet clericis, religiosis et laicis magister ipse, promotor et exemplar christianae perfectionis, secundum suam cuiusque peculiarem vocationem, in caritate, humilitate et vitae simplicitate exstet[11].

Haec et additur causa ut sanctiorem in dies agendi rationem exquirat, atque adeo ipsum episcopale ministerium, humiliter et fortiter adimpletum, ei, Sancti Spiritus ductui oboedienti, praecelsum sanctificationis medium fiat[12].

20. Indoles pastoralis muneris apostolici Episcopi eiusque ministerium verbi et gratiae Dei, a saecularibus formis suapte natura abhorrentia, plane demonstrant, praesertim in hodiernis rerum socialium et religiosarum adiunctis, spirituale tantum et ecclesiale esse eius officium et operam, ipsumque verum *servum Dei* et *servum servorum Dei* ad imaginem Summi Sacerdotis clarius ostendunt[13].

Caput IV

DE EPISCOPI VITA VIRTUTIBUS INFORMATA

21. Per sacramentalem consecrationem Episcopus peculiari ratione Iesu Christo configuratur, qui unus est "magister bonus" (*Mt.* 19,16), unus "pontifex sanctus" (*Hebr.* 7,26), unus "pastor bonus" qui " animam suam dat pro ovibus suis" (*Io.* 10, 11).

Hinc, ne tanto muneri sit impar, impellitur Episcopus, ut sese peculiari ratione Christo conformet etiam in sua vita personali et in exercitio apostolici ministerii, ita ut sensus Christi (cf. *1 Cor.* 2,16) pervadat totum eius modum cogitandi, sentiendi et sese gerendi in hominum consortione.

Episcopum singularibus virtutibus facultatibusque cumulatum postulant, nostris praesertim temporibus, etiam acriores factae cleri et populi christiani exspectationes, redintegratus Ecclesiae dialogus cum mundo, aucta in regimine Ecclesiae universalis Episcoporum cooperatio, impensior apostolica actio, crebriores opportunitates exercendi in dioecesi sacrum ministerium. Quibus omnibus quasi astringitur Episcopus continuo allaborare, ut in semetipso eluceat totius forma virtutis et studiosa subcrescat voluntas perfectioris in dies sanctitatis acquirendae.

22. Tot laboribus onerata, in tam diversa distracta, Episcopi vita unitatem interiorem et fontem suarum virium invenit imprimis in *caritate pastorali*, quae merito vinculum perfectionis episcopalis[1] est dicenda, quaeque veluti fructus exsistit gratiae et characteris sacramenti primi Ordinis[2].

Hac pastorali caritate Episcopus aptus redditur qui digne ac competenter legatione Christi fungatur (cf. *2 Cor.* 5, 20), semetipsum quotidie pro clero et populo sibi commisso superimpendat et quasi in sacrificium pro fratribus offerat[3]; per eam enim maximopere fovet ac manifestat sensum suae communionis cum Christo Iesu, cum Ecclesia, cum mundo evangelizando.

Hac caritate incensus, Episcopus adducitur ad piam contemplationem et imitationem providentis Dei eiusque salutis dispensationis, in qua sua ipsius missio intexitur.

Cui vero Dominus, bonus Pastor, per Episcopatus sacramentum suas potestates concredidit, illi est amoris officium dominicum pascendi gregem[4], ab eo peramanter vicissim redditur studiosa voluntas vitam et ministerium eodem animo peragendi qui fuit in Christo Iesu, Principe pastorum (cf. *1 Petr.* 5,4) et Episcopo animarum nostrarum (cf. *1 Petr.* 2, 25).

Episcopus ergo tempore et loco, quibus a communione hierarchica ponitur, sacramentum seu signum visibile invisibilis praesentiae Iesu, qui formam servi accepit et fratribus ministravit, sit oportet, "sese coniungens Christo in agnitione voluntatis Patris"[5], ut in veritate dicere possit: "imitatores mei estote, sicut et ego Christi" (*1 Cor.* 4, 16; 11, 1).

23. Caritatem pastoralem reliquas virtutes theologales exigere patet necnon et morales. Illae primum locum obtinent, cum natura sua ad Deum directe hominem referant, et Episcopus nonnisi virtutes theologales ipse exercendo ad Deum se dirigit, ad imitationem Christi qui ait: "in his, quae Patris mei sunt, oportet me esse" (*Lc.* 2, 49).

Ad christianam perfectionem vocatus Episcopus vitam suam ordinat iuxta consilia evangelica et illa verba a Iesu in monte prolata quae *Beatitudines* vocantur (cf. *Mt.* 5, 12), ut, quemadmodum Apostolis mandatum est (cf. *Act.* 1, 8), et ipse testis sit Christi coram hominibus, et divinae gratiae et caritatis atque ceterarum supernaturalium rerum verax et efficax, fidele et credibile documentum.

In Episcopo proinde, praeter caritatem, ceterae quoque virtutes elucere debent, quas inter eae quae sequuntur.

24. *Fides* et animus in fide firmatus, secundum quod de Moyse ex Aegypto ad promissa populum ducente aiunt Scripturae: "invisibilem enim tamquam videns sustinuit" (*Hebr.* 11, 27).

In lumine fidei Episcopus omnia iudicat, omnia operatur, omnia sustinet etiam graviora. Hanc fidem in seipso nutrit aliisque facilius proponit ei coniungendo spiritum *orationis*, immo et contemplationis, et *pietatis* qui praecedat et comitetur omnem ministerii pastoralis actuositatem; sic pericula "activismi", quem vocant, a se propulsat.

Suam fidem Episcopus fulcit assiduo studio verbi Dei scripti et traditi, necnon doctrinae Magisterii ecclesiastici et sanctorum Patrum. "Enutritus verbis fidei et bonae doctrinae" (*1 Tim.* 4,6), suo munere prophetico recte fungitur, quatenus signa temporum animadvertere et interpretari discit, sive quae ad bonum sive quae ad malum sunt (cf. *Mt.* 16, 4), cum per utraque Spiritus aeternam salutem.

9 Cf. S. THOMAS, *Summa Theol.*, Supplem. p. III, q. 40, a. 4., ad 3; CD, n. 11.
10 Cf. AA, n. 10.
11 Cf. CD, n. 15.
12 Cf. LG, n. 41.
13 Cf. CD, n. 16.

1. Cf. PO, n. 14.
2 Cf. LG, n. 21; S. THOMAS, *Summa Theol.*, II-II, qu. 184, a. 5, in C.
3 Cf. PO, n. 14.
4 Cf. S. AUGUSTINUS, *Tract. 123 in Ioann.*: PL 35, 1967.
5 PO, n. 14.

In rebus fidei et morum Episcopus suum esse ducit sentire cum Ecclesia, convenire cum Romano Pontifice. Ut fidelis inveniatur traditae orthodoxae fidei magister et cultor et ab erroribus periculisque tutor, scientiam theologicam diligenter excolit et in dies novis, sed probatis, doctrinis auget. Quibus utiliter coniungit etiam aptam cognitionem quaestionum socialium-religiosarum et culturalium, quatenus hae influant in vitam fidei christianorum, et dummodo in lumine fidei perspiciantur.

Ad haec teneri se sentit Episcopus sive qua pastor dioecesis et Conferentiae episcopalis membrum, sive qua universi ordinis Episcoporum particeps et totius Ecclesiae sollicitus, a Romano Pontifice aliquando forte consulendus aut cum eo ceterisque Collegii membris actus regiminis aut magisterii facturus.

25. *Spes* in Deum, qui suis promissis est fidelis, Evangelium, de quo per fidem vivit Episcopus, et quod hominibus annuntiat in verbo Christi, est "sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium" (*Hebr.* 11, 1). Hac ergo spe nisus, Episcopus a Deo meliora quaeque firmissime exspectat et in eius Providentia maximam fiduciam collocat, cum Paulo dicens: "omnia possum in eo, qui me confortat" (*Phil.* 4,13), beatorum Apostolorum et antiquorum Episcoporum memor, qui etsi magnas difficultates et omne genus impedimenta experiebantur, tamen cum omni fiducia (cf. *Act.* 4,29 et 31; 19,8; 28,31) praedicabant Evangelium Dei.

Spes, quae "non confundit" (*Rom.* 5,5), spiritum missionalem Episcopi acuit, et consequenter spiritum *creativitatis* seu *initiativae*. Scit enim se missum a Deo, historiae dominatorem (cf. *1 Tim.* 1, 17), ad Ecclesiam aedificandam loco, tempore ac momento quae "Pater posuit in sua potestate" (*Act.* 1,7). Hinc etiam sanum *optimismum*, quem vivit ipse et in alios, praesertim in cooperatores suos, veluti transfundit.

26. *Oboedientia* Deo praestanda eiusque voluntati per auctoritatem Ecclesiae significatae. Christus, "factus oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis" (*Phil.* 2,9), Christus cuius cibus fuit ut faceret voluntatem Patris (cf. *Io.* 4, 34), ante oculos Episcopi obversatur ut praecelsum exemplar illius oboedientiae, quae fuit causa nostrae iustificationis (cf. *Rom.* 5,19).

Illi se conformans, Episcopus praeclarum exhibet servitium unitati et communioni ecclesiasticae, et sua agendi ratione demonstrat neminem in Ecclesia posse aliis rite praeesse nisi prius seipsum oboedientiae exemplar praebuerit.

27. *Perfecta continentia* "propter regnum caelorum" (*Mt.* 19,12). Sollemniter promissam ante sacrorum Ordinum susceptionem, eam sic vivit Episcopus ut, vestigia Iesu virginis sequens, Deo et Ecclesiae suum probet indivisum amorem ac plenissimam serviendi voluntatem, atque mundo offerat Regni futuri fulgens testimonium. Hinc etiam, Dei auxilio confisus, Episcopus libenter castigationem cordis et corporis suscipit, non tantum ad disciplinam bene vivendi sed potius ad "mortificationem Iesu" (*2 Cor.* 4, 10) in semetipso semper circumferendam.

Hinc denique presbyteros suos in sancto proposito continentiae servandae per suum exemplum confirmat et tuetur, atque, veluti seminator casti consilii factus, vocationes sacras in dioecesi excitat ac fovet.

28. *Paupertas* animi et vitae. In testimonium Evangelii coram mundo et coram fidelium communitate, Episcopus factis et verbis Pastorem aeternum sequitur, qui propter nos egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopia nos divites essemus (cf. *2 Cor.* 8,9). Itaque, pauper spiritu et re, Episcopus modestam agit vitam, condicionibus socialibus-oeconomicis plurium ex suis filiis apprime consonam, et, numquam census vel status socialis praetextu acceptioni personarum indulgens, omnibus familiariter et humane et simpliciter utitur.

Item modesta ei domus apparatu, cultu et famulatu; modestus habitus et actus; modesta redituum et expensarum ratio.

A se etiam speciem spiritus dominationis aut saecularis administrationis arcet. Patrem quidem omnibus, sed praesertim tenuioribus ac pauperibus se exhibet, ad quos imprimis evangelizandos a Spiritu Sancto unctum se ac missum, ad instar Christi Iesu, existimat (cf. *Lc.* 4, 18).

Insignia sui gradus legitime statuta[6] cum simplicitate defert, nec sine iusta causa deponit. Titulos honorificos, si casus ferat, libenter renuntiat.

Opportuno tempore sic testatur ut, si quid ex altari proveniens sibi forte supersit, id totum ad altare redeat.

Ab officiis denique et administrationibus curandis, necnon a caerimoniis mere civilibus frequentandis ita se temperet, ut omnibus clare appareat eum spiritualibus suis muniis cetera subicere.

29. *Prudentia pastoralis.* In pascendo grege sibi commisso Episcopo maximopere virtus succurrit prudentiae, quae est sapientia ad praxim deducta et ars bene regendi, actus exposcens aptos ad divinum salutis consilium perficiendum, et ad animarum Ecclesiaeque bonum persequendum, omnibus posthabitis mere humanis rationibus.

Hac prudentia ductus, Episcopus robur animi et constantiam colit, normamque iustitiae, postposita cuiuslibet personae acceptione, sancte custodit[7] ipse et ab aliis custodiendam curat.

Prudentiae virtus sensum propriae responsabilitatis acuit, quo pastor probe noscit ac recte applicat non tantum sua sed etiam aliorum in Ecclesia munia ac iura. Prudentia eum facit observatorem quidem legitimarum suae ecclesiae particularis traditionum, at simul probandarum progressionum studiosum, et sollertem novorum inceptorum, quibus non obstet necessaria unitas, inventorem. Ita communitas dioecesana ad meliora progreditur per semitam sani tenoris et debitae ad nova temporum adiuncta accommodationis.

30. Suavitatem in agendo simul cum *fortitudine*, ministerium misericordiae simul cum auctoritate regiminis scit Episcopus amice componere.

Quaedam enim "non aspere, non duriter, non modo imperioso tolluntur, magis docendo quam iubendo, magis monendo quam minando"[8]. Ceterum cotidiana cura pastoralis maiorem praebet Episcopo necessitatem suo marte suoque ingenio decisiones capiendi, ideoque in plures incidit occasiones sese, licet bona fide, fallendi. Quarum humiliter conscius – nam "prima virtus est cognitio infirmitatis"[9] – ad colloquendum cum aliis fit in dies apertior et paratus semper doceri, ad aliena consilia exquirenda recipiendaque inclinatior.

Attamen prudentia, quae est " mater fortitudinis "[10], ab Episcopo fortitudinem quoque deposcit, vi cuius ipse, humanam gratiam amittere minime formidans[11], non dubitat cum Apostolis dicere: "non enim possumus ... non loqui" (*Act.* 4, 20), et libere in Domino contra praevaricatores et praepotentes agere.

31. Praeterquam peculiaribus his supernaturalibus virtutibus, etiam humanis animi ornamentis, in hominum consortio merito aestimatis, Episcopum instructum esse decet, quae ex caritate profluentem pastora-

6 Cf. PAULUS PP.VI, Motu proprio *Pontificalia insignia*, 21 iulii 1968: AAS 60, 1968, pp. 374-377; SECRETARIA STATUS, Instructio 31 martii 1969: AAS 61, 1969, pp. 334-335.
7 Cf. S. GREGORIUS MAGNUS, *Epist.* II, 18: PL 77, 554.
8 S. AUGUSTINUS, *Epist.* I, 22: PL 33, 92.
9 S. GREGORIUS MAGNUS, *Epist.* VII, 5: PL 77, 778.
10 S. BERNARDUS, *De consideratione*, I, 8: PL 182, 737.
11 Cf. S. GREGORIUS MAGNUS, *Regula pastoralis*, II, 4: PL 77, 30.

http://www.obrascatolicas.com

lem prudentiam adiuvent et ad operosam, assiduam et sapientem animarum curam perducant et ad regimen cleri populique bene gerendum[12].

In quorum numero haec computari possunt: affluens humanitas, animus bonus et honestus, constans ac sincera indoles, mens omnibus patens et providens alienique gaudii et doloris particeps, assiduae iustitiae cura, sui ipsius fortis disciplina, urbanitas, patientia et modestia, ad homines alloquendos et audiendos sana inclinatio, prompta voluntas se donandi in proximi servitium[13].

Caput V

DE RATIONIBUS IN EXERCENDA AUCTORITATE AB EPISCOPO OBSERVANDIS

32. Episcopi vera auctoritate in clerum et populum christianum pollent, cum Apostolis succedant[1] et eorum loco missionem ipsis concreditam continuent. Agitur vero de auctoritate indolis pastoralis et vicariae, ab auctoritate humanarum societatum toto caelo diversa, quippe cui exercendae ut regula fundamentalis proponatur humile et fraternum servitium (cf. *Mt.* 20, 26).

Igitur Episcopus, ad imaginem summi et aeterni Pastoris, sancte et alacriter, humiliter et fortiter exsequitur ministerium suum[2]. Propterea in exercenda sua sacra potestate semper se praebet: *humanitate* divitem, sicut Iesus homo perfectus; *mitem et lenem*, "per mansuetudinem et modestiam Christi" fideles obsecrantem (*2 Cor.* 10, 1); *humilem*, sibi conscium proprias vires debiles esse ipsumque unum de grege Christi numerari, sicut et ceteros venia fratrum egere et ad suam salutem operandam "cum metu et tremore" (*Phil.* 2, 12) vocari; *patientem* in rebus adversis tolerandis propter Regnum Dei; *fortem* et *firmum* in recte latis sententiis; *prudentem*, qui sua onera assumat et cum fidelibus colloquia foveat; *sollicitum* de commisso sibi grege.

Cum nomen pastoris non ad quietem sed ad laborem susceperit[3], Episcopus auctoritatem suam in spiritu *servitii* exercet, eam existimans tamquam vocationem ad totius Ecclesiae servitutem[4].

33. Summa lex certusque canon rerum agendarum consiliique capiendi in communitate ecclesiali est salus animarum: cui legi etiam exercitium auctoritatis oboedire debet. Hanc ergo legem adimplens, ita Episcopus suam auctoritatem exercet ut tamquam auxilium paternum fideles eam suscipiant, non iugum quo opprimantur. Proinde ovibus suis alacrem modestumque ducatum praestat, onera gravia et importabilia non imponit (cf. *Mt.* 23, 4), sed tantum Christi Domini eiusque Ecclesiae praecepta urget, et quae, vinculo caritatis et communionis servato, sunt vere necessaria aut valde utilia. Hinc Episcopus pro viribus sociam aliorum exposcit operam, per gradus fines actioni pastorali proponit, expedite et effuse presbyteros, religiosos ac laicos adit et audit.

34. Auctoritatem exercens in servitium fidelium communitatem fidei et amoris efformantium, eorum legitimam libertatem diversimode opinandi Episcopus sedulo observat. De variis quaestionibus omnes, quorum interest, pro viribus consulit; pro sua parte, quantum iustitia et caritas sinunt, notitias integras et accuratas exquirentibus non denegat; colloquia inter fideles diversarum condicionum et aetatum fovet, firma lege ut, quando agatur de determinandis rationibus actionis pastoralis et de mediis ad id capessendis, post audita et excussa consilia, decisio rite spectet ad Episcopum qui, pro gravitate rei et prudenti suo iudicio, eam fert aut singulariter aut collegialiter.

35. Antequam propositum aliquod ratum ducant, Episcopus eiusque cooperatores, vestigia sectantes Oecumenicae Synodi Vaticanae II[5], rationem habent etiam contextus socialis-religiosi nostrorum temporum necnon et loci particularis in quo ipsi operantur, quippe qui non parum influant in modum cogitandi ac vivendi vitam christianam; his recte exploratis, ope quoque adhibita, si casus ferat, hac in re peritorum, actionem suam pastoralem melius dirigere possunt ad fidem caritatemque extruendas, pericula cavenda, errores indigitandos.

36. Christianum auctoritatis exercitium postulat quoque, ut sedulo removeantur omnes psychologicae causae, quae duritiae vel segregationis vel deceptionis sensum, et alia huiusmodi, in animos inducere possint. Proinde Episcopus in sui agendi ratione ea omnia vitat quae hinc imperiosum dominium aut mere iuridicam administrandi speciem, illinc affectatum paternitatis sensum (vulgo paternalismo) sapiunt; exercet, e contra, illam amoris "diaconiam" ex qua apostolicum ministerium nomen ipsum accepit[6]. Regiminis enim ministerium tum sapientiae divinae adhaerescat oportet, qua ipse aeternas rerum rationes contempletur, tum prudentiae evangelicae, qua variis aedificandi Corporis Christi necessitatibus, ut sapiens architectus (cf. *1 Cor.* 3, 10), semper intendat.

37. Optima auctoritatis exercendae ratio, ad quam Episcopus tendit et cooperatores suos informat, illa est qua, dum legum observantiam ipse ad veritatem aequitatemque tutandam urget, sociatum laborum onus simul excitat ac fovet, in suo cuiusque ordine, sive sacrorum ministrorusm sive religiosorum ac laicorum. Licet enim obsequium et reverentia sint praestanda iis qui partes in Ecclesia gerunt unius summi pastoris Christi Iesu[7], "vera tamen inter omnes viget aequalitas quoad dignitatem et actionem cunctis fidelibus communem circa aedificationem Corporis Christi"[8].

38. Ad rationem auctoritatis exercendae in spiritu servitii pertinet quoque officii renuntiatio, quo tempore salus animarum et bonum ecclesiae particularis id postulent. Proinde Episcopus dioecesanus, cum ob defectum virium aut magnam sese aptandi novis tempestatibus difficultatem aliamve gravem causam implendo suo officio minus aptus evadat, expedite et mature Romano Pontifici ipse officii renuntiationem defert, vel Auxiliarem aut Coadiutorem ab eodem petit aut grato animo accipit[9].

Suadetur, ut Episcopus Auxiliarem petat etiam quando gravatur officiis sibi rite collatis in bonum Ecclesiae universalis vel plurium dioecesium.

PARS SECUNDA

DE MINISTERIO EPISCOPI IN ECCLESIA UNIVERSALI

Caput I

DE EPISCOPO IN ECCLESIAE COMMUNIONE HIERARCHICA

39. Christus Dominus opus salutis exercet et populum suum pascit per beatum Petrum ceterosque Apostolos, et per eorum in munere successores, qui sunt Romanus Pontifex ceterique Episcopi.

Porro, "sicut, statuente Domino, sanctus Petrus et ceteri Apostoli unum Collegium apostolicum constituunt, pari ratione Romanus Pontifex, successor Petri, et Episcopi, successores Apostolorum, inter se coniunguntur [...] Collegium autem seu corpus Episcoporum auctoritatem non habet, nisi simul cum Pontifice Romano, successore Petri, ut capite eius intellegatur, huiusque integre manente potestate Primatus in omnes sive Pastores sive fideles. Romanus enim Pontifex habet in Ecclesiam, vi muneris sui, Vicarii scilicet Christi et totius Ecclesiae Pastoris, plenam, supremam et universalem potestatem, quam semper libere exercere valet"[1].

40. "Ordo autem Episcoporum, qui collegio Apostolorum in magisterio et regimine pastorali succedit, immo in quo corpus apostolicum continuo perseverat, una cum Capite suo Romano Pontifice, et nunquam sine hoc Capite, subiectum quoque supremae ac plenae potestatis in universam Ecclesiam exsistit, quae quidem potestas nonnisi consentiente Romano Pontifice exerceri potest"[2].

Omnes Episcopi "simul cum Papa totam Ecclesiam repraesentant in vinculo pacis, amoris et unitatis"[3].

41. Quivis Episcopus "vi sacramentalis consecrationis et hierarchica communione cum Collegii Capite atque membris"[4], constituitur membrum Corporis episcopalis, et cum omnibus in Episcopatu fratribus coniungitur, qui, una cum Romano Pontifice et sub eiusdem auctoritate, communi consilio in solidum curam totius Ecclesiae gerunt.

42. Una et unica Ecclesia catholica exsistit in ecclesiis particularibus et ex iis[5], quae, veluti eiusdem portiones, singulae singulis Episcopis sunt commissae: unde totum mysticum Christi Corpus est etiam corpus ecclesiarum[6].

Potestas qua singuli Episcopi, in sua quisque dioecesi, funguntur est "propria, ordinaria et immediata, licet a suprema Ecclesiae auctoritate exercitium eiusdem ultimatim regatur et certis limitibus, intuitu utilitatis Ecclesiae vel fidelium circumscribi possit. [...] Ipsis munus pastorale seu habitualis et cotidiana cura ovium suarum plene committitur, neque vicarii Romanorum Pontificum putandi sunt, quia potestatem gerunt sibi propriam verissimeque populorum quos regunt, Antistites dicuntur. Eorum itaque potestas a suprema et universali potestate non eliditur, sed e conra asseritur, roboratur et vindicatur, Spiritu Sancto constitutam a Christo Domino in sua Ecclesia regiminis formam indefectibiliter servante"[7].

43. Episcopus igitur, hierarchicae communionis nexu cum Romano Pontifice et cum Collegio Episcoporum coniunctus, ministerium apostolicum in ecclesia particulari gerendum suscipiens, pro sancto habet quod, bene regendo propriam ecclesiam ut portionem Ecclesiae universalis, efficaciter ipse confert ad bonum totius mystici Christi Corporis[8].

Itaque personaliter vivit et maximopere fovet inter fideles sibi commissos sensum catholicum, quo pastor eiusque grex, praetergredientes sollicitudines etiam legitimas suae circumscriptionis localis, sua faciant gravia problemata Ecclesiae universalis, sive ad eandem (v. g. problema missionale), sive ad alias communitates christianas (problema oecumenicum), sive ad mundum (problema dialogi cum mundo) spectantia.

Episcopus in spiritu fidei sibi est conscius totam pastoris et gregis vitam et actionem influere, vi communionis sanctorum, in universam Ecclesiam, et ex huius ubertate vicissim haurire.

Caput II

DE EPISCOPI COOPERATIONE CUM ROMANO PONTIFICE

44. *De Episcopi rationibus cum Successore Petri.*

a) Episcopus sincere ac reverenter agnoscit munus et charisma Romani Pontificatus in Ecclesia, vi cuius successor Petri in sede romana constituitur Vicarius Christi et Ecclesiae universalis pastor. Proinde, quantum in se ipso est positum, Episcopus maximi facit et colit fraternam communionem caritatis et oboedientiae cum Romano Pontifice. Verbo et opere etiam apud clerum et omnes christifideles suae dioecesis eosdem filiales sensus fovet, qui signum exstant et vinculum necessariae unitatis in fide et caritate Christi Iesu. Ex animo ipse eiusque communitas consilia et incepta, desideria, gaudia et sollicitudines participant Romani Pontificis.

b) Ordinario etiam illius magisterio religioso animi obsequio[1] adhaeret, idque in dioecesi scriptis et sermonibus aliisque communicationis subsidiis diffundit, commendat et, si casus fert, defendit.

c) Episcopi est cum ceteris in Episcopatu fratribus conferre, diversa quidem ratione, sive ad Magisterium ordinarium Ecclesiae sive ad ipsum Magisterium pontificium quod attinet. Proinde suum officium erga universalem Ecclesiam bene sciens, et probe considerans publicam communicationem sermonis hodie facili divulgari notitia, praesertim si a communibus sententiis Papae et Episcoporum discrepet, Episcopus publice aut agere aut disserere de Ecclesiae negotiis, urgentioribus licet sed valde implicatis et difficilioribus, sedulo vitat, neque in discrimen inducit suam ipsius auctoritatem suumque et fratrum Episcoporum magisterium: adit potius ordinarias vias fraternae communicationis cum Sede Apostolica et aliis Episcopis.

d) Cum Praelato qui Romanum Pontificem in sua natione repraesentat, Episcopus, sive singulariter sive una cum sua Conferentia episcopali, fiduciales necessitudines fovet.

e) Documenta prolata a Romanae Curiae Dicasteriis, quae nomine et auctoritate Romani Pontificis "munus suum explent in bonum Ecclesiarum et in servitium Sacrorum Pastorum"[2] reverenter excipit et ad effectum adducit meliore et sollertiore, quo poterit, modo, clericis et laicis suae dioecesis eadem explanando.

45. *Quibus rationibus Episcopus personaliter cum Romano Pontifice cooperetur.* Praecipuam ac fundamentalem cooperationem praebet Episcopus supremo Pastori Ecclesiae universalis bene regendo ecclesiam particularem sibi commissam et rite utendo potestate ac facultatibus sibi competentibus[3].

Insuper cum Romano Pontifice multis aliis rationibus potest cooperari, uti, exempli gratia, his quae sequuntur:

a) Consilia, notationes, suggestiones, Ecclesiae pericula vel datas benefaciendi occasiones aliasve opportunas rationes Episcopus Papae, debita cum reverentia, proponit, quibus utilius Primatus ministerium evadat atque ecclesiastica officia ac instituta aptiora semper fiant muneribus explendis.

b) De quaestionibus sibi propositis Episcopus responsa remittit, post habitam studiosam rerum investi-

12 Cf. LG, nn. 24-27; CD, nn. 13, 16, 28.
13 Cf. PO, n. 3.
1 Cf. LG, n. 20.
2 Cf. LG, n. 41.
3 Cf. S. GREGORIUS MAGNUS, *Epist.* II, 2,3: PL 77,559.
4 Cf. ORIGENES, *In Is. Hom.* VI, 1: PG 13, 239.
5 Cf. GS, nn. 4-10; 18-20.
6 Cf. LG, n. 24.
7 Cf. LG, nn. 18, 21, 32.
8 LG, n. 32.
9 Cf. CD, nn. 21, 25; ES, I, nn. 11, 13.
1 LG, n. 22.
2 LG, n. 22.
3 LG, n. 23.
4 LG, n. 22.
5 Cf. LG, n. 23.
6 *Ibid.*
7 LG, n. 27.
8 Cf. LG, n. 23.
1 Cf. LG, n. 25.
2 CD, n. 9; cf. PAULUS PP. VI, Const. Apost. *Regimini Ecclesiae universae*, 15 aug. 1967: AAS 59, 1967, p. 887.
3 Cf. CD, n. 8.

http://www.obrascatolicas.com

gationem precesque ad Deum profusas, de quibus Apostolica Sedes sententiam rogaverit, praecipue si Membri vel Consultoris alicuius Dicasterii Commissionisve Curiae Romanae officio fungatur.

c) Sive personaliter sive per Conferentiam episcopalem nomina indigitat clericorum, quos ad Episcopatum idoneos in Domino iudicaverit[4], necnon laicorum ad munera sibi propria in Ecclesia universali suscipienda idoneorum.

d) Si Apostolica Sedes aliquod ei negotium committat, libenter suscipit ac diligenter persolvit.

e) Vocatus forte ad Synodum Episcoporum, vel de rebus in ea agendis sententiam rogatus, id munus quam maxima potest diligentia explet, sciens per illud supremo Ecclesiae Pastori validiorem praestari adiutricem operam[5].

f) Visitationem ad limina peragens laetam arripit occasionem videndi Petrum (cf. *Gal.* 1, 18), cum eoque de rebus suae particularis necnon universalis Ecclesiae fraterne colloquendi.

g) Relationes quinquennales de statu diocesis diligenter conficit matureque ad Romanam Curiam mittit.

46. *De cooperatione pro evangelizandis populis.* Episcopus summo studio cum Sede Apostolica cooperatur in evangelizatione gentium.

Excitandum sancteque colendum ardentem animum apostolicum et missionalem curat alumnorum Seminarii, clericorum et presbyterorum, religiosorum omniumque christifidelium, eorum praesertim qui consociationibus catholicis sunt ascripti.

Perlibenter et grato Deo animo ex suis clericis quosdam ad specialem apostolatum missionalem vocari videt, immo iis omnimodo favet et, quo ei datur facultas, consiliis initis cum Apostolica Sede et Conferentia episcopali, studet alicui particulari ecclesiae missionali directe consulere, dioecesi homines opesque suppeditante[6].

Opes pro viribus affert, ut incepta apostolatus Ecclesiae universalis (v. g. Pontificalia Opera Missionalia) ab Apostolica Sede promota, toto orbe floreant neque necessariis destituantur auxiliis sive spiritualibus sive oeconomicis[7]. Peculiarem collationem, quae *Obolus Sancti Petri* nuncupatur, non praetermittit, ut Romana Ecclesia valide munus suum adimpleat praesidendi caritati universali.

47. *De cooperatione pro Ecclesiis persecutionem patientibus aut penuria laborantibus.* Episcopus vires suas sociat cum Apostolicae Sedis viribus ad subveniendum ecclesiis quae persecutionem patiuntur aut gravi cleri opumve penuria laborant[8].

48. *De cooperatione pro inceptis oecumenicis.* Episcopus se obligari scit officio consociatis viribus promovendae unitatis redintegrationis inter universos christianos, et spiritus oecumenicae communionis in clero ceterisque fidelibus diffundendi. Opportunis inceptis proinde curat, ut inter omnes in Christum credentes mutua rerum animorumque cognitio, communis oratio et caritas crescant et roborentur, iuxta vota et normas Concilii Vaticani II et instructiones ab Apostolica Sede datas[9].

4 Cf. ES, I, n. 10; CONSILIUM PRO PUBLICIS ECCLESIAE NEGOTIIS, *Normae de promovendis ad Episcopale Ministerium in Ecclesia Latina*, 25 martii 1972, art. I: AAS 64, 1972, p. 387.
5 Cf. CD, n. 5.
6 Cf. AG, n. 38; ES, III, nn. 4-8; S. CONGR. PRO GENTIUM EVANG., Instructio *De ordinanda cooperatione missionali Episcoporum quoad Pontificia Opera Missionalia necnon incepta particularia dioecesium pro Missionibus*, 24 febr. 1969: AAS 61, 1969, pp. 276-281.
7 Cf. CD, n. 6.
8 Cf. CD, nn. 6-7; ES, I, nn. 1-5.
9 Cf. UR, nn. 5-12; SECRET. AD CHRISTIAN. UNITATEM FOVENDAM, *Directorium ad ea quae a Concilio Vaticano II de re oecumenica promulgata sunt exsequenda*, pars I, 14

49. *De cooperatione pro internationalibus catholicis inceptis.* Pariter opem suam, pro viribus, Episcopus praebet, ut bene cedant internationalia catholica inceptа et instituta[10], quae Apostolica Sedes promovet pro pace et iustitia in mundo, pro populorum progressione, et alia huiusmodi[11].

Caput III

DE EPISCOPI COOPERATIONE CUM COLLEGIO EPISCOPALI

50. *De Episcopi rationibus cum Collegio Episcopali.* *a*) In Corpus Episcoporum uti membrum cooptatus, Episcopus fit *homo apostolicus*, quasi catenae anulus, qua duodecim Apostolorum ordini, per numquam interruptam seriem manuum impositionum ac plenitudinis sacri ministerii collationum, ultimo coniungitur[1], et authenticus idcirco constituitur testis et magister apostolicae Traditionis. Qua re obligatur ut ex omni parte et sincere fidelis sit doctrinae et praxi Apostolorum[2], necnon apostolicam vivendi formam imitetur, Apostolos habens exemplaria et magistros vitae pastoralis.

b) Episcopus singulus, licet, interveniente missione canonica, pastor constituatur determinatae portionis gregis Christi, in cuius servitium suam exercet sacram potestatem, tamen per Episcopatus sacramentum et hierarchicam communionem fit *homo catholicus*, idest in partem vocatus sollicitudinis omnium ecclesiarum (cf. *2 Cor.* 11, 28) ut, una cum ceteris Episcopis, allaboret ad aedificationem totius Ecclesiae.

Itaque, in communione fraterna cum ceteris Collegii membris se gerens, unionem et affectum collegialem annititur semper excolere, modis ac rationibus quae bonum Ecclesiae universalis exigit et ius canonicum determinat.

51. *De collegialitatis exercitio in Concilio Oecumenico.* Oecumenico Concilio ceterisque formis, quibus vere collegialiter res geruntur, singulis Episcopis ius est et officium, ut intersint et operam navent pia cum oratione sedulaque investigatione, et consortes sint consiliorum et sententiarum in bonum Ecclesiae universae[3].

52. *De Episcopo quoad Synodum Episcoporum.* Ad Synodum Episcoporum, quae Collegium episcopale quadam ratione repraesentat, vocatus ut ipse intersit vel participantes suo suffragio designet vel de rebus in Synodo agendis consilium conferat, Episcopus hoc munus sollerti studio adimplet, prae oculis habens gloriam Dei et utilitatem sanctae Ecclesiae.

Post Synodum, sententias aut decisiones a Synodo latas et a Romano Pontifice adprobatas, sincere accipit et exsequitur.

53. *De singulorum Episcoporum mutua necessitudine.* Praeclarum testimonium caritatis fraternae et collegialis affectus reddit Episcopus cum fratribus, praesertim finitimis et egentioribus, iuxta venerandum antiquitatis exemplum, libenter adiutorium pro viribus praebet[4], eorum difficultates benevolenti animo agnoscens eisdemque subveniens.

Pro cuiusque dioecesis facultatibus, ubi adiuncta id suadeant, Episcopi presbyteros, hac de re consentien-

1 Cf. LG, nn. 18-20.
2 Cf. LG, nn. 20-21.
3 CD, n. 4.
4 Cf. LG, n. 23.
mali 1967: AAS 59, 1967, pp. 574-592; pars II, 16 apr. 1970: AAS 62, 1970, pp. 705-724.
10 Cf. CONSILIUM DE LAICIS, *Directorium respiciens normas quibus Instituta Internationalia Catholica definiuntur*: AAS 63, 1971, pp. 948-956.
11 Cf. IM, n. 18; SYNODUS EPISCOPORUM, 1971, *De iustitia in mundo*: AAS 63, 1971, pp. 923-942; PAULUS PP. VI, Litt. encycl. *Populorum progressio*, 26 martii 1967: AAS 59, 1967, pp. 257-299.

tes, sibi invicem in auxilium mittunt, Seminaria consociant, cursus interdioecesanos pro clero vel religiosis vel laicis promovent, apostolatus vel culturae opera, quoties id utile videatur, simul componunt; et alia huiusmodi[5], etiam in campo nationali vel internationali.

PARS TERTIA

DE EPISCOPI MINISTERIO IN ECCLESIA PARTICULARI

PROOEMIUM

54. Tertia huius Directorii pars, quae, uti patet, ceteris amplitudine longe praestat, Episcopum spectat in habitualem et cotidianam ovium suarum curam incembentem[1].

In medio consistens ecclesiae particularis sibi commissae, a suo presbyterio circumdatus, religiosorum ac laicorum utens auxiliis, Episcopus plebem sibi, veluti pastori gregem, adhaerentem[2] nomine et auctoritate Christi docet, sanctificat, dirigit.

Ecclesia particularis, cum Ecclesiam universalem quam perfectissime repraesentare tenetur[3], et ipsa, vera quadam ratione, ad instar primaevae congregationis christianae, de qua luculenter refert liber Actuum Apostolorum, spectari debet ut:

– *communitas fidei*, indesinenter per verbum Dei docenda;

– *communitas gratiae*, in qua Eucharistiae sacrificium celebratur, sacramenta conficiuntur et dispensantur, oratio fit sine intermissione ad Deum (cf. *Act.* 12, 5);

– *communitas caritatis*, sive spiritualis sive materialis, ex Eucharistia tanquam e fonte promanantis;

– *communitas apostolatus*, in qua omnes vocantur ad diffundendas sive intra sive extra investigabiles divitias Christi (cf. *Eph.* 3, 8);

– *communitas hierarchica*, in sua ad Dominum peregrinatione eorum ordinationi commissa, quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei (cf. *Act.* 20, 28).

Hi varii aspectus ecclesiae particularis inter se intime coniunguntur, licet, claritatis causa, in Directorio seorsim considerentur.

Episcopus dioecesanus, divinitus missus ad praesidendum et serviendum huic multiformi communitati, eiusdem aspectus, qui sua varia ministeria, iuxta voluntatem Christi, postulant, vincire et harmonice componere studet.

Quo efficacius id fiat, ecclesia particularis quibusdam structuris seu instrumentis indiget quae, licet humana et mutabilia, ad bonum communitatis ordinantur. Etenim divinus "architectus aedificat per machinas transituras domum mansuram"[4].

Hinc patet divisio materiae huius tertiae partis Directorii in duas sectiones, quarum prior de variis Episcopi ministeriis, altera de structuris dioecesanis agit.

Sectio I

DE VARIIS EPISCOPI MINISTERIIS

Caput I

DE EPISCOPO MAGISTRO IN COMMUNITATE FIDEI

I — DE EPISCOPI MAGISTERIO

55. *De momento et obligatione praedicationis.* "Inter praecipua Episcoporum munera eminet praedicatio

5 CD, n. 6; OT, n. 7; AG, nn. 26-27, 38; ES, I, n. 7.
1 Cf. LG, n. 27.
2 Cf. S. CYPRIANUS, *Ep.* 66, 8: CSEL, 3, 733.
3 Cf. AG, n. 20.
4 S. AUGUSTINUS, *Sermo* 362: PL 39, 1615.

Evangelii. Episcopi enim sunt fidei praecones, qui novos discipulos ad Christum adducunt, et doctores authentici seu auctoritate Christi praediti, qui populo sibi commisso fidem credendam et moribus applicandam praedicant, et sub lumine Sancti Spiritus illustrant, ex thesauro Revelationis nova et vetera proferentes (cf. *Mt.* 13, 52), eam fructificare faciunt erroresque gregi suo impendentes vigilanter arcent (cf. *2 Tim.* 4, 1-4)"[1].

Igitur Episcopus ipse, sicuti Apostolus, segregatus in Evangelium Dei (cf. *Rom.* 1, 1), eius defensor (cf. *Phil.* 1, 16) et confessor inconfusibilis (cf. *Rom.* 1, 16), cuncto gregi suo constituitur magister authenticus, testis fidei, custos et iudex eorum quae ad fidem et mores pertinent.

Episcopus ministerio verbi instare tenetur (cf. *Act.* 6, 4), illud religiose meditari et fideliter proclamare[2]. Nisi legitimum impedimentum obstet, ipsemet verbum Dei praedicat; eius praedicatio Sacrarum Scripturarum pabulo nutritur ac regitur[3], ut omnes Deo revelanti obœditionem fidei praebeant[4].

Presbyteros suos conscios facit peculiare et omnino necessarium officium pastoris animarum esse evangelizare verbum Dei.

56. *De obiecto Magisterii episcopalis.* Mysterium salutis, quod in Christo impletur, Episcopus ita annuntiat, ut Iesus Christus Dominus noster tamquam centrum totius vitae fidelium totiusque humanae historiae manifestetur. Institutione autem de moribus, doctrina Sacrae Scripturae nutrita, illustrat celsitudinem vocationis fidelium in Christo, eorumque obligationem enuntiat in caritate et iustitia pro mundi vita fructum ferendi[5].

Etiam de re sociali principia theologica, adiunctis concretis suae dioecesis applicata, Episcopus proponit, "quanti scilicet, iuxta doctrinam Ecclesiae, aestimanda sit persona humana, cum sua libertate et ipsa corporis vita; familia eiusque unitas et stabilitas, prolisque procreatio et educatio; civile consortium cum suis legibus et professionibus; labor et otia, artes et technica inventa; paupertas et opum affluentia". Rationes denique exponit quibus "solvendae sunt de bonorum materialium possessione, incremento ac recta distributione, de pace et bello, de fraterna omnium populorum conversatione gravissimae quaestiones"[6].

57. *De genere sermonis adhibendo.* Operi praedicationis incumbens, Episcopus non solum de argumentis eligendis curat, et de modo bene et concinne dicendi, sed etiam genere utitur sermonis fide imbuti, qui divinas litteras sapiat et pastoralem caritatem expromat, qui menti Ecclesiae adhaereat et plurimas hodierni hominis necessitates intellegat; numquam obliviscitur suum esse officium, luce suae vitae praeeunte, Evangelium proclamare et omnibus notam facere magnitudinem et veritatem et potentiam verbi Dei (cf. *1 Cor.* 2,4), non solum scholarum dissertationes elucubrare.

58. *De evangelizatione.* Fundamentalis forma qua Episcopus suum docendi officium adimplet est evangelizatio eorum qui nondum in Christum credunt aut a fide christiana, theoretice vel practice, defecerunt. Totam suam et suorum cooperatorum, immo et universae communitatis curam ad hoc officium instanter spectare nititur.

1 LG, n. 25.
2 Cf. DV, n. 1.
3 Cf. DV, n. 21.
4 Cf. DV, n. 5.
5 Cf. OT, n. 16.
6 CD, n. 12; cf. GS, nn. 33 et ss.; SYNODUS EPISCOPORUM, 1971, *De iustitia in mundo*: AAS 63, 1971, pp. 923-942; PAULUS PP. VI, Litt. encycl. *Populorum progressio*: AAS 59, 1967, pp. 257-299; Epist. Apost. *Octogesima adveniens* 14 mali 1971: AAS 63, 1971, pp. 401-441.

http://www.obrascatolicas.com

59. *De magisterio homiletico.* Peculiaris praedicationis forma pro communitate iam evangelizata exstat *homilia*, quam Episcopus inter divinorum officiorum sollemnia sermone quidem plano, familiari et omnium adstantium captui accommodato, pronuntiat e textu sacro mirabilia Dei ac mysteria Christi recolens et vitae christianae legibus fideles instituens.

Homilia, cum post lectionem divinam in actionibus liturgicis habetur, quae sunt omnis vitae Ecclesiae culmen et fons[7], ceteris praedicationis formis praestat et quodammodo eas recipit, *cathechesim* praesertim. Quam, si Episcopus raro vel difficilius ex professo per se ipse agere queat, homilia efficaciter praebet, summas veritates christianas e liturgia diei, nisi ratio pastoralis aliud suadeat, breviter et pressius expromens.

Quo vero facilius animi attingantur et ad veritatem alliciantur, debet Episcopus apprime cognoscere mentem, consuetudines, adiuncta, pericula, praeiudicatas opiniones personarum ac coetuum quos alloquitur, et formam sui magisterii eorum captui, ingenio, necessitatibus indesinenter aptare ita ut unusquisque de fontibus salutis (cf. *Is.* 12, 3) et sacrae doctrinae thesauro possit cum gaudio haurire.

60. *De Litteris Pastoralibus.* Episcopus doctrinam catholicam proponit etiam per litteras pastorales, quae opportune in ecclesiis et oratoriis publicis leguntur, sed opportunius per domos, typis editae, distribuuntur vel aliis communicationis socialis instrumentis passim diffunduntur, ut ab omnibus cognosci possint.

Novae inveniri possunt rationes ad easdem litteras conficiendas: v. g. presbyteros necnon religiosos et laicos, Consilium presbyterale et pastorale impellendo, ut res agendas et vulgatas opiniones exsolvendas proponant, itemque negotia indigitent ad bonum dioecesis spectantia, de quibus Episcopus per litteras pastorales agat.

Sint sane litterae breviores, frequentius tamen quam consueverat edi poterunt, ne magisterium Episcopi sileat cum ecclesiae particularis casus expostulant illius vocem. Cum vero quaestio pertractanda occurrit, quae fines dioecesis excedat, tunc sensus communionis hierarchicae cum Romano Pontifice ceterisque collegis necnon summum unitatis studium in bonum Ecclesiae universalis aut plurium ecclesiarum particularium maximam ab Episcopo exquirunt prudentiam, ne aliis praeiudicium fiat.

61. *De specialibus Episcopo datis docendi occasionibus.* Nullam praetermittit Episcopus sibi factam facultatem fideles, praesertim quorumdam coetuum, alloquendi colloquiis vel lectionibus de rebus religiosis: v. g. magistros, librorum et diariorum scriptores, magistratus, instrumentorum communicationis socialis effectores; uno verbo: quotquot educationi vel informationi vel vulgandis opinionibus operam navant[8].

62. *De Episcopi cooperatoribus in praedicatione deque eorum institutione.* Primi Episcopi cooperatores in praedicandi ministerio presbyteri exsistunt, inter quos eminent parochi, diaconi ceterique oratores e clero dioecesis vel aliarum dioecesium ac religiosi. Episcopus, quantum in ipso est positum, curat, ut hi cooperatores congrua scientia theologica et pastorali polleant per peculiares scholas, sive theoreticas sive practicas, et per cursus de hac re in auxilium praedicatorum initos. Curat insuper, ut Seminarii alumni efficaciter ad munus praedicandi praeparentur, etiam quod ad psychologiam et litteras et stilum et vocem et cetera huiusmodi spectat.

In verbi Dei diffusione inaestimabile auxilium praestare possunt religiosi, religiosae et laici. Est proinde E-

7 Cf. SC, n. 10.

8 Cf. PONT. CONSILIUM INSTRUMENTIS COMMUNICATIONIS SOCIALIS PRAEPOSITUM, Instr. *Communio et progressio*, 23 maii 1971, n. 106: AAS 63, 1971, p. 631.

piscopo curae, ut hi ad id ministerium apte parentur; eorum vero opera Episcopus libenter utitur.

63. *De theologorum opera utenda.* Quo melius fidei doctoris et iudicis ministerio fungatur, licet veritatis charisma certum cum episcopatus successione accepit[9], peropportune Episcopus theologos adit, qui ipsi auxilium ferant sive in magisterio exercendo pro dioecesis fidelibus, sive in consilio operaque praestandis Conferentiae episcopali vel Synodo Episcoporum vel Apostolicae Sedi vel tandem Oecumenco Concilio.

64. *De generali praedicationis ratione.* Cum homilia aliaeque traditae praedicationis formae nostris temporibus iam non censeantur sufficere, Episcopus, nisi Conferentia episcopalis nationalis unicam generalem praedicationis rationem pro toto territorio paraverit, ipse pro sua dioecesi eandem conficere potest, quam religiosa cuiusvis coetus institutio sequatur.

Episcopus itaque, auditis peritis de re theologica et catechetica, in omnibus suae dioeceseos ecclesiis, etiam religiosorum, populo patentibus, praedicationem promovet et ordinat et moderatur, praesertim quod attinet:

a) ad *homiliam*, quae numquam omittenda est in Missis quae diebus dominicis et festis concurrente populo celebrantur[10] necnon in Missa matrimonii[11] et ceteris Missis ritualibus iuxta rubricas, et insuper valde commendatur in feriis adventus, quadragesimae et paschae, ut Christi paschale mysterium in Eucharistia repraesentatum omnibus innotescat et in fide celebretur;

b) ad *catechesim sacramentorum*, quae habenda est sive per congruum tempus ante eorum receptionem sive breviter in ipsa celebratione,ut fideles sacramentis congrue initientur eademque digne suscipiant;

c) ad *catechesim iuxta ordinem faciendam*, lectionibus variarum aetatum coetibus accommodatis, in ecclesiis et locis aptis, secundum rationem per anni cursum digestam, attento studio elaboratam.

Ad catechesim fructuosius tradendam, Episcopus attente considerat et in praxim deducit principia, consilia et normas de hac re ab Apostolica Sede data[12].

65. *De vigilantia pro sana verbi Dei expositione.* Episcopi est non solum personaliter Evangelii operi incumbere, verum etiam omni ministerio verbi praeesse, quod gregi commisso impenditur, et opportune invigilare ut omnes verbi Dei operatores – etiam religiosi exempti – bene sacra scientia sint edocti, prudentia et caritate apostolica ferveant. Doctrinas a fide alienas proponere audentes tempestive arguit et emendari renuentes praedicandi aut docendi facultate privat.

Cum autem et laici de rebus religiosis publicas dissertationes et relationes habere possint – quod utinam plerique sapienter faciant, munus suum propheticum ad actum adducentes[13] – Episcopus de iisdem etiam vigilat, eo quidem modo quo eorum dignitas et munus in Ecclesia agnoscatur et promoveatur[14].

Qua prudentia Episcopus adhuc magis ducitur quando agitur de vigilantia exercenda, quoad rem religiosam, super instrumenta communicationis socialis quae ab auctoritate ecclesiastica minime pendent.

II – DE ALIIS EPISCOPI OFFICIIS QUOAD FIDEM TRADENDAM ET CUSTODIENDAM

66. *De religiosa in scholis institutione.* *a*) Episcopo summopere cordi est, ut in omnibus scholis suae dioe-

9 Cf. DV, n. 8.

10 Cf. SC, n. 52.

11 Cf. SC, n. 78.

12 Cf. S. CONGR. PRO CLERICIS, *Directorium catechisticum generale*, 11 apr. 1971: AAS 64, 1972, pp. 97-176.

13 Cf. LG, n. 35.

14 Cf. LG, n. 37.

cesis, cuiuscumque generis et gradus, sive ab auctoritate ecclesiastica pendentibus sive non, adulescentes et iuvenes solide educentur sub respectu religioso et morali, et sic in humanam societatem veri christiani immittantur, qui salubrioris vitae et communionis et apostolatus fermentum sint[15].

b) Hic finis attingi nequit nisi per peculiarem institutionem doctrinae christianae et per efficientem disciplinam seu pastoralem scholasticam. Quapropter ad tanti momenti munus Episcopus vocat clericos, religiosos et laicos vere idoneos, qui scilicet doctrinam catholicam bene calleant et recte proponant, necnon educandi docendique arte sint praediti.

c) Quoad *scholas catholicas*, Episcopus, praeter ea quae supra dicta sunt de institutione religiosa et de pastorali scholastica, curat ut:

– universae disciplinae spiritu christiano tradantur, et alumni ad apostolatum efformentur;

– apostolatus scholaris participet de generali ratione seu pastorali organica dioecesis;

– in dioecesi "communitas educativa" efformetur, cuius membra (alumni et ex-alumni, familiae, magistri, catechistae, educatores etc.), secundum suam cuiusque peculiarem missionem, proprium exerceant officium, et sic schola catholica in dioecesi veluti fructus exsistat et emanatio communitatis catholicae;

– sic animetur "communitas educativa" ut instituta scholastica iam exsistentia vivant et in melius progrediantur, immo novae scholae, pro viribus et iuxta necessitatem, legitime erigantur, idoneis magistris et opportunis instrumentis praeditae;

– pro viribus erigantur scholae quae "professionales" et "technicae" nuncupantur, scholae magistris apparandis, instituta pro inquisitionibus paedagogicis, vel variis artibus addiscendis, instituta erudiendis adultis, cuius generis sunt scholae serotinae, socialibus auxiliis provehendis, eorum occurrendo necessitatibus, qui ob naturae vel opum vel parentum amoris defectum peculiari cura indigent, vel etiam eorum qui fidei dono privantur[16].

d) Quoad *scholas civiles* Episcopus fovet relationes cum auctoritatibus civilibus et cum consociationibus professionalibus, ita ut, pro diversa variarum scholarum condicione, institutio religiosa et pastoralis scholaris promoveri possint, aut saltem, ubi id fieri nequeat, provideatur alumnorum catholicae institutioni et vitae spirituali per instituta parascholastica et extrascholastica, idoneis adhibitis clericis, religiosis et laicis.

67. *De laicorum opera in religiosa institutione scholarum latius utenda.* Episcopus omnimodam dat operam quo frequentior in dies et magis idoneus coetus laicorum inter religiosae in scholis institutionis magistros adnumeretur. Qaum ob rem scholas vel saltem peculiares cursus fovet condendos ut tales praeceptores severis divinae doctrinae studiis praeparentur, iisque bene absolutis, testimoniales litteras accipiant de sua idoneitate religiosae in scholis disciplinae rite tradendae.

68. *De sedibus academicis.* Si quam sedem academicam studiorum ecclesiasticorum aut Universitatem Catholicam in sua dioecesi habeat, Episcopus peculiari dilectione eam fovet atque officia et munera, ad ipsum hac de re spectantia, praesertim quoad Magisterium, diligenter observat.

Quod attinet ad Universitates vel Facultatis alumnos qui ad sacerdotium efformantur curat, ut serventur normae a competenti auctoritate ecclesiastica in hac re latae.

Actionem pastoralem in quavis Universitate, etiam non catholica, peragendam promovet eamque in pastoralem rationem organicam totius dioecesis sapienter in-

15 Cf. GE, nn. 7, 8, 10.

16 Cf. GE, n. 9.

ducit, attentis normis a Conferentia episcopali et ab Apostolica Sede datis.

In omnibus operam dat, ut fides et boni mores recte tradantur, promoveantur, in tuto collocentur[17].

69. *De Theologiae scholis pro laicis.* Episcopus enixe curat ut quam plurimi laici, communi doctrina christiana iam instructi, altiora studia aggrediantur, per congruentem annorum numerum disposita et ordinato cursu perficienda atque ab idoneis et vere peritis magistris tradenda. Quae studia, si legitimae adsint condiciones, Facultates etiam evadere poterunt, Apostolica Sede decernente, vel in Studiorum Universitates inseri, civiles quoque, civitatis vel regionis[18].

70. *De Theologiae vel culturae religiosae cursibus.* Cursus theologiae vel culturae religiosae Episcopus curat ut, iuxta opportunitatem locorum, in ambitu unius vel pluriusm dioecesium promoveantur pro laicis ita ut religiosa institutio condicionibus profanae institutionis congruat et luce christiana illuminari possint hominum res et facta.

Ita, v. g., peculiares periodici catecheseos cursus institui poterunt vel a doctis et optimarum artium peritis, vel ab opificibus et variis ministeriis fungentibus, vel a negotia gerentibus et aliis huiusmodi coetibus, frequentandi in aptis civitatum locis, diversis adhibitis formis: lectione aut dissertatione, publica inter praesentes vel inter peritos disputatione, brevi ad morem diariorum communicatione aut qualibet apta ratione, ita ut credentes, necnon increduli, attingi possint.

71. *De verbo Dei diffundendo in omnes hominum coetus.* Auxiliantibus idoneis clericis, religiosis et laicis, Episcopus operam impendit ut verbum Dei, ad instar fermenti evangelici, coetus et ordines pervadat qui hodiernam humanam consortionem constituunt: officinas nempe, scholas, studiorum conventus, loca feriis vel restituendae valetudini vel amoenis peregrinationibus apta vel ad populi otium destinata, et cetera huiusmodi. Ibi de rebus disseratur quae ad religionem et theologiam et mores pertinent, ut veritatis christianae lux ubique fulgeat universaque illuminet.

Quem ad consequendum finem, Episcopus clericis, religiosis et laicis utitur, qui variis in socialibus contextibus iam versantes iisdem idcirco afficiantur condicionibus quas alii homines participant, horumque mentem et animi sensus experiendo apprime noverint, eademque sermonis ratione usi fraterna vitae consuetudine socios ipsis se exhibeant. Neque adiumenta praetermittit quae hac in re communicationis socialis instrumenta praebere valent.

Episcopus denique operam dat ut Biblia Sacra aut saltem liber Evangeliorum vel textus selecti e sanctis libris et omnium captui pares omnes domos penetrent omniaque deversoriorum cubicula et in publicis aedibus legendi prostent.

72. *De Cathecumenatus formis.* Episcopus providet ut, pro adultis ad sacramenta initiationis christianae admittendis, in tota dioecesi catechumenatus instituatur et observetur, iuxta normas a competenti auctoritate ecclesiastica latas[19].

17 Cf. GE, n. 10; S. CONGR. PRO INSTITUTIONE CATHOLICA, *Ratio fundamentalis institutionis sacerdotalis*, 6 ian. 1970: AAS 62, 1970, pp. 321-384; *Normae quaedam ad Constitutionem Apostolicam "Deus scientiarum Dominus" de studiis academicis ecclesiasticis recognoscendam*, 20 maii 1968, nn. 5, 12, 13, notae 13 et 14.

18 Cf. GE, n. 10.

19 Cf. SC, nn. 64-66; CD, n. 14; AG, n. 14; *Rituale Romanum*, ex decreto sacrosancti Oecumenici Concilii Vaticani II instauratum auctoritate Pauli Pp. VI promulgatum, *Ordo initiationis christianae adultorum*, Typ. Pol. Vat., 1972; S. CONGR. PRO CLERICIS, *Directorium catechisticum generale*, n. 130: AAS 64, 1972, pp. 170-171.

http://www.obrascatolicas.com

Praeter praeparationem catecheticam familiarum infantium baptizandorum[20], Episcopus una cum suae regionalis vel nationalis Conferentiae confratribus curat, ut etiam pueris, adulescentibus, iuvenibus et adultis, qui Baptismum ut infantes susceperunt, aliquam formam catechumenatus procuret, quo ad christianam fidei maturitatem quasi gradatim informentur per ordinata subsequentia catechesis et educationis tempora, quae sacramentis Paenitentiae, Eucharistiae, Confirmationis et Matrimonii respondeant[21].

73. *De vigilantia in libros et epehemerides.* Scit Episcopus officium et ius in Ecclesia sibi esse examinare et, si casus ferat, reprobare et damnare libros et ephemerides fidei vel moribus obnoxia[22].

Quapropter:

a) Episcopus, sive per se sive per idoneas personas, attente vigilat in libros et in ephemerides, quae in proprio territorio eduntur aut venales prostant, etsi ex alia lingua sint translata, eaque scripta reprobare non omittit quorum lectio damnum aut periculum spirituale fidelibus sit allatura.

b) Scripta vero cuiusvis generis, quae fidelibus spirituale detrimentum afferre possunt, curat ut per media opportuna confutentur, doctrinam catholicam exponendo et vulgando quae illis scriptis impugnatur aut pessumdatur. Si tamen illa scripta alte in sua dioecesi diffundantur et periculum pro fide vel moribus sit grave et certum, Episcopus non omittit etiam publice ea reprobare.

c) Libri non damnantur antequam, si id fieri possit, eorumdem auctores certiores fiant de erroribus de quibus accusantur, iique liberam habeant facultatem sese defendendi etiam per alios quos maluerint.

d) Nisi gravis causa quandoque aliud suadeat, rationes reprobationis librorum publice exponuntur, ut fideles probe noscant quale et quantum sit periculum ex eorum lectione oriturum.

e) Nova reprobati libri editio permittitur si correcta fuerint ea quae corrigenda indicata sunt; auctor vero libri reprobati facultate gaudet alios libros, etiam de eadem materia, scribendi vel edendi ubi primum constet eum erroneas suas opiniones emendasse.

74. *De Episcopo et instrumentis communicationis socialis.* Episcopus una cum universo Populo Dei, consociatis viribus cum collegis Conferentiae, allaborat "ut instrumenta communicationis socialis, nulla interposita mora et maxima adhibita industria, efficaciter in multiplicibus apostolatus operibus, prout rerum et temporum adiuncta exposcent, usurpentur, noxia incepta praecurrentes, illis praesertim in regionibus quarum moralis et religiosus progressus urgentiorem navitatem exquirit"[23].

Proinde in regionibus ubi Ecclesia potest propria erigere instrumenta communicationis socialis, aut saltem iam exstantibus libere uti, Episcopus suae ecclesiae vires communi nisui aliarum ecclesiarum coniungit ut id incunctanter fiat. Ubi vero id fieri nequit, invigilat Episcopus, meliore qua potest ratione, iis quae mediis communicationis socialis evulgantur et magnopere annititur, ut rectus evadat usus preli, radiophoni, cinematographei necnon cuiusvis spectaculorum generis, ut omnia humanam dignitatem provehere valeant neque verbum, omnium salutis causa a Christo Ecclesiae concreditum, nuntiare renuant[24].

Officium insuper cum proprio magisterio arcte connexum existimat curare ut edantur et late vulgentur catholica folia diurna aut saltem periodica.

Inquirit denique quomodo illa communicationis instrumenta, uti tempora certe clareque postulant, animarum pastoribus directe inservire possint, quo promptiora et accuratiora de Ecclesiae rebus nuntia edantur et catechesi, liturgicae institutioni, evangelizationi et catholicae educationi auxilia afferant[25].

Quo facilius haec assequatur, Episcopus prae oculis habet et ad effectum adducit consilia et normas ab Apostolica Sede data[26].

Caput II

DE EPISCOPO PONTIFICE IN COMMUNITATE CULTUS RELIGIOSI

75. Sicut in primaeva Ecclesia Apostoli "orationi et ministerio verbi instantes" erant (*Act.* 6, 4), ita Episcopi, Apostolorum successores, Christi pontificis ministerio fungentes suas ecclesias congregant ad cultum Deo praestandum per orationem et Eucharistiae celebrationem[1].

Ministerium autem Episcopi, pontificis et praesidis adunatae ad orationem communitatis, semper principem habuit et obtinet locum in Ecclesia atque natura sua ministeriis magisterii et gubernationis, licet iis intime coniunctum, praecellens habetur, cum munus sanctificandi in persona Christi, summi et aeterni Sacerdotis, ab Episcopo geratur idemque quasi culmen et fons exsistat ceterorum ministeriorum[2].

I — DE EPISCOPO ET ORATIONE

76. *De sacerdotali munere Episcopi.* Episcopus plenitudine cumulatur sacerdotii, quod et aliis fidelium communitatis ministris participat, quapropter ab ipso tamquam instrumento summi et aeterni Sacerdotis "vita suorum fidelium in Christo quodammodo derivatur et pendet"[3].

Episcopus ergo, suum officium considerans, seipsum in primis existimat oeconomum divinorum mysteriorum, ad quae ipsas magistri et pastoris curas ordinat[4]. Id proinde maxime Episcopus studet a se suaque ecclesia religionem sanctam erga Deum excoli et munus sacerdotale impleri, quod summum est novi Populi Dei, gentis sanctae, regalis sacerdotii (cf. *1 Petr.* 2, 4-10)[5] quodque in liturgicis synaxibus potissime exercetur. Tota enim Episcopatus dignitas eiusque in Ecclesia egregius status ratione illa continentur sacrae potestatis plenitudinis, qua est donatus[6].

77 *De assidua oratione fovenda.* Indefatigatam operam dat Episcopus ut universa dioecesis in communitatem orantum coalescat, "unanimiter in oratione" perseverantem (*Act.* 1, 14; cf. *Act.* 2, 42 et 46), Patrem adorantem "in spiritu et veritate" (*Io.* 4, 23), cui Episcopus, uti iam in cenaculo Apostoli (cf. *Act.* 1, 13), praesidet et exemplo praefulget.

Id spectabili modo praebetur praesertim quando Episcopus ipse initiationi christianae adultorum praesidet, Confirmationem, Sacros Ordines et Ministeria confert, liturgiam Eucharisticam celebrat.

78. *De ipsius Episcopi sacerdotalibus actibus.* Sacra peragens, Episcopus pietate et gravitate fidelibus verus manifesto apparet Pontifex[7], qui "ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis quae sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis" (*Hebr.* 5, 1). Eum cum populo suo, quam saepissime potest, divina mysteria celebrare delectat, bene conscium in quavis altaris communitate, sub Episcopi sacro ministerio, exhiberi "symbolum illius caritatis et unitatis Corporis mystici, sine qua non potest esse salus"[8], et probe exemplo suo monentem "celebrationem communem, cum frequentia et actuosa participatione fidelium, [...] in quantum fieri potest, esse praeferendam celebrationi eorumdem [rituum] singulari et quasi privatae"[9].

79. *De christiana vitae perfectione persequenda.* Episcopus, orando pro populo et laborando, de plenitudine sanctitatis Christi multiformiter et abundanter, per se vel per suos in sacerdotio cooperatores, in fideles effundit eorumque animum accendit et confirmat, ut in suo quisque vitae statu perfectionem christianam persequantur[10].

II — DE EPISCOPO ET SACRA LITURGIA

80. *De momento sacrae Liturgiae.* Liturgiam, utpote communem et publicum populi Dei cultum, in sua dioecesi curat Episcopus celebrandam, quo par est decoro ordine atque conscia, pia et fructuosa omnium participatione, sacro praesidente ministro, servatis legitimis normis.

Sacra praedicatio ad liturgiam ducere debet, liturgia vero, praesertim Eucharistica, ad fraternam communionem caritatis sive spiritualis sive materialis.

81. *De actionibus liturgicis in ecclesia cathedrali et in aliis dioecesis ecclesiis.* *a*) Ut ecclesiam cathedralem quasi centrum divini cultus communitatis dioecesanae omnes clerici et christifideles habeant, ipse Episcopus sacris actionibus et Liturgiae Horarum a Capitulo celebrandis frequenter praeest, praesertim dominicis diebus et aliis per annum sollemnioribus festis, curans etiam ut vita liturgica in ecclesia cathedrali eo decore, legum observantia et populi christiani fervore splendeat, quo eadem reapse appareat mater et magistra ceterarum dioecesis ecclesiarum[11].

b) Attamen aliis etiam in sacris dioecesis locis Episcopus partes gerere Pontificis amat et, in paroeciis praesertim, sacris synaxibus interesse sive pastoralis Visitationis opportunitatem nactus sive alias occasiones, cum frequentiores concurrunt fideles aut conveniunt presbyteri, in dies magis conscii faciendi suae cum Episcopo communionis, orantis ecclesiae praeside.

82. *De fidelium liturgica institutione.* Episcopi est, ut Pontificis et divini cultus summi moderatoris in ecclesia particulari, universam vitam liturgicam dioeceseos dirigere, instimulare et custodire[12] atque institutionem liturgicam fidelium promovere per aptas Commissiones (v. gr. Commissionem Liturgicam, Commissionem de Musica Sacra, de Arte Sacra etc.)[13] et officia, per parochos, aliosque presbyteros, religiosos et laicos ad hoc instructos et apostolatui liturgico curando deditos.

83. *De Directoriis liturgicis.* Episcopus in sua Conferentia episcopali consilia et suffragium confert ad conficienda iuxta instructiones ab Apostolica Sede datas, et dein ad fideliter servanda in sua dioecesi, "Directorium liturgicum", "Librum precum" et "Directorium pro administrandis Sacramentis".

84. *De aptationibus et novis formis experiendis in re liturgica.* Episcopus cum confratribus suae Conferentiae episcopalis inquirit de aptationibus in re liturgica ad normam iuris faciendis, iuxta ingenium et traditiones cuiusque gentis ac peculiares necessitates pastorales[14].

Item, si revera bonum animarum id exquirat, normas sequens ab Apostolica Sede datas, prudenti apertoque consilio in Conferentia opportunitatem perpendit nova experiendi in re liturgica, quibus authenticae fidei motus et ardor vim suam patefaciant novas et significantes effingendo formas, hodierni hominis et religiosae vitae communitatis clarius mentem interpretantes exspectationemque implentes.

85. *De Missae celebratione apud familias vel pro coetibus particularibus.* Episcopi est facultatem concedere ut Eucharistica celebratio, certis et definitis occasionibus, et cum debita prudentia, ad occurrendum veris fidelium necessitatibus, non ad ecclesiolas et privilegia constituenda, pro coetibus particularibus peragatur extra locum sacrum vel in ipsis privatis familiarum domibus[15].

86. *De die Dominica maxime colenda.* *a*) Dominicum diem enixe curat Episcopus ab omnibus christifidelibus rite agnoscendum, colendum et celebrandum ut verum "diem Domini", quo Ecclesia congregatur ad eius paschalis mysterii memoriam faciendam, verbum Dei audiendo et sacrificium dominicum offerendo et insuper oratione, caritate et vacatione ab operibus diem sanctificando[16]. Ideoque ritibus dominica die a communitatibus in variis ecclesiis adunatis celebrandis consulit Episcopus itemque sacramentis, quae hac die potissimum conferuntur, ut Baptismo et Confirmationi, quam frequentissimo adstante coetu fidelium.

b) Studet insuper ut animarum pastores, quantum fieri potest, fideles invitent et debita catechesi instituant ad quasdam Liturgiae Horarum partes, uti v. gr. vesperas, in ecclesia communiter cum clericis aut religiosis celebrandas[17].

c) Statuit Episcopus ut "diebus dominicis et festis celebrationes quae in aliis ecclesiis et oratoriis fiunt, cum celebrationibus ecclesiae paroecialis componantur, ita ut adiumento sint actioni pastorali. Immo praestat parvae communitates religiosae non clericales, aliaeque eiusdem generis, illae praesertim quae in paroecia operam praestant, illis diebus Missam participent in ecclesia paroeciali. Circa horam et numerum Missarum celebrandarum in paroeciis, utilitas communitatis paroecialis prae oculis habenda est, nec numerus Missarum ita multiplicetur, ut in detrimentum cedat actionis pastoralis vere efficacis"[18]; proinde ordinem celebrationum pro omnibus dioecesis ecclesiis et oratoriis publicis, iis auditis quorum interest, conficiendum Episcopus curat.

d) Cordi est ei insuper ut divina officia, quocumque loco datur facultas, in commodum etiam ordinentur

20 Cf. *Rituale Romanum*, ex decreto ..., *Ordo Baptismi parvulorum*, Typ. Pol. Vat., 1969, n. 7.
21 Cf. *Rituale Romanum*, ex decreto ..., *Ordo Confirmationis*, Typ. Pol. Vat., 1971, nn. 3, 12; *Ordo celebrandi matrimonii*, Typ. Pol. Vat., 1969, n. 5; S. CONGR. PRO CLERICIS, *Directorium catechisticum generale*, nn. 77-97, Addendum: *l. c.*, pp. 145-156, 173-176.
22 Cf. S. CONGR. PRO DOCTR. FIDEI, *Notificatio*, 14 iun. 1966: AAS 58, 1966, p. 445.
23 IM, n. 13; cf. PIUS XI, Epist. Encycl. *Vigilanti cura*, 29 iun. 1936: AAS 28, 1936, pp. 249-263; PIUS XII, Litt. Encycl. *Miranda prorsus*, 8 sept. 1957: AAS 49, 1957, pp. 765-805.
24 Cf. PAULUS PP. VI, Allocutio iis prolata qui interfuerunt annuo plenario Coetui habito a Pontificio Consilio instrumentis Communicationis Socialis praeposito, 5 iun. 1970: AAS 62, 1970, p. 508-512.
25 Cf. PAULUS PP. VI, *l. c.*, p. 511-512.
26 Cf. PONT. CONSILIUM INSTRUMENTIS COMMUNICATIONIS SOCIALIS PRAEPOSITUM: Instr. *Communio et progressio*: AAS 63, 1971, pp. 593-656.
1 Cf. LG, nn. 20, 21, 26.
2 Cf. CD, n. 15; LG, n. 21; SC, nn. 10, 41; PO, n. 5.
3 SC, n. 41.
4 Cf. LG, n. 26; CD, n. 15.
5 Cf. LG, n. 10.
6 Cf. LG, n. 21.
7 Cf. CD, n. 15.
8 LG, n. 26.
9 SC, n. 27.
10 LG, nn. 26, 40, 41.
11 Cf. SC, n. 41.
12 Cf. SC, nn. 22, 26; CD, n. 15.
13 Cf. SC, nn. 45-46; S. CONGR. RITUUM, Instr. *Musicam sacram*, n. 68: AAS 59, 1967, p. 300; S. CONGR. PRO CLERICIS, Litterae circulares ad Praesides Conferentiarum Episcopalium de cura patrimonii historico-artistici Ecclesiae, 11 apr. 1971: AAS 63, 1971, pp. 315-317.
14 Cf. S. CONGR. PRO CULTU DIVINO, Instr. *Liturgicae instaurationes*, 5 sept. 1970: AAS 62, 1970, p. 703.
15 Cf. S. CONGR. PRO CULTU DIVINO, Instr. *De Missis pro coetibus particularibus*, 15 mali 1969: AAS 61, 1969, pp. 806-811.
16 Cf. SC, nn. 102, 106.
17 Cf. SC, nn. 99 et 100.
18 S. CONGR. PRO CULTU DIVINO, Instr. *Eucharisticum Mysterium*, 25 mali 1967, n. 26: AAS 59, 1967, pp. 555-556.

http://www.obrascatolicas.com

eorum, qui summo mane dominicis et diebus festis refectionis vel exercitationis vel otii causa domo discedunt aut ad laborem vel officium se conferre debent: ideoque, ubi hi homines congregantur vel qua iter faciunt, necnon apud ferratae viae stationes et aëroportus, et ad quasdam incessanti operi apertas sedes (uti v. g. mercatus, radiophonicas stationes, officinarum aedes etc.), servata semper debita reverentia, Missis opportunis horis celebrandis consulit dominico et festo die vel etiam, si opus est, vespere vigiliae.

e) Curae denique est Episcopo, ut animarum pastores fideles ex alius linguae regionibus advenientes opportunis rationibus iuvent, praesertim in ecclesiis magnarum urbium et in locis in quae, feriarum causa, plurimi conveniunt, occasionem illis praebendo Missam participandi, quae iuxta eorum consuetudines et linguam celebretur vel, si plurium sint sermonum, lingua praevalenti vel lingua Latina dicatur. Huius Missae et ceterarum fidelibus pateat hora ad ianuas omnium ecclesiarum et, si fieri potest, in ferratae et autoraedarum viae stationibus, in deversoriis, et similibus[19].

87. *De Sacramentorum celebratione.* Quoties sacramenta celebrantur, quorum disciplinam iuxta normas a competenti auctoritate statutas moderatur, Episcopus enixe studet, ut ministri et fideles religiosam eorum rationem, sive quoad singulas personas sive quoad communitatem, intellegant et exprimant: quae ratio ad participandam actionem sanctificantem attinet per paschale Christi mysterium et sacrificium Patri oblatum. Proinde:

a) invigilat, ut praedicatio et praxis pastoralis circa sacramenta, praesertim quod attinet ad Baptismum, Paenitentiam[20], Eucharistiam[21] et Matrimonium, sint omnino conformes doctrinae Ecclesiae.

b) Eadem rite diligenterque summa cum veneratione ab omnibus celebranda curat secundum ritus ab Apostolica Sede nuper instauratos et, pro facta facultate, a singulis Conferentiis espicopalibus accommodatos, praemissa presbyterorum et fidelium debita de hac re institutione.

c) Episcopus qui solus sacramenti Confirmationis est minister originarius[22], confirmandorum congruentem praeparationem exigit et sacramentum coram adunata ecclesia ipse, quantum fieri potest, sollemniter confert.

d) Sacros ordines Diaconatus, Presbyteratus et, si casus fert, Episcopatus conferens, Episcopus scit potissimum capitis et servi communitatis fidelium se ministerium exercere. Ritus proinde sacrae ordinationis concurrente populo debita sollemnitate peragendos curat in ecclesia cathedrali vel, pro opportunitate, in aliis dioeceseos ecclesiis, in aedificationem plebis Dei ut familiae christianae magni faciant ad sacra munera ineunda vocationem, et divinitus vocatos sua oratione et opera iuvent.

e) Circa communicationem in sacramentis cum fratribus separatis adamussim servanda curat quae de hac re ab Apostolica Sede sunt statuta[23].

88. *De externa in celebratione Sacramentorum et Sacramentalium sollemnitate.* In sacramentorum et sacramentalium celebratione, "praeter distinctionem ex munere liturgico et Ordine sacro manantem, et praeter honores ad normam legum liturgicarum auctoritatibus civilibus debitos, nulla privatarum personarum aut condicionum, sive in caeremoniis sive in exterioribus pompis, habeatur acceptio"[24].

Nisi quid commune pro toto territorio laudabiliter a Conferentia episcopali statutum sit, Episcopus curat, ut pro tota sua dioecesi saltem temperetur et aequetur, nedum omnino tollatur, mos, si forte exstet, taxas exigendi a fidelibus occasione sacramentorum, Missa tamen excepta, et sacramentalium celebrationis. Attamen fideles erudire non praetermittit quid significent et valeant ipsorum Deo dicatae oblationes, ab Ecclesia in divini cultus opera et ministrorum sustentatione et pauperum adiumentum erogandae[25].

89. *De Sacramentorum suscipiendorum exemplo ab Episcopo praebendo.* Episcopus, caput et forma factus presbytororum et fidelium, exemplum est sacramentorum suscipiendorum, quibus ipse haud aliter ac quodvis Ecclesiae membrum indiget. Peculiari quidem modo cavet, ut sibi infirmo periculose aegrotanti sacramentum Unctionis infirmorum ministretur et Sanctum Viaticum sollemniter, clero et populo comitante, deferatur.

Item, quantum in se est, eosdem communiter ritus extremis vitae temporibus pro presbyteris, celebrandos curat et exsequias peragendas, quibus ipse, quantum fieri potest, praesidet.

III -- DE EXERCITIIS PIETATIS

90. *De pietatis formis recte ordinandis.* Ad pietatis incrementum totius Populi Dei Episcopus cultum latriae erga Christum Dominum maximopere commendat ac fovet, itemque venerationis actus erga beatissimam Virginem Mariam et alios sanctos ita promovet ac ordinat "ut sacrae Liturgiae congruant, ab ea quodammodo deriventur et ad eam populum manuducant, utpote quae natura sua iisdem longe antecellat"[26].

Quapropter: *a*) Adorationem Christi Domini in Eucharistia sive intra sive post Missam substantialiter praesentis summa cura fovet[27], necnon cultum erga sacratissimum Cor Iesu[28]. Tabernaculorum compositioni et situi iuxta normas liturgicas diligenter cavet, et ecclesiis seu oratoriis publicis ad cultum SS. Eucharistiae exhibendum faciliter, pro fidelium commoditate, aperiendis providet.

b) Curam impendit Episcopus ut sanctuaria, Dei, beatae Mariae Virginis et sanctorum honori erecta, quovis remoto impedimento, et quavis depulsa quaestus specie, vitae spirituali dioecesis undequaque promovendae efficaciter inserviant, invigilans in liturgicas celebrationes quae ibidem peraguntur, et peregrinationum concursus componens, ut omnia ad maximum conferant spiritualem profectum, imprimis vero sacra verbi Dei et sacramentorum dispensatio.

c) Popularium caeremoniarum et ludicrorum, quae recurrentibus festis loci propriis vel in calendario universali inscriptis (v. g. Patroni vel beatae Mariae Virginis, Nativitatis Domini vel Paschatis etc.), per anni circulum fiunt, bona et utilia Episcopus excoli non prohibet, sed potius perficit simulque, quod ad religionem

19 Cf. S. CONGR. PRO CULTU DIVINO, Instr. *Eucharisticum Mysterium*, n. 19: l. c., p. 552.
20 Cf. S. CONGR. PRO DOCTRINA FIDEI, *Normae Pastorales circa absolutionem generali modo impertiendam*, 16 iun. 1972: AAS 64, 1972, pp. 510-514.
21 Cf. S. CONGR. DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM, Instr. *De Communione sacramentali quibusdam in adiunctis faciliore reddenda*, 29 ian. 1973: AAS 65, 1973, pp. 264-271.
22 Cf. LG, n. 26; cf. etiam *Ordo Confirmationis*, ed. typ. 1971, Praenotanda.
23 Cf. SECRET. AD CHRISTIAN. UNITATEM FOVENDAM, *Directorium* ..., pars I, nn. 42-50, 55-59: AAS 59, 1967, pp. 587-592; Déclaration sur la position de l'Eglise Catholique en matière d'Eucharistie commune entre chrétiens de diverses confessions: AAS 62, 1970, pp. 184-188; Instr. *De peculiaribus casibus admittendi alios christianos ad communionem eucharisticam in Ecclesia Catholica*, 1 iunii 1972: AAS 64, 1972, pp. 518-525.
24 SC, n. 32.
25 Cf. S. THOMAS, *Summa Theol.* II-II, q. 86, a. 2; PO, nn. 20, 21; SYNODUS EPISCOPORUM, 1971, *De Sacerdotio ministeriali*, pars altera, II, n. 4: AAS 63, 1971, p. 921.
26 SC, n. 13.
27 Cf. S. CONGR. PRO CULTU DIVINO, Instr. *Eucharisticum Mysterium*, nn. 50, 58: AAS 59, 1967, pp. 567, 569.
28 Cf. PIUS XI, Litt. Encycl. *Miserentissimus Redemptor*, 8 mai 1928: AAS 20, 1928, pp. 165-178; PIUS XII, Litt. Encycl. *Haurietis aquas*, 15 mai 1956: AAS 48, 1956, pp. 309-353; PAULUS PP. VI, Epist. Apost. *Investigabiles divitias Christi*, 6 febr. 1965: AAS 57, 1965, pp. 298-301.

attinet, recte dirigit et authenticae fidei et supernaturalis pietatis et christianae doctrinae elementis imbuit. Praeterea dum curat ne pietas popularis modos exprimat qui veritatem christianam offendant vel sensum Ecclesiae et, si talia irrepserint, expurgat, novis quoque pietatis formis aditum apertum prudenter pandit.

d) Cavet etiam ne in pietatis exercitia vel in ipsas liturgicas celebrationes formae ingrediantur precum vel cantus vel musicae artis vero christiano spiritui damnosae, quae speciem aut sensum insinuent profanum. Precum igitur et cantuum textus, quibus fideles lingua vernacula sacram liturgiam participant, nisi iam a Sede Apostolica vel a Conferentia episcopali nationali sint ordinati vel probati, ipsius Episcopi approbatione indigent, qua biblico et liturgico afflatu imbuti agnoscantur, ut, etiam in privata oratione, tuto et fructuose illis fideles utantur.

91. *De quibusdam pietatis exercitiis servandis et fovendis.* Promovendae vitae liturgicae sanum studium recte impellit ad servanda et fovenda et diffundenda etiam illa pietatis exercitia quae orationis spiritum exprimant et alant, praesertim si Scripturas sanctas et divinam liturgiam redoleant et ex corde sanctorum promanaverint vel diu traditae fidei pietatisque testimonium exsistant.

Quorum si textus commutandi sint vel aptandi, sive ad theologiam quod spectat sive ad litteras, praesertim cum in vernaculas linguas vertuntur, theologorum et peritorum in re pastorali, psychologica, paedagogica et litteraria rogetur sententia, iuxta Conferentiae episcopalis normas, cuius est novos textus recipere pro toto territorio. Eadem ratione pro sua quisque dioecesi se gerat Episcopus.

a) Inter pia exercitia sancte custodienda et in christianas familias et communitates diffundenda, sacrum *mariale Rosarium* excellit, incessanter a Romanis Pontificibus quasi quoddam Evangelii compendium ac proinde forma pietatis Ecclesiae[29] commendatum et sanctorum usu luculenter comprobatum. Mysteria in ipso recolenda, ob universalis huius precis usum, Episcopus ne immutet nisi consulta Conferentia episcopali et Apostolica Sede.

b) Pariter custodienda et fovenda sunt tum pia dominicae passionis meditatio, quae *Via Crucis* nuncupatur, tum quaedam novendialia, praesertim sollemnitatibus liturgicis antecedentia (v. g. Pentecoste, Nativitati Domini), utpote vera christiana devotione affluentia. In quibus immutandis eaedem rationes servari debent quae superius sunt relatae.

c) Fovendae sunt etiam "paraliturgiae biblicae", quae dicuntur, illae scilicet vigiliae in quibus, inter preces et cantus, lectura publica et meditatio fit Sacrarum Scripturarum.

Caput III

DE EPISCOPO PATRE ET PASTORE IN COMMUNITATE HIERARCHICE ORDINATA

92. Episcoporum est, utpote Apostolorum successorum, gregem dominicum pascere (cf. *1 Petr.* 5, 2), fideles tamquam filios carissimos in Christo educare (cf. *1 Cor.* 4, 14-15), et Ecclesiam Dei regere (cf. *Act.* 20, 28). Iidem nempe "ecclesias particulares sibi commissas ut vicarii et legati Christi regunt, consiliis, suasionibus, exemplis, verum etiam auctoritate et sacra potestate, qua nonnisi ad gregem suum in veritate et sanctitate aedificandum utuntur, memores quod qui maior est fiat sicut minor, et qui praecessor est sicut ministrator" (cf. *Lc.* 22, 26-27)"[1].

29 Cf. PAULUS PP. VI, Adhortatio Apostolica *Recurrens mensis October*, 7 oct. 1969: AAS 61, 1969, p. 653.
1 LG, n. 27.

Proinde Episcopi sunt quidem "boni pastores qui cognoscunt suas oves quosque et ipsae cognoscunt, veri patres qui spiritu dilectionis et sollicitudinis erga omnes praestant"[2]. At pariter, etiam tamquam iudices ac iustitiae administratores eximium servitium communitati praebent ad spirituale bonum fidelium valde conferens. Ipsi enim, vi sacrae potestatis, qua nomine Christi personaliter funguntur, "sacrum ius et coram Domino officium habent in suos subditos leges ferendi, iudicium faciendi, atque omnia, quae ad cultus apostolatusque ordinem pertinent, moderandi"[3].

Art. I – Quaedam generalia de pastorali regimine principia

I — PRINCIPIA FUNDAMENTALIA

93. *Principium boni communis.* Commune dioecesis bonum ad Ecclesiae universalis bonum ordinatur, aliarum vero magis particularium dioecesis communitatum praecedit. Ne legitimum particulare bonum impediat, curat Episcopus sibi certam dioecesis communis boni notitiam comparare et tum studiis, tum socialis-religiosi moris investigatione, tum prudentium personarum consiliis et fidelium colloquiis incessanter recognoscere et probare, cum citius res hodie mutentur.

94. *Principium unitatis.* Pastoris ministerium exercens, se scit et gerit Episcopus ut unitatis "visibile principium et fundamentum"[4] ecclesiae particularis sibi commissae, in totius autem catholicae Ecclesiae unitatem animum et curas semper intendens. Hoc tamen unitatis studium legitimas varietates admittit, quas quidem ad normam iuris Episcopus observat.

95. *Principium cooperationis responsabilis.* Omnes christifideles, sive singuli sive inter se consociati, habent ius et officium cooperandi ad missionem Ecclesiae, secundum suam quisque vocationem particularem et dona a Spritu Sancto accepta[5]. Item iusta gaudent libertate sive opinandi sive agendi in rebus ad bonum commune non necessariis.

Hanc sanam onerum multiplicitatem iustamque tum personarum tum particularium coetuum libertatem Episcopus in regimine dioecesis libenter agnoscit et servat.

Responsabilitatis sensum sive personalis sive communitariae libenter cum aliis participat et, fiduciam suam ostendendo, in iis qui officiis vel muneribus ecclesiasticis operam impendunt ita excitat et adiuvat, ut scienter hi sumant et alacriter persolvant officia quae, vi ipsorum vocationis aut sacrorum canonum iussu, ad eos pertinent.

96. *Principium subsidiarietatis.* Episcopus curat, ne quod ab aliis bene peragi potest, ordinarie sibi faciendum assumat, sed e contrario legitimas aliorum competentias diligenter observat, facultates quoque, quibus opus sit, cooperatoribus tribuit et iustis fidelium, sive singulorum sive consociatorum, inceptis favet.

97. *Principium coordinationis.* Suum esse officium ducit Episcopus vires quae in dioecesi operantur non solum stimulare, animare et augere sed etiam inter se componere, ut damnosae vitentur dispersiones, vel inutiles duplicationes vel deletrices discordiae, servatis tamen semper legitimis iuribus ac libertate fidelium.

98. *Principium de aptis apte collocandis.* In utenda navitate eorum qui dioecesis regimini cooperantur, Episcopus ducitur et, bonum animarum prae omnibus persequens, dignitatem personarum servat, earum talenta aptiore et utiliore, quo fieri potest, modo ad servitium

2 CD, n. 16.
3 LG, n. 27.
4 LG, n. 23.
5 Cf. LG, nn. 30, 33; AA, nn. 2, 3.

http://www.obrascatolicas.com

communitatis applicando, et apto cuique loco aptum operarium tribuendo.

II — HODIERNAE EXIGENTIAE PASTORALES

99. *De renovanda activitate pastorali.* Ut actio pastoralis efficax evadat, hodiernis condicionibus aptetur oportet. Mysterium enim seu oeconomia salutis a Deo in Ecclesia ita perficitur, ut libertatem hominis servet et temporum locorumque adiunctis accommodetur.

Ideoque apostolatus opera novis necessitatibus, quae ubique terrarum vitae hodie velociter usus immutant, respondere debent. Si quae igitur methodi rationesque hactenus adhibitae iam mutatis tempestatibus non congruant, novae sunt apostolicae navitatis formae sapienter ac prudenter inveniendae, quae traditis iisdemque sanis et adhuc utilibus adiungantur. Cuius renovationis Episcopus in sua dioecesi primus est auctor, promotor et sponsor.

100. *De gregis cognitione.* Singulorum fidelium cognitio (cf. *Io.* 10, 4 et 27) ipsorumque condicionum Episcopo, etsi difficillima, optabilis tamen exstat meta pro viribus assequenda. Eos saltem, qui propiores in dioecesana vel paroecialia opera pietatis, caritatis et apostolatus incumbunt, cognoscere contendit. Operam dat, ut ad eandem quam plurimorum fidelium cognitionem perveniant presbyteri, parochi praesertim et omnes qui curam habent animarum. Generaliter autem ipse:

a) Totius dioecesis socialem-religiosam congruentem notitiam sibi adquirit: nam hisce diversis coetibus propriae sunt difficultates, boni et nequiores modi vivendi[6]; profundiores vero causas, cur a religiosa vita tot catholici cessaverint (ut est v. gr. diffusio atheismi), investigat.

b) Variam gregis compositionem agnoscit observatque necnon in eodem differentes vocationes (clericorum, religiosorum, laicorum) et gratias, coactam uniformitatem plane fugiens.

c) Colloquiis utitur quasi instrumentis ut Dei consilium erga homines, quos adit, intellegat; mutuum fovet commercium inter homines differentis aetatis vel etiam, prudenti cum sapientia, diversarum factionum.

101. *De cognitione status dioecesis.* Cum apostolatui in universa dioecesi exercendo Episcopus praesideat, apprime noscat necesse est condiciones omnis generis, sed praesertim morales et spirituales, quibus vita hominum afficitur. Vanus secus et inefficax foret zelus, qui ad homines prout reapse sunt non dirigatur; nec aptum remedium afferri valeret ignotis malis et impedimentis. Quinimmo evolutionis mundi et historiae sensum percipiat oportet Episcopus, quo praevidere valeat mutationes suam dioecesim afficientes vel minitantes iisdemque providere, v. gr.: ingentes hominum aggregationes in suburbiis civitatum, desertionem regionum ruralium, novam temporis ac operum distributionem, migrationes ad longum vel ad breve tempus laboris causa operariis impositas, mentis culturae vel informationis progressus etc. His enim de causis aliisque similibus necesse est, ut actio pastoralis opportuno tempore diversa accommodata ratione exerceatur[7].

102. *De pervestigationibus socialibus-religiosis.* Pervestigationes sociales-religiosas, quae maximi sunt momenti, in sua dioecesi aut, si id opportunius Conferentiae episcopali videbitur, in tota regione vel natione, pro viribus promovet Episcopus[8]: nam tempora et mores illustrant et animarum pastores edocere valent de vulgari popularique sensu deque christianae vitae actione et exercitatione. Magni quoque facit, immo advocat operam peritorum, qui humanae naturae scientiae vel doctrinae sociali student (i. e. psychologi, sociologi, anthropologi et paedagogi), semper tamen prae oculis habita indole supernaturali earum rerum, ad quarum studio subsidium humanarum scientiarum quaeritur.

103. *Organica in dioecesi actio pastoralis.*

Communis et coniuncta actio

Totus Populus Dei, a Christo assumptus ut instrumentum redemptionis omnium[9], missionem habet non solum nuntium Christi eiusque gratiam hominibus afferendi, sed etiam spiritu evangelico mundum et rerum temporalium ordinem imbuendi et perficiendi[10].

Iamvero ad tantum opus, pro sibi commissa Ecclesiae portione, aegre Episcopus conferre valet, nisi in universa dioecesi, vel in peculiaribus eiusdem regionibus, communem et coniunctam totius Populi Dei apostolicam actuositatem generali ratione (vulgo: la pastorale d'emsemble) promoveat ac ordinet.

Quid postulet

104. *a*) Haec organica actio pastoralis dirigitur ad omnes hominum coetus, nulla praetermissa portione vel classe eorum, qui evangelizandi aut catechizandi sunt.

b) Exigit unionem et coordinationem laboris omnium apostolicorum operariorum, presbyterorum nempe utriusque cleri, religiosorum, religiosarum et laicorum, ne mutuo se ignorent vel, quod peius est, sibi invicem opponantur et contradicant, firma tamen uniuscuiusque vocatione propria, et salva legitima libertate, ad suscipienda incepta quod attinet, sive personarum sive associationum[11].

c) Postulat denique coniunctionem actionis omnium sectionum de re pastorali: "pastoralis" nempe liturgicae, catecheticae, missionalis, caritativae, socialis, culturalis, familiaris, scholasticae etc., sub Episcopi auctoritate aut moderamine, ita ut omnes consociati apostolatus vires, sive personae sive instituta, ordinatim inserantur in communem actionem ad totius dioecesis bonum consequendum et provehendum[12], hoc tamen pacto, ut nulla apostolatus forma in dioecesi sibi primatum prae ceteris attribuat, exceptis praecedentiis a competenti auctoritate ecclesiastica statutis[13].

Condiciones ad efficaciam organicae actionis pastoralis consequendam.

105. *a*) Actio organica ecclesiae particularis, ut vere sit pastoralis, imbui debet spiritu evangelico et esse fidelis Deo et homini. Illi namque missio concredita est lumen et vitam Christi Iesu afferendi iis, qui socialium quaestionum expetunt solutiones, simulque genuinam "humanitatem" colendi et defendendi, cum, ubi germanus "homo" deficiat, ibi gratia Christi aegre insidere possit.

Ad haec persequanda multum conferre possunt variae christianorum communitates, uti tales, dummodo ad apostolicum sensum recte efformentur.

b) Requiritur insuper magnanima ac liberalis adiutrix opera omnium fidelium et christianarum institutionum, moderante et exemplum praebente Episcopo, cui pastoris ius princeps est et officium.

c) Studio denique praemisso humanarum condicionum in unoquoque navitatis campo, iuxta superius dicta (cf. nn. 100-102), membra et instituta ecclesiae

6 CD, nn. 16, 17, 18.
7 Cf. GS, nn. 5-10.
8 Cf. CD, nn. 16, 17; cf. PAULUS PP. VI, Litt. Ap. *Octogesima adveniens:* AAS 63, 1971, pp. 401-441.

9 Cf. LG, n. 9.
10 Cf. AA, n. 5; LG, n. 36.
11 Cf. AA, nn. 19, 24.
12 Cf. CD, n. 17; AA, nn. 2, 3, 6, 10.
13 Cf. AA, n. 20; CD, n. 17.

particularis, potius quam ad meliorem structurarum pastorialium organizationem, animum vertant oportet ad spiritum humilis et constantis servitii acquirendum et exercendum, in quo gratiam unitatis invenient, iuxta illud Domini: "qui autem perdiderit animam suam propter me et evangelium, salvam faciet eam" (*Mc.* 8, 35).

Art. II — Episcopi necessitudines cum singulis gregis coetibus

106. Clericos, religiosos et laicos Episcopus non solum habet providos cooperatores in ecclesia particulari pascenda, sed in primis tanquam commissi sibi gregis oves, quibus sollicitudinem suam pastoralem, diversis quidem rationibus, at unico fine eorum vitae supernaturalis in Christo fovendae, impertiri debet.

Unde tres distinctae argumenti partes.

I — DE NECESSITUDINE CUM CLERO DIOECESANO

107. *Primarium Episcopi officium.* Quemadmodum Iesus caritatem suam erga discipulos tum praesertim ostendit, cum eos ministros fecit sui veri ac mystici Corporis (cf. *Io.* 13-17), ita et Episcopus, per quem adest in medio credentium Dominus Iesus Christus, Pontifex Summus[14], suum esse probe novit potissimum amorem praecipuasque sollicitudines ad presbyteros atque ad sacri ministerii tirones convertere[15]. Officii constantia et sincera invictaque caritate ductus, alacrem dat operam presbyteris omni ope adiuvandis, ut vocationis sacerdotalis suae celsitudinem existiment, serene vivant, laetitiam circum se diffundant et sua munera fideliter expleant[16].

Erga suos presbyteros, magis quam antistitem et iudicem, Episcopus se magistrum, se patrem, se amicum et fratrem praestat, ad bonitatem, ad misericordiam, ad indulgentiam, ad veniam, ad auxilium paratum. Contendit praeterea, ut eos ad mutuam amicitiam cum Episcopo fovendam et ad plenam in ipso collocandam fiduciam adducat, ita tamen ut legitimae oboedientiae vinculum non modo non dissolvatur, sed potius sacri pastoris caritate firmetur, atque adeo ipsa oboedientia facilior, sincerior et securior evadat[17]. Cuius oboedientiae exercitium, nedum extenuetur, suavius contra redditur si Episcopus, quantum fieri potest, servata iustitia et caritate, suorum praescriptorum rationes iis, quorum interest, indicet.

108. *De supernaturali caritate fovenda.* Necessitudines Episcopum inter et presbyterium caritate Christi ita conformari debent et imbui, ut vel ipsa necessaria vincula iuridica, ex divina Ecclesiae constitutione manantia, tamquam naturalia et vera consectanea etiam exterius omnibus appareant illius peculiaris vinculi supernaturalis, quo singuli cum Christo (cf. *Io.* 13, 35) et mutuo evangelicae operi "credat mundus" (*Io.* 17, 21) ipsique fructum plurimum afferant (cf. *Io.* 15, 8 et 16)[18].

Caritas pastoralis consonas efficit voluntates presbyterorum cum voluntate Episcopi, ac laborem apostolicum felicem reddit. Concordia enim cum Episcopo, utpote primo muneris apostolici dispensatore et moderatore, actioni pastorali presbyterorum uberiores fructus affert, cum oboedientia in spiritu fidei Episcopo exhibita arctiorem efficiat conformationem cum Christo, cui omnes pariter oboedire tenentur, quippe qui pro nobis factus est oboediens usque ad mortem (cf. *Phil.* 2, 8), et ministerium invisibilis capitis in Ecclesia maxime per visibilem hierarchiam exerceat et praesens reddat[19].

109. *De Presbyterii communione promovenda.*

a) Episcopus curat, ut presbyteri suae dioecesis, etiam religiosi, acquirant augeantque conscientiam se unum presbyterium simul in Ecclesia constituere, Ordinis sacramenti vinculo cum Episcopo et inter se coniunctos, licet singulis varia sint munia commissa[20].

b) Ad communionem inde et solidarietatis sensum experiendum et alendum, presbyteros Episcopus hortatur, ut in singulis vicariatibus vel huiusmodi paroeciarum coetibus, ex quibus dioecesis constat, conventus statis temporibus celebrent, studiorum, pietatis et fraternae laetitiae causa, iis etiam in locis, ubi nulla prorsus vitae communis forma adstrui potest[21].

c) Episcopus consociationibus presbyterorum favet quae, statutis a competenti ecclesiastica auctoritate probatis, per aptam vitae ordinationem et per fraternum iuvamen, eorum sanctificationem in exercitio ministerii, iuxta evangelica exempla, promovent[22].

110. *De vita spirituali presbyterorum fovenda.* Primarium certe adiumentum praebyteris ab Episcopo afferendum eorum vitam spiritualem respicit ac fidelem missionis expletionem[23]. Affluentiam itaque ipsis praebet eorum, quae sanctificationi perficiendae prosunt, in primis occasiones orationis recessus frequentandi et quotannis spiritualibus exercitiis incumbendi necnon probatorum confessorum et directorum spiritualium copiam. Confessores et moderatores spirituales, si oporteat, etiam diversas dioeceseos partes adeant, ut presbyteris praesto sint in dissitis a civitatibus regionibus commorantibus.

Munia presbyteris concedens, Episcopus singulorum condiciones aeque perpendit, ne operibus eos, de more, cumulet quae, natura sua vel frequentia, ipsorum spirituali profectui sint infensa. Neque presbyteros, vixdum e Seminario egressos, in quaevis obeunda ministeria immittit, sed per gradus opportuno peracto tirocinio.

111. *De familiari Episcopi consuetudine cum presbyteris.* Sanctum habet Episcopus non tantum communiter (uti fit, v. g., in cleri conventibus totius dioecesis eiusdemve alicuius vicariatus) et in coetibus iure statutis, sed etiam ac propius singillatim, pro viribus, suos presbyteros cognoscere, eorum indolem et ingenium, inclinationes et vitae spiritualis habitum, zelum et proposita, valetudinem et oeconomicas condiciones, familiam et cetera quae ad eos pertinent.

Quapropter faciles eis opportunitates praebet ipsum frequentandi, ipseque libenter occasiones arripit eos in locis, ubi suam operam navant, invisendi.

Paterno et simul fraterno animo atque sincera consuetudine cum eis colloquia instituit, agens de suis ipsorum negotiis, de officiis ipsis commissis atque etiam de quaestionibus ad vitam totius dioecesis pertinentibus, ut totum presbyterium se sentiat una cum Episcopo de ecclesia particulari sociati oneris vere particeps esse.

Haec quidem colloquia speciali ratione habet cum parochis eorumque vicariis, quos, si casus ferat, ad communes peculiares conventus congregat, ut quaestiones de cura animarum simul investiget et singulorum experimenta conferat, incepta sustineat et moveat actionem[24].

112. *De sollicitudine erga presbyteros in difficultatibus versantes.* Difficultates, quae occurrere possunt

14 Cf. LG, n. 21.
15 Cf. PO, n. 7.
16 Cf. SYNODUS EPISCOPORUM, 1971, *De sacerdotio ministeriali*, pars altera, II, n. 1: AAS 63, 1971, pp. 918-920.
17 Cf. PAULUS PP. VI, Litt. Encycl. *Sacerdotalis caelibatus*, 24 iunii 1967, nn. 92, 93: AAS 59, 1967, pp. 693-694.
18 Cf. CD, n. 28.

19 Cf. PO, n. 15.
20 Cf. LG, n. 28; CD, n. 28; PO, nn. 7, 8.
21 Cf. CD, nn. 16, 30; PO, n. 8.
22 Cf. PO, n. 8; PAULUS PP. VI, Litt. Encycl. *Sacerdotalis caelibatus*, n. 80: AAS 59, 1967, p. 689; SYNODUS EPISCOPORUM, 1971, *De Sacerdotio ministeriali*, pars altera, II, n. 2: AAS 63, 1971, p. 920.
23 Cf. CD, n. 16; PO, n. 18.
24 Cf. CD, n. 30; PO, n. 7.

http://www.obrascatolicas.com

presbyteris, Episcopus pro viribus praecavet. Aegrotis, pauperibus, aetate provectis amanter succurrit. Cum indocilibus patienter, at non sine firmitate, agit, ut scandala vitentur et illorum sacerdotium servetur.

Curat Episcopus magnopere, ne presbyteri, praesertim iuvenes, in segregi vita vel solitudine relinquantur, sicut fieri potest in parvis pagis vel fere desertis locis ubi pluribus per hebdomadam diebus quavis ministerii exercendi occasione carent: quibus ideo peropportune desiderium et formas suggerit vitae communis. Ab iis ut pericula arceat, prompte ac provide consulit: magno autem et generoso animo, si res iam ad lacrimas venerit. Item cum presbyteris, qui divino abdicaverunt servitio, generose agit, semper tamen cauto, ne scandalum fidelibus vel contemptus inde oriatur sacerdotali missioni[25].

113. *De presbyterorum existimatione.* Suam in presbyteros existimationem Episcopus colit atque publice patefacit, suam in eos fiduciam ostendens, debita eos laude honestans et incitamentis confortans. Eorum iustis inceptis libenti animo favet; eorum iura observat ipse et ut ab aliis observentur providet; contra iniustos oppressores defendit; aures minime faciles dicteriis contra eos praebet; perquam raro ex informata tantummodo conscientia agit. Eorum controversias cito dirimit, ne protracti angores odium pariant, fraterna vero caritas princeps vigeat.

Aegrotos consolatur praesens vel saltem scripto; defunctos ipse, quantum fieri potest, vel per suum delegatum funerat.

114. *De presbyterorum scientia promovenda.* Scientia et actio pastoralis presbyterorum ut novis necessitatibus in dies respondeant, opportuna incepta, etiam interdioecesana, si id expedire videatur, capessenda curat Episcopus, uti sunt:

a) annus pastoralis, sacram eorum ordinationem immediate subsequens[26], in quo opera dari poterit ut iuvenes a sacerdotio recentes opportunis illis disciplinis ac rebus exerceantur, quibus iisdem opus sit ut novas etiam apostolatus formas, quas nostra induxerit aetas, expedite, apte alacriterque tractare valeant[27];

b) maxime paucos post annos a sacra ordinatione, annui cursus, quibus ipsis praebeatur occasio ad pleniorem methodorum pastoralium et scientiae theologicae cognitionem acquirendam[28], praesertim in re biblica, dogmatica, liturgica, ascetica, socio-caritativa;

c) item scholae novas methodos activitatis pastoralis pertractantes, in quibus, post peritorum lectiones, presbyteri in minores circulos congregentur, ut simul inquirant ac perpendant quomodo propositas rationes practicae actioni pastorali variis in locis et condicionibus operantes applicare possint. Hae scholae diversas induere poterunt formas, uti sunt v. g. menses sacerdotales theologiae ac spiritualitatis, vel integer annus scholaris apud Universitatem Catholicam sub ductu alicuius studiorum moderatoris etc.;

d) conventus in mense faciendi, ut in studium et dissertationem de peculiaribus quaestionibus theologicis, moralibus, liturgicis et pastoralibus incumbatur, praesertim quae ex experientia usuque vitae exoriantur. Qua de causa utiliter his conventibus invitari poterunt etiam religiosae mulieres et laici directius in ministerio pastorali cooperantes;

e) alicuius Instituti Studiorum de re pastorali frequentia in regione vel in natione, nisi in dioecesi habeatur[29].

25 Cf. SYNODUS EPISCOPORUM, 1971, *De Sacerdotio ministeriali*, pars altera, I, n. 4 d: AAS 63, 1971, p. 917.
26 Cf. OT, n. 22; ES, I, n. 7.
27 Cf. S. CONGR. PRO CLERICIS, Litterae circulares ad Conferentiarum Episcopalium Praesides de permanenti cleri, maxime iunioris, institutione et formatione, 4 nov. 1969, n. 19: AAS 62, 1970, pp. 132-133.
28 Cf. PO, n. 19.
29 Cf. PO, n. 19; CD, n. 17.

His variis in occasionibus Episcopus, quantum fieri possit, contendit ipse inter suos presbyteros adesse, vel saltem eos visitare, caritatis vinculum roborans atque de responsabilitate in universam dioecesim eos bene conscios reddens.

Exemplum autem non spernendum suis presbyteris Episcopus dabit, si ipse cum suis proximis cooperatoribus, saltem aliquando, cursibus de "aggiornamento", quos vocant, vacabit.

115. *De presbyterorum opera recte adhibenda.* Presbyterorum navitatis usus, supernaturalibus rationibus ac veris organicae actionis pastoralis necessitatibus prae oculis habitis, ab Episcopo ordinatur. Bonum nempe animarum et necessitates dioecesis in primis considerat; attamen etiam singulorum presbyterorum ingenium et virtutes, humana quidem et sacerdotali dignitate servata, non neglegit.

Prudentia ipsi suadebit ut, si quod consilium ineundum in Domino censet, cum iis ad quos pertinet, de more, antea colloquatur et prudentum audiat sententiam.

Praesertim in presbyteris responsabilis cooperationis excitandae et ad actum deducendae atque sanae sollertiae fovendae et animandae officio Episcopus impellitur.

116. *De officiorum provisione.* Cum, post abrogatam legem concursus ineundi in provisione vacantis officii, fere omnino libera evasit actio Episcopi, eo magis ipsi est prudentia servanda, ne vel levis suspicio subeat – quae tam infensa foret necessitudinibus Episcopum inter et presbyterium – in iisdem provisionibus arbitrium, personarum acceptionem, inhonestas sollicitationes praevaluisse. Semper itaque consilium a prudentibus exquirit et ab illis quibus id munus iure confertur; in casibus vero peculiaribus, de eorundem consulto, concursus examini adhuc rem subicere potest.

117. *De aequa remuneratione presbyteris providenda.* *a*) Etiam aequae presbyteris remunerationis providendae sollicitudine afficitur Episcopus et iustitiae distributivae ad actum deducendae. Qua de re statuta et hortationes Concilii Vaticani II et ab Apostolica Sede prolatas instructiones[30] de opum clericorum peraequatione exsequi ipsi cordi est. Singulis proinde clericis remunerationem tribuendam curat, eandem pro omnibus in iisdem adiunctis versantibus, quae, attento evangelico paupertatis spiritu, honestae ipsorum sustentationi sufficiat necessariamque libertatem apostolicam defendat, necnon facultatem iis tribuat aliqua ratione pauperibus per se ipsos subveniendi.

b) Insuper universae communitati dioecesanae, non exceptis variis Institutis ecclesiasticis ipsisque clericis, Episcopus officium commemorat, quod omnibus incumbit, huic necessitati subveniendi.

c) Opportunis denique inceptis Episcopus spiritui solidarietatis in presbyteris erga fratres favet, uti sunt mutuae assistentiae, quam vocant, societates, mensae pecuniae levissimo foenore concedendae, et praesertim aliqua massa communis constituenda, quae obligationibus et necessitatibus erga clericos et personas Ecclesiae deservientes satisfacere valeat.

II – DE NECESSITUDINE CUM RELIGIOSIS

118. *De Episcopi existimatione et auxilio erga Religiosos.* *a*) Religiosi intra fines alicuius dioecesis vel circumscriptionis missionalis vivunt atque operantur; ideoque vitam et laborem, quae ad aedificationem et incrementum mystici Corporis Christi impendunt, disiungere sane nequeunt ab ecclesiae particularis, in qua degunt, spirituali profectu. Ad dioecesanam enim familiam peculiari ratione omnes quidem pertinent et magnum auxilium sacrae hierarchiae afferunt; hi vero qui sacerdotio insigniuntur, cum et ipsi providi sint cooperatores Ordinis episcopalis, vera quadam ratione ad clerum dioecesis pertinere dicendi sunt, quatenus in cura animarum atque apostolatus in operibus exercendis partem habent sub sacrorum praesulum auctoritate[31].

Hac de causa Institutorum religiosorum sodales, "in officio erga Ecclesiam ex peculiari suae vitae forma adimplendo, reverentiam et oboedientiam secundum canonicas leges praestare debent Episcopis, ob eorum in Ecclesiis particularibus auctoritatem pastoralem et ob necessariam in labore apostolico unitatem et concordiam"[32].

b) Episcopus dioecesanus statum religiosae vitae habet ut "donum divinum"[33] quod, "licet ad Ecclesiae structuram hierarchicam non spectet, ad ejus tamen vitam et sanctitatem inconcusse pertinet"[34], illumque publice laudat et commendat.

Religiosorum ad normam iuris exemptionem agnoscit, qua "a Summo Pontifice, ratione ipsius in universam Ecclesiam primatus, intuitu utilitatis communis, ab Ordinariorum loci iurisdictione eximi et ei soli subiici possunt"[35], eorumque legitimam autonomiam observat aliisque observandam curat.

Religiosos studet ex corde cognoscere cum iisque familiariter uti, ita ut illi non quasi extraneos se habeant, sed potius veluti membra viva dioecesis, maximum adiumentum ei praestare parata, cuius necessitatibus serviendo, ad bonum Ecclesiae universalis, praeterquam ad bonum sui Instituti, se conferre sint conscii.

c) Religiosorum profectum in sanctitate Episcopus promovet[36]; quod sane facit etiam urgendo obligationem, qua ipsi tenentur, ut, in externum apostolatum immissi, "spiritu religionis propriae imbuti sint, atque fideles permaneant regulari observantiae et subiectioni erga proprios Superiores"[37]. Certus est Episcopus id redundare in bonum ipsius apostolatus, cum praecipuum religiosorum testimonium pro Christo in dioecesi ferendum sit, hoc est eorum consecratio in praxim, iuxta evangelica consilia, fideliter deducta.

d) Instituta vitae contemplativae non solum in Missionibus[38] sed etiam in dioecesibus maximopere sunt fovenda: sunt enim nostris praesertim temporibus praeclarum testimonium Regni Dei omnia saecularia et transitoria transcendentis. Una cum Episcopo clerus et populus fidelis ea in magna habent existimatione.

e) Mutuam existimationem, caritatem et propriae apostolicae actionis coordinationem hinc inter varia Instituta religiosa, illinc inter haec et clerum dioecesanum aliaque dioecesana opera cordi est Episcopo promovere[39]. E caritate enim mutua eflorescit concordia, aucta virium efficacitas, populi christiani aedificatio, diligens quoque omnium iurium observantia et, quod est summum, gloriae Dei animarumque salutis cura, ipsis legitimis cuiusque et propriae religiosae familiae bonis longe praestantior.

f) Dioecesanos et religiosos presbyteros simul frequenter convenire gaudet Episcopus, quo magis se cognoscant et aestiment, fraternitatem sacerdotalem intimius percipiant, consociatis viribus sacrum ministerium fructuosius exerceant, indeque aedificationis fideles accipiant emolumentum[40].

119. *De Episcopo et religiosis mulieribus.* Cum multiforme et vere pretiosum sit auxilium quod religiosae dioecesi afferant et adhuc maius afferre possint, Episcopus peculiari cura congrua et, pro viribus, abundantiora earum vitae spirituali et christianae disciplinae necnon culturali profectui subsidia parat.

Optimos proinde confessores, moderatores spiritus et catecheseos magistros eis assignat, qui bene instructi sint de vita religiosa, praesertim monastica, pietate, sana doctrina et spiritu missionali et oecumenico excellant[41].

Diligenti cura Vicarium episcopalem pro religiosis mulieribus seligit et, ubi opus fuerit, domuum religiosarum visitatores.

Favet earum consociationibus a legitima auctoritate adprobatis. Etiam moniales vitae contemplativae in missionem Ecclesiae, sive universalis sive particularis, introducit, eas aliquando visitatione personali confortans, de inceptis dioecesanis et universalibus certiores faciens, et quanti valeant ad Regnum Dei dilatandum earum internum apostolatum orationis et paenitentiae patefaciens.

III – DE NECESSITUDINE CUM LAICIS

120. *De Laicorum cognitione.* Quae superius (cf. n. 101) de cognitione status dioecesis dicta sunt, valent praecipue de cognitione laicorum, cum laici totam fere dioecesim constituant.

Episcopus proinde laicos qui in dioecesi versantur, etiamsi christifideles non sint, curat cognoscere praesertim per coetus, in sua quemque condicione sociali, cum suis quemque necessitatibus moralibus et religiosis, ut ad omnes possit suam pastoralem sollicitudinem recte et efficaciter protendere.

Personalem vero cognitionem illorum laicorum sibi pro viribus comparat, qui in dioecesi aliquod munus ecclesiasticum gerunt aut hierarchico apostolatui cooperantur; et etiam, saltem in visitatione pastorali, eorum qui aliquod simile in paroeciis agunt.

121. *De Episcopi necessitudine cum fidelibus laicis.* Episcopus dioecesanus agnoscit, observat et ad praxim deducere studet ea quae de statu laicorum in Ecclesia, de eorum dignitate, iuribus et officiis, necnon de eorum habitudine ad sacram hierarchiam Concilium Oecumenicum Vaticanum II sollemniter statuit.

a) In Ecclesia "etsi quidam ex voluntate Christi ut doctores, mysteriorum dispensatores et pastores pro aliis constituuntur, vera tamen inter omnes viget aequalitas quoad dignitatem et actionem cunctis fidelibus communem circa aedificationem Corporis Christi. Distinctio enim quam Dominus posuit inter sacros ministros et reliquum Populum Dei, secumfert coniunctionem, cum Pastores et alii fideles inter se communi necessitudine devinciantur; Ecclesiae Pastores, exemplum Domini secuti, sibi invicem aliisque fidelibus ministrent, hi autem alacriter Pastoribus et doctoribus sociam operam praestent"[42].

b) Laici "ius habent ex spiritualibus Ecclesiae bonis, verbi Dei praesertim et sacramentorum adiumenta a sacris Pastoribus abundanter accipiendi, hisque necessitates et optata sua ea libertate et fiducia, quae filios Dei et fratres in Christo decet, patefaciant. Pro scientia, competentia et praestantia quibus pollent, facultatem, immo aliquando et officium habent suam sententiam de iis quae bonum Ecclesiae respiciunt declarandi. Hoc fiat, si casus ferat, per instituta ad hoc ab Ecclesia sta-

31 Cf. CD, n. 34.
32 LG, n. 45; cf. CD, n. 35, 1; PC, n. 6; PAULUS PP. VI, Adhortatio Apostolica *Evangelica testificatio*, de religiosa vita secundum Concilii Vaticani II renovanda praeceptiones, 29 iun. 1971, nn. 49-50: AAS 63, 1971, pp. 522-523.
33 LG, n. 43.
34 LG, n. 44.
35 LG, n. 45.
36 Cf. CD, n. 15.
37 CD, n. 35, 2.
38 Cf. AG, n. 40.
39 Cf. CD, n. 35, 5.
40 Cf. SYNODUS EPISCOPORUM, 1971, *De Sacerdotio ministeriali*, pars altera, II, n. 2: AAS 63, 1971, p. 920.
41 Cf. OT, n. 19; PO, n. 6.
42 LG, n. 32.

http://www.obrascatolicas.com

bilita, et semper in veracitate, fortitudine et prudentia, cum reverentia et caritate erga illos, qui ratione sacri sui muneris personam Christi gerunt"[43].

c) "Sacri vero Pastores laicorum dignitatem et responsabilitatem in Ecclesia agnoscant et promoveant; libenter eorum prudenti consilio utantur, cum confidentia eis in servitium Ecclesiae officia committant et eis agendi libertatem et spatium relinquant, immo animum eis addant, ut etiam sua sponte opera aggrediantur. Paterno cum amore coepta, vota et desidera a laicis proposita attente in Christo considerent. Iustam autem libertatem, quae omnibus in civitate terrestri competit, Pastores observanter agnoscent"[44].

122. *De rationibus Episcopi cum publicis laicalibus Auctoritatibus.* Ministerii pastoralis exigentiae et interdum bonum quoque commune terrestris civitatis postulant, ut Episcopus directe vel indirecte relationes habeat cum moderatoribus rei publicae, politicae, socialis-oeconomicae, militaris et his similium.

Id muneris Episcopus adimplet observantiore quidem et humaniore semper quo fieri poterit modo, ita tamen ut suae spirituali missioni numquam impedimentum afferat, nullam vel suspicionem communitati ingerat se partium studiis immiscere aut ea approbare, apostolicam denique tutetur suam libertatem aperte annuntiandi Evangelium, principia moralia et religiosa de re sociali, necnon, si casus ferat, gravia eaque publica crimina vel iniustitias, cum prudentia et fortitudine, reprobandi.

Ab Episcopo presbyteri et religiosi talem agendi apostolicam formam accipere debent, ut in ministerio suo eandem et ipsi servent libertatem.

Caput IV

DE EPISCOPO PRAESIDE COMMUNITATIS CARITATIS

123. Caritas cum sit christianae perfectionis essentia et novae legis summa (cf. *Mt.* 22, 36-40; *Col.* 3, 14)[1], est intima vitae ratio communitatis christianae, ea fide adunatae "quae per caritatem operatur" (*Gal.* 5, 6), eoque amore coniunctae qui filios adoptionis (cf. *Rom.* 8, 15 ss.; *Gal.* 4, 5; *Eph.* 1, 5; *1 Io.* 3, 1) impellit, ut se invicem fratres habeant atque spiritualem hanc unitatem operibus erga omnes homines manifestent (cf. *Mt.* 25, 35 ss.; *1 Io.* 3, 17-18).

Qua de re in primaevis illis ecclesiis, exemplo et doctrina praeeuntibus Apostolis, statim operosa effloruit erga fratres sollicitudo sive spiritualis, ut v. g. exhortationes, consilia, praecepta, orationes, mutua aedificatio (cf. *Rom.* 12, 8; *Gal.* 6, 1; *1 Cor.* 14, 3; *Col.* 2, 2; et alibi); sive materialis, uti e. g. eleemosinae (cf. *Act.* 9, 36; *1 Thess.* 3, 12; *Hebr.* 13, 16; et passim), bonorum distributiones (cf. *Act.* 2, 44-45; 4, 32 et 34-37), mensae communes (cf. *Act.* 6, 2), collectae pro pauperibus (cf. *Act.* 9, 36 et 39; 10, 2 et 31; *Gal.* 2, 9-10; etc.). Septem ab initio electi sunt fratres quos Apostoli orantes impositis manibus constituerunt super huiusmodi caritatis opus (cf. *Act.* 6, 2-6).

Primatus hic caritatis etiam in hodierna christiana communitate sancte est servandus, quae tradita novaque opera sustineat.

Cum ad christianae caritatis exercitium haud incongrue reduci possit etiam bonorum ecclesiasticorum recta administratio, hoc caput quartum in duos articulos dividitur, de operibus nempe caritatis et de bonorum ecclesiasticorum administratione.

Art. I – De operibus caritatis

124. *De caritatis exercitio.* Episcopus, sibi conscius officii praesidendi et serviendi caritati ecclesiae cui pastor et pater praeficitur, dum ipse munere hoc fungitur omnibus adhibitis modis, quos populi condiciones requirunt et opes expeditae sinunt[2], in omnibus christifidelibus – clericis, religiosis ac laicis – conatur caritatis et miserationis excitare operosos sensus erga illos qui quoquo modo laborant et onerati sunt (cf. *Mt.* 11, 28) ut in universa dioecesi regnet caritas utque oboediatur et testimonium reddatur mandato Christi Iesu[3]. Quod certo maxime confert ut credibilior et acceptior fiat evangelicus nuntius in mundo hodierno, et dioecesis veram Dei familiam in amore fraternitatis congregatam (cf. *1 Petr.* 1, 22) esse se experiatur.

125. *De educatione ad caritatem.* Curat ergo Episcopus ut omnes fideles educentur et moneantur et opportune adiuventur, sive singuli sive inter se consociati, ad opera misericordiae universa exercenda veteribus et novis formis, sive in primis ipsos laborantes adeundo, statim cum eorum necessitates innotescunt, sive etiam accurate inquirendo et redigendo indicem casuum quibus opus est subvenire.

Quo facilius id reddatur, Episcopus in omnibus paroeciis et Institutis ab ecclesiastica auctoritate dependentibus consociationes constitui, pro viribus, studet, quae ad detegendas condicionum angustias et auxilia colligenda et caritatis vincula stabilienda inter benefactores et beneficio donatos operam conferant.

Quod sane opus non solum necessitates materiales respicere valet, sed et spirituales et psychologicas, sive temporarias sive diuturniores.

Ad actionem caritativam rite peragendam futuri presbyteri etiam per opportuna studia praeparantur, in quibus, durante quoque eorum ministerio, sub luce experientiae perficiantur.

Ad sanum denique oecumenismum fovendum Episcopus non praetermittit quaedam opera caritatis promovere iunctis viribus cum fratribus christianis separatis, aut etiam cum viris religiosis non christianis et cum non credentibus bonae voluntatis.

126. *De caritatis et assistentiae Operibus in dioecesi promovendis.* Opera caritatis et "assistentiae", quam vocant, iam in dioecesi exstantia curat Episcopus ut perficiantur et magis in dies floreant, atque pro viribus nova consituantur quae novis necessitatibus respondeant et condicionibus sint accommodata, quas technicorum progressus et ars, apparatus et cura publicae valetudinis et similia postulant, eo praesertim consilio, ut adiumentum praebeant puerulis, adulescentibus et senibus, aegrotis et invalidis, mente deficientibus et tardioribus, migrantibus et exsulibus, quibus omnibus patet caritatis Ecclesiae diaconia[4].

Praesertim pro magnis urbibus, in quibus novae formae indigentiae exortae sunt (e. g. magnus numerus operariorum alienae stirpis aut nationis, familiae quae tecto aut mensa carent, aut tuguria habitant, iuvenes qui medicamentis psycotropicis abutuntur etc.), sicuti apostolatus ita et caritatis formae novae inveniendae sunt.

127. *De necessitudine inter rei publicae, privatorum et Ecclesiae assitentiam.* Rei publicae allaborandi officium et meritum agnoscens in variis assistentiae campis, qui ad valetudinem et alias sociales necessitates pertinent ut, quantum fieri potest, cuique egenti opes suppeditentur, meminit Episcopus pauperes semper esse nobiscum (cf. *Mt.* 26, 11), qui nempe spiritualibus vel psychologicis vel materialibus auxiliis indigeant ac proinde Ecclesiae commendentur caritati: quae insuper, publica vel optima Instituta non omnino sufficientia supplere annititur. Idem etiam de privatis beneficientiae institutis valet. Quamlibet speciem aemulationis

43 LG, n. 37.
44 *Ibid.*

1 Cf. S. THOMAS, *Summa Theol.*, II-II, q. 184, a. 1.

2 Cf. CD, n. 16.
3 Cf. PO, n. 9; AA, n. 8.
4 Cf. AA, n. 8.

eorundem publicorum ac privatorum institutorum a se dioecesanisque operibus Episcopus arcet; Ecclesiae tamen integrum officium et ius vindicat sese pauperum assistentiae applicandi, neque in hac re alienum monopolium ullo modo patitur. Mutuam existimationem et cooperationem fovet; cavet vero ut assistentiae opera et instituta, quae in Ecclesia procreverint, artis technicae et scientiae progressui necnon publicis de hac re latis legibus paria exsistant.

128. *De momento "servitii socialis".* Inter omnia assistentiae opera et instituta hodiernis temporibus opportuna Episcopus magni facit *Servitium sociale*, quod vocant, praesertim in officinis explendum et ceteris laboris locis, in familiis, in popularibus urbium partibus, in suburbiis, in aedibus poenis solvendis adhibitis, ut auxilium conferat singulis et coetibus ad vitae dignitatis sensum provehendum et conscientiam suae cuiusque navitatis educandam, ad animum excitandum ut materiales et spirituales difficultates superentur.

Quamobrem Episcopus curat ut pro viribus adsint in sua dioecesi *assistentes sociales* inter iuvenes utriusque sexus et religiosas quoque mulieres, selecti atque scholis *Servitii socialis* in dioecesi vel in regione vel in natione constitutis formati. Curat etiam in maioribus paroeciis vel in foraniis Centra Socialia constituenda, in quibus iidem Assistentes sociales dent operam nomine quidem et impensis totius christianae communitatis, uti iam accidere consueverat temporibus apostolicis (cf. *Act.* 6, 2-6)[5].

129. *De Operibus ad promovendam iustitiam socialem. a*) Episcopus conscius in primis est de officio educandi ecclesiam particularem sibi commissam ad sensum iustitiae socialis, sive nationalis sive internationalis[6]. Etenim "vita quotidiana christifidelis, instar fermenti evangelici in familia, in schola, in opere, in vita sociali et civili agentis, adiumentum est peculiare quod christiani iustitiae afferunt; ad hoc vero prospectivae rationes ac significatio accedunt, quas ipsi conaminibus humanis tribuere possunt. Proinde ratio educationis talis esse debet ut doceat homines vitam gerere in tota eius realitate et iuxta principia evangelica doctrinae moralis, personalis simul et socialis, quae vitali testimonio christiano exprimatur.

"Haec autem educatio postulat cordis renovationem, quae in eo innititur, quod peccatum agnoscitur tam singulorum hominum quam totius societatis"[7].

b) Episcopus magni aestimat et fovet ac, si opus est, promovet opera, consociationes, instituta oeconomici-socialis generis atque sincere cooperatur cum similibus institutis sive publicis sive privatis iam exsistentibus[8], quae iustitiam socialem faciendam sibi proponunt, aequam bonorum, id est eorum usus et possessiones, distributionem persequendo[9] studiis et sociali actione, operariorum et artificum consociationibus, oeconomicis et pecuniariis inceptis, et aliis. Haec omnia immensum navitatis campum constituunt quo laici christifideles ad faciendam caritatem vocantur, iustitiam et hominum communionem operantes[10]. Episcopus cum clero ibidem praesens agit, inspirando et patrocinando, caritate pastorali motus et fratribus indefatigate inserviens (cf. *Mt.* 23, 11; *Lc.* 22, 26-27). Proinde, memor suum munus in re sociali esse indolis religiosae ac moralis, cavet ne eius ratio agendi hos limites praetergredi videatur.

130. *De instituendis Centris vel particularibus Sedibus Operum assistentiae nationalium vel internationalium.* Ut omnibus qui egestate laborant, modis et rationibus hodierna disciplina adhibitis, assistatur, Episcopus in sua dioecesi centra vel particulares sedes illorum operum assistentiae, quae a Sede Apostolica vel a Conferentia episcopali regionis vel nationis promoventur, instituenda pro viribus curat, uti, v. g., quae *Caritas* in unaquaque natione nuncupatur vel *Caritas Internationalis*, et curat ut horum Operum sollicitudo in conscientia communitatis insidat, quippe quae caritatem catholicam exprimere valeant et ideo fas est omnium christifidelium illis auxilium adiungi.

131. *De caritatis et liturgiae necessitudine.* Ut fidelium animi caritate christiana imbuantur et ad eiusdem practica consectaria educentur, allaborat Episcopus ut, actuose et scienter Liturgiam participantes, maxime Eucharistiam, omnes intellegant operosam caritatem ab illa postulari; cuius rei conscientiam manifestent etiam oblationibus pecuniae et aliorum bonorum inter ipsam Eucharisticam celebrationem, cum dona ad altare deferuntur. opportune quibusdam in occasionibus sollemniore ritu adhibito. Ad eundem finem consequendum Episcopus praeterea aliis consentaneis modis frui valet vel ad praeparandam celebrationem Eucharisticam, vel ad gratias reddendas, praesertim dominicis et festis diebus, uti sunt infirmorum, in custodiam traditorum, inopum familiarum et institutorum visitationes, collectae pro proprii loci vel aliorum necessitatibus, oblationes pro operibus caritatis vel sacri cultus.

132. *Operum caritatis genuina inspiratione.* Omnis haec Episcopi et christianae communitatis operosa caritas probitate, sinceritate animi magnitudine niteat oportet, quibus gratuitus erga hominum amor Dei transluceat, qui "solem suum oriri facit super bonos et malos, et pluit super iustos et iniustos" (*Mt.* 5, 45).

Itaque, licet caritatis Opera, suapte natura, numquam inservire possint inhonestis proselytismi formis, Episcopus eiusque dioecesana communitas per ea apertum Evangelio testimonium perhibere intendunt et hominum animos allicere ut verbum Dei audiant et convertantur. Omnia enim opera pietatis, assistentiae et apostolatus a christiana communitate gesta coram hominibus sincera caritate splendeant necesse est, quod argumentum prae ceteris valet ut corda excitet ad glorificandum Patrem, qui est in caelis (cf. *Mt.* 5, 16). Hac de causa non renuit Episcopus vires dioecesanas aliorum viribus sociare, praesertim fratrum christianorum separatorum, in spiritu sani oecumenismi.

Art. II - De bonorum ecclesiasticorum administratione

133. *De participatione communitatis in bonis ecclesiasticis administrandis.* Providet Episcopus aptis mediis, ut fideles educentur ad sensum participationis et cooperationis etiam quoad bona temporalia, quibus ecclesia indiget ad finem suum consequendum, ita ut omnes, pro suis quisque viribus, corresponsabiles se habeant sive in sustentatione oeconomica communitatis ecclesialis, eiusque operum et largitionum, sive in conservatione, incremento et recta administratione bonorum ipsius communitatis.

134. *De inspiratione et principiis rectae administrationis.* Ratione praesidentiae quam in ecclesia particulari gerit, Episcopus velut ad ecclesiasticae communionis et caritatis proposita pertinens considerat officium curandae et ordinandae omnis administrationis bonorum quae ad sacrum cultum, caritatem et apostolatum ecclesiae conlata sunt.

Ipse ergo, Sedis Apostolicae et Conferentiae episcopalis instructionibus obsecundans, dioecesanarum (vel plurium simul dioecesium) opum administrationem ge-

5 Cf. AA, n. 8.
6 Cf. GS, nn. 86-89; PAULUS PP. VI, Litt. Encycl. *Populorum progressio*, nn. 8, 76: AAS 59, 1967, pp. 258, 294-295; Epist. Apost. *Octogesima adveniens*, nn. 4, 51: AAS 63, 1971, pp. 403, 440.
7 SYNODUS EPISCOPORUM, 1971, *De iustitia in mundo*, III, institutio ad iustitiam: AAS 63, 1971, p. 935.
8 Cf. AG, n. 12.
9 Cf. S. THOMAS, *Summa Theol.* II-II, q. 66, n. 2.
10 Cf. GS, nn. 25-31, 43, 63-72; AA, nn. 7, 13-14, 32.

http://www.obrascatolicas.com

rere conatur, cui primum principium summaque lex et quasi anima sit caritas[11].

Iustitia in primis observata, huic administrationi potiores praesident rationes quae sequuntur:

a) *ratio pastoralis*, quae omnia pietatis et caritatis et apostolatus causae subicit;

b) *ratio communionis*, dioecesim et paroecias in partes advocans administrationis; haec enim communis actio communisque cura habenda est nempe ab Episcopo una cum clero et omnium fidelium legatis gerenda, universa communitate, si id prudens videatur, certiore statutis temporibus facta;

c) *ratio ascetica*, quae iuxta spiritum legis evangelicae (cf. *Mt.* 19, 21) exigit ut Christi discipuli utantur hoc mundo tamquam non utantur (cf. *1 Cor.* 7, 31): sint proinde modesti, liberi et expediti, divina Providentia confidentes et largiter egenis donantes, vinculum caritatis custodientes (cf. *1 Io.* 3, 17-18);

d) *ratio boni patrisfamilias* in administratione gerenda.

135. *De erectione Consilii bonis administrandis in dioecesi, in paroeciis aliisque ecclesiasticis Operibus.* Episcopus Consilia bonis administrandis in dioecesi, in unaquaque paroecia aliisque dioecesanis Institutis et Operibus constituenda curat, iisdemque etiam laicos, quatenus fieri possit[12], cum clericis adnumerat, selectos inter viros rei administrandae peritos atque probitate et Ecclesiae apostolatusque studio praeditos.

Una cum Consilio dioecesano Episcopus perpendit proposita opera et expensarum ordines et pecuniarias rationes et cetera huiusmodi, atque consilia capit ad normam iuris.

Quoquo exeunte anno, vel opere completo, rationum, summa a Capitulo recognitas, publicas faciendas curat, nisi aliud prudentia suadeat.

Iisdem autem modis Consilia paroecialia aliorumque Institutorum, Episcopo invigilante, se gerunt.

136. *De pecuniae massa paroeciali et dioecesana.* Collationibus exceptis quae peculiari causa fiunt, Episcopus, nisi de hac re aliter a Conferentia episcopali pro toto territorio statutum sit, iubere potest, ubi id possibile sit, eleemosynas a fidelibus communitati christianae oblatas in unicam massam conferri, vel paroecialem vel dioecesanam, e qua hauriantur et aeque distribuantur quae opus sunt divino cultui et caritati et apostolatus operibus[13], reservata congruenti portione pro necessitatibus communibus vel improvisis.

Alte re considerata cum omnibus beneficiariis, Capitulo Cathedrali vel Consultoribus dioecesanis et dioecesanis Consiliis, Episcopus diiudicare potest utrum in eandem massam fructus quoque beneficiorum paroecialium ceterorumque Ecclesiae bonorum colligi possint, quorum administratio, quantum facultas datur, Officio administrationis dioecesano deputetur eiusdemque sectionibus per foranias forte constituendis; quae res gerenda semper est Episcopo Consilioque dioecesano vigilantibus et moderantibus.

137. *De redituum beneficiorum et fidelium oblationum distributione.* Beneficiorum redituum omniumque oblationum fidelium congrua pars ministrorum honestae sustentationi, servata quidem evangelica paupertate, destinanda est, nec non cautioni et assistentiae sanitariae, iuxta leges ecclesiasticas et civiles[14]: sive ipsi in aliquod ministerium incumbant sive infirmitatis, invaliditatis aut provectioris aetatis causa, non incumbunt.

Haec ratio exigit ut clerici opportune praeparentur – iam inde ab annis qui in Seminario deguntur – ut paupertatem et mutuam caritatem tamquam vocationem vivendo exprimant, exempla primaevae Ecclesiae sectantes (cf. *Act.* 2, 44, 45; 4, 32 ss.).

138. *De auxiliis ferendis dioecesibus pauperibus atque catholicis caritatis et apostolatus Operibus.* Apostolorum vestigia secutus, qui non tantum rectam bonorum dispensationem in singulis communitatibus curarunt, sed etiam collationes pro pauperioribus ordinarunt (cf. *Act.* 11, 29-30; *1 Cor.* 16, 1-14; *2 Cor.* 9, 2; *Rom.* 15, 26; *Gal.* 2, 9-10; etc.), Episcopus, quantum facultates suae dioecesis sinunt, pauperioribus ecclesiis opitulatur[15] et pietatis, assistentiae, culturae, apostolatus nationalibus vel plurium nationum operibus, et communitatibus missionalibus necnon et Apostolicae Sedi. Clericos itaque et laicos suae dioecesis instituit, eosque hortatur ut mentem sensumque suum universo orbi aperiant caritatemque vere catholicam alant. Hac quidem sub luce, Episcopus clero suo et fidelibus proponit et explicat speciales illos *dies* celebrandos, quos Sedes Apostolica vel Conferentia episcopalis indicunt ad animum et orationem excitanda et expetendas oblationes communitatis christianae pro operibus et inceptis, quae fines singularum dioecesium, immo et nationis, excedunt.

Evangelici spiritus testimonium exstabit et mirabile in mundo exemplum, si omnes presbyteri, Episcopo praeeunte, et omnia ecclesiastica Instituta quotannis, quasi ex officio, certam partem suorum redituum adhibeant sive dioecesanae sive universalis Ecclesiae caritati[16].

Quod exemplum etiam laici, pro viribus, sequi poterunt.

Caput V

DE EPISCOPO PRAESIDE ET MINISTRO COMMUNITATIS APOSTOLATUS

139. Episcopus, vi apostolici sui muneris, primus est instimulator, moderator et coordinator apostolatus, quem communitates dioecesana et paroecialis, antiquarum communitatum exempla secutae, exercent, ut fides Evangelii (cf. *Phil.* 1, 27) diffundatur, verbum Dei crescat et multiplicetur (cf. *Act.* 6, 7; 12, 24), ad ovile Christi oves errantes adducantur (cf. *Io.* 10, 16; *Lc.* 15, 4-7) et in mundo propagetur Regnum Dei.

Qua missionali vi imbuendam his praesertim temporibus universam communitatis vitam curat Episcopus, ut Evangelii fermentum omnia loca et hominum coetus intret, qui alieni sunt a christiano spiritu, quin etiam a qualibet religiosa indole.

Art. I – De generalioribus apostolatus rationibus

140. *Difficiles condiciones in quibus agit Ecclesia.* Actio apostolica Ecclesiae altiorem exigit notitiam de usu doctrinaque et socialibus condicionibus mundi huius temporis, in quo vivit et operatur Ecclesia.

Multa quidem sunt bona, sincere fovenda et sapienter utenda, inter quae occurrunt:

– dignitatis personae humanae conscientia;
– libertatis et conscientiae iurium vindicatio;
– solidarietatis formae noviter inductae;
– culturae diffusio;
– progrediens mundi unificatio; etc.

At multa non desunt, quae aut mala sunt aut ad malum facile detorqueri possunt, adeo ut ad novas indigentiae formas, indolis praesertim spiritualis perducant, ut v. gr.:

– morum traditorum concitata corruptio;

11 Cf. GS, nn. 25-31, 43, 63-72; AA, nn. 7, 13-14, 32.
12 Cf. PO, n. 17.
13 Cf. ES, I, n. 8.
14 *Ibid.*
15 Cf. CD, n. 6; PO, n. 21.
16 Cf. CD, nn. 6-7.

– libertatis demutatio in licentiam, debitaeque obedientiae contemptus;
– scientificae et technicae mentis abusus, quo praesumitur iisdem methodis spiritualem et religiosam investigationem peragi posse, quibus inquirendo et experiendo et probando technicae utuntur scientiae;
– indiscretae migrationes et immodicum urbium incrementum;
– utilitatis et incrementi ratio ceteris rationibus anteposita;
– politicae, oeconomicae, culturales et ad publicam efficiendam opinionem spectantes impulsiones magis magisque auctae, ope paucorum, quarum vi homines quasi ad machinas rediguntur, et vitae consuetudo instar pecudum alienam imitatur formam, nova inducta servitute, scilicet *massae*, ut aiunt;
– aviditatum et sumptuum amplificatio in regionibus opibus affluentibus, in egestate vero laborantibus augescens paupertas; etc.[1].

Ex his similibusque condicionibus facite eruitur spirituales rationes suam apud multos homines hodie amisisse vim, qui religionis neglegentia vel ignorantia afficiuntur, aut eidem religioni diffidunt, vel adversantur vel repugnant: quae omnia uno verbo *atheismus* solent appellari[2].

141. *De novis evangelizationis viis inquirendis.* Necessitas inde sequitur ut rursus labor evangelizationis instauretur ad annuntiandum Deum et Christum, Dei Filium incarnatum et hominum Redemptorem, gratiam et vitam aeternam, illis adhibitis verbis et factis quae nostrae aetati congruant[3].

Quae cum ita sint, Episcopus ceteros Evangelii praecones praecedat oportet, sanctorum Episcoporum praeteritorum vestigia premens, qui veluti praecones veritatis simulque signiferi caritatis fulserunt, ac veras proinde inquirat condiciones societatis et doctrinae et pietatis huius temporis, ad recte capessenda consilia, quibus apostolatus undique scatentes difficultates superari novaeque evangelizandi viae aperiri queant.

Ad hunc finem persequendum scriptis de rebus religiosis fruitur necnon profanis litteris aliisque communicationis subsidiis, spirituales et religiosas hominum angustias quovis modo respicientibus; notitias et lumina petit ab aptis Institutis et Studiorum sedibus; investigationibus favet de societatis religiosis moribus, ut fidei statum penitus agnoscat in dioecesi provinciaque sua et compertas notitias ulterius inquirat cum cooperatoribus et Consiliis dioecesanis et aliis peritis viris[4].

142. *De personali Episcopi apostolatu.* Ipse Episcopus, uti pastor et amicus, omnes hominum consortiones conatur intrare, quae illius praesentiam, saltem quibusdam in adiunctis, adhuc non excludant, ibique, occasionem nactus, Ecclesiae religiosam et pastoralem imaginem relinquit, semper se exhibens, licet in coetibus a fide christiana alienis, ut hominem Dei ac totum verbi et gratiae eius dispensationi devotum, in spiritu et virtute veritatis fidentem potius quam "in persuasibilibus humanae sapientiae verbis" (*1 Cor.* 2, 4), at simul hominem a fratribus suis non separatum, ab eorum vita condicionibusque non alienum[5].

143. *De universa communitate ad apostolatum incitanda et instituenda.* Necessitatis conscius auxilia sibi comparandi hodiernae evangelizationi accommodata, Episcopus omni opere nititur, ut vivum apostolicum sensum in universam communitatem inducat, et peculiaribus apostolatus formis curat instruendos presbyteros, religiosos et laicos, quos novit in certis locis et coetibus ad operandum aptos[6].

Ad hoc Instituta et sedes Studiorum in dioecesi opportune creata vel in regione aut natione existentia adhibet, insimul presbyteros, religiosos et laicos dioeceseos etiam sollicitans et adiuvans ut congressibus, conventibus, studiorum cursibus et ceteris huiusmodi intersint.

144. *De peculiari laicorum praeparatione ad onus apostolatus sumendum.* Sicut ad apostolatum clerici et religiosi suo peculiari modo praeparantur, ita et laici, praesertim catechistae, speciali praeparatione indigent[7]. Proinde laicis, qui apostolatus onus suscipient, curat Episcopus apta auxilia afferenda, ut suam praeparationem spiritualem et technicam perficere valeant (v. g. exercitia spiritualia, doctrinae theologicae et pastoralis cursus etc.).

145. *De presbyteris destinatis ad apostolatum laicorum.* In apostolicis inceptis laicorum curat Episcopus ut numquam desit prudens et assiduum ministerium sacerdotale. Ad tanti vero momenti officium presbyteros vere idoneos magna seligit cura, attenta eorum indole et aptitudine etiam quod attinet ad laicos et ad ceteros confratres, audito etiam, si id expedire videatur, prudentium laicorum consilio. Eos, quantum fieri potest, ab aliis muneribus, quae vere illud officium impediant, exonerat atque eorum sustentationi congrue providet.

146. *De presbyterorum praeparatione ad laicorum apostolatui assistendum.* *a*) Presbyteri, selecti ut apostolatui consociato laicorum assistant, Episcopo hortante et vigilante, suam aptitudinem indesinenter prosequuntur sive per orationem et vitae spiritualis incrementum, sive per continuum studium doctrinae sacrae, necnon condicionum temporum ac locorum, in quibus cum laicis operari tenentur, seipsos in alenda vita spirituali et sensu apostolico consociationum sibi commissarum impendentes. Ad hunc finem obtinendum Episcopus presbyterorum apostolatui consociato laicorum addictorum promovet conventus, quibus et mutuam cooperationem ipsi foveant et suo ministerio aptissima quaeque inveniant instrumenta.

Iidem presbyteri sciunt se Episcopi personam gerere apud laicos, cuius principia directoria et consilia communicant, interque eum et laicos aptas quoque relationes fovendas curant.

b) Ut hi presbyteri idonei reperiantur, in alumnorum Seminarii institutione pastorali locus dari debet studio de solidarietate et communi onere christifidelium in Ecclesia, de apostolatus laicorum natura deque presbyteri officiis in hac rerum provincia.

147. *De Episcopi necessitudine cum laicis in apostolatum missis.* Episcopus, cum laicis agens apostolatus operibus addictis et spiritualem eorum curam per parochos aliosque assistentes presbyteros gerens, exigentias componit tum ecclesiasticae communionis, cuius signum et auctor est coetus Episcoporum, tum singulorum vocationum et officiorum et charismatum varietatis, qua ditior et multiplicior et efficacior actio Ecclesiae redditur.

Ad conscientiam communitatis in laicis excolendam et apostolatus studium augendum multum conferre possunt sive dioecesanum[8] sive paroecialia Consilia Pastoralia.

Episcopus se expetere et plurimi facere laicorum cooperationem semper manifestat eorumque viribus grato animo utitur quam maxime pro cuiusque officio et scientia, eos etiam in partem advocans Commissionum, Secretariatuum et Officiorum operibus apostolatus praepositorum.

1 Cf. GS, nn. 4-10 et passim; DH, nn. 1, 8.
2 Cf. GS, nn. 19-21.
3 Cf. GS, nn. 21-22.
4 Cf. CD, nn. 15-17.
5 Cf. PO, n. 3.
6 Cf. CD, n. 29; PO, nn. 4, 5, 9, 10.
7 Cf. AA, nn. 28-32.
8 Cf. CD, n. 27; ES, I, n. 16.

http://www.obrascatolicas.com

Art. II – De ordinatione pastoralis laboris in dioecesi

148. *De ordinationis necessitate deque eiusdem notis.* Quo magis in dies cura animarum proficiat, necesse est Episcopus ordinationem generalem, seu rationem actionis apostolicae pro tota dioecesi instituat. Quae ordinatio debet:

a) aliquam firmitatem habere, ne officiorum vel sectionum moderatorum vicissitudine ipsa intermittatur;

b) pariter quadam frui agilitate, ut aptari possit dioeceseos condicionibus semper variantibus locisque inter se differentibus, et legitimum spatium relinquere liberis opportunisque inceptis;

c) rationem habere principiorum de quibus supra dictum est (cf. nn. 93-98).

149. *De huius ordinationis ratione.* Coniunctae actionis pastoralis ordinatio ut efficax evadat et universas dioecesis apostolicas vires movere valeat, debet veras condiciones ac necessitates dioecesis veluti referre, fructus exstare elaborationis totius communitatis et tandem auctoritate Episcopi fulciri. Proinde Episcopus ordinationem generalem pastoralem non statuit nisi:

a) post sibi bene compertam de statu dioecesis notitiam;

b) post studiosam futurorum rei processuum perpensionem;

c) post habita officiorum dioecesanorum, ad quae res spectat, apta studia;

d) post auditam sententiam Consiliorum dioecesanorum necnon prudentium et peritorum virorum;

e) homines denique vere idoneos praeponendo officiis, quibus rerum ad exsecutionem perducendarum cura committitur.

150. *De iis quae ordinatio respicere debeat.* Pastoralis ratio totam simul dioecesim et singulas sociales et religiosas et humanas provincias, ex quibus eadem coalescit, amplecti debet, veluti cardines et fundamenta habens sive circumscriptionem territorialem, sive populi frequentiam, sive differentium coetuum compositionem. In hac ordinatione rationes exquirantur et provideantur oportet, quibus enixe, ex corde et ordinate pastoralis actio loca et coetus attingat itemque, quantum fieri potest, singulos homines, ut fermentum evangelicum illuc inserat, idest summa cathecheseos et cultus et caritatis capita, et tandem, temporibus et modis opportunis, exoptatam animarum instaurationem obtineat, quae naturaliter profluit ex Eucharistica mysterii paschalis celebratione, quod culmen et fons Ecclesiae communionis et apostolatus omnibus exsistit[9].

151. *De apostolatu quoad coetus particulares.* Episcopus una cum suis Consiliis dioecesanis vitam navitatemque particularium coetuum curat cognoscendam, quae princeps habet momentum in multiplicibus hodiernae societatis activitatibus, in publica opinione inducenda, in moribus animisque efformandis et theoreticis, socialibus, politicis et spiritualibus motibus excitandis. Quapropter studium promovet, ut plane investigentur praecipuae rationes *psychologiae coetus* (vulgo: psicologia di gruppo), ut aiunt, atque coetus constituendos prudenter fovet, non solum traditis vel novis formis ordinatos, verum etiam quavis statuta forma liberos et omnino voluntarios, per laicos fideles actioni coetus iuvandae atque muneri signiferi suscipiendo bene paratos, ut sensim sine sensu mente ex omni parte humana et christiana personarum societatisque usus et cultus imbuantur.

152. *De apostolatu in peculiaribus campis. a*) Actio apostolica in peculiaribus humanae consortionis campis exerceri potest a fidelibus vel coetibus et consociationibus, quae religioso aut apostolico titulo decorantur, vel

9 Cf. LG, n. 33; AA, n. 3.

tantum causam promovent humani et socialis cultus, semper tamen spiritu christiano imbutae operantur et iuxta doctrinam Ecclesiae.

b) Ad apostolatum ab iis exercendum qui contribules sunt, aut in iisdem laboris contuberniis operam praestant, ut sunt laici[10], curat Episcopus, ut in communitate christiana reperiantur et eligantur fideles qui magis sint idoneis apostolatui virtutibus praediti, maxime ut singillatim vel communiter partes agant non tantum auxiliares ministerii pastoralis in paroecia vel in aliis Ecclesiae institutis, sed etiam integrantes vel subsidiarias in opere evangelizationis. Hos fideles probe formandos ut graviora onera suscipere valeant curat Episcopus per idoneos presbyteros, qui, iusta laicorum in campis sibi propriis libertate servata, eos doceant et iuvent, ut Evangelium et doctrinam Ecclesiae sequantur tamquam supremam legem cogitandi et operandi in vinea Domini, atque humaniter, observanter et fortiter eorum incepta intra fidei et christianae spiritualitatis fines servent[11].

c) Quoniam quibusdam in campis laici fideles apostolatui erga coetum peculiarem non sufficiunt vel, ob rerum adiuncta, ipsorum actio ingratius accipitur, cum aptorum presbyterorum praesentia requiratur, cordi est Episcopo hos casus cognoscere et de presbyterorum ministerio his in campis consilia capere; consociationum vero apostolatum ordinans, normas a Conferentia episcopali forte statutas sequitur.

Ipsius Episcopi etiam erit presbyteros et laicos apostolatui peculiaribus in locis exercendo habiles parare (cf. supra, nn. 144-147), ubi praesertim societatis condiciones, remoto quolibet Ecclesiae influxu, mentes et conscientias premunt, quod plerumque accidit in ambitu officinarum et civilium scholarum, quae quasi campi separati exsistunt, a communitate christiana prorsus seiuncti. Hos quoque campos intrare presbyter aliquo modo debet, ut actionis pastoralis apertus operarius et Evangelii praeco (c. g. tamquam cappellanus scholarum alumnorum, vel opificum, vel militum, vel migratorum etc.), vel etiam, si casus ferat[12], tamquam homo qui fratrum vitam participet, quibuscum aerumnas quoque et curas et exspectationes communicet, tota vita sua testimonium reddente Evangelio salutis.

Art. III – De quibusdam urgentioris apostolatus campis

153. *De peculiari quorumdam coetuum cura.* Ecclesiam hodie quam maxime necesse est praesentem adesse inter illas hominum classes, quae ipsius apostolica sollicitudine magis indigere videntur.

Tales sunt profecto pauperes, aegroti, aetate provecti, iuvenes, operarii, ruricolae, in carcere detenti, scientiarum et artium cultores, migrantes, familiae efformandae vel recens efformatae, etc.[13].

Episcopus operam impendit, ut opportunos inveniat modos dialogum salutis cum his coetibus instaurandi, et communitatem dioecesanam ad illas apostolatus formas convertere annititur. In omnibus vestigia premit Boni Pastoris: misericordiam scilicet sequitur (cf. *Mt.* 9, 36; *Lc.* 15, 20), sollicitudinem (cf. *Mt.* 18, 12; 23, 37; *Lc.* 15, 4), patientiam (cf. *Mc.* 9, 18), indefatigatum laborem (cf. "donec inveniat" *Lc.* 15, 4; "quoties voluit" *Mt.* 23, 37), et gaudium de inventis, quae perierant, ovibus (cf. *Mt.* 18, 13; *Lc.* 15, 5).

154. *De iuvenibus.* Iuvenes, ii praesertim qui, studiis vacantes, concursu opinionum, novarum doctrinarum et socialium condicionum rixa exagitati, vivendi generi assueti praeter ac vel etiam contra bonos mores, iam ab adulescentia facilius ab Ecclesia alienantur, campum

10 Cf. AA, n. 13.
11 Cf. AA, nn. 19-20; 24-25.
12 Cf. PO, n. 8.
13 Cf. CD, nn. 17, 18; AA, nn. 11, 12; GS, nn. 61, 62.

constituunt, qui instanter Episcopi patris animum sollicitet.

Eos ad fidem adultam profitendam et operibus confirmandam adducere oportet. Proinde Episcopus curat, ut in dioecesi copia presbyterorum, religiosorum et laicorum praesto sit, qui apostolatui inter iuvenes fungendo sint idonei, quandocumque id fieri permittitur, tradendo.

Illi, qui *pastorali iuventutis* cooperantur, eorum exspectationes conentur interpretari, novis viis obsecundantes, quibus ipsi legitime animum suum exercere experiuntur, minime tamen indulgentes mentis levitatibus et hodiernis erroribus quibus sunt obnoxii, ipsis fratres et amicos sese praebentes ac simul altiorem veritatem vitaeque formam exhibentes[14]. Ita denique navitatem suam apostolicam ordinent, ut iuvenes communitatis christianae, sese in dies evolventis, participes et effectores, tamquam eiusdem viventia et conscia membra, sese existiment ac revera experiantur.

155. *De operariis et ruricolis.* Operariorum ordo, plerosque in dies hominum cuiusvis civitatis et dioecesis complectens, cordi est maxime Episcopo. Quam saepissime potest illum frequentat, et curat ut apti instructique presbyteri officinas et alia operariorum loca ingrediantur, ut ibi ministerium suum apostolicum exerceant, mediis inceptisque adhibitis quae tum socialibus, psychologicis et spiritualibus operariorum condicionibus, tum singulorum locorum necessitatibus sint congrua. Actionem pastoralem inter operariorum familias promovet; circulos, consociationes, scholas serotinas, opera ad varias artes addiscendas, excursiones pro eorum relaxatione, et his similia adstruit et ordinat.

Neque minorem sollicitudinem praesentiae et actionis apostolicae, iuxta ea quae superius dicta sunt de operariis, Episcopus impendit in genus hominum agreste, quod nostris temporibus profundae et celeri immutationi subicitur et nonnullis in locis iustitiae socialis expers relinquitur, quinimmo praesentia sacerdotali interdum carens.

156. *De migrantibus et itinerantibus.* Ut migrationes et peregrinationes hominum, crebriores et numerosiores variis ex causis in dies, occasio fiant et semen novae fraternitatis inter populos atque Evangelii testificatio orbis amplitudinem complectens, Episcopus sedulo promovet curam spiritualem migrantium et itinerantium, eorumque, si casus ferat, familiarum, iuxta normas a Concilio Vaticano II et ab Apostolica Sede latas[15].

157. *De cura fidelium qui a vita christiana discesserunt.* Caritatem boni pastoris, vires et opes et industrias suas et communitatis dioecesanae Episcopus non exercet solummodo in eos qui fideliter Principem Pastorum sequuntur, sed etiam in illos catholicos, qui longe ab Ecclesia vel prorsus a fide deflexerunt (cf. *Mt.* 10,6;15, 24; *Lc.* 15, 4; *Io.* 11, 52) ut eos, amore Christi compulsus, quaerat et ad vitam gratiae et veritatis reducat[16].

Propterea, nisi iam Conferentia episcopalis providerit, Episcopus ipse curat specialis disciplinae studia instituere, praeter cursus ad hoc destinatos in Seminariis et ceteris ecclesiasticae et religiosae formationis Institutis peragendos.

Huius iteratae evangelizationis ratio amplecti poterit:

a) missiones ad populum, quae sermonibus, conferentiis, publicis vel cum particularibus coetibus disceptationibus de rebus fidei et morum persolvantur;

b) sedes stabiles ad inquisitionem, mutua colloquia et disputationes de quaestionibus, quae circa scientiam et fidem adstruuntur, pro nobiliorum artium cultoribus et doctis viris et scientiae pervestigationi operam navantibus etc.;

c) diaria et ephemerides, radiophonicas et televisificas transmissiones, theatrales et cinematographicas scaenas, quae easdem quaestiones earumque in hominum animos influxus respiciant; instrumenta opinionis publicae, quae quotidianos casus quaestionesque pertractent juxta mentem Evangelii et christianum vitae sensum[17];

d) libros et commentarios altioris et severae pervestigationis de doctrinalibus et historicis quaestionibus ad religionem quovis modo pertinentibus;

e) privata colloquia et familiares necessitudines et mutuos usus ad operam insimul impendendam in varias doctrinae et activitatis et vitae socialis provincias, ut, fraterna caritate allecti, *remoti* revertantur.

158. *De fratribus christianis seiunctis.* Zelo et caritati Episcopi commendantur fratres christiani a catholica Ecclesia seiuncti[18]; eodem spiritu etiam clerici et laici affici debent. Proinde:

a) sanam educationem oecumenicam secundum principia catholica[19] Episcopus promovet sive pro clero in Seminariis et scholis catholicis[20] sive pro laicis[21];

b) praxim fovet oecumenismi: oecumenismum spiritualem in primis, idest interiorem christianorum conversionem, deinde orationem, cuius iam pervulgata forma laudanda est quae dicitur *hebdomada pro unione*[22], cooperationem denique oecumenicam cum fratribus seiunctis[23], constituta quoque, ubi fieri possit, commissione oecumenica dioecesana;

c) quoad communicationem in sacris Episcopus diligenter servat normas a Concilio Vaticano II et ab Apostolica Sede datas[24].

159. *De hominibus religiosis non-christianis.* Praesentia hominum religiosorum non-christianorum in regionibus christianis est factum hodie magnae amplitudinis, praesertim in magnis urbibus aut in sedibus universitariis et industrialibus, quo turmatim se conferunt studiorum, laboris vel *turismi* causa.

Zelus missionalis et christiana caritas ad his quoque curas adhibendas urgent Episcopum eiusque dioecesanam communitatem.

a) Eos in primis mentis et usus vitae habitus colunt erga homines religiosos non-christianos, quos Concilium Vaticanum II habendos declaravit[25].

b) Christianam caritatem Episcopus excitat et exercet, etiam per consociationes catholicas, ad eos iuvan-

14 Cf. PAULUS PP. VI, Allocutio ad E.mos Patres Cardinales etc., Nativitatis D. N. I. C. festo adventante, 15 dec. 1969: AAS 62, 1970, p. 45.
15 Cf. CD, n. 18; AA, n. 11; GS, n. 61; ES, I, n. 9; PAULUS PP. VI, Motu proprio *Pastoralis migratorum*, 15 aug. 1969: AAS 61, 1969, pp. 601-603; Allocutio delegatis Conferentiarum Episcopalium qui quarto internationali Coetui interfuerunt, favente Pont. Commissione "De spirituali migratorum atque itinerantium cura", Romae habito die 7 nov. 1970: AAS 62, 1970, pp. 771-773; S. CONGR. PRO EPISCOPIS, Instructio *De pastorali migratorum cura*, 22 aug. 1969: AAS 61, 1969, pp. 614-643; S. CONGR. PRO CLERICIS, *Directorium generale pro ministerio pastorali quoad Turismum*, 30 aprilis 1969: AAS 61, 1969, pp. 361-384.
16 Cf. CD, n. 11.

17 Cf. CD, n. 13; IM, nn. 13-14.
18 Cf. LG, n. 27; CD, n. 13; PO, n. 9; GS, n. 92.
19 Cf. UR, nn. 4-9.
20 Cf. UR, n. 10; OT, nn. 16, 19; SECRET. AD CHRISTIAN. UNITATEM FOVENDAM, *Directorium* ..., pars II: AAS 62, 1970, pp. 705-724; PAULUS PP. VI, Allocutio Secretariatui ad Unitatem Christianorum Fovendam, 17 nov. 1968: AAS 60, 1968, p. 795.
21 Cf. AA, n. 28; AG, n. 15.
22 Cf. UR, nn. 4, 7; SECRET. AD CHRISTIAN. UNITATEM FOVENDAM, *Directorium* ..., pars I, nn. 21-24, 32-37: AAS 59, 1967, pp. 581-586.
23 Cf. UR, nn. 12, 24; AA, n. 27; GS, n. 90.
24 Cf. UR, n. 8; OE, nn. 24-29; SECRET. AD CHRISTIAN. UNITATEM FOVENDAM, *Directorium* ..., pars I, nn. 38-63: *ibid.*, pp. 586-592; Instructio *De peculiaribus casibus admittendi alios christianos ad communionem eucharisticam in Ecclesia Catholica*: AAS 69, 1972, pp. 518-525.
25 Cf. CD, nn. 11-16; AG, n. 38; NA, nn. 1-5.

http://www.obrascatolicas.com

dos in suis difficultatibus quoad ipsorum *integrationem* socialem, scholarem, linguisticam, quoad habitationem et assistentiam medicam et his similia.

c) Communis fides in Deum creatorem et remuneratorem occasiones praebet, ut dialogus religiosus instauretur sive cum viris studiis addictis sive cum operariis, qui sic iuvari possunt in servandis principiis fundamentalibus conscientiae religiosae, quae hodiernus vitae cultus in saecularem condicionem redactus evellere conatur.

Ad haec exsequenda Episcopus, pro viribus, aliquem idoneum clericum, aut religiosum aut laicum utiliter deputat.

160. *De iis qui atheismum profitentur vel saecularizationis periculis sunt obnoxii.* Cum atheismus, qui "inter gravissimas huius temporis res adnumerandus",[26] est, magis in dies diffundatur, altius agat radices et pugnacior reddatur[27], Episcopus, missus etiam ad eos qui Deum non agnoscunt et quamcumque fidem religiosam reiciunt, debet pro viribus huic malo obsistere, causas profundas huius lugendae rei deprehendere et etiam cum non credentibus aliquod dialogum salutis instituere[28].

Atheismo viam sternere potest, utpote in alterutram partem vertens, processus ille saecularizationis, quo hodiernus civilis cultus afficitur. Episcopus ergo curat, ut fideles adiuventur ad detegendas huius processus rationes, sive positivas, quibus fides christiana purior fieri possit, sive negativas, quae grave periculum contra fidem constituunt.

Itaque Episcopus pro viribus curat, ut:

a) Universitates Catholicae et Instituta de cura pastorali aut de investigatione sociali, si quae in dioecesi habeantur, huiusmodi factis studeant;

b) sive in institutione alumnorum Seminarii, sive in pastorali renovatione presbyterorum promovenda, ratio habeatur atheismi et processus saecularizationis;

c) cursus altioris institutionis religiosae de dialogo cum non credentibus habeantur, vel peculiares cursus pro peritis; conventus pro laicis promoveantur, peculiari ratione habita iuvenum et eorum, qui in apostolatu christiano partem habent;

d) praedicatio et institutio catechetica non ignoret haec gravia problemata;

e) musea et permanentes rerum expositiones condantur, quibus historicus religionis progressus doceatur et illustretur.

161. *De cura animarum in magnis urbibus.* Magna urbs est communitas valde varia ac multiplex. Constat enim plerumque e regionibus (vulgo: quartieri) inter se differentibus: v. gr. centrum historicum cum suis monumentis, museis et locis mercatoriis; regiones residentiales, quas incolunt familiae divitum; regiones periphericae seu suburbanae, celeriter et continuo crescentes, quo confugiunt egeni et immigrati, in tuguriis saepe viventes; regiones industriales, ubi plurimi operarii habitant; regiones scatentes habitaculis communibus (vulgo: apartment building) quasi apum favis etc.

Hinc in magna urbe videre est plures *classes sociales*, inter se localiter permixtas et saepe adversas; nec pauci sunt incolae a-sociales, solitudini ac "depersonalizationi" obnoxii.

In magna urbe insuper inveniuntur *servitia socialia* amplioris molis, ut puta: officia administrativa, iudicia-

26 GS, n. 19.

27 Cf. SECRET. PRO NON CREDENTIBUS, *Nota circa studium atheismi et institutionem ad dialogum cum non credentibus habendum*, 10 iulii 1970, Typis Polyglottis Vaticanis, 1970, n. 4.

28 Cf. GS, n. 21; PAULUS PP. VI, Litt. Encycl. *Ecclesiam suam*, 6 aug. 1964, nn. 93, 97: AAS 56, 1964, pp. 639, 651; SECRET. PRO NON CREDENTIBUS, *Documentum de dialogo cum non credentibus*, 28 aug. 1968: AAS 60, 1968, pp. 692-704.

ria, militaria, politica (praesertim si agitur de urbe nationis vel regionis capite); scholae cuiusvis ordinis et gradus, a primarum litterarum domiciliis usque ad universitates studiorum; instituta et consilia de re oecumenica; media communicationis socialis; nosocomia amenica; domus medicae; castra stativa pro militibus etc.

Etiam *cultura* in magna urbe, cum vivacior sit ob multiplicitatem opinionum et doctrinarum, atque instrumentorum publicam opinionem afficientium, maiorem persentit vim et efficacitatem socializationis et saecularizationis.

Habentur denique, sub respectu *ecclesiastico*, regiones urbis, in quibus loca cultus et domus religiosae sufficientia sunt, immo interdum superflua, aliae vero in quibus eadem insufficientia sunt aut omnino desunt.

Haec omnia peculiares easque graves difficultates pro cura animarum Episcopo proponunt, ab eoque speciales formas apostolatus pastoralis exigunt.

Post diligens examen condicionum et rationum generalium, potius quam singularum familiarum aut personarum, Episcopus curat, ut:

a) constitutio, dimensiones territoriales et distributio paroeciarum, ecclesiarum et oratoriorum, domorum religiosarum aliarumque sedium evangelizationis et divini cultus, diversis rationibus fiant ac in parvis urbibus vel in pagis (cf. infra, nn. 174-177);

b) aequior et utilior per omnes urbis regiones fiat distributio cooperatorum in pastorali ministerio (scil. presbyteri, religiosi et religiosae, quibus accensendi sunt sive diaconi sive laici, ad Lectoratus et Acolythatus ministeria vocati)[29]: hi omnes eligendi sunt ratione habita particularis ministerii, quod ab ipsis exigit peculiaris condicio regionis, ad quam mittuntur;

c) constituantur peculiares coetus (vulgo: équipes) e presbyteris, religiosis ac laicis constantes, qui speciatim sint instructi pro diversis classibus et diversis servitiis socialibus urbis: fideles tum Evangelio tum hominum generi, cui inservire intendunt;

d) hi multiformes labores apostolici exigunt maximam virium cooperationem et coordinationem, aliquando vero etiam finium territorialium uniuscuiusque paroeciae transgressionem.

Ad id utiliter constitui poterit Vicarius generalis, aut episcopalis pro tota et sola urbe, cui, si Episcopus opportunum censuerit, assistet aliquod Consilium pastorale urbanum seu superparoeciale.

Caput VI

DE EPISCOPO IN SYNODO DIOECESANA ET IN VISITATIONE PASTORALI

162. Iuxta traditam a saeculis et a Tridentino Oecumenico Concilio statutam actionis pastoralis disciplinam, praecipua in ministerio Episcopi negotia sunt Synodus dioecesana et Visitatio pastoralis.

Ad duo haec ministerii sui negotia praeparanda, ordinanda et exsequenda, modis adhibitis quos novae huius temporis necessitates Ecclesiae postulant, diuturnus labor debet Episcopum sollicitare.

I — SYNODUS DIOECESANA

163. *De Synodi natura.* Synodus dioecesana, quam convocat et moderatur Episcopus et ad quam clerici, religiosi et laici ad normam iuris convocantur, est congregatio, in qua Episcopus, auxilio usus peritorum

29 Cf. PAULUS PP. VI, Motu proprio *Ministeria quaedam*, 15 aug. 1972: AAS 64, 1972, pp. 529-534; Motu proprio *Ad pascendum*, 15 aug. 1972: AAS 64, 1972, pp. 534-540.

scientiae theologicae, pastoralis ac iuridicae, atque consiliis fruens diversorum coetuum communitatis dioecesanae, sollemni modo fungitur officio ac ministerio pascendi gregem sibi commissum, leges et normas universalis Ecclesiae adiunctis localibus aptando, via ac rationes laboris apostolici in dioecesi indicando, apostolatus ac regiminis difficultates solvendo, opera et incepta generalia instimulando, errores in doctrina et moribus, si qui serpant, corrigendo.

Occasionem quoque Synodus praebet sacras celebrationes peragendi, quae maxime proficiunt ad fidem et pietatem et apostolatus studium excitanda vel noviter instauranda in universa dioecesi.

164. *De Synodi praeparatione.* Synodus, ut rite peragatur et communitatis progressui revera prosit, accurate est praeparanda, sive res pertractandas componendo, sive publicam opinionem et fidelium conscientias per aptam notitiarum evulgationem erigendo. Tempestive Episcopus praeparatorias Commissiones condat, quae non solum e clericis, sed etiam e religiosis et laicis opportune delectis constent, et sive in urbe dioecesis capite sive in singulis foraniis studeant quaestionibus Synodo proponendis, varias illarum rationes — ad theologiam, liturgiam, ius canonicum, actionem socialem-caritativam, varias apostolatus species, vitam spiritualem pertinentes — considerent et schemata conficiant decretorum, votorum, consultuum etc., quae Episcopus cum Consilio Presbyterali et etiam cum Consilio Pastorali, si ei placuerit, perpendet et universo Synodi coetui exhibenda decernet.

Simul Episcopus curat, ut in tota dioecesi fidelibus copiosa rerum communicatio ac crebra praedicatio tradatur de momento Synodi in Ecclesiae vita et institutis atque ample explicentur quaestiones in congregatione pertractandae et consilia proponenda, necnon omnium dioecesis christifidelium conscia consideratio et libera cooperatio deposcatur, etiam extra Commissiones praeparatorias.

Ad instantes orationes Deo fundendas per totum praeparationis et celebrationis tempus, tamquam pro re maximi sane momenti, universam dioecesanam ecclesiam Episcopus advocare numquam desinit.

165. *De Synodi celebratione.* Sensus communionis adunati coetus in celebrationibus liturgicis, in Eucharistia praesertim, primum exprimitur et declaratur, eaeque proinde veluti Synodi centrum sunt et a fidelibus quam plurimis participari debent. Liturgia verbi sollemnibus his ritibus propius convenit; proinde opportunae habentur homiliae, quae Synodi significationem et ordinem explicare valeant. Allocutiones etiam, quae fundamenta illustrent doctrinae et actionis pastoralis ad Synodi labores attinentia, ad populum in divina liturgia adunatum haberi possunt.

Studia et disceptationes de propositis schematibus ad synodalis coetus membra spectant, sub Episcopi actuosa praesentia. Conventibus omnes iure fruentes actuose intersunt, iuxta normas antea editas ad rectum et ordinatum sessionum cursum. Amplam et liberam facultatem dari decet propriam sententiam proferendi singulis sodalibus, qui, iuxta Synodi normas, id postulant.

Synodi conclusiones e conlatis Commissionum et Coetus sessionum sententiis ab Episcopo deducuntur et ad legis formam rediguntur, cum ipse solus eis legum vel decretorum vim tribuere valeat.

Ipsius proinde est vim iuridicialem, si id opportunum censeat, praescriptorum et decretorum synodalium definire. Ipsius denique est acta Synodi promulgare atque tempus modosque statuere, quibus constitutiones vigere incipiant.

In Synodo, si id Episcopo opportunum videatur, Consilia sive Presbyterale sive Pastorale constitui aut re-

novari poterunt, atque etiam Commissionum et Officiorum Curiae dioecesanae membra eligi.

Item eligi poterunt Consultores vel membra Consiliorum Operibus et Consociationibus dioecesanis moderandis, si talium Operum eorumque munerum cursus cum Synodi temporibus concordet: quod opportunum videtur, ut Synodi celebratio pro ecclesiae dioecesanae vita et institutis instaurandis potissimum revera momentum habeat.

II — VISITATIO PASTORALIS

166. *De Visitationis pastoralis natura.* Visitatio pastoralis unus est, et quidem peculiaris, ex modis, quibus Episcopus, inter unam alteramque Synodum, congressus personales cum clero ceterisque fidelibus Populi Dei fovet, ut eos cognoscat et dirigat, hortetur ad fidem vitamque christianam exercendam, atque structuras et instrumenta, quae servitio pastorali destinantur, in sua vera efficientia experiatur ipse ac perpendat.

Caritas pastoralis est Visitationis veluti anima; finis vero eiusdem ad bonum communitatum et institutorum Ecclesiae cursum intendit[1].

Pastoralis Visitatio opus est apostolicum, eventus gratiae, imaginem referens illius singularis ac prorsus mirandae visitationis, qua "princeps pastorum" (*1 Petr.* 5, 4), episcopus animarum nostrarum (cf. *1 Petr.* 2, 25) Christus Iesus visitavit et fecit redemptionem plebis suae (cf. *Lc.* 1, 68).

Per Visitationem pastoralem Episcopus spectabili modo se praebet visibile principium ac fundamentum unitatis in ecclesia particulari sibi commissa[2].

Pastoralis Visitatio, cum totam afficiat dioecesim in suis variis personarum coetibus, locis sacris, structuris et institutionibus, felicem praebet Episcopo occasionem operariis evangelicis laudem, stimulum, solatium afferendi, evangelizationis et apostolatus difficultates suis ipse oculis perspiciendi, organicae actionis pastoralis rationem iterum investigandi atque perpendendi, corda fratrum attingendi, vires forte languidas excitandi, omnes denique fideles advocandi ad novam sui conscientiam ac diligentiorem actionem apostolicam[3].

Proinde personae, sive singulae sive consociatae, potissimum visitantur, eae praesertim, quae partem habent in exercitio apostolatus.

Ad auxilium potius quam ad iudicium sacrorum ministrorum Visitatio tendit.

167. *De Visitationis pastoralis novis aspectibus atque frequentia.* Visitationis pastoralis institutum novas induit formas, variis quidem locis accommodandas, necesse est, novasque accipiat causas et rationes, quibus utilius nostris hisce temporibus evadat.

Eius frequentia et continuatio cum dicta natura pastorali strictim commetiendae sunt.

Quamobrem, ubi opportunum videatur, minui possunt publicae caerimoniae, et Visitatio, si opus est, per plures dies, etsi non continuos, protrahi, adeo ut Episcopus uti possit etiam aliis sibi datis occasionibus, cum nempe diversa dioecesis loca alias ob causas adit.

168. *De Visitatione pastorali paroeciarum.* Ratio praecipua Visitationis paroeciarum ea est, ut Episcopus personas — clerum scilicet, religiosos ac laicos — conveniat. Ad id tendant oportet omnes Visitationis actus.

In Visitatione ergo paroeciarum haec, inter alia, Episcopus peragere studet:

1 Cf. PAULUS PP. VI, Allocutio habita in Aede Sixtina Romano Clero et quadragenarii temporis in Urbe oratoribus, 6 febr. 1967: AAS 59, 1967, pp. 154-155.

2 Cf. LG, n. 23.

3 Cf. PAULUS PP. VI, Allocutio habita in Archibas. Lateran. cum Pastoralis romanae dioecesis Visitatio initium caperet, die 9 apr. 1967: AAS 59, 1967, p. 414.

http://www.obrascatolicas.com

a) Missam celebrat et verbum Dei praedicat;
b) sacramentum Confirmationis inter Missam, quantum fieri potest, sollemniter confert;
c) pueros doctrina christiana instruendos visitat eosque de factis progressibus interrogat;
d) cum parocho aliisque clericis, paroeciae addictis, colloquitur;
e) pastorale Consilium paroeciale, consociationes apostolatui deditas, quae ab hierarchia dioecesana pendent, Instituta et scholas ecclesiasticas inspicit;
f) clericos et religiosos alloquitur, necnon etiam laicos, qui in paroecia pastoralia incepta moderantur;
g) infirmos visitat, quantum fert facultas;
h) alicui iuvenum inceptui vel beneficae pro pauperibus actioni, si quae fiat, interest;
i) operarios in ipsis officinarum locis adit et alloquitur, si fieri potest et opportunum videatur;
l) laicis, qui cum Episcopo colloquium de sua spirituali vita vel de paroeciae bono postulant, facilem se adeundi praebet facultatem.

Paroeciae vero aliorumque institutorum libros invisendos, loca sacra et suppellectiles inspicienda, bonorum adminitrationem examinandam Episcopus idoneis presbyteris, praesertim vicariis foraneis, diebus Visitationem antecedentibus vel subsequentibus peragenda committit, ut ipse Visitationis tempus potius dedat colloquiis ac sacris ministeriis, quae maxime ei congruunt utpote communitatis christianae capiti, magistro ac pastori.

169. *De fidelibus Visitationi pastorali praeparandis.* Visitatio pastoralis congruam fidelium praeparationem requirit, quae fieri potest per speciales de ecclesiae particularis communitate deque episcopatus missione ac ministeriis sermonum et praedicationum cursus, necnon per folia et opuscula, typis impressa, atque per alia communicationis subsidia. Ad spiritualem et apostolicam speciem ostendendam, Visitationem praecedunt, quantum fieri potest, sacrae missiones ad populum, quae ita peragantur, ut omnes coetus et homines, etiam a vita christiana remotiores, attingant et ad salutarem eventum animos erigant. Pariter, ante Visitationem, ope peritorum, investigationes habentur et notitiae colliguntur de paroeciae sociali-religioso statu, quae Episcopo et Officiis, quorum interest, inserviant, ut rerum condiciones bene noscantur, recta consilia capiantur et apostolatus ministeria secura dirigantur via.

170. *De Episcopi in Visitatione habitu et usu.* Commisso sibi gregi Episcopus est fidei morumque magister, pontifex et pastor: peculiares hinc virtutes etiam ministerii Visitationis actus distinguere debent.

Proinde in Visitatione, sicut et in ceteris vitae adiunctis, decet Episcopum simplex et mitis habitus atque benignus et aequabilis cum omnibus usus, ut documenta exhibeat pietatis et paupertatis et caritatis, quae omnes simul cum prudentia peculiares sunt pastorum Ecclesiae virtutes maximeque hodie probatae.

Prae oculis imaginem Iesu boni Pastoris custodiens, fidelibus se praebet non "in sublimitate sermonis" (*1 Cor.* 2, 1) neque verbis et operibus gloriosum, sed spiritu indutum Iesu Christi atque humilitatis, benignitatis, deditionis, artis audiendi sibique auditores conciliandi imitatorem[4]; id enim meminerit ad Visitationem pastoralem pertinere, ut "quaeratur": "quaerantur animae generoso amore et securo ductu indigentes; quaeratur Ecclesia ut vere sit Ecclesia"[5], id est Populus Dei.

Nec tamen dedecent illa simplicia festivitatis indicia, quae sunt potius in servitium fidelium quam in honorem pastoris, quatenus in eorum cordibus excitare sensum eventus gratiae illius Visitationis, cum gaudio expectatae, et inde maiores valeant spirituales fructus afferre.

4 Cf. PAULUS PP. VI, *l. c.*, p. 415.
5 PAULUS PP. VI, *ibid.*

Sectio II

DE ECCLESIAE PARTICULARIS STRUCTURIS DEQUE EPISCOPI IN PASTORALI MUNERE COOPERATORIBUS

Caput I

DE DIOECESEOS STRUCTURIS

171. "Dioecesis est Populi Dei portio, quae Episcopo cum cooperatione presbyterii pascenda concreditur, ita ut, pastori suo adhaerens ab eoque per Evangelium et Eucharistiam in Spiritu Sancto congregata, Ecclesiam particularem constituat, in qua vere inest et operatur Una Sancta Catholica et Apostolica Christi Ecclesia"[1].

Haec verba, Sacrarum Scripturarum et antiquorum Patrum mentem redolentia, dum mysterium seu elementa theologica ecclesiae particularis optimo in lumine collocant, elementa eius socialis compaginis clare ostendunt. Haec enim ecclesia, ut vocationi christianae et Evangelii praeceptis apte respondere valeat, quadam structura et ordine indiget, quibus portio Populi Dei certius definiatur, sacra ministeria praedicationis, sanctificationis et regiminis fidelibus rite praebeantur, atque actio missionalis ad eos etiam, qui nondum in Christum credunt, vel eius fidem legemque non amplius sequuntur, dirigatur. Ex eo tamen quod portio Populi Dei potissimum constet e personis in Christum credentibus, sequitur structuras et officia dioecesana, quaecumque ea demum sint, uni animarum saluti inservire debere.

In primaevis communitatibus christianis structura et ordo quasdam iam definitas formas prae se ferebant, quae decursu temporis incrementum et stabilitatem in dioecesi acceperunt. Proinde dioecesis Ecclesiam universalem in loco constitutam manifestat, et fundamentum exsistit ministerii pastoralis et missionalis, etiamsi forte quaedam eius historica lineamenta deponenda, quaedam immutanda, quaedam nova adiungenda hodie sint, ut novis populi christiani et apostolicae navitatis condicionibus ipsa aptetur[2].

De quibusdam improprie dictis structuris dioecesanis sermo erit infra, cum de cooperatoribus Episcopi agetur.

I — DE DIOECESI

172. *De territorio dioecesano.* Ex ipsa dioecesis descriptione, quam ex Concilio Vaticano II deprompsimus, liquet dari posse ecclesiam particularem *personalem* vel *ritualem*, complectentem scilicet particularem coetum socialem (v. g. militum, immigratorum etc.) vel particularis ritus asseclas, cui nomen dioecesis vel etiam praelaturae confertur[3]. Attamen certi fines territoriales ecclesiae particulari generatim sunt attribuendi, intra quos Episcopus praesit, ministerium suum exerceat, omnes pascat quasi rationem pro illorum animabus redditurus (cf. *Hebr.* 13, 17).

173. *De dioecesis circumscriptione quoad territorii amplitudinem et incolarum numerum.* Dioecesis circumscriptio, quoad fines territorii et quoad numerum incolarum, talis sit oportet, ut Episcopus, veluti in medio ecclesiae particularis sibi commissae constitutus, cum cooperatione sui presbyterii munera pastoralia in ea efficaciter explere valeat, eiusque fidelium saluti quam perfectissime possit inservire.

1 CD, n. 11.
2 Cf. CD, n. 23.
3 Cf. CD, nn. 23, 43; PO, n. 10; ES, I, n. 4.

Ideo, pro ratione propinquitatis et cognitionis gregis, quam idoneum postulat ministerii pastoralis exercitium, structurae et officia administrationis dioecesis componantur oportet, opportunis etiam inductis mutationibus. Propterea, sicubi id bonum animarum exigat, territoriales fines Episcopus recognoscendos curat iuxta normas, a Concilio Oecumenico Vaticano II et ab Apostolica Sede latas[4]. Quinimmo, etiam novae finitimarum dioecesium internae ordinationi, praesertim si hae ex maioribus urbibus constent, cum suis confratribus studere non renuit[5].

In his omnibus Episcopus pro sua parte, bono animarum id exposcente, circumscriptionem territorialem dioecesis recognoscendam denuntiat sollicitatque, clero et fidelibus suadens, ut prompto et devoto animo Apostolicae Sedis iudicio se subiciant.

II — DE PAROECIA

174. *De paroeciis territorialibus et personalibus deque aliis apostolatus sedibus.* Dioecesis in paroecias distribuitur, quae plerumque sunt communitates in certo territorio constitutae, et, quatenus fieri possit, eo patente, ut parochus a frequentandis familiis et coetibus fidelium prae distantia non impediatur.

Institui tamen possunt, bono animarum id exposcente, paroeciae *personales*, id est non e praefinito territorio exstantes, sed ex unitate quadam sociali membrorum suorum (v. g. immigratorum alius nationis vel linguae etc.); quibus in casibus accurate actorum ecclesiasticorum validitati caute consulendum est. Idem dicendum est de paroeciis *ritualibus*[6].

Etiamsi verae paroeciae canonice minime erigantur, aliae apostolatus et caritatis sedes constitui possunt, organicis et stabilibus structuris plus minusve praeditae iuxta necessitates, ut aptis methodis et instrumentis pastorale ministerium locorum coetuumve necessitatibus valeat respondere. Semper vero caveatur, ut fideles magis magisque conscii reddantur se ecclesiae particularis participes esse, quae ut portio Ecclesiae universalis dioecesim constituit[7].

175. *De paroeciis in magnis urbibus.* Magnarum urbium paroecia elementa communia cum ceteris paroeciis retinere debet: v. g. ut sit communitas fidei, liturgiae et caritatis, signum praesentiae Dei in mundo[8]; ut praebeat continuationem in proponendo verbo Dei et in cultu liturgico exsequendo; ut sit in unaquaque urbis regione personificata quaedam praesentia Ecclesiae sive universalis sive dioecesanae, qua quidem praesentia indigent praesertim aegroti, inopes, immigrati, eradicati, idest fratres minimi, in quibus Christus videri et adiuvari potest (cf. *Mt.* 25, 40-45); ut foveat christianizationem relationum humanarum inter vicinos; ut sit punctum visibile unitatis et universalitatis pro parvis communitatibus christianis, intra eius fines exsistentibus[9] etc.

Attamen paroecia urbana id habet peculiare, quod, ex se sola, totam suam vitam adaequate attingere nequit, dum plures res eventusque sociales necessario fines paroeciales transgrediuntur. Quibus si addatur copiosa veloxque incolarum mobilitas, eorumque in dies crescens socialis divisio, facile eruitur quantum, in magnis praesertim urbibus, parochi eorumque vicarii cooperatores cum aliis parochis laborem sociare debeant, necnon cum presbyteris et religiosis, qui munus aliquod pastorale in iisdem urbibus exercent, vel operibus indolis superparoecialis sunt addicti[10].

4 Cf. CD, nn. 22-24; ES, I, n. 12.
5 Cf. CD, n. 22.
6 Cf. CD, n. 23.
7 Cf. CD, n. 11.
8 Cf. AG, nn. 15, 19.
9 Cf. AA, n. 10.
10 Cf. CD, n. 30.

176. *De rationibus paroeciarum instituendarum.* Cum dioecesis in paroecias bene distributa sat bona videatur ratio, qua totius communitatis vita efflorescat, Episcopo cordi sunt paroeciae constituendae, sive territoriales sive personales pro fidelium necessitatibus.

In hac rerum provincia, id summopere curandum esse videtur:

a) ut paroecia fervida praesertim distinguatur animorum unione, qua clerici religiosi ac laici, fraterna caritate compulsi, consociantur in veram communitatem fidei, gratiae et cultus, Spiritus dona sibi invicem participantes ad aedificationem Ecclesiae;

b) ut in unaquaque paroecia clerus spiritualem et pastoralem Episcopi imaginem prae se ferat et cum dioecesano presbyterio coniuncte agat;

c) ut in paroecia vel vicariatu, e minoribus paroeciis constante, quasi parvum presbyterium quatenus fieri possit presbyteri constituant et vitam communem excolant iis formis, quae ipsorum missioni congruant, communemque dent operam ministerii pastoralis inceptis sedulo inquirendis et apparandis et exsequendis;

d) ut clerus, religiosi et laici cuiusque paroeciae sua propria apostolatus officia recipiant exerceantque, in proposito labore unitatem servantes et concordem omnium operum, ministeriorum et charismatum disciplinam.

Denique, ad fines territoriales ac numerum incolarum paroeciae quod attinet, cum impossibile sit unam normam pro tot diversis locis ac humanis adiunctis definire, statui posse videtur haec regula usu explorata, pro viribus sequenda, ut latitudo et frequentia paroeciae tales sint, quae permittant sufficientem assistentiam pastoralem, mutuam nempe cognitionem et cooperationem inter pastorem ceterosque in ministerio adiutores et gregem, atque immediatam et continuam animarum curationem: id enim procul dubio est primum et necessarium ad vitam communitatis ecclesialis alendam.

177. *De paroeciarum tempestiva erectione et finium mutatione.* Ratione habita populi incrementi, prae oculis habens ordinem extruendorum aedificiorum et officinarum a publica auctoritate exaratum, Episcopus tempestive comparandas areas ad novas ecclesias aedificandas et iuris instrumenta ad novas paroecias erigendas curat, ne serius ad rem deveniatur, quando scilicet apta aedificationi sola iam non prostent aut recentium hominum frequentia in coagmentatis aedificiis, ob absentiam curae pastoralis, iam a vita christiana penitus discesserit.

Ad bonum animarum provehendum interdum necesse erit, ut fines territoriales mutentur, vel plures paroeciae in unam coalescant, vel maiores in plures dividantur, vel novae paroeciae aut sedes aliquarum communitatum non territorialium constituantur, ut paroeciae unius eiusdemque urbis nova interna ordinatione disponantur, ut demum structurae aptentur curae animarum necessitatibus, universorum conspectum et unitatem organicam retineant et adeundi singulos homines praebeant facultatem[11].

178. *De Officio vel Commissione dioecesana pro novis paroeciis.* Nisi utilius aestimetur proprium et stabile officium dioecesanum constitui, Episcopus aliquam Commissionem instituere potest, cui munus deferatur omnia agendi, una cum Consilio Presbyterali et ceteris, quarum interest, Commissionibus, quae novas erigendas paroecias et ecclesias aedificandas respiciunt.

Haec Commissio, quantum fieri potest, universam communitatem dioecesanam repraesentet, quae conscio et studioso animo paroeciarum et ecclesiarum erectionem, ut rem communem aggrediatur sibique onera et impensas, quantum potest, superimponat.

11 Cf. CD, n. 32; ES, I, n. 21.

http://www.obrascatolicas.com

179. *De paroeciae structuris.* Quoniam de paroeciae structuris fusius in Directorio ad usum parochorum pertractandum erit, tantum summa capita hic referuntur.

Quod attinet ad structurarum pro animarum cura efficientiam, praeter eminentiorem formam de qua supra dictum est (cf. n. 176), Episcopus optimam illam existimabit formam paroeciae:

– quae aequa territorii amplitudine et fidelium frequentia fruatur, scilicet nec nimis lata nec nimis angusta sit;

– quae parocho alteroque saltem presbytero sit dita-ta, qui, quantum possunt, vitam communem degant;

– in qua laici, pro iniuncto sibi officio, pastorale Consilium paroeciale participent et apostolatus opera ipsorum propria dirigant;

– in qua insuper consociationes paroeciales floreant et naviter operentur, illae praesertim quae a Summis Pontificibus vel episcopali Conferentia commendantur;

– in qua denique, inter apostolatus instrumenta non desint quaedam scholarum genera, uti sunt ad cathechismum edocendum, infantium parvulorumque ludi et disciplina, iuvenilium conventuum sedes, domicilium caritatis socialiumque operum et apostolatus erga familias exercendi, bibliotheca, et cetera quae coniuncte inserviunt ad classes coetusque populi libere excipiendos, variis quidem muneribus et consociationum formis, eadem tamen et unica semper manente communi et missionali Ecclesiae causa.

180. *De subsidiariarum ecclesiarum et oratoriorum erectione.* Praeter paroeciales ecclesias Episcopus alias ecclesias vel oratoria subsidiaria erigenda promovet iis in locis, ubi homines vitam degunt vel frequentiores conveniunt, praesertim valetudinis vel solatii causa, necnon apud autoraedarum vias, hamaxostichorum vehiculorumque stationes (vulgo: stazioni ferroviarie, stazioni degli autobus) et aëroportus, vel, sicubi desit facultas, aedes privatas emit vel pretio ad tempus conducit, quae aptari possint sacro cultui et ceteris communitatis ecclesialis necessitatibus.

In his autem aedificiis extruendis vel aptandis leges decoris et pulchritudinis locorum sacrorum serventur.

181. *De aliquibus servandis in ecclesiarum aedificatione.* In ecclesiarum aedificatione, praesertim paroecialium, Episcopus artem pietatemque curat inter se componendas, decorem ac paupertatem, venustatem et utilitatem haud oblitus. Quidquid autem ineptas novitates sapit et loci sanctitati pietatique fidelium potius officit quam inservit, sedulo arcet[12].

Cavet denique, ne in aedificandas, instaurandas vel exornandas ecclesias nimii sumptus effundantur neve paroeciae nimio aere alieno graventur: absonum enim est si, ob ecclesias lapideas, viventis Ecclesiae caritas et apostolatus praepediantur, quae ornatui templorum, si casus fert, sane sunt anteponenda. Attamen "domus orationis in qua Sanctissima Eucharistia celebratur et servatur, fidelesque congregantur, et in qua praesentia Filii Dei Salvatoris nostri in ara sacrificali pro nobis oblati, in auxilium atque solatium fidelium colitur, nitida, orationi et sacris sollemnibus apta esse debet"[13].

182. *De stipe colligenda pro novis locis cultus.* Episcopus, prudenter quidem et ad sensum fidei provocans, Populum Dei conscium efficit officio se astringi opes suppeditandi novis paroeciis erigendis divinique cultus et caritatis locis aedificandis in dioecesi. Huius rei causa speciales "dies" instituere poterit ad pecunias colligendas, quae cum donis ad sacrificium in ipsa sacrorum celebratione deferentur, actuosam populi participationem significantes. Insuper taxae superimponi poterunt actibus iuridicis vel administrativis, semper tamen sacramentis et sacramentalibus exceptis.

12 Cf. SC, nn. 122-127.
13 PO, n. 5.

Ad rectam opinionem fidelibus insinuandam et eleemosinas colligendas quaedam constitui poterit consociatio, quae animos et vota communitatis repraesentet.

In hac rerum provincia studiose cavet Episcopus, ne quaestui pecuniae umquam cedat pastoralis cura, quinimmo prae omnium oculis niteat paupertatis et fidei spiritus, quem in omnibus servat Ecclesia.

183. *De erectione peculiarium apostolatus sedium, veluti "Missionis cum animarum cura", "Domus pastoralis" seu "Centri pastoralis".* Si immigrantium affluentia in dioecesis civitates, maximas praesertim, frequens et continua videatur ac difficile sit novas paroecias instituí, Episcopus in praegrandibus frequentatisque aedificiis saltem aliquas vicarias constituere potest vel ecclesias subsidiarias, vel etiam *missiones cum cura animarum*, quam vocant, aut *domus pastorales* seu *centra pastoralia.*

a) *Missio cum animarum cura* hic intellegitur officium ecclesiasticum, quo facultas ad tempus definitum ab Episcopo alicui presbytero non parocho tribuitur curam animarum, perinde ac si sit parochus, exercendi in loco determinato, ad territorium verae paroeciae pertinente, cuius tamen parochus his fidelibus ministerio suo congrue providere nequit. Ad concurrentiam officiorum praecavendam, omnia scripto ab Episcopo determinentur, parocho audito, cuius interest.

b) *Domus pastoralis* seu *centrum pastorale* hic accipitur ut locus non necessario sacer, intra fines alicuius paroeciae consistens, quo parochus per se vel per alium presbyterum, auxiliantibus laicis bonae voluntatis, statutis temporibus accedit, ut sacra peragat, catecheticam institutionem impertiatur, opera caritatis animorumque culturae ceteraque ministeria exerceat in bonum fidelium, qui ab ecclesia paroeciali vel religiosorum longius absunt, ne illis aliqua cura pastoralis desit, donec nova paroecia ibidem instituatur.

Haec cura etiam diaconis concredi poterit, immo, deficientibus diaconis, etiam religiosis mulieribus aut laicis, ut ea ibi ministeria exerceant quae eorum in Ecclesia status permittit.

III – DE FORANIIS SEU DECANATIBUS

184. *De erigendis foraniis deque earum momento.* Dioecesis paroeciae per foranias seu decanatus consociantur, quo melius ministerium in bonum fidelium impendatur[14]. Praeter has foranias, ratione territorii definitas, dari possunt etiam foraniae *personales* vel *rituales* vel *functionales*, quas vocant, constantes scilicet pluribus paroeciis vel *personalibus* vel *ritualibus* (cf. supra, n. 174), aut pluribus peculiaribus *functionalibus* seu officiis pastoralibus (v. g. munera cappellani nosocomiorum, cappellani scholarum etc.) unius eiusdemque vel territorii magnae urbis.

Episcopus magni facit harum circumscriptionum constitutionem earumque rectam et efficacem actionem, quippe quae multum conferant ad pastoralem coniunctam actionem et necessaria media sint subsidiarietati et bene disposito in dioecesi ministerio.

185. *De rationibus servandis in foraniarum erectione.* Foraniae institutum ad id tendit, ut, adiuvante Vicario foraneo, parochi vel *officiales* pastorales unius eiusdemque territorii vel plagae socialis inter se constituant quasi quandam cellulam vitalem presbyterii dioecesani, circa quam opportune coordinetur etiam apostolatus specificus religiosorum, religiosarum et laicorum, in territorio vel officio pastorali operantium, et sic pastoralis actio communis apte promoveatur et ordinetur[15].

14 Cf. CD, n. 30.
15 Cf. ES, I, n. 19, § 1.

Proinde ab Episcopo, in erigendis foraniis, prae oculis hae habeantur rationes:

– fidelium mores et indoles psychologica et condicio socialis non dissimilis;

– paroeciarum eadem vel similis natura geographica et historica;

– eaedem oeconomicae et administrativae necessitates, atque humanus cultus et disciplina communis (v.g.: idem ager metallis refertus, eadem coniunctarum officinarum regio, convallis quaedam etc.);

– presbyteris eiusdem foraniae inter se cum Vicario frequenter convenire non esse nimis difficile;

– consuetudines iamdudum probatae.

186. *De foraniarum constitutionibus.* Constitutiones generales pro foraniis totius dioeceseos Episcopus laudabiliter exarat audito Consilio Presbyterali, iisdemque, inter alia, haec peculiariter definiantur:

– singularum foraniarum compositio;

– appellatio praesidis (v. g.: Vicarius foraneus, seu Decanus, seu Archipresbyter, vel, si agatur de foraniis *ritualibus* orientalis ritus, Protopresbyter etc.);

– munera foraniae: consociatio cleri eiusque conventus, laicorum cooperatio, peculiarium partium actionis pastoralis (cf. supra n. 152) moderatores etc.;

– facultates, quibus Vicarii seu Decani ditantur, sive a iure sive ab Episcopo delegatae;

– leges, quibus actio foraniae exercetur.

187. *De Vicario foraneo.* Vicarii foranei officio, quod pastorale censendum est, non solum scilicet iuridicum, administrativum et superparoeciale, magnum momentum tribui debet. Non enim ille onere tantum invigilandi adstringitur, sed vera apostolica sollicitudine, ut vitam presbyterii localis foveat et coniunctam foraniae actionem pastoralem sustineat iuxta mentem et documenta Oecumenici Concilii Vaticani II.

Episcopus ergo Vicarium foraneum diligentissima providentia deligit, Consilio Presbyterali consulto, si ei opportunum videatur, vel etiam presbyterorum foraniae collatis suffragiis.

Vicarius foraneus presbyter sit[16]:

– curam animarum exercens;

– in forania degens et propter suam doctrinam ac prudentiam, pietatem et apostolicam navitatem, nomen et auctoritatem apud clerum et populum habens;

– idoneus, cui Episcopus facultates concredat pro universa forania, nisi ipsum Vicarium episcopalem peculiaribus tributis officiis constituere malit;

– aptus ad promovendam et bene regendam coniunctam actionem pastoralem in territorio sibi credito.

Eiusdem Vicarii officium non est necessario adnectendum certae constantique paroeciae: amplior inde evadat Episcopi et presbyterii libertas.

Vicarii munus est ad tempus definitum, quod iure particulari decernitur (v. g. ab ipso Episcopo vel a Synodo dioecesana vel forte a Conferentia episcopali); ipse insuper amovibilis habetur ad placitum Episcopi.

Vicarium opportune audit Episcopus, quoties de parochorum in forania degentium electione vel translatione vel amotione agatur[17].

188. *De Episcopi et Vicariorum foraneorum necessitudine.* Episcopus statis temporibus congressus convocat Vicariorum foraneorum, quibuscum de particularibus rebus dioecesis agit et de eius condicionibus notitiam comperit.

Nisi id iam alibi cautum sit, e coetu Vicariorum Episcopus aliquos eligit, qui ex officio in Consilium Presbyterale et Pastorale ascribantur.

16 Cf. ES, I, n. 19.
17 Cf. CD, nn. 29-30; ES, I, n. 19.

IV – DE QUIBUSDAM PECULIARIBUS CIRCUMSCRIPTIONIBUS

189. *De regionibus seu plagis pastoralibus in Dioecesi erigendis.* Praeter foraneas vel urbanas circumscriptiones, dioecesis, si id expedire videatur, et servata semper gubernationis dioecesanae unitate, in ampliores quoque regiones seu plagas pastorales distribui potest, quibus Vicarii episcopales praeficiantur, munera pastoralia de mandato et nomine Episcopi exercentes. Nomine regionis seu plagae pastoralis hic intelligitur convictus aliquis humanus, territorio circumscriptus, communitatem quandam particularem constituens, quodammodo autonomam in suo progressu, et distinctam actionem pastoralem postulans.

Etiam pro peculiaribus fidelium coetibus constitui possunt Vicarii episcopales, qui specialem illorum curam agant (v. g. religiosarum, laicorum variarum socialium vel religiosarum classium etc.)[18].

190. *De maximis urbibus.* Maximarum urbium, seu *megalopoleon*, quas vocant, in praesens satis frequentium, cura pastoralis graviora sane, immo nonnumquam nova problemata et difficultates prae se fert quam magnarum urbium, de quibus iam dictum est (cf. n. 161); ipsae enim plurium conglobatio urbium potius quam una urbs esse videntur, et laborem potius missionalem postulant, qui unius Episcopi uniusque dioeceseos vires exsuperat.

Proinde Episcopus curat distribuere megalopolim in circumscriptiones peculiares, iisque Vicarios urbanos praeponere, quorum officium utiliter Episcopis Auxiliaribus tribui poterit[19].

Episcopi est illis structuris actionem pastoralem in urbe ditare, ut ordinetur et componatur et efficax reddatur navitas pastoralis tum Vicariorum et coetus presbyterorum, tum Consilii laicorum, tum eorum qui in varias populi portiones operam suam impendunt, tum demum moderatorum officiorum, institutorum, coetuum et consociationum pro variis inceptis religiosis et socialibus, pro publica opinione formanda, pro apostolatu erga familias etc.

Si casus ferat, et adiuncta personarum, opum et operum id sinant[20], Episcopus studet et proponit Apostolicae Sedi, ut megalopolis – respectu habito ad *functiones* vel classes sociales, vel ad necessitates pastorales potius quam ad territorium – in plures dioeceses dividatur, quae et suo Episcopo ditentur et tamen inter se nexibus fortibus et stabilibus ita devinciantur, ut unitas megalopoleos, quantum fieri possit, servetur, et omnes Episcopi veluti collegialiter curam apostolicam totius civitatis gerant, licet singulis quaedam definita munera gerenda committantur[21].

V – DE SEMINARIO

191. *De peculiari Episcopi sollicitudine erga Seminarium.* Inter cetera suae dioeceseos instituta tamquam praecipuum Episcopus Seminarium habet et studiosissima assiduaque cura apostolici sui muneris prosequitur, hac praesertim de causa quod a Seminariis continuum et ubere ministerium sacerdotale in Ecclesia maxime pendet. Qua in re sedulo ad praxim deducit normas a Concilio Oecumenico Vaticano II, ab Apostolica Sede et a "Ratione Institutionis sacerdotalis" uniuscuiusque Nationis datas[22], sub quarum luce confectam sui Seminarii peculiarem regulam ipsius est approbare.

18 Cf. CD, n. 27; ES, I, n. 14, § § 1-5.
19 Cf. CD, nn. 25-26; ES, I, n. 13, § § 1-2.
20 Cf. CD, n. 23, 3.
21 Cf. PAULUS PP. VI. Allocutio ad Archiepiscopum Parisiensem eiusdemque archidioecesis Praesulibus Coadiutoribus, die 24 sept. 1971: AAS 63, 1971, pp. 756-758.
22 Cf. OT, nn. 8-22; S. CONGR. PRO INSTITUTIONE CATHOLICA, *Ratio fundamentalis institutionis sacerdotalis*: AAS 62, 1970, pp. 321-384.

http://www.obrascatolicas.com

Sive cum clericis in Seminario degentibus, sive cum eorum moderatoribus, directore spiritus et magistris, frequenter et singulatim et benigne Episcopus colloquitur. Totum Seminarium prudenter in ordinationem vitae dioecesanae inserendum curat[23].

Tempore opportuno, maxime antequam candidati Sacris Ordinibus initientur, Episcopus sibi per peculiarem investigationem compertum habet ab iis veram naturam exercitiumque catholici sacerdotii et onera ipsi coniuncta cognosci.

192. *De moderatorum et magistrorum Seminarii electione.* Enixa sollicitudine Episcopus moderatores, directorem spiritus, confessores et magistros Seminarii seligit ex optimis viris suae dioeceseos, pietate eximiis atque solida ac probata doctrina, congruenti experientia pastorali animarumque zelo et peculiari institutione spirituali et paedagogica exornatis, vel eosdem a dioecesibus magis ditatis expetit. Quos non dubitat Episcopus ab utilibus quidem vel necessariis ministeriis abstrahere; sedulo tamen vigilat, ut ipsi suo munere rite fideliterque fungantur, eos ab officio removens qui doctrinam et disciplinam Ecclesiae non sequuntur.

Laici ad munus magistrorum in Seminario in quibusdam casibus admitti possunt, dummodo praeter congruentem doctrinam constet etiam de eorum christiano animo fideque plane orthodoxa.

193. *De plurium Seminariorum consociatione.* Quoties unius dioecesis Seminarium omnia sua munera congruenter implere non valeat, duae vel plures dioeceses viciniores, opportuna intercedente inter Episcopos conventione praesertim quoad magistros et vitam singularum alumnorum communitatum, ad unicum Seminarium constituendum invitantur, in quo, quantum gravis rei momentum postulat, vitae et studiorum disciplina excolatur.

Si vero hoc Seminarium regionale vel nationale sit, regitur iuxta statuta ab Episcopis, quorum interest, condita et ab Apostolica Sede probata[24].

194. *De publicarum scholarum frequentia.* Episcopus, iis quae Conferentia episcopalis regionalis vel nationalis hac de re statuerit obsecundans, post debitam inquisitionem iudicium fert an opportune pro studiis litterarum et humanitatis alumni publicas scholas frequentent vel etiam Seminarii cursus discipulis pateant, qui ad Sacros Ordines accedere non intendant.

195. *De alumnorum institutione.* Praecipua de Seminario Episcopi cura ea esse debet, quae respicit solidam alumnorum formationem spiritualem.

In ordinanda vero philosophica et theologica eorum institutione rationes sequitur a propria Conferentia episcopali datas iuxta instructiones Sedis Apostolicae[25], et sanam institutionem Episcopus de re oecumenica fovet[26].

Omnes Seminarii dioecesani tirones, ii praesertim qui in studiis theologicis versantur, Episcopus curat, ut catholico sensu Ecclesiae imbuantur. Quapropter sollicitus est de recta doctrina magistrorum, et invigilat super textus et libros in scholis Seminarii adhibitos, praesertim quando aut non catholici in Seminario doceant, aut alumni ad Seminarii non catholici scholas accedant[27].

Quod attinet ad tirocinium pastorale, quo alumni ad ministeria exercenda gradatim informantur, Episcopus, aut ipse solus aut, si casus ferat, cum confratribus Conferentiae episcopalis, normas practicas statuit[28].

Ne dioecesi atque Ecclesiae desint presbyteri ad varias scientias docendas vel particularia ministeria oberunda parati, absoluta generali formatione et facta quoque aliqua experientia pastorali, Episcopus candidatos mittit indole, virtute et ingenio vere idoneos, ad altiora Instituta et Facultates, ubi apta institutio, una cum congruentibus gradibus academicis, obtineri possit[29].

196. *De peculiaribus cursibus pro viris aetate provectioribus sacris Ordinibus initiandis.* Praeter regulare Seminarii curriculum Episcopus peculiares cursus ordinat ab iis frequentandos qui, iam aetate aliquatenus provecti, Dei et fratrum famulatui in sacerdotio sese devovere exoptant, instituta etiam ad hoc accommodata disponens[30].

Item excipiendos et instruendos candidatos ad Diaconatum curat iuxta normas, ab Apostolica Sede et a Conferentia episcopali decretas[31].

VI — DE PASTORALI CURA OMNIUM VOCATIONUM ET DE DIOECESANO OPERE PRO VOCATIONIBUS

197. Semper, at nostra praesertim aetate, cum gravior urgeat necessitas, primarium Episcoporum officium est ut, per eorum sollicitudinem, consulatur perpetuo sufficienti numero sacrae hierarchiae variorum ministrorum, atque religiosae vitae alumnorum in Ecclesia[32].

Ad id officium explendum Episcopus universam dioecesim excitat arctamque omnium virium laborumque curat coniunctionem[33], ut promoveantur vocationes sive sacerdotales et diaconales, sive religiosae utriusque sexus, sive laicorum consecratorum pariter utriusque sexus.

Pastoralis cura vocationum, arcte coniuncta cum pastorali iuventutis (cf. supra n. 154), suum centrum et organum proprium ac peculiare habet in Dioecesano Opere pro Vocationibus, quod Episcopus curat institui aut renovari, et ad unamquamque paroeciam omneque ecclesiasticum Institutum et apostolatus sedem pertinere, in servitium omnium vocationum et pro necessitatibus totius Ecclesiae[34].

Immo, si casus ferat, Episcopus cum confratribus suae Conferentiae curat componendas, approbandas et ad praxim deducendas "rationes" (vulgo: piani) actionis, ad breve et ad longum tempus, pro pastorali omnium vocationum cura in regione aut natione.

Episcopus, sive per se sive per Operis Vocationum coepta, fidelium animos excitat instruitque, ut suas partes agnoscant et agant in hoc munere, quod ad totam christianam communitatem et singulas familias pertinet, scilicet sibi et Ecclesiae universae sufficientem sacrorum ministrorum copiam providendi, qui necessario suo ministerio pro fratribus fungantur in aedificationem Populi Dei.

Operam denique impendit, ut frequentiores alacriosque fiant in sua dioecesi viri atque mulieres, qui statum religiosum aut vitam Deo consecratam generose amplectantur.

23 Cf. S. CONGR. PRO INSTITUTIONE CATHOLICA, *Ratio fundamentalis...*, nn. 12,22,47: *l. c.*, pp. 339-340, 342-344, 353.
24 Cf. OT, n. 7.
25 Cf. S. CONGR. PRO INSTITUTIONE CATHOLICA, *Ratio fundamentalis...*, nn. 59-93: *l. c.*, pp. 361-379; Litterae ad locorum Ordinarios de philosophia docenda in Seminariis, 20 ian. 1972.
26 Cf. OT, nn. 16, 19; UR, n. 10.
27 Cf. SECRET. AD CHRISTIAN. UNITAT. FOVENDAM, *Directorium...*, pars II, cap. IV: AAS 62, 1970, pp. 718-723.
28 Cf. S. CONGR. PRO INSTITUTIONE CATHOLICA, *Ratio fundamentalis...*, n. 98: *l. c.*, p. 382.
29 Cf. OT, n. 18; S. CONGR. PRO INSTITUTIONE CATHOLICA, *Ratio fundamentalis...*, nn. 82-85: *l. c.*, pp. 374-375.
30 Cf. S. CONGR. PRO INSTITUTIONE CATHOLICA, *Ratio fundamentalis...*, n. 19: *l. c.*, p. 342.
31 Cf. LG, n. 29; PAULUS PP. VI, Motu proprio *Sacrum Diaconatus Ordinem*, 25 iulii 1967: AAS 59,1967,pp.697-704.
32 Cf. CD, n. 15; OT, n. 2; AG, n. 38.
33 Cf. CD, n. 15; OT, n. 2; PC, n. 24; PO, n. 5.
34 Cf. OT, nn. 2-3; S. CONGR. PRO INSTITUTIONE CATHOLICA, *Ratio fundamentalis...*, nn. 8-10: *l. c.*, pp. 336-338.

Caput II

DE COOPERATORIBUS EPISCOPI IN MUNERE PASTORALI

198. Episcopus, licet plenitudine sacerdotii ministerialis et missionis apostolicae, cum officiis pastoris patrisque christianae communitatis, sit insignitus, tamen probe novit se non esse institutum, ut totam missionem Ecclesiae salvificam erga dioecesim sibi commissam in se unum suscipiat[1], neque vires sibi sufficere, ut solus curam pastoralem dioecesis omni ex parte explere valeat.

Proinde indiget et libenter utitur aptis delectisque cooperatoribus, sive clericis sive religiosis sive laicis, quibus, in partes suae sollicitudinis adscitis, vario quidem titulo et gradu, missionem apostolicam participet et officia concredat, secundum leges prudentis cooperationis pastoralis (cf. infra, n. 209).

I — DE PERSONIS ET INSTITUTIS QUAE CUM EPISCOPO DIRECTE COOPERANTUR

199. *De Episcopis Coadiutoribus et Auxiliaribus.* Perspicuum cooperationis exemplum ipse Episcopus praebet sociatum laborum opus Coadiutoris vel Auxiliarium Episcoporum, si quos habeat, libenter accipiendo.

Episcopus enim Coadiutor et Episcopi Auxiliares Episcopo dioecesano adiumenti causa dantur, praesertim si magna et frequentior sit dioecesis, ad universum ministerium vel peculiaria munera pastoralia vel alicuius dioecesis portionis curam[2].

Cum vero de potestate Episcopis Auxiliaribus tribuenda agitur, Episcopus dioecesanus haec prae oculis habeat: pascendi dominici gregis bonum, unitatem regiminis in dioecesi moderanda, commune episcopatus sacramentum, condicionem membri Collegii episcopalis, qua Auxiliares decorantur, efficacem cooperationem pastoralem. Quapropter Auxiliarem vel Auxiliares suos constituit Vicarios generales vel saltem Vicarios episcopales[3].

Consuetudinem excolit Episcopus humanam et spiritualem cum Episcopo Auxiliari vel Auxiliaribus, etsi vita communis degi non possit, et, quantum ad ministerium apostolicum in dioecesi attinet, certis temporibus cum iis convenit atque, notitias praebens et accipiens, consilia et opera perficienda cum iis excutit conaturque communionem spiritus alere ac summum regendae et providendae et ordinandae actionis pastoralis munus eorum auxilio exercere.

Sicubi Episcopo Coadiutor concedatur, ut quam maxime praesenti ac futuro dioecesis bono faveatur, in rebus maioris momenti ambo inter se consulere ne omittant[4]. Nam, cum Coadiutor cum iure successionis detur, hic iam animo et consilio futurum suum pastorale ministerium necessario conspicit. Proinde, nisi gravis eaque urgens causa aliter suadeat, Episcopus dioecesanus sic incepta promovet et exsequitur, ut futuro exercitio muneris pastoralis sui Coadiutoris facilis pandatur ianua.

Si dioecesi, sede plena, Administrator Apostolicus datus fuerit, eum Episcopus pro se in regenda ecclesia substitutum considerat, eique apostolicum mandatum liberum plane expeditumque exercendum linquit.

200. *De Curia dioecesana.* Curia dioecesana constat ex illis personis et officiis, quae Episcopo in munere pastorali pressius opem praestant et cum eo quasi unum efficiunt.

Curiam Episcopus ita ordinat eiusdemque agendi rationem universam, administrativam quoque et iudiciariam, eo spiritu et sollertia ditat, ut "aptum instrumentum Episcopo fiat, non tantum ad dioecesim administrandam, sed etiam ad opera apostolatus exercenda"[5].

Quod ut perficiatur, primum Episcopus, audito consilio sui presbyterii, si et quo modo ei opportunum videatur, illos ad varia Curiae officia deligit, qui tum peculiari rerum agendarum peritia, tum pietate et pastorali studio excellant. Eosdem praeterea, qui presbyteri sint, excitat ut aliquod curae animarum ministerium simul exerceant, ne Curia instrumentum mere administrativum et iuridicum evadat: quod profecto tunc fieret, si officiales fere deficeret sensus et experientia necessitatum fidelium eorumque pastoralis curae ac spiritualis profectus.

Curiam ergo instrumentum fieri oportet inquirendi, conficiendi et exsequendi pastoralis rationis, quam Episcopus una cum suis Consiliis perpendit deliberatque. Curiae insuper competit in regimine et administratione dioecesis traditam localis ecclesiae disciplinam et praxim quodammodo custodire, quae quidem hominum et institutorum particularium vicissitudines superat.

Episcopus, pro viribus, *sectiones* pastoralem, socialem-caritativam et liturgicam in ea instituit, quibus multiplicia apostolatus munera dirigenda committit, necnon Consilia, Officia, Commissiones, sive stabiles sive temporarias ad negotia particularia et transeuntia tractanda, Secretariatus et his similia. Haec omnia ad usus profecto et necessitates locorum accommodari debent; usus vero et necessitates diiudicari possunt tum ex documentis Ecclesiae universalis, tum e normis a Conferentia episcopali traditis, sive nationali sive regionali.

Tribunali denique ecclesiastico Episcopus viros praeficit, qui sint retinentissimi virtutis iustitiae, et legitime petentibus iustitiam reddant incorruptibili iudicio, celeritate debita, nulla personarum acceptione admissa[6], conscii et ipsos Supremo Iudici rationem reddituros esse de iudiciis datis.

201. *De Vicario generali.* Vicarius generalis, cuius officium est eminens in Curia dioecesana[7], constituitur, sicubi rectum dioecesis regimen, iudicio Episcopi, id postulet; immo plures Vicarii generales constitui possunt[8].

Si in dioecesi adsit Episcopus Coadiutor, et iste necessario constitui debet Vicarius generalis[9].

Praeter ceteras virtutes et dotes, quae iure vigenti poscuntur, Vicarius generalis consentanea rei pastoralis peritia ornatus sit oportet.

202. *De Vicariis episcopalibus.* Vicarius episcopalis praeficitur finitae dioecesis parti aut certo ministeriorum generi, vel datur fidelibus alicuius ritus aut personarum coetus[10]. Si bonum dioecesis id postulet, Episcopus potest unum vel plures Vicarios episcopales, praeter Vicarium generalem, vel eiusdem loco, constituere, qui, pro munere tantum ipsis concredito, "ea gaudent potestate quam ius commune Vicario generali tribuit"[11], scilicet ordinaria vicaria.

Cordi erit Episcopo, cum Vicarium episcopalem nominat, eius auctoritatis terminos diligenter praefinire,

1 Cf. LG, n. 30.
2 Cf. CD, nn. 25, 26; ES, I, n. 13.
3 Cf. CD, n. 26; ES, I, n. 13.
4 Cf. CD, n. 26.
5 CD, n. 27.
6 Cf. LG, n. 27; PAULUS PP. VI, Allocutio ad Praelatos Auditores, Officiales et Advocatos Tribunalis S. R. Rotae, 1 ian. 1965: AAS 57, 1965, pp. 233-236; Motu proprio *Causae Matrimoniales*, 28 martii 1971: AAS 63, 1971, pp. 441-446.
7 Cf. CD, n. 27.
8 Cf. ES, I, n. 14.
9 Cf. CD, n. 26.
10 Cf. CD, nn. 23, 27; ES, I, n. 14.
11 CD, n. 27.

http://www.obrascatolicas.com

ne plurium iurisdictiones concurrant vel dubiae evadant.

Episcopo dioecesano liberum est causas, quas voluerit, sibi vel Vicario generali reservare, itemque speciale mandatum, quod iure communi pro certis negotiis praescribitur, Vicario episcopali conferre.

Vicarius episcopalis de omnibus, a se gestis vel gerendis, Episcopo dioecesano referre debet, et numquam contra illius mentem et voluntatem agere. Praeterea cum ceteris Episcopi cooperatoribus – ac praesertim cum Vicario generali, modis ab Episcopo dioecesano statutis – frequens colloquium instituere non omittit, ad firmandam in clero et populo disciplinae unitatem, ad conscientiam cooperationis in labore excolendam, atque ad uberiores fructus in dioecesi obtinendos[12].

203. *De Consilio Presbyterali.* *a*) Communio hierarchica inter Episcopum et eius presbyterium, in unitate sacerdotii ministerialis et missionis fundata, aliquo modo, id est *institutoria forma* manifestatur et in bonum dioecesis vertitur per Consilium Presbyterale[13].

Hoc Consilium, quod est natura sua dioecesanum[14] et necessario in unaquaque dioecesi constituendum[15], est "coetus seu senatus sacerdotum, presbyterium repraesentantium, qui Episcopum in regimine dioeceseos suis consiliis efficaciter adiuvare possit"[16]. Per Consilium presbyteri agnoscunt sese invicem compleri in serviendo uni eidemque Ecclesiae missioni[17]; exinde fraternitas presbyterii et commune colloquium seu dialogus inter Episcopum et presbyteros fovetur[18].

b) Consilium Presbyterale, cui uni titulus et officium *senatus Episcopi* in regimine dioecesis reservatur[19], si Episcopus eas proponat vel pertractandas admittat, agit de quaestionibus maioris momenti, quae sive ad sanctitatem vitae et scientiam sacram aliasque necessitates presbyterorum spectant, sive ad fidelium santificationem et religiosam institutionem, sive ad moderamen dioecesis in genere, tamquam argumenta ministerii sacerdotalis quod presbyteri in bonum communitatis ecclesiasticae impendunt[20]. Inter alia ei competit multiplicium ministeriorum in dioecesi exercitorum investigare fines certos et distincte circumscriptos, res urgentiores proponere, rationem agendi indicare, quidquid Spiritus per singulos et coetus insinuare solet adiuvare, vitam spiritualem fovere, quo facilius necessaria unitas attingi possit[21]. Tractare denique debet de aequa bonorum distributione ad sustentationem clericorum, deque paroeciarum erectione vel suppressione vel innovatione[22].

c) Consilium Presbyterale est organum consultivum tantum, quia voto deliberativo non gaudet, sed peculiare, quia natura sua et suo modo procedendi inter alia organa eiusdem generis eminet[23].

d) Indoles repraesentativa Consilii servatur, si in sinu eiusdem, quantum fieri potest, repraesententur varia ministeria, regiones seu pastorales dioecesis plagae, variae presbyterorum aetates et generationes. Maior sodalium pars seligitur per suffragium omnium presbyterorum, modo procedendi adhibito, quem statuta Consilii praescripserint[24]. Curat enim Episcopus, ut Consilium propria statuta paret, ab ipso approbanda, ratione habita eorum, quae Apostolica Sedes vel Conferentia episcopalis indicaverit[25].

e) Expedit, ut Episcopi, praesertim in Conferentia adunati, de quaestionibus spectantibus tum ad Consilium Presbyterale et Consilium Pastorale tum ad mutuas eorum necessitudines et cooperationem cum aliis coetibus consultivis, communia capiant consilia, itemque communes condant normas, quas singuli Episcopi pro sua quisque dioecesi aptatas sequantur[26].

204. *De Consilio Pastorali.* Consilium Pastorale est coetus ad id constitutus, ut omnia, quae ad opera pastoralia dioecesana spectant, investiget, perpendat atque de eis conclusiones practicas expromat, ita ut vitae et actionis Populi Dei congruentia cum Evangelio promoveatur[27]. Suo studio et cogitatione Consilium iudicia praebet quae sunt necessaria, ut communitas dioecesana munus pastorale tum organice praemoliri, tum efficaciter persolvere possit[28].

Consilium Pastorale, licet non sit imperatum, tamen est valde commendatum[29]. Constat e clericis (diaconis ergo minime exceptis), religiosis et laicis, specialiter ab Episcopo delectis[30].

Consilium vocem consultivam tantum habet; tamen Episcopus eius vota magni facit, quippe quae ipsius apostolico muneri gravem ac certam communitatis ecclesiasticae cooperationem praebeant.

Quo Consilii actio efficacior evadat, Episcopus statuere potest, ut, si fidelium bonum id exigat, in singulis paroeciis inter cetera apostolatus officia etiam pastoralia Consilia paroecialia instituantur, et cum dioecesano Consilio coordinentur. Eadem vero, per varias plagas collecta, suos delegatos eligere poterunt, qui in Consilium dioecesanum ascribantur, ita ut universa dioecesana communitas percipiat se per Consilium dioecesanum suam Episcopo cooperationem praebere.

Ut finis huius Consilii ad effectum reapse deducatur, expedit, ut laborem communem studium praevium praecedat, ope adhibita, si casus ferat, Institutorum seu Officiorum, quae in hunc finem allaborent[31], uti v. g. officium sociale-religiosum, officium de instrumentis communicationis socialis etc.

205. *De Capitulo ecclesiae Cathedralis vel de Consultoribus dioecesanis.* Inter propiores Episcopi cooperatores in regenda dioecesi annumeratur Capitulum ecclesiae cathedralis, vel Coetus Consultorum dioecesanorum.

Canonicos vel Consultores Episcopus sententiam rogat in casibus a iure communi statutis, rem oeconomicam praesertim respicientibus.

Eosdem cum humanitate et honore veluti pater semper alloquitur eorumque consilia gratus excipit. Eorum navitate in peculiaribus negotiis libenter utitur. Canonicis Capituli liturgicum ministerium rite ac pie in ecclesia cathedrali exercendum commendat.

206. *De clero dioecesano.* *a*) In animarum cura procuranda primas partes presbyteri dioecesani habent,

12 Cf. ES, I, n. 14.
13 Cf. S. CONGR. PRO CLERICIS, Litterae circulares ad Praesides Conferentiarum Episcopalium de Consiliis Presbyteralibus, 11 apr. 1970, nn. 3, 5: AAS 62, 1970, pp. 460-462.
14 Cf. SYNODUS EPISCOPORUM, 1971, *De Sacerdotio ministeriali*, pars altera, II, n. 1: AAS 63, 1971, p. 919.
15 Cf. PO, n. 7.
16 PO, n. 7.
17 Cf. SYNODUS EPISCOPORUM, *l. c.*
18 Cf. S. CONGR. PRO CLERICIS, *Litt. cit.*, n. 5: *l. c.*, pp. 461-462.
19 Cf. S. CONGR. PRO CLERICIS, *Litt. cit.*, n. 10: *l. c.*, p. 464.
20 Cf. S. CONGR. PRO CLERICIS, *Litt. cit.*, n. 8: *l. c.*, p. 463.
21 Cf. SYNODUS EPISCOPORUM, *l. c.*
22 Cf. ES, I, nn. 8, 21.
23 Cf. ES, I, n. 15; S. CONGR. PRO CLERICIS, *Litt. cit.*, n. 9: *l. c.*, pp. 463-464; SYNODUS EPISCOPORUM, *l. c.*

24 Cf. S. CONGR. PRO CLERICIS, *Litt. cit.*, nn. 6-7: *l. c.*, pp. 462-463.
25 Cf. S. CONGR. PRO CLERICIS, *Litt. cit.*, conclusiones I: *l. c.*, p. 465.
26 Cf. ES, I, n. 17; S. CONGR. PRO CLERICIS, *Litt. cit.*, conclusiones II: *l. c.*, p. 465.
27 Cf. CD, n. 27; ES, I, n. 16.
28 Cf. SYNODUS EPISCOPORUM, 1971, *De Sacerdotio ministeriali*, pars altera, II, n. 3: AAS 63, 1971, pp. 920-921; S. CONGR. PRO CLERICIS, Litterae circulares ad Ordinarios locorum de Consiliis Presbyteralibus, 25 ian. 1973.
29 Cf. CD, n. 27; SYNODUS EPISCOPORUM, 1971: *l. c.*
30 Cf. CD, n. 27; ES, I, n. 16.
31 Cf. ES, I, n. 16; III, n. 4.

quippe qui ecclesiae particulari incardinati vel addicti, eiusdem servitio plene sese devoveant ad unam dominici gregis portionem pascendam[32]. Sunt enim presbyteri providi cooperatores Ordinis episcopalis, uno eodemque sacerdotio ministeriali insigniti, cuius inest in Episcopo plenitudo, in presbyteris vero per Episcopum subordinato gradu participatio. Cum illo ergo apostolicae missionis ministri sunt effecti atque illius sollicitudinis et oneris in partes sunt vocati.

Cum igitur unum omnes constituant presbyterium atque unam familiam, cuius ipse est pater[33], Episcopus curat, ut sui presbyteri, firmo manente sensu universalitatis[34], praesertim sensum dioecesis iugiter colant[35]. Inter eos, tamquam bonus paterfamilias, varia ministeria sacra, providis rationibus, in animarum bonum, aequo studio distribuit, ea congrua libertate utens, quae iure permittitur[36].

Semper vero Episcopus servat aequitatem, qua exigitur, ut generaliter idem sit erga omnes presbyteros honor et usus: omnes enim eidem Domini causae mancipantur eiusdemque presbyteralis familiae sunt membra.

Fatendum quidem est non omnes eodem ingenio iisdemque facultatibus pollere; communes tamen omnibus sunt summae necessitates, quarum veluti pater sollicitus sit Episcopus oportet.

b) Praeter presbyteros, qui pressius operam praestant episcopali totius dioecesis regimini (cf. supra nn. 201 ss.), memorantur illi quoque "sacerdotes, quibus munus pastorale aut apostolatus opera indolis supraparoecialis ab ipso committuntur, sive quoad determinatum dioecesis territorium, sive quoad speciales fidelium coetus, sive quoad peculiare actionis genus"[37]. Inter quos recensentur, v. g. Vicarii foranei, Delegatus episcopalis pro Actione Catholica, alii delegati, qui variis officiis vel consociationibus assistunt etc.

c) "Eximiam quoque adiutricem operam praestant sacerdotes, quibus ab Episcopo diversa munera apostolatus, sive in scholis sive in aliis institutis aut associationibus, concreduntur"[38]. Quae munera alia in aliis dioecesibus esse possunt, uti e. g. institutionem in scholis tradere (vel publicis vel Seminarii vel dioecesanorum Institutorum), conscientias moderari in Institutis et consociationibus, caritatis operibus se dedere et similia. Omnes admonere non cessat Episcopus, quaecumque a presbytero de mandato ipsius fiunt, inter apostolatus opera iure annumerari: hoc ergo mandatum operi presbyteri tribuit dignitatem, gratiam et meritum supernum, simulque necessitudinem seu relationem ad animarum bonum exprimit.

d) Etiam illi presbyteri, qui operibus supradioecesanis addicuntur, iussu sane vel consensu competentis auctoritatis, uti v. g. Facultatum theologicarum vel Seminariorum interdioecesanorum moderatores vel magistri, praeclaris operibus apostolatus cum Episcopis incumbunt et peculiari sollicitudini sive proprii Episcopi sive illorum, in quorum auxilium operam suam navant, commendantur[39].

e) Praecipua autem ratione Episcopi cooperatores sunt parochi[40]. Obvii enim exstant tramites fideles inter et Episcopum, manifestius quam ceteri presbyteri vices Episcopi gerentes: eum enim in sua communitate paroeciali repraesentant, ad aedificationem totius Corporis Christi multum conferentes[42]. Parochus, cum auxilio suorum vicariorum aliorumque presbyterorum paroeciae addictorum, multiplex Episcopi servitium, magistri nempe et sacerdotis et pastoris, praesens reddit in aliqua dioecesis parte, cum omnibus tanti officii consectariis.

Illius officii momentum in Ecclesia considerans et quantum aeternae fidelium saluti conferat paroeciis bonos praeficere pastores, qui divino spiritu impulsi toti se in curam animarum impendant, experientia doctus, Episcopus peculiari studio parochos eligit. Ad iudicium conveniens sibi comparandum de eorum idoneitate, non solum doctrinam, sed et pietatem et zelum apostolicum aliasque virtutes et facultates, quas aptum exercitium curae animarum requirit, expendit[43]. Mature et expedite vacantes paroecias proprio pastore providet: hac enim de causa omnia particularia iura praesentationis vel nominationis candidatorum, necnon pontificiae reservationes et concursus lex sublata sunt[44].

Bonum animarum summa lex esto, ab Episcopo custodienda in electione, amotione vel translatione parochorum et in renuntiatione excipienda: eidemque merito sociatur aequitas iuris naturalis et canonici servanda[45].

f) Etiam diaconos, si quos in dioecesi habeat, Episcopus existimat et tractat uti providos cooperatores tam sui quam presbyterii in ministerio, non solum quia presbyterorum penuriam supplent, sed etiam eoque magis quod suam propriam gratiam suumque proprium officium in aedificatione Ecclesiae exercent[46]. Quod in plurimis apostolatus campis haberi potest, v. g. liturgico, catechetico, pastorali, sociali-caritativo, administrativo etc.

207. *De Religiosis.* Quod attinet ad necessitudines inter Episcopum et religiosos quoad ministerii pastoralis et apostolatus opera:

a) Episcopus grato animo religiosorum utriusque sexus apostolica navitate utitur, servata eorum peculiari vocatione, spe tamen fretus eos pastoris dioecesani postulationibus votisque alacri sinceraque fide in bonum gregis esse obsecundaturos[47].

b) De ministerii pastoralis et apostolatus operibus, quibus religiosi attendunt, Episcopus cum eorum Superioribus localibus agit, quibuscum expedit quoque eum convenire ad negotia tractanda, quae universim ad apostolatum in dioecesi pertinent[48].

c) Conventus et colloquia promovet, quibus Superiores religiosi de votis et consiliis Episcopi certiores reddantur, suas forte difficultates proponant, opiniones conferant, dum Episcopus ex ipsorum voce audit quid de personis opibusque possint religiosi praestare. Nemo non videt quantum huiusmodi praevium colloquium conferat, quo accuratior exstruatur laboris ratio efficaciusque apostolatus opera ordinentur, aptius religiosis idoneis officia in dioecesi committi possint, atque eorum translatio, si occurrat, sine animarum detrimento fiat.

d) Religiosos utriusque sexus Episcopus vere et efficaciter in vitam et actionem dioecesis inserere curat, atque in ordinationem generalem navitatis pastoralis coniunctae; eos in Consilia dioecesana ad normam iuris cooptat[49]; libenter eorum ministerio utitur etiam pro paroeciis, servatis de iure servandis[50].

32 Cf. CD, n. 28.
33 *Ibid.*
34 Cf. PO, n. 10.
35 Cf. AA, n. 10.
36 Cf. CD, n. 28; ES, I, nn. 18, 19.
37 CD, n. 29.
38 *Ibid.*
39 Cf. CD, n. 29.
40 Cf. CD, n. 30.
41 Cf. SC, n. 42.
42 Cf. LG, n. 28.

43 Cf. CD, n. 31.
44 *Ibid.*; ES, I, n. 20.
45 Cf. CD, n. 31; ES, I, n. 20.
46 Cf. LG, n. 28; PAULUS PP. VI, Motu proprio *Ad pascendum*: AAS 64, 1972, pp. 534-540.
47 Cf. CD, n. 35, 1.
48 Cf. CD, n. 35, 5-6.
49 Cf. CD, n. 27; ES, I, nn. 15-16; S. CONGR. PRO CLERICIS, Litt. circul. de Consiliis presbyter., n. 6: AAS 62, 1970, p. 462.
50 Cf. ES, I, nn. 22-40.

http://www.obrascatolicas.com

e) Episcopus denique, si opportunum ei videbitur, constituendum curat Consilium dioecesanum religiosorum, ut mutua eorum cognitio et benevolentia foveantur atque incepta componantur in bonum fidelium et ecclesiae particularis aedificationem.

208. *De Laicis.* Etiam laicis, vi sacerdotii communis, ius est et officium actuose allaborandi in aedificationem Corporis Christi. Ipsi enim vocationem propriam habent Regnum Dei quaerere res temporales gerendo ac secundum Deum ordinando, et legem divinam in civitatis terrenae vitam inscribendo[51]. Salvificae missionis Ecclesiae ratione sibi propria ac peculiari participes[52], ii sociam operam sacris pastoribus ac doctoribus alacriter praestant[53]. Intra communitates Ecclesiae eorum actio tam necessaria est, ut si desit, ipse pastorum apostolatus plenum suum effectum assequi plerumque nequeat[54].

Quapropter Episcopus laicos invitare et excitare et adiuvare non desinit, ut in actionem pastoralem Ecclesiae inserantur et, praesertim si per christianum coniugium in ecclesiam domesticam sint constituti, cooperationem familiae praestent.

a) Episcopus laicorum ministrationes et charismata ita recognoscit et recognoscenda curat, ut ea suo modo ad commune opus unanimiter cooperentur[55].

b) Idem, sive per se sive per presbyteros, quam maxime conscios facere laicos studet ipsis in Ecclesia esse partes proprias propriamque missionem committi, quam cum gravitate et legitima libertate, attento semper communi bono, ut expleant incitari debent[56]. Propterea Episcopus non sinit clericos sibi in Ecclesia munera accipere, quae ad laicos pertinent, hosque vicissim officia clericorum propria occupare non permittit.

c) Nec tantum ad gratuitam operam praestandam, sed etiam ad ministeria obeunda, quibus congrua retributio coniungitur, v. g. ad institutionem religiosam in scholis tradendam, ad opus administrationis bonorum temporalium Ecclesiae, in provinciam socialem-caritativam vel instrumentorum communicationis socialis etc. Laicis stipem attribuit, quam iustitia exigit ex oblationibus communitatis, ob peculiare vel magis onerosum servitium.

d) Grato animo Episcopus excipit – immo palam dicendi occasiones et instrumenta apta, ut v. g. Consilium dioecesanum de laicis[57], ipse praebet – opiniones laicorum de rebus dioecesanis, debitis modis declaratas, atque quo par est merito considerat[58]. Ideo faciles conventus laicorum cum proprio pastore reddit, dies et horas et loca servans, eorum necessitatibus potius quam suo commodo aptiora.

e) Nec minoris facit opiniones, quae de rebus religiosis in genere, de Ecclesia universali vel de dioecesi laici manifestant per specialia communicationis media, ut sunt ephemerides, folia periodica, circulos studiorum etc.

II – DE COOPERATIONIS PASTORALIS GENERALIORIBUS LEGIBUS

209. Principia fundamentalia de pastorali regimine iam supra enuntiata sunt (cf. nn. 93-98), pariterque generaliores rationes de organica actione pastorali in dioecesi (cf. nn. 140-150). Nunc de quibusdam generalioribus legibus cooperationem pastoralem strictim respicientibus fit mentio, quae sane ordinanda est secundum praecepta prudentiae, quae boni regiminis propria est virtus[59].

a) Primum collegialiter scribenda est actionis ratio, cui certa et opportuna de rerum statu notitia antecedat oportet, ex qua possibilia aut certa liceat praevidere incrementa, ut consilia de ineundis operibus fundata et secura capiantur.

b) Ordo autem rerum agendarum personis idoneis in aptis locis constitutis mandatur exsequendus, ubi ipsi per se et per idonea instrumenta operentur iuxta principia subsidiarietatis, operum dispensationis, officiorum compositionis; mox nullis interpositis impedimentis vel discordia vel confusione, sed potius commune onus sentientes, laboris unitatem promoveant ad unum eundemque finem, qui omnibus persequendus est.

c) In suo quisque ministerio moderator legitima frui debet libertate, utpote qui ob peculiarem peritiam virtutemque dignus evaserit, cui fiducia exhibeatur.

d) Communis dum fit opera, continuatim a moderatoribus, simul convenientibus, eadem probatur et recognoscitur atque externorum peritorum subicitur examini, qui de eiusdem efficacitate ampliorem fidem faciant et subsidia suggerant aptiora, quibus rerum agendarum exsecutio perficiatur vel corrigatur.

e) Ne officiis et muneribus homines imperiti quasi fortuito praeponantur Episcopus cavet, sed antea necessaria eorum praeparatio sive technica sive theologica et pastoralis curatur ac postea gradatim in varios peculiarium operum campos ipsi introducuntur. Item cavet, ne hominibus non amplius idoneis munus commissum servetur.

f) Ministeria et auctoritates formam quidem officiorum induunt, quorum cura iuxta legum generalium et particularium praescripta exerceri debet. Attamen spiritualis afflatus et operandi navitas ministeria et auctoritates vivificare debent, vi illorum divinorum charismatum, qaue unicuique a Spiritu Sancto exercenda donantur.

g) Episcopus statutis et frequentibus temporibus cum moderatoribus variorum officiorum colloqui non praetermittit, ac saepe coetuum cooperatorum congressus congregat, ut unitatem animorum et caritatem inducat, rectam operis ordinationem obtineat atque apostolicum et pastorale studium in omnibus alat.

h) Prudenter et quantum sinit indoles supernaturalis laboris apostolici, Episcopus considerat num expediat in hac materia auxilium expetere etiam ab hodiernis subsidiis technicis, quae ordinationem et administrationem respiciunt.

PARS QUARTA

DE EPISCOPO IN CONFERENTIA EPISCOPALI QUOAD PLURIUM ECCLESIARUM PARTICULARIUM NECESSITATES

210. *De Conferentia episcopali.* Episcopus, cui ecclesia particularis gubernanda concreditur, Conferentiae episcopalis sive nationalis sive regionalis iure est particeps.

"Est Episcoporum Conferentia veluti coetus in quo sacrorum Antistites cuiusdam nationis vel territorii munus suum pastorale coniunctim exercent ad maius bonum, quod hominibus praebet Ecclesia, provehendum, praesertim per apostolatus formas et rationes occurrentibus aetatis adiunctis apte compositas"[1].

Conferentia episcopalis ad id est instituta, ut hodie multiplicem atque fecundam opem conferat, ut collegialis affectus ad concretam exsecutionem perducatur[2].

Per has Conferentias spiritus communionis cum Ecclesia universali et diversarum ecclesiarum particularium inter se egregie fovetur.

211. *De Episcopo in Conferentia.* Omnes eiusdem nationis seu regionis Episcopi in Conferentiae coetum coalescere debent, ut, statis temporibus simul convenientes, communicatis prudentiae et experientiae luminibus collatisque consiliis, sancta fiat ad commune ipsorum ecclesiarum particularium bonum virium conspiratio[3].

Exinde plures Episcopi dioecesani necessitudines cum sua Conferentia oriuntur.

a) In primis Episcopus est sibi conscius plures quaestiones ad apostolatum et regimen ecclesiasticum spectantes – praesertim quae instrumenta communicationis socialis, assistentiam socialem-caritativam, rationem studiorum pro clericis, actionem pastoralem organicam etc. respiciunt – hodie recte solvi non posse, nisi in ambitu totius nationis aut saltem regionis. Proinde, prudentia pastorali ductus et amore incensus erga suam ipsius dioecesim, operam dat, ut Conferentia, mèliore qua possit ratione, fines consequatur, ob quos est instituta.

b) Conferentiae statutis conficiendis allaborat; quae, confecta et ab Apostolica Sede recognita, sincera fide custodit et onera exinde emanantia impigre suscipit.

c) Libero et humili corde curat, ut Conferentiae labores ad normam iuris et Apostolicae Sedis mandatorum agantur: quod quidem est signum non spernendum caritatis erga Ecclesiam et confratres Episcopos suae nationis vel regionis.

d) Conventus Conferentiae diligenter frequentat in iisque sollertem se praebet; munus, ad quod in ea persolvendum forte sit electus, non renuit nisi iusta de causa.

e) Quaestionibus, a Conferentia vel ab Apostolica Sede Conferentiae propositis, diligenter studet, etiam auxilio usus peritorum in re theologica, pastorali et iuridica.

f) Spiritu servitii impulsus Conferentiae praesidi proponit quaestiones solvendas, difficultates superandas, errores praecavendos, incepta suscipienda ad animarum commune bonum.

212. *De Conferentiae decisionibus.* *a*) Decisiones, a Conferentia legitime latas et ab Apostolica Sede recognitas, tamquam vim legis a suprema Ecclesiae auctoritate habentes[4], fideli obsequio Episcopus accipit et exsecutioni mandat, licet ipse de iisdem antea forte non consenserit vel aliqua incommoda obire debeat, et in dioecesi observanda curat.

b) Ceteras decisiones et normas Conferentiae, vim iuridice obligandi non habentes, Episcopus pro regula suas facit, intuitu unitatis et caritatis erga confratres, nisi graves obstent rationes, quas ipse in Domino perpenderit. Has decisiones et normas nomine proprio et auctoritate propria in sua dioecesi ipse promulgat, si quando Conferentia non valeat definite circumscribere potestatem, quam nomine Christi unusquisque Episcopus personaliter fungitur[5].

213. *De Synodis atque Conciliis particularibus.* Ad Synodos atque Concilia provincialia vel plenaria apparanda et celebranda[6] Episcopus suas vires et studia, experientiam et laborem consociat, ut novo vigeant robore veneranda Synodorum et Conciliorum provincialium instituta, in quibus Episcopi aequalem pro variis ecclesiis statuunt rationem servandam tum in fidei veritatibus docendis, tum in ecclesiastica disciplina ordinanda, quo aptius et efficacius actioni pastorali in eadem provincia vel natione, pro temporum adiunctis, simul provideatur.

CONCLUSIO

Iuxta statuta Oecumenici Concilii Vaticani II et recentiorum Summorum Pontificum doctrinam, hoc Directorium Episcopi imaginem adumbravit, ipsius figuram et apostolicorum munerum functionem describens, quae tribus notis praecipue distingui posse videntur.

* * *

In primis nomen *Pastoris* Episcopus accipit et reapse sit oportet, quippe quod eius missionis ac ministeriorum sit proprium, eiusque potestatis et ratio et vis. Dioecesis, plurium dioecesium coetus, Ecclesia universa sunt veluti tres provinciae, alia aliam complectens, ad quas Episcopi officium pertinet, inaequali quidem modo, eadem vero causa eodemque titulo praesens: apostolicae caritatis exercitium in bonum animarum. *Bonum animarum:* en formula antiquitus tradita, maximi momenti sive ad theologiam quod attinet sive ad praxim, quae fines et condiciones statuit figurae et muneris Episcopi.

Officium pascendi etiam modum declarat, quo Episcopus agat oportet, caritate nempe atque sapientia ornatum omnique humanitate cumulatum[1].

Profecto docendi, sanctificandi et gubernandi munera vitae cotidianae Episcopi sunt ratio; at fundamentum totius praecellentis laboris, quo ipse se suaque impendit ac superimpendit (cf. *2 Cor.* 12, 15), est *animus pastoralis*: cuius legem inviolabilem Iesu boni Pastoris exempla et verba definiunt.

Iam non amplitudo et potentia, magnificentia et maiestas auctoritatem Episcopo conciliant, sed conscientia suscepti oneris praegravis et studium ministrandi[2].

* * *

Sicut sive Romanus Pontifex sive Collegium Episcoporum una cum capite suo Romano Pontifice locum vere medium in visibili Ecclesiae universalis compagine obtinent, quippe qui supremae ac plenae in eandem potestatis sint subiectum[3], ita unusquisque Episcopus in visibili ecclesiae particularis sibi commissae compagine veluti *centrum unitivum-dynamicum* constituitur. Ei enim adhaerens, ab eoque quasi genita (cf. *1 Cor.* 4, 15), per Evangelium et Eucharistiam in Spiritu Sancto indesinenter oritur et in aedificium spirituale coagmentatur certa portio Populi Dei, in qua inest et operatur Una Sancta Catholica et Apostolica Christi Ecclesia[4].

In ordine namque ontologico-instrumentali ex Episcopo, tamquam e visibili fonte, structurae particularis ecclesiae profluunt, presbyterium nempe et plebs sancta Dei. In ordine vero operativo ex eodem, tamquam e centro visibili, impulsus et lumina derivantur apostolatus atque localis ministerii pastoralis ordinatio et custodia. Vere ipse est axis et cardo, ex quo radiatur et in quo componitur omnis dioecesis vita, cuius concinnae manifestationis architectus ipse exsistit.

Quae omnia, nedum dominandi libidinem aut aliorum virtutum contemptum secumfert, nedum providi

51 Cf. LG, nn. 30-38; GS, n. 43.
52 Cf. LG, n. 33.
53 *Ibid.*
54 Cf. AA, n. 10.
55 Cf. LG, n. 30.
56 Cf. LG, n. 37.
57 Cf. AA, n. 26.
58 Cf. LG, n. 37.

59 Cf. S. THOMAS, *Summa Theol.*, II-II, q. 47, a. 12.

1 CD, n. 38, 1.

2 Cf. LG, n. 23.
3 Cf. CD, n. 37.
4 Cf. CD, n. 38, 4.
5 Cf. LG, n. 27.
6 Cf. CD, n. 36.

1 Cf. PAULUS PP. VI, Allocutio Episcoporum Delegatis et Sacerdotibus consiliariis Italicae Sodalitatis ab Actione Catholica habita, 8 iul. 1966: AAS 58, 1966, p. 643.
2 Cf. PAULUS PP. VI, Allocutio Conferentiae Episcopali Italicae habita, 6 dec. 1965: AAS 58, 1966, p. 69.
3 Cf. LG, n. 22.
4 Cf. CD, n. 11.

http://www.obrascatolicas.com

reiectionem subsidii aut consequentis oneris demissionem significent, aliorum potius observantiam exigunt et simplicem iucundamque laudem et cooperationis largum usum postulant.

Tunc enim maxime Episcopus in dioecesi uti verum et efficax centrum agnoscitur, cum in medio vivae communitatis se esse et operari persentit et potissimum a suo presbyterio fulciri gaudet, presbyteros considerans ut suos fratres vices gerentes Christi, qui secundum proprium ministerii ordinem sacerdotium unius mediatoris Christi participant[5], et providos cooperatores, quibuscum omnes suam pastoris missionem explere debet.

* * *

Cum igitur in ecclesia particulari sit visibile *centrum unitivum-dynamicum*, Episcopus *in servitium* Dei et plebis sanctae Dei primus omnium constituitur. Tota eius auctoritas, cuncta eius munera – si iuxta Evangelium reputantur et exerceantur – eximium continuumque sunt servitium, quod ab eo postulant perfectam caritatem, qua sit paratus etiam animam suam pro fratribus ponere (cf. *1 Io.* 3. 16).

Maxime pro Episcopo praeesse est prodesse[6], praesidere est servire, regere est amare, honor in onus convertitur.

Episcopatus officium iam non saecularis honoris est titulus, sed pondus quod Episcopi umeros premit, dignitatem episcopalem a quavis exteriorum vanitatum et dominii saecularis sorde purificans[7].

Huius servitii pastoralis finis et lex ex ordine sunt gloria Dei, bonum animarum, dominici gregis salus. Ad id omnia sunt dimitienda et ordinanda: sive pastoris eiusque cooperatorum virtutes facultatesque, sive servitii definiendum tempus, sive iura et officia, sive labores et instrumenta et cetera usque ad ipsam vitam: etenim "maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis" (*Io.* 15, 13).

* * *

Munus pastorale Episcopi, seu sueta et cotidiana cura ovium suarum[8], de qua hoc Directorium summatim egit, res profecto est ardua, nostris praesertim temporibus.

Episcopus virium suarum debilitatem humiliter et sapienter agnoscit, at animo minime concidit. Scit enim eum, cui credidit (cf. *2 Tim.* 1, 12); probe novit de causa agi ipsius Dei, "qui omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire" (*1 Tim.* 2, 4); fidit se omnia posse in eo, qui se confortat (cf. *Phil.* 4, 13); firmissima proinde spe ducitur suum qualemcumque laborem non esse inanem in Domino (cf. *1 Cor.* 15, 58).

Christus Dominus suae Ecclesiae suisque ministris, praesertim Episcopis quibus munus eam regendi commisit, semper adest, gratiam cum officio donans, vires cum onere largiens.

Mater Ecclesiae, piissima semper Virgo Maria, "auxilium Episcoporum nuncupata, protegit ac adiuvat Ecclesiae pastores in eorum apostolica missione"[9].

Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 22 februarii 1973, in festo Cathedrae Sancti Petri. – Carolus Card. CONFALONIERI, *Praefectus.* Ernestus Civardi, *a Secretis.*

5 Cf. LG, n. 28.
6 Cf. S. AUGUSTINUS, *Sermo* 140, 1: PL 38, 1484.
7 Cf. PAULUS PP. VI, Allocutio Conferentiae Episcopali Italicae habita, 11 apr. 1970: AAS 62, 1970, pp. 279-280.
8 Cf. LG, n. 27.
9 PAULUS PP. VI, Allocutio Patribus Conciliaribus habita, 21 nov. 1964: AAS 56, 1964, pp. 1017-1018.

INDEX RERUM

(Indicantur numeri marginales)

INTRODUCTIO

PARS PRIMA

PRINCIPIA FUNDAMENTALIA DE MINISTERIO ET VITA EPISCOPORUM

Caput I: De natura et missione Ecclesiae quatenus ministerium Episcopi eiusque vitam definiunt 1-10
Caput II: De Episcopi missione in Ecclesia . . . 11-13
Caput III: De notis quae sunt propriae ministerii Episcoporum 14-20
Caput IV: De Episcopi vita virtutibus informanda 21-31
Caput V: De rationibus in exercenda auctoritate ab Episcopo observandis 32-38

PARS SECUNDA

DE MINISTERIO EPISCOPI IN ECCLESIA UNIVERSALI

Caput I: De Episcopo in Ecclesiae communione hierarchica 39-43
Caput II: De Episcopi cooperatione cum Romano Pontifice 44-49
Caput III: De Episcopi cooperatione cum Collegio episcopali 50-53

PARS TERTIA

DE EPISCOPI MINISTERIO IN ECCLESIA PARTICULARI

PROOEMIUM 54

Sectio I: DE VARIIS EPISCOPI MINISTERIIS. . 55-170

Caput I: De Episcopo magistro in communitate fidei. 55-74
I. *De Episcopi magisterio* 55-65
II. *De aliis Episcopi officiis quoad fidem tradendam et custodiendam* 66-74
Caput II: De Episcopo pontifice in communitate cultus religiosi 75-91
I. *De Episcopo et oratione* 76-79
II. *De Episcopo et sacra liturgia* 80-89
III. *De exercitiis pietatis* 90-91
Caput III: De Episcopo patre et pastore in communione hierarchice ordinata 92-122
Art. I. Quaedam generalia de pastorali regimine principia 93-105
I. *Principia fundamentalia* 93-98
II. *Hodiernae exigentiae pastorales* 99-105
Art. II. Episcopi necessitudines cum singulis gregis coetibus 106-122
I. *De necessitudine cum clero dioecesano.* 107-117
II. *De necessitudine cum religiosis* 118-119
III. *De necessitudine cum laicis* 120-122
Caput IV: De Episcopo praeside communitatis caritatis. 123-138
Art. I. *De operibus caritatis* 124-132
Art. II. *De bonorum ecclesiasticorum administratione* 133-138
Caput V: De Episcopo praeside et ministro communitatis apostolatus 139-161

Art. I. *De generalioribus apostolatus rationibus* 140-147
Art. II. *De ordinatione pastorali laboris in dioecesi.* 148-152
Art. III. *De quibusdam urgentioris apostolatus campis* 153-161
Caput VI: De Episcopo in Synodo dioecesana et in Visitatione pastorali 162-170
I. *Synodus dioecesana* 163-165
II. *Visitatio pastoralis* 166-170

Sectio II: **DE ECCLESIAE PARTICULARIS STRUCTURIS DEQUE EPISCOPI IN PASTORALI MUNERE COOPERATORIBUS** . . 171-209

Caput I: De dioeceseos structuris 171-197
I. *De dioecesi* 172-173
II. *De paroecia* 174-183
III. *De foraniis seu decanatibus* 184-188
IV. *De quibusdam peculiaribus circumscriptionibus* 189-190
V. *De Seminario* 191-196
VI. *De pastorali cura omnium vocationum et de dioecesano Opere pro vocationibus* 197
Caput II: De cooperatoribus Episcopi in munere pastorali. 198-209
I. *De personis et Institutis quae cum Episcopo directe cooperantur* 199-208
II. *De cooperationis pastoralis generalioribus legibus* 209

PARS QUARTA

DE EPISCOPO IN CONFERENTIA EPISCOPALI QUOAD PLURIUM ECCLESIARUM NECESSITATES

De Conferentia episcopali 210
De Episcopo in Conferentia 211
De Conferentiae decisionibus 212
De Synodis atque Conciliis particularibus . 213

CONCLUSIO

INDEX RERUM

* Typis Polyglottis Vaticanis, 1973. Adn. M. COSTALUNGA in ME 100 (1975) 55-98; L. de ECHEVERRIA in REDC 29 (1973) 385 - 419.

4175

1973 FEB 26.-SECRETARIA STATUS, RESCR. . PART.*

Dispensatur ad cautelam, usque ad expletam Congregationem Generalem, votum speciale sodalium Societatis Iesu 'de non relaxanda paupertate'.

Dal Vaticano, 26 Febbraio 1973

Reverendissimo Padre, Con stimata lettera del 21 dicembre scorso, Ella ha rivolto al Sommo Pontefice una supplica, diretta ad ottenere la dispensa *ad cautelam* dello speciale voto circa la povertà *non relaxanda*, per i membri di cotesto benemerito Ordine religioso.

Sua Santità mi incarica di significarLe che è concessa la dispensa dal voto *de non relaxanda paupertate* nei termini richiesti, sino alla fine della prossima Congregazione generale della Compagnia di Gesù.

Il Santo Padre desidera in pari tempo rilevare che tale dispensa ha lo scopo di aiutare a dar vigore alla povertà in cotesto Ordine, e non a rilassarla, ed insieme a semplificare la legislazione: in nessun modo poi è da interpretarsi come previa approvazione, sia pure indiretta, delle decisioni future.

Sembra opportuno che, nello studio della questione, sia tenuto presente quanto insegna P. Francesco Suárez nella sua opera: *De Religione Societatis Iesu* (pubblicata nel 1625, e poi nel 1857 dal P. de Reverseaux), specialmente nei nn. 756-761 (pagg. 341-343).

Nel comunicarLe quanto sopra, mi valgo volentieri della circostanza per confermarmi con sensi di religioso ossequio della Paternità Vostra Rev.ma dev.mo nel Signore – G. Card. VILLOT.

* Praeposito Generali Societatis Iesu, Prot. N. 229835: Acta romana Societatis Iesu 16 (1973-76) 9-10.

4176

1973 FEB 27.-PAULUS VI, Motu pr. AAS (1973) 113-116

Litterae Apostolicae Motu proprio datae

Munera Cancellariae Apostolicae in Secretariam Status seu Papalem transferuntur

PAULUS PP. VI

Quo aptius Romanae Curiae ministeria necessitatibus Ecclesiae servirent, Summi Pontifices constanti studio annisi sunt, ut ea recte disponerentur, opportune immutarentur, noviter constituerentur. Neque aliud Nobismetipsis propositum fuit, cum, post Oecumenicum Concilium Vaticanum II celebratum, per Apostolicam Constitutionem "Regimini Ecclesiae universae" totam Sacrorum Dicasteriorum ordinationem definivimus, hodiernis temporibus magis congruentem[1]. Quod quidem opus, ecclesiali quadam dynamica vi impellente, aliqua ex parte postmodum recognitum fuit atque perfectum; cui rei documento sunt sive duae Congregationes pro Cultu Divino et pro Causis Sanctorum, e vetere Sacra Rituum Congregatione exortae, sive recentius condita consilia seu instituta[2]. Id ipsum nunc pertinere arbitramur ad Cancellariam Apostolicam, per- 114
nobile sane et antiquissimum officialium corpus, quod olim principem locum obtinuisse egregiamque operam Romanis Pontificibus constat navavisse.

Etenim, ut alia quaevis auctoritas, ita et regimen Ecclesiae prisca aetate et, augescentibus eiusdem ministeriis, magis in dies opus habebat adiutoribus ad negotia expedienda, imprimis ad epistulas et ad acta conscribenda, mittenda, servanda. Viri, huic rei dediti, appellabantur *notarii* et *scriniarii*, qui per priora medii aevi saecula, nulla quidem distinctione insignes, quamquam in collegium congregati, Romanae Ecclesiae erant administri.

Cum vero munera huiusmodi, quae hodie propria esse dici possint "secretariae generalis Summi Pontificis", etiam amplioribus auctibus crevissent, inde a saeculo XI Officium, ab aliis seiunctum, est constitutum, cui praepositus, nomine Bibliothecarii, Cancellarii, Vicecancellarii appellatus, moderabatur et nonnulli adiutores operam dabant. Huius Officii, quod Cancellaria Apostolica nuncupabatur, erat adumbrata exempla actorum componere, haec ipsa deinde perscribere, in codices seu elenchos referre, legitimo sigillo instructa emittere.

Eo autem, quod actionis campus tantopere amplificabatur et negotia una cum actis ad eadem spectantibus

1. Cf. *A.A.S.* LIX (1967), pp. 885 ss.
2. Const. Apost. *Sacra Rituum Congregatio: A.A.S.* LXI (1969), pp. 297 ss.; Litterae Apost. *Apostolicae caritatis* motu proprio datae, quibus Pontificia Commissio de spirituali migratorum atque itinerantium cura constituta est: *A.A.S.* LXII (1970), pp. 193 ss.; Epistula *Amoris officio*, qua Pontificium Consilium "Cor unum" de humana et christiana progressione fovenda in Urbe conditum est: *A.A.S.* LXIII (1971), pp. 669 ss.; institutum hoc ipso anno consilium v. d. *Comitato per la Famiglia: A.A.S.* LXV (1973), pp. 60-61.

http://www.obrascatolicas.com

multiplicabantur, varia munera, huic Cancellariae commissa, postmodum coepta sunt dividi, et sic factum est, ut ad illa expedienda Officia propria conderentur, ab ipsa Cancellaria separata. Quorum haec sunt praecipua: Dataria Apostolica, quae, magna parte munerum Cancellariae Apostolicae ablata, supplices libellos, Pontifici porrectos, recognoscendos et gratias concedendas, postea etiam rem ad beneficia ecclesiastica spectantem curabat; et Secretaria Status, cuius initium saeculo XV tribuitur – Camera Secreta tunc dicebatur – quaeque saeculis XVI et XVII magis progressa est, cum Secretarius Status exsisteret, vir, cui Pontifex prorsus fidem haberet et qui eius mentem probe interpretaretur et iussa accurate exsequeretur. Quae quidem Secretaria, cuius erat negotia secreta "diplomatica" tractare epistulasque eodem pertinentes scribere, in hac ipsa re, novorum temporum rationem habens, etiam lingua vulgari utebatur. Ex eadem originem traxerunt Secretaria Brevium ad Principes et Secretaria Litterarum Latinarum, quae propria Officia postea evaserunt. Recensenda est etiam Secretaria Brevium Apostolicorum, quae, Summo Pontifici proxime subiecta, ab exeunte saeculo XIV epistulas forma minus insigni concinnatas expediebat. Sacrae vero Romanae Curiae Congregationes, saeculo
115 XVI constitutae, quaedam acta, novam pro/vinciam suam respicientia, per se ipsas conficiebant, quae ideo dempta sunt Cancellariae Apostolicae.

Itaque has ob causas aliasque res, progressione historica inductas, recentiore aetate ineunte numerus seu amplitudo munerum Cancellariae Apostolicae gradatim perquam immínuebatur et coartabatur. Etiam in renovatione Curiae Romanae, quam S. Pius X perfecit quamque Nos per memoratam Constitutionem sumus aggressi, id solum Cancellariae Apostolicae mandatum est, ut quaedam insignioris formae acta Pontificia appararet, conscriberet, emitteret.

Est demum animadvertendum secundum Romanae Curiae ordinationem, quam per eandem Constitutionem suscepimus, nonnulla Officia, quae negotia, olim Cancellariae Apostolicae propria, accurabant, Secretariam dicimus Brevium Apostolicorum, Secretariam Brevium ad Principes, Secretariam Litterarum Latinarum, iam transisse ad Secretariam Status, quae nunc est quasi restituta illa vetusta Cancellaria Apostolica, novis quidem necessitatibus conformata atque disposita.

Quapropter, illa praeterea attendentes, quae ad cuiusvis generis Latinas Litteras Apostolicas conficiendas pertinent, et huiusmodi publicorum actorum uniformi rationi studentes, necnon annitentes, ut hoc ministerium simplicius et efficacius reddatur ad utilitatem Ecclesiae, cui ceterum tota Romana Curia deservit, expedire censemus, ut omnia negotia, antea diversimode distributa, in unam sedem conferantur eique Dicasterio concredantur, quod suapte natura Romano Pontifici proxime adest ipsique est ab epistulis.

Quae cum ita sint, cunctis mature perpensis auditisque peritorum sententiis, haec, quae sequuntur, statuimus:

1. Officium Cancellariae Apostolicae in Romana Curia uti tale esse desinit, et ea quae prius negotia eidem exsequenda committebantur circa Litteras Decretales, Constitutiones Apostolicas, Brevia maioris momenti ceteraque attribuuntur Nostrae Secretariae Status seu Papali, ubi sigillum plumbeum atque anulus Piscatoris summa cura erunt custodienda.

2. Praedicta negotia, intra Secretariam Status curabuntur a peculiari officio, de quo in memorata Constitutione Apostolica "Regimini Ecclesiae universae", n. 22, 1 et 2 agitur[3] – est autem in unum redactum – et quod Cancellaria Litterarum Apostolicarum appellabitur./ 116

3. Quod ad Praepositos, Officiales ministrosque Cancellariae Apostolicae, quae hucusque fuit, attinet, Apostolicae Sedis erit iisdem, pro rei opportunitate, prospicere.

4. Fidei professio, quam antea in aedibus Cancellariae Praesules recens electi pronuntiabant, in posterum apud Sacram Congregationem pro Episcopis erit iis proferenda.

5. Consentanea ratione, id quod Protonotariis Apostolicis de numero participantium in eadem Cancellaria usque adhuc erat agendum, in posterum apud Secretariam Status seu Papalem ipsis erit praestandum.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis statuta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus contrariis quibuslibet, etiam specialissima mentione dignis, nihil obstantibus; easdemque Litteras, quo die vulgentur, statim vigere.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXVII mensis Februarii, anno MCMLXXIII, Pontificatus nostri decimo. – PAULUS PP. VI.

3. Cf. *A.A.S.* LIX (1967), p. 896.

Adn. P. RABIKAUSKAS in PrM 63 (1974) 243-272.

4177

1973 MAR 2.-PAULUS VI, LIT. AP. AAS 65 (1973) 236

Nuntiatura Apostolica in Bangladesa constituitur

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. – Catholica Ecclesia, Christo, pacis Rege, nata, quae naturalem habet concordiam gignere gentibus, id semper sanctum ac sollemne duxit cum omnibus populis amicitiae iungere foedus resque communes cum illis ita componere, ut simul magna sibi propagandae religionis facultas fieret, simul cives maioris progressionis commoditates perciperent; ad quam rem profecto unus omnium consensus, religiosae videlicet atque civilis potestatis, quam multum conferat, nemo non videt. Cum ergo iam Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione, seu de Propaganda Fide, publicis ab Apostolica Sede cum Bangladesa initis rationibus, utile visum sit ibi loci Nuntiaturam Apostolicam condere, Nos, eo potissimum consilio, ut vita catholica, disciplina, industria augeantur, Sacrae Congregationis sententiam probantes, praesentibus litteris in nobili Bangladesa Re publica Nuntiaturam Apostolicam auctoritate Nostra constituimus, cuius sedem in urbe Dacca ponimus, factis iuribus debitis. Ceterum volumus, ut hae litterae Nostrae, sive nunc sive in posterum ratae habeantur, suosque effectus promereant.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die II mensis Martii, anno Domini MDCCCCLXXIII, Pontificatus Nostri decimo. – Ioannes Card. VILLOT, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

4178

1973 MAR 5.-PAULUS VI, LITT. AP. AAS 65 (1973) 237

Nuntiatura Apostolica in Australia conditur

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. – Quoniam universae Ecclesiae regendae sunt Nobis cum Romano Pontificatu impositae partes, omni idcirco diligentia studemus, ut ea proposita et consilia exsequamur, quae ad maiorem christiani populi, immo universi humani generis procurandam utilitatem conducant. Libenti igitur animo ac spei plenissimo sententiam accipiendam esse censui-

mus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione, quae proposuit ut Nuntiatura Apostolica in Australia conderetur. Non dubitamus enim quin artior inter Sanctam Sedem et Foederatas Australiae Civitates excitata necessitudo catholicae rei provehendae maxime ibi locorum faveat. Quae cum ita sint, Nos, certa scientia ac matura deliberatione, harum Litterarum vi Nuntiaturam Apostolicam in Australia constituimus eidemque omnia et singula deferimus iura, privilegia, honores et praerogativas, quae huiusmodi Legationum sunt propria. Decernimus praeterea ut conditae Nuntiaturae sedes in urbe Australiae principe, vulgo Canberra, ponatur. Quae vero per praesentes Litteras statuimus firma sint omnino nunc et in posterum, vimque suam habeant, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die V mensis martii, anno MDCCCCLXXIII, Pontificatus Nostri decimo. – Ioannes Card. VILLOT, *a publicis Ecclesiae negotiis.*

4179

1973 MAR 10.-PAULUS VI, NUNT. AAS 65 (1973) 256-259

Nuntius scripto datus universis christifidelibus cunctoque clero, ob diem celebrandum ecclesiasticis iuvandis vocationibus per totum terrarum orbem dicatum:

De natura vocationis ecclesiasticae qua mysterii fidei

La Giornata Mondiale di preghiere per le vocazioni è giunta alla sua decima celebrazione. Ancora una volta abbiamo la gioia, e sentiamo la responsabilità, di rivolgerci a tutti voi, figli dilettissimi, in questo giorno benedetto che cade a metà percorso del tempo pasquale,
257 nella / luce di Cristo risorto e nell'attesa della Pentecoste. Diciamo a voi, venerabili Fratelli nell'Episcopato, a voi sacerdoti e diaconi, a voi religiosi e religiose, a voi membri di Istituti Secolari, a voi missionari in ogni terra, a voi genitori ed educatori credenti, e a voi, soprattutto, giovani carissimi, che state cercando le strade del vostro avvenire.

La nostra voce forse vi raggiunge durante l'assemblea liturgica, nel momento più intimo e profondo della comune partecipazione al mistero eucaristico, dove Cristo è presente tra voi nel suo Sacrificio e nell'annuncio della sua Parola[1]. Vorremmo dunque prendere ispirazione dal Vangelo, affinché sia Lui che vi parla, mentre noi vi parliamo. Lo facciamo seguendo il nostro rito romano, certi però che i dilettissimi figli appartenenti ad altri riti troveranno eguale ispirazione meditando la Parola del Signore secondo le venerande tradizioni delle loro Chiese.

Quale ricchezza di insegnamenti ci è offerta dalla indimenticabile pagina evangelica, che ci presenta la figura del buon Pastore, anzi, del vero Pastore, dell'unico Pastore! La figura del Signore Gesù che offre la sua vita – e liberamente la offre – per le sue pecore; che le conosce, e da esse è conosciuto; che pensa a quelle che non sono ancora del suo ovile, e che pure deve condurre, e che ascolteranno la sua voce, e diventeranno un solo gregge e un solo pastore[2].

Ma da tanta ricchezza di pensieri vorremmo sceglierne uno solo, che sia come il tema e il ricordo della decima Giornata Mondiale. Questo: *Io offro la mia vita ... ma la offro da me stesso.*[3]. E' impressionante vedere come il nostro Vangelo ritorna ed insiste su questo punto: *generosità* piena nel donarsi, in perfetta *libertà*. Quale lezione, figli carissimi, quale esempio!

1. Cf. Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, n. 7.
2. *Gv.* 10, 11-18.
3. *L. c.* 17 s.

Come voi sapete, la "vocazione", nel senso completo che noi cristiani ricosciamo a questa parola, è un mistero grande di fede. E' infatti Dio Padre, Creatore e Signore del cielo e della terra, che chiama ogni cosa all'esistenza, ogni creatura vivente alla vita, ogni essere spirituale alla conoscenza e all'amore di Lui. E chiama anche l'uomo a collaborare con Lui per dominare e completare la creazione: *L'hai fatto poco meno degli angeli, di gloria e di onore lo hai coronato: gli hai dato potere sulle opere delle tue mani*[4]. E' Gesù Salvatore
258 che chiama tutti al / suo Regno: *Venite a me, voi tutti ...*[5], e chiama alcuni a partecipare più direttamente alla sua missione di salvezza: *Seguitemi, vi farò diventare pescatori di uomini*[6]. E' lo Spirito del Padre e di Gesù, che continua a far risuonare nell'intimo di ciascuno le chiamate più personali: "lo Spirito Santo che, *distribuendo a ciascuno i suoi doni come vuole*[7], dispensa pure tra i fedeli di ogni ordine grazie speciali, con le quali li rendi adatti e pronti ad assumersi varie opere e uffici per il rinnovamento e la più ampia edificazione della Chiesa, poiché *a ciascuno è data una manifestazione particolare dello Spirito per l'utilità comune*"[8].

Tutto, dunque, il Signore ha affidato a voi, tutto ha deposto nelle vostre mani: le cose che riguardano questo mondo, e quelle che riguardano l'edificazione della sua Chiesa e l'annuncio del suo Vangelo di salvezza universale. Ora una cosa è necessaria: che a tanta generosità di Dio nell'offrire, corrisponda la vostra generosità nel collaborare. Come ha fatto, per primo, Cristo: *Io offro la mia vita ...*[9].

E' un invito alla generosità, che vi riguarda tutti, quale che sia la scelta che avete compiuta o che vorrete compiere, perché è dal mistero stesso del vostro Battesimo che giunge incessante la chiamata ad una vita cristiana piena, nella fede e nelle opere: *Siate perfetti come è perfetto il Padre vostro celeste*[10]. E' un invito alla generosità, che riguarda, in modo speciale, voi che avete scelto una consacrazione a servizio della Chiesa, in forza di una singolare chiamata. E ora questa chiamata vi segue, vi incalza, perché la vostra risposta sia ogni giorno migliore del giorno che è passato: *In questo è glorificato il Padre mio: che portiate molto frutto*[11]. Dovete dare molto, perché molto vi è stato dato. Se vi diciamo questo, è anche perché sappiamo che i giovani guardano a voi. E' infine un invito alla generosità che rivolgiamo, con particolare affetto, a voi giovani, che non avete ancora compiuto una scelta definitiva. Molte sono le chiamate, molte le strade che si aprono davanti a voi, anche nel servizio alla Chiesa, Popolo di Dio. Ve ne hanno parlato. Le conoscete. Saranno chiamate senza risposta? Strade deserte? Di chi e di che cosa avete paura? Voi siete generosi: siate generosi anche in questo. / 259

Nulla sembra poter resistere a Dio che chiama: *chi può infatti resistere al suo volere?*[12] Eppure non è così. Dio si ferma con rispetto di fronte alla libertà dei suoi figli, che ha creato liberi. La sua chiamata, ogni chiamata, riveste dunque la forza e la dolcezza di un invito, che nulla perde della sua divina potenza e nulla toglie alla vostra libertà. Voi siete liberi: dunque, decidete. Come ha fatto, per primo, Cristo: *la mia vita la offro da me stesso*[13].

4. *Sal.* 8, 6 s.; cf. Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes*, nn. 12 e 67.
5. *Mt.* 11, 28.
6. *Mc.* 1, 17.
7. *1 Cor.* 12, 11.
8. *1 Cor.* 12, 7; Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 12.
9. *L. c.*
10. *Mt.* 5, 48.
11. *Io.* 15, 8.
12. *Rm.* 9, 19.
13. *L. c.*

http://www.obrascatolicas.com

Diciamo a tutti voi, figli dilettissimi, giovani e meno giovani: non permettete che persone o idee o avvenimenti riescano a bloccare le vostre scelte e le vostre decisioni. Perché fermarvi ed attendere? Intanto l'immagine di questo mondo si trasforma rapidamente. Altre schiere di uomini arrivano su questa terra. Il Vangelo deve essere annunciato a tutti. Ai poveri di ieri si aggiungeranno quelli di domani. Ci sono e ci saranno gli affamati, gli assetati, i carcerati, i malati nel corpo e nello spirito. Essi vi attendono: in essi vi attende Cristo[14]. C'è lavoro per tutti. C'è un posto anche per voi.

Che il Signore vi benedica in questo giorno di meditazione e di preghiera. Vi benedica nella vostra generosità e nella vostra libertà. Renda più grande la vostra generosità e liberi la vostra libertà da ogni ostacolo che la possa trattenere.

E come pegno vi giunga, piena di affetto, la nostra Apostolica Benedizione.

Dal Vaticano, 10 marzo 1973, decimo del nostro Pontificato.-PAULUS PP.VI.

14. Cf. *Mt.* 25, 35 ss.

4180

1973 MAR 19.-SC CULTUS, NORM. AAS 65 (1973) 276-279

Normae de Patronis constituendis

1. Patronus, liturgica acceptione, Beata Maria Virgo, Sanctus vel Beatus intellegitur, qui ob antiquam traditionem vel legitimam constitutionem ut protector seu apud Deum advocatus celebratur.

2. Patronus distinguitur a Titulo vel Titulari alicuius ecclesiae, congregationis, communitatis, etsi Titulus patronatum aliquomodo expostulat.

3. Patroni habentur: a) *locorum* (scilicet nationis, regionis, dioecesis, civitatis, oppidi vel pagi, paroeciae);
277 /b) *familiarum religiosarum;* c) *personarum moralium, sodalitatum, institutorum, coetuum* sive ecclesiasticorum sive laicorum.

ELECTIO PATRONI

4. Patroni eligi possunt *Beata Maria Virgo,* sub aliquo titulo in sacra liturgia accepto, *Angeli* et *Sancti.* Beati nequeunt eligi Patroni absque peculiari Apostolicae Sedis indulto[1]. Semper excluduntur divinae Personae[2].

5. Patronus unus tantum sit. Licet duos vel plures Sanctos Patronos eligere, si iidem Sancti una simul in Calendario inscribantur.

Ob peculiares rationes, alius Patronus, tamquam secundarius, quandoque additus est. In posterum, unus tantum Patronus de more habeatur.

6. Patroni locorum eligendi sunt a clero et a fidelibus seu ab illis, qui sub protectione Patroni ponentur.

Patroni familiarum religiosarum, personarum moralium, sodalitatum, institutorum, coetuum, eligendi sunt ab iis, ad quos spectat, seu a membris familiam religiosam, personam moralem, sodalitatem, institutum, coetum efficientibus[3].

Electio facienda est sive per consultationes seu suffragia sive per petitiones seu subscriptiones.

APPROBATIO PATRONI

7. Electio Patroni approbanda est competenti auctoritati ecclesiasticae, id est: *Episcopus* pro dioecesi,

1. Cf. *CIC,* can. 1278.
2. Cf. S. Congr. pro Cultu Divino, Instr. *Calendaria particularia,* 24 iunii 1970, n. 28: *A.A.S.* 62 (1970), pp. 651-663.
3. Cf. S. Congr. pro Cultu Divino, Instr. *Calendaria particularia,* n. 30.

Conferentia Episcoporum pro provincia ecclesiastica, regione, vel natione, *Capitulum provinciale* pro provincia religiosa, *Capitulum generale* pro universa familia religiosa. Pro personis moralibus, sodalitatibus, institutis, coetibus in diversis orbis partibus exstantibus, res proponatur Sanctae Sedi./ 278

CONFIRMATIO PATRONI

8. Electio et approbatio Patroni confirmandae sunt a Sacra Congregatione pro Cultu Divino[4].

Ad confirmationem obtinendam, mittenda sunt ad eandem Congregationem documenta, quae sequuntur: *a)* petitio auctoritatis localis, sive ecclesiasticae sive, pro opportunitate et possibilitate, civilis; *b)* acta, postulationes, subscriptiones, quae electionem comitantur eamque manifestant necnon relatio, in qua rationes exponuntur ob quas electio facta est; *c)* testimonium de approbata electione ex parte competentis auctoritatis ecclesiasticae.

9. Confirmatio conceditur per Decretum praedictae Congregationis et, quoad Patronos amplioris dicionis, etiam per Litteras Apostolicas in forma Brevis expediendas.

10. Sicubi cultus et pietas erga Patronum iam constitutum vel ab immemorabili acceptum, decursu temporis exstincta sunt, aut de eodem Sancto nil certum cognoscitur, minime impeditur quin, re mature perpensa, novus constituatur Patronus, servatis iis quae supra statuta sunt[5].

CELEBRATIO LITURGICA PATRONI

11. Celebratio liturgica competit solummodo Patronis rite constitutis vel ex immemorabili traditione acceptis. Ceteris vero, qui Patroni sensu latiore dicuntur, merae pietatis causa propositi, nullum competit peculiare ius liturgicum[6].

12. Celebratio Patroni loci vel oppidi vel civitatis, personae moralis, sodalitatis, instituti, coetus, peragitur gradu *sollemnitatis.* Quae sollemnitàs gaudet *praecedentia* super omnia festa in Calendario generali vel particulari inscripta et super dominicas temporis Nativitatis et "per annum"./ 279

Celebratio Patroni dioecesis, provinciae, regionis, nationis aut amplioris territorii et provinciae religiosae peragitur gradu *festi*[7]. Rationibus tamen pastoralibus suadentibus, v. gr. quando Patronus magnum momentum habuit in historia cuiusdam regionis aut valde colitur a fidelibus, festum Patroni fieri potest sollemnitas[8].

Patronus loci aut amplioris dicionis celebrari debet etiam a religiosis[9] et ab iis qui Calendario proprio gaudent.

13. Familiae religiosae gradu sollemnitatis per se peragere possunt tantum celebrationem aut Patroni aut Tituli aut Fundatoris inter Sanctos relati. Attamen, peculiaribus in adiunctis petere possunt, ut ex his duae sollemnitates habeantur.

14. Patroni secundarii olim constituti celebrentur gradu memoriae obligatoriae[10].

4. Cf. *ibid.,* n. 30.
5. Cf. *ibid.,* n. 33.
6. Cf. *ibid.,* n. 29.
7. Cf. *Normae universales de anno liturgico et de Calendario,* n. 59.
8. Cf. S. Congr. pro Cultu Divino, Instr. *Calendaria particularia,* n. 8.
9. Cf. *Normae universales de anno liturgico et de Calendario,* n.52c; S. Congr. pro Cultu Divino, Instr. *Calendaria particularia,* n. 16d.
10. Cf. S. Congr. pro Cultu Divino, Instr. *Calendaria particularia,* nn. 9, 12.

15. Patroni olim constituti propter peculiares circumstantias historicas, itemque Patroni olim propter extraordinaria adiuncta, v. gr. pestem, bellum, aliamve calamitatem vel propter cultum specialem nunc remissum, electi, in posterum uti Patroni amplius ne colantur[11].

Ex aedibus Sacrae Congregationis pro Cultu Divino, die 19 martii 1973, in sollemnitate Sancti Ioseph, Sponsi Beatae Mariae Virginis.—Arturus Card. TABERA, *Praefectus.* H. Bugnini, Archiep. tit. Diocletianen., *a Secretis.*

11. Cf. *ibid.,* n. 32.

4181

1973 MAR 23.-SC DOCTR. FID., DECL. AAS 65 (1973) 678

Declaratio de tuenda Sacramenti Paenitentiae dignitate contra eos qui technicis instrumentis imprimunt et evulgant sacramentales confessiones

Sacra Congregatio pro Doctrina Fidei, vigore specialis potestatis sibi a Suprema Ecclesiae Auctoritate tributae, decernendo declarat eos ab hac die incurrere in excommunicationem latae sententiae nemini reservatam, qui, cum contemptu Sacramenti Paenitentiae, sacramentales confessiones, veras aut fictas, quovis technico instrumento adhibito captant vel imprimunt vel hoc modo cognitas evulgant, necnon omnes, qui eidem rei formaliter cooperantur, firmo praescripto canonum 889, 890, 2369.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis pro Doctrina Fidei, die XXIII mensis martii, anno Domini MCMLXXIII.—Fr. Hieronymus HAMER, O. P., *a Secretis.*

Adn. G. DE ROSA in La Civ. Catt. 124 (1973-II) 55-60; J. HAMER in L'Osservatore Romano 24 martii 1973; P. TOCANEL in Apoll 46 (1973) 20-24.

4182

1973 MAR 24.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 65 (1973) 247-249

Allocutio Em.mis Patribus et Exc.mis Praesulibus e Consilio Secretariae generalis Synodi Episcoporum, qui conventui Romae habito interfuerunt:

De evangelizatione mundi nostrae aetatis deque interventu membrorum Synodi Episcoporum necnon Patriarcharum orientalium in electionem Romani Pontificis

Venerabiles Fratres, Gaudemus sane de conspectu vestro, qui per temporis intervalla iam nobis solet praeberi, vobisque salutem ex animo dicimus, qui per aliquot dies in opus incubuistis, ad vitam universae Ecclesiae pertinens. Disceptationes enim vestrae ad apparandum proximum Coetum Synodi Episcoporum spectabant, quae ut institutum ecclesiale feliciter invalescit, utpote cum certis temporibus, ac quidem secundum optatum multarum Conferentiarum episcopalium, singulis trienniis sit celebranda, ut praevidetur; sed hac de re sententia Sodalium proximi Synodi Coetus iterum poscetur. Eiusdem Synodi vigor etiam perspicitur quodam modo ex ipsis gravibus argumentis ei propositis ad tractandum.

Argumentum profecto, quod in proximo Synodi Conventu expendetur, est ex hoc genere: agetur enim de evangelizatione mundi nostrae aetatis. Non est dubium, Venerabiles Fratres, quin saepe hominum conversatio et conversatio hodie saeculo sint conformia et a religione aliena. Est ergo sedulo ponderandum, quomodo normae, sapientiae plenae, quae in Constitutione *Gaudium et spes* et in Decreto *Ad gentes divinitus* Concilii Vaticani Secundi continentur, nunc post decem fere annos in humanam vitam trnaslatae sint vel transferantur oporteat.

Item disceptandum erit de methodis ad rem aptis, de earum comparatione de earumque coniunctione et nexu. Ut breviter dicamus, sollicite ac sollerter cogitandum erit, quae sit vis Evangelii, quod hominibus nostrorum temporum annuntiamus, et quomodo eos reapse valeat transformare.

Quibus dictis, quaedam proferenda esse videntur de iis, quae significavimus, cum Patres Cardinales die quinta mensis Martii in Secreto Consistorio alloqueremur: perpendi scilicet recognitionem — nostrae aetati congruentem — legum de electione Romani Pontificis lata/- 248 rum. Quod quidem studium nondum est absolutum, cum hoc negotium multam postulet prudentiam propter res historicas et iuridicas, quas secum fert.

Itaque etiam coram vobis quaestionem ponimus, in Consistorio illo allatam, circa opportunitatem associandi Membris Sacri Collegii Cardinalium, qui ius habent Conclave ingrediendi ut electores Romani Pontificis, Sodales Consilii Secretariae Generalis Synodi Episcoporum, dummodo hi, cum idem Conclave celebratur, munere suo actu fungantur et octogesimo aetatis anno sint minores.

Ut notum est, quindecim Membra istius Consilii vestri — e quibus duodecim ab omnibus Sodalibus Synodi libere eliguntur, tres a Romano Pontifice nominantur — officium suum gerunt usque ad subsequentem Synodi Coetum Generalem, ac quidem, quo accuratius rem declaremus, donec ab eodem Pontifice electi confirmentur ac tres secundum Synodi ordinem ab eo nominentur. Hos ergo, si quod proponitur ad effectum deducetur, idoneos volumus ad participandam electionem Summi Pontificis quam forte tempore muneris eorum fieri contingat; id est, hoc iure tantummodo fruentur, si eorum designatio, qua fiunt Membra Consilii Secretariae Generalis Synodi Episcoporum, pontificia auctoritate explicite ac nominatim approbata fuerit.

Hoc consilium Nostrum, quod iam diu agitamus quodque Nobis consentaneum esse videtur historiae Sacri Cardinalium Collegii et cum desideriis, post recens Concilium Oecumenicum Vaticanum vario modo enunciatis, congruere, duplex commodum inferre putamus: etenim Sacro Collegio associarentur, in Romani Pontificis electione, viri ecclesiastici, qui, peculiaribus animi dotibus ornati, partes agunt Synodi Episcoporum, et qui coetum efficiunt, cuius sodales crebro mutantur.

Quae res ita eveniet, Secretarius Generalis Synodi Episcoporum, qui non est membrum Consilii istius, Conclave ingredietur ut Secretarius Adiunctus, in hoc negotio, Secretario Sacri Collegii.

Item, cum a nonnullis minus probetur eos, qui praecelsum munus patriarchale obeant, aggregari Sacro Cardinalium Collegio, quod est institutum Romanum atque Latinum, perpenditur, an conveniat Venerabilibus Patriarchis Ecclesiarum Orientalium, cum hac Apostolica Sede communionem habentium, parem participationem electionis Romani Pontificis proponere, qui, ut nemo ignorat, non est solum Patriarcha Ecclesiae Latinae, verum etiam *ut successor Petri,* caput totius Ecclesiae et, iuxta sententiam Concilii Vaticani Secundi, *unitatis tum Episcoporum tum fidelium multitudinis perpetuum ac visibile princi/pium et fundamen-* 249 *tum*[1]. Praedicti vero Patriarchae, si casus ferat, electio-

1. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 23.

http://www.obrascatolicas.com

nem huiusmodi solummodo participare poterunt, si, legitime electi, a Summo Pontifice communionem explicite acceperint.

Haec habuimus, quae ad vos, Venerabiles Fratres, dicceremus, egregiam existimationem et fraternam dilectionem Nostram vobis testantes. Vota autem, quae pro vobis suscipimus, confirmet Apostolica Benedictio, quam vobis et gregibus vestris amanter impertimus.

Alla fine di questo gradito incontro amiamo esprimere un particolare ringraziamento per la vostra apprezzata collaborazione e rivolgervi un fervido augurio per il vostro ritorno nelle rispettive sedi e per una felice e proficua ripresa del vostro ministero pastorale.

Desideriamo anche che portiate il Nostro saluto beneaugurante ai vostri sacerdoti e fedeli.

4183

1973 MAR 25.-SC CULTUS, NORM. AAS 65 (1973) 280-281

Normae de coronatione Imaginis Beatae Mariae Virginis

Pluries decursu temporis factum est ut populus christianus, filiali devotione permotus, ardenter peteret et obtineret coronationem alicuius Imaginis B. Mariae Virginis. Nam "Maria, per gratiam Dei post Filium prae omnibus angelis et hominibus exaltata, utpote sanctissima Dei Mater, quae mysteriis Christi interfuit, speciali cultu ab Ecclesia merito honoratur"[1]. Illius consuetudinis testimonium permanet ritus in Pontificali Romano usitatus.

§ 2. ORIENTATIONS

Trois remarques
- I - Les choses de la Paix
  - A) *Eliminer la guerre*
    1. Stopper la course aux armements
    2. Combattre l'imperialisme économique
  - B) *Remplacer la guerre par la dynamique de la paix*
    1. Le pouvoir du droit
    2. Le rôle des institutions internationales
- II - Le sujet de la Paix
  - A) *Au niveau de la personne individuelle*
  - B) *Le sujet collectif*

§ 3. UNE METHODE POUR NOTRE TEMPS
- I - La nature humaine
  - A) *Nature et ordre*
  - B) *Nature et Histoire*
- II - Les signes des temps
  - A) *Quelques observations*
  - B) *Paix de l'Eglise, Paix dans l'Eglise*
    1. Spécificité chrétienne
    2. L'amour comme moteur de l'histoire

CONCLUSION

* Typis Polyglottis Vaticanis 1973. Adn. m. a. in **Presenza pastorale** 43 (1973) 521-523.

4187

1973 APR 11.-SC DOCTRINA FIDEI, LITT. CIRC. PART.*

Doctrina de indissolubilitate matrimonii a Magisterio Ecclesiae proposita deque sollicitudine pastorali erga eos qui in matrimonio irregulari vivunt, confirmatur contra nonnullas contrarias insurgentes opiniones

Romae, 11 aprilis 1973

Excellentissime Domine, Haec Sacra Congregatio cuius munus est doctrinam de fide et moribus in universo catholico orbe tutari, vigilanti cura observat diffusionem novarum opinionum, quae doctrinam de indissolubilitate matrimonii a Magisterio Ecclesiae constanter propositam vel negant vel in dubium vocare satagunt.

Huiusmodi opiniones non tantum scripto in libris et ephemeridibus catholicis propagantur, sed etiam in Seminaria scholasque catholicas, necnon in ipsam praxim nonnullorum tribunalium ecclesiasticorum in hac vel in illa Dioecesi sese insinuare incipiunt.

Tales insuper opiniones simul cum aliis rationibus doctrinalibus vel pastoralibus hic inde tamquam argumentum sumuntur ad abusus iustificandos contra vigentem disciplinam circa admissionem ad Sacramenta eorum qui in unione irregulari vivunt.

http://www.obrascatolicas.com

Proinde hoc Sacrum Dicasterium in Congregatione Plenaria anno 1972 habita rem examini subiecit ex cuius mandato, a Summo Pontifice adprobato, Excellentiam Tuam enixe hortatur ad diligentem vigilantiam, ut ii omnes, quibus munus officialis in tribunali ecclesiastico concreditur, fideles doctrinae Ecclesiae de indissolubilitate matrimonii permaneant eamque in praxim apud tribunalia ecclesiastica deducant.

Admissionem ad Sacramenta quod attinet, velint item Ordinarii loci ex una parte observantiam urgere vigentis Ecclesiae disciplinae; ex alia parte autem curare ut animarum pastores peculiari sollicitudine prosequantur eos etiam qui in unione irregulari vivunt, adhibendo in solutione talium casuum, praeter alia recta media, probatam Ecclesiae praxim in foro interno.

Haec Tecum communicans omni qua par est reverentia permaneo Tibi addictissimus – Franciscus Card. SEPER, *Praefectus*. F. Hieronymus Hamer, O. P., *a Secretis*.

* Omnibus Ordinariis locorum, Prot. N. 1284/66; 139/69: Rivista diocesana milanese 61 (1973) 461. Adn. B. HONINGS in Apoll 47 (1974) 471-490.

4188

1973 APR 14.- SIGNATURA APOST., SENTENTIA. PART.*

Ad quemnam pertineat proprietas bonorum quae tribuuntur paroeciae, quam religiosi regunt aut ministerio scholastico adiuvant

Patres Ordinis X. - Paroecia S. G. - Sorores Antonianae

FACTI SPECIES

1. Paroecia S. G., sita intra fines eparchiae graeco-byzantinae L., anno 1946 emit domum cum adnexo horto, intuitu eam adhibendi in ludum pueris instituendis; pretium largita erat S. Congregatio pro Ecclesia Orientali. Contractus emptionis-venditionis per publicum notarium exaratus est die 7 martii 1953.

Agnita utilitate immutandi opus in Institutum scholasticum pro puellis in ludimagistrarum munere instituendis, parochus, P. Franciscus, Ordinis X., et Religiosae Antonianae S. Helenae, institutum regentes, alacriter adlaborarunt in restaurando et augendo vetere aedificio, necnon in aedificandis binis novis alis super finitimo solo. Pecuniam erogaverunt S. Congregatio pro Ecclesia Orientali, fideles loci, religiosae Antonianae, necnon Provincia P. Ordinis X., cui parochus adscriptus est.

Solum seu terrenum magna ex parte (id est 637 mq.) patrimonium erat beneficii paroecialis, sed nova aedificatio excessit super finitimum solum (mq. 145), quod subsequenter emptum est die 21 ianuarii 1964 a R. P. Iacobo, Ordinis X., curiae episcopalis cancellario, et die 24 maii 1967 in parte minima (mq. 4) ab ipso parocho P. Francisco.

2. Anno quidem 1967 oriri coepit inter R. P. Iacobum et Religiosas Antonianas opinionum discrepantia circa proprietatem eiusdem Instituti, quod interea nomen assumpserat "Istituto Magistrale Maria Immacolata"; quare res delata est ad iudicium Exc.mi Ordinarii loci, seu Administratoris Apostolici Eparchiae, in forma administrativa.

Administrator Apostolicus, collectis documentis et interrogatis partibus, decisionem tulit die 9 iulii 1968, qua statuebat "che la Parrocchia di S. G. è l'unica proprietaria dell'Istituto, che i Padri dell'Ordine X. e le Suore Antoniane sono creditori nei confronti della Parrocchia per la parte da essi versata". Quod spectat ad instituti regimen, statuebat illud concreditum manere Religiosis Antonianis, dum paroecia "avrà la veste giuridica e canonica di ente gestore" seu eiusdem "alta direzione".

Litteris diei 3 septembris 1968 Sorores Antonianae substantialiter acceptabant Ordinarii decisionem, dum eidem resistebant RR. PP. Provinciae Ordinis X., recursu oblato eidem Ordinario die 5 decembris 1968.

Ordinarius autem, audita relatione Consilii administrativi dioecesani diei 23 iulii 1969, die 1 augusti 1969 priorem confirmavit decisionem quoad ius proprietatis. Creditum autem Religiosarum erga paroeciam computavit in lib. 20.051.926; creditum vero PP. Ordinis X. in lib. 6.000.000 prius computatum, auxit ad lib. 9.300.000.

Adversus Ordinarii decisionem Provincia regularis recursum die 29 octobris 1969 interposuit ad S. Congregationem pro Ecclesiis Orientalibus, vindicans ius comproprietatis pro dimidia parte cum paroecia.

Ordinarius die 4 aprilis 1970 acta S. Congregationi transmittens, declarationem addebat super tota quaestione atque, vi elementorum interea adquisitorum, agnoscebat creditum Provinciae regularis erga paroeciam augendum esse ad lib. 13.000.000.

Die 20 aprilis 1971 S. Congregatio pro Ecclesiis Orientalibus acta huic Supremo Tribunali Signaturae Apostolicae transmisit ad normam art. 107 Constitutionis *Regimini Ecclesiae Universae*.

Dum Provincia regularis et Sorores Antonianae suos patronos constituebant, H. S. Tribunal decidebat ut paroecia quoque S. G. in iudicio repraesentaretur per patronum ex officio.

Die 26 ianuarii 1972, consentientibus Patronis, dubia concordata sunt, quae sequuntur:

I. *Se la parrocchia di S. G. sia l'esclusiva proprietaria dei beni al presente identificati come Istituto Magistrale "Maria Immacolata"*, et quatenus negative,

II. *Se e quale parte di tali beni spetti alla Provincia dell'ordine X.*; et quatenus affirmative ad primum, negative ad secundum,

III. *A quale somma ammonti il diritto di credito della Provincia regolare dell'Ordine X., nei confronti dell'ente proprietario;* et quatenus negative ad primum,

IV. *Se e quale parte degli stessi beni spetti alle Suore Antonianae Figlie di Santa Elena;* et quatenus affirmative ad primum et negative ad quartum,

V. *A quale somma ammonti il diritto di credito delle suddette Suore Antoniane nei confronti dell'ente proprietario.*

IN IURE ET IN FACTO

3. Ad primum dubium responsio est *affirmativa*, id est paroeciae S. G. esse exclusivum dominium Instituti a Maria Immaculata nuncupati. Priscum enim aedificium iam in eius proprietate erat et maior pars (duae e tribus partibus) novi aedificii insistit super solo quo iam erat in eiusdem paroeciae proprietate; quare iam exinde haud intellegitur prima assertio (dein demissa) R.P. Jacobi: "non è comune la proprietà, è sola nostra".

Ast paroeciae dominium complectitur etiam partem illam soli contiguam, super qua nova aedificatio de facto sese extendit, quamque multo serius, seu contractu diei 21 ianuarii 1964 coram publico notario R. P. Jacobus a legitimis emit dominis. Etenim, aedificatio illa debetur indefessae operae R. P. Francisci, qui erat quidem religiosus, sed in primis et ante erat parochus S. G. et qua talis semper egit cum tertiis in cunctis iuridicis relationibus circa Institutum scholasticum de quo agitur. Hoc patet cuique fere innumera legenti documenta. Qua parochus ipse subsidia a S. Congregatione pro Ecclesiis Orientalibus efflagitavit et obtinuit; qua parochus cum civilibus egit auctoritatibus, iis inclusis administrandis scholis praepositis, etiam ad obtinendam legalem recognitionem Instituti prius qua scholae mediae, dein vero qua Instituti Magistralis; qua parochus ipse a Statu impetravit sic dictos "cantieri-scuola"; se denique uti parochum semper egisse ipse R. P. Franciscus agnovit, interrogatus in iudicio die 18 martii 1968.

Neque solummodo hoc munus parochi, numquam vero Provinciae P. sui Ordinis, R. P. Franciscus formaliter exhibuit in omnibus actibus hanc quaestionem respicientibus; sed etiam rationem dedit, ad normam iuris, de paroeciae bonis ac reditibus. Satis sit memorare admonitionem eiusdem Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus "perchè il P. Francesco nel suo programma scolastico non assumesse impegni cui la Parrocchia non avrebbe potuto far fronte".

Tota R. P. Francisci activitas ad unicum finem dirigebatur, id est ad creandum Institutum scholasticum uti subsidiarium paroeciae S. G., nequaquam suae Provinciae regularis.

Quamvis ergo alia pars soli postea empta sit (et quidem a P. Jacobo in persona propria, non qua repraesentante suae Provinciae religiosae), nullum ius comproprietatis ex parte Provinciae cum paroecia constitutum est; acquisitio vero peracta ab ipso, qui erat cancellarius Curiae seu organi tutorii paroeciae, versa est in favorem unici possibilis destinatarii, nempe Paroeciae.

Merito animadvertit Promotor iustitiae deputatus: "Se veramente la Provincia dell'Ordine X, deve considerarsi la proprietaria delle menzionate aree, dobbiamo affermare che vi fu

da parte di essa una incontestabile acquiescenza all'operato del P. Francesco, nello stesso momento in cui si dichiarava estranea all'operato di questi: ciò fino al 1966-1967 quando iniziò la controversia. Non vi fu quindi obiezione alcuna all'uso del proprio terreno, e scientemente fu dichiarato che la costruzione del Collegio riguardava soltanto la parrocchia. Pertanto sembrano ricorrere tutte le condizioni per riconoscere la legittimità di un'ampliazione nel caso dell'art. 938 del Codice Civile Italiano, e precisamente il fatto di una sola parziale utilizzazione di superfici limitrofe di proprietà altrui; l'impossibilità di un qualsiasi frazionamento dell'immobile così costruito; la buona fede di chi ha costruito nel nome e nell'interesse del proprietario della maggior parte del complesso edilizio; l'acquiescenza a tale iniziativa da parte di chi al momento risultava essere il proprietario delle superfici limitrofe su cui è sconfinata la costruzione".

Ceterum, alibi adnotat Promotor iustitiae deputatus: "Se si insiste nell'applicazione dell'art. 938 del Codice Civile, non lo si fa per chiedere una espropriazione coatta, ma perché il disposto dell'articolo citato può costituire un preciso titolo che consente una composizione equitativa del conflitto di interessi tra la parrocchia e la Provincia dell'Ordine X., senza pregiudizio economico di quest'ultima per quanto concerne sia il valore delle aree da far acquistare alla parrocchia sia le eventuali somme anticipate dai Padri della Provincia al P. Francesco nella sua qualità di parroco a modo di prestito".

Praeterea defuit quilibet actus ex parte Provincialis Ordinis X, qui voluntatem constituendi comproprietatem panderet.

Iuvat denique haec referre ex relatione periti Camilli circa unitatem indivisibilem aedificii: "Il complesso immobiliare del Collegio di Maria Immacolata è costituito da un unico corpo di fabbrica ed occupa una superficie complessiva di mq. 786. Il predetto edificio insiste per mq. 637 su terreno intestato alla parrocchia di S. G., per mq. 75 sul lato nord e mq. 70 sul lato est intestato a P. Giacomo e mq. 4, su quest'ultimo lato, su terreno intestato al P. Francesco. Le parti del fabbricato di che trattasi che insistono sul terreno del P. Giacomo ed in misura trascurabilissima sul terreno del P. Francesco, in realtà non sono corpi di fabbrica a se stante né hanno alcuna capacità per poterli eventualmente considerare tali, in quanto essi sono interamente incorporati nel contesto strutturale e funzionale dell'intero edificio". "Data la particolare ubicazione dell'edificio rispetto ai cortili ed alla strada di accesso e soprattutto per la sistemazione della scala interna e la distribuzione degli ambienti, non è possibile in nessun modo operare frazionamento immobiliare e catastale né tra i tre corpi di fabbrica, che come già specificato, in realtà non si identificano allo stato di fatto, né vi sono altre soluzioni".

His omnibus perpensis, applicandus est in casu, art. 938 Codicis Civilis Italiae, qui ait: "Se nella costruzione di un edificio si occupa in buona fede una porzione del fondo attiguo e il proprietario di questo non fa opposizione entro tre mesi dal giorno in cui ebbe inizio la costruzione, l'autorità giudiziaria, tenuto conto delle circostanze, può attribuire al costruttore la proprietà dell'edificio e del suolo occupato. Il costruttore è tenuto a pagare al proprietario del suolo il doppio del valore della superficie occupata, oltre il risarcimento dei danni".

4. *Ad secundum dubium:* attento affirmativo responso ad primum, dicendum est nullam bonorum partem Instituti ad proprietatem Provinciae Ordinis X. pertinere.

5. *Ad tertium dubium:* animadvertendum est cum Administratore Apostolico negari quidem Provinciae Ordinis X. ius proprietatis, non autem ius crediti erga paroeciam pro summis quas ei Provincia solvit. Omnes enim summae a Provincia erogatae, dum inefficaciter afferuntur ad demonstrandam comproprietatem, naturam induunt pecuniae mutuo datae. Eamdem pecuniam, proinde, Paroecia restituere tenetur iuxta normas Codicis Civilis Italici (art. 1813 et ss.), quae in iure canonico recipiuntur vi can. 1529.

Superest summae determinatio pro qua plura elementa, technica quidem, in loco inquirenda et examinanda sunt, ideoque ab expertis definienda a partibus designatis.

6. *Ad quartum dubium:* ex affirmativo responso ad dubium primum, necessario consequitur ne proponi quidem posse hoc dubium quartum, simili, immo potiori ratione, quam erga petitionem Patrum Ordinis X.; Religiosae enim Antonianae ne apparenter quidem vel nominali modo umquam sese ingesserunt in negotiis proprietatem vel comproprietatem attingentibus.

7. *Ad quintum dubium-* nemo profecto negat ius crediti quo Religiosae Antonianae gaudent ob summas impensas in aedificando, augendo, instruendo et gerendo Instituto, ac consequenter paroecia agnoscit correlativam suam obligationem easdem restituendi.

Legimus enim in actis: "E' ovvio tuttavia che non si vuol negare ad esse (Sororibus Antonianis) il diritto di credito per la somma da esse conferita in lire 21.400.000, oltre il valore di tutta l'attrezzatura dell'istituzione"; "il credito delle Suore ammonta a lire 20.051.926. I Padri della Provincia regolare contestano l'esattezza della cifra, perché sostengono che sono lire 16.000.000, mentre l'Ordinario Diocesano sulla scorta della lettera della defunta Madre Generale e di una dettagliata contabilità presentata dalla Superiora del tempo, che seguì tutto il corso dei lavori, ha riconosciuto loro il credito sopra detto, cioè di lire 20.051.926. Né si può mettere in dubbio, come tenta di fare più volte nelle contradeduzioni il P. Giacomo, che l'attrezzatura non sia di proprietà delle Suore, in quanto ciò è affermato chiaramente dai PP. Francesco ed Elia".

Prout ergo diximus ad dubium quartum, agitur de aestimationibus et computationibus, quarum determinatio peritis a partibus electis relinquenda est.

DECISIO. – Infrascripti Patres Cardinales, membra Signaturae Apostolicae, in sede eiusdem Supremi Tribunalis legitime congregati ad decidendam causam de qua supra, propositis dubiis respondendum censuerunt uti respondent:

Ad primum: *affirmative, nempe paroeciae S. G. esse exclusivum dominium bonorum constituentium v. d. 'Istituto Magistrale Maria Immacolata';*

Ad secundum: *non proponi;*

Ad tertium: *creditum RR. PP. Provinciae Ordinis X. a paroecia S. G., determinandum relinquitur peritis ex utraque parte delectis;*

Ad quartum: *non proponi;*

Ad quintum: *creditum Sororum Antonianarum S. Helenae a paroecia, determinandum relinquitur peritis ex utraque parte designatis.*

Romae, in sede Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae, die 14 aprilis 1973. – Dinus Card. STAFFA, *Praefectus et Ponens* (*Sequuntur ceterae Cardinalium subsignationes*).

* Apoll 47 (1974) 347-354.

4189

1973 APR 18.-COM. INT.CON.,RESP. AAS 65 (1973) 220-221

Responsa ad proposita dubia:

I. De poena excommunicationis latae sententiae declaranda. II. De cessatione post quinquennium a commisso munere

Patres Pontificiae Commissionis Decretis Concilii Vaticani II interpretandis, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, respondendum esse censuerunt ut infra:

I *(de poena excommunicationis latae sententiae declaranda)*

D. – Utrum vigore facultatis n. 13 Rescripti Pontificii *Cum admotae*, diei 6 mensis novembris anni 1964, Moderator Supremus Congregationis clericalis iuris pontificii uti valeat facultate ponendi actus iurisdictionis pro regimine et disciplina interna ad declarandam excommunicationem latae sententiae in proprios subditos, qui delictum commiserint, quod in sacris canonibus describitur et illa poena punitur.

R. – *Affirmative.*

II *(de cessatione post quinquennium a commisso munere)*

D. – 1) Utrum in norma, de qua in n. 2 § 5 Constitutionis Apostolicae *Regimini Ecclesiae universae*, praeter Praefectos, Membra et Secretarios Sacrarum Congregationum, comprehendantur quoque Praefecti, Praesides vel aequiparati, Propraesides et Vicepraesides,

http://www.obrascatolicas.com

Membra et Praelati Superiores caeterorum Dicasteriorum et Coetuum seu Ordinum collegialium Romanae Curiae (ut Tribunalia, Secretariatus, Officia, Commissiones et Comitatus permanentes);/

221 2) Utrum cessatio post quinquennium a commisso munere Consultorum Dicasteriorum, de qua in n. 5 § 1 eiusdem Constitutionis Apostolicae *Regimini Ecclesiae universae*, respiciat quoque Consultores caeterorum Coetuum seu Ordinum Romanae Curiae, necnon Votantes, Referendarios, Consulentes, Commissarios et Peritos Dicasteriorum et Coetuum seu Ordinum, de quibus dictum est.

R. – *Affirmative ad utrumque*, exceptis tamen Coetibus seu Ordinibus Romanae Curiae qui lege propria hac in re regantur (hoc est nominatim Sacra Romana Rota, Camera Apostolica et Collegium Protonotariorum Apostolicorum de numero participantium) necnon, ob peculiarem sui naturam, Secretaria Status seu Papalis, quae ad nutum est Summi Pontificis.

Ss.mus Dominus Noster Paulus Pp. VI in Audientia die 18 aprilis 1973 infrascripto impertita supradictas decisiones ratas habuit, adprobavit et publicari iussit. – Pericles Card. FELICI, *Praeses.*

4190

1973 APR 23. - SC pro INSTITUT. CATH., EPIST. PART.*

Animadversiones fiunt in documentum quoddam naturam et rationem Universitatis Catholicae in mundo huius temporis definire intendens

A messieurs les Recteurs des Universités Catholiques et Dirigeants des Institutions universitaires Catholiques, En conclusion du 2e Congrès International des Délégués des Universités Catholiques (Rome, 20-29 novembre 1972), cette S. Congrégation a demandé à la F.I.U.C. de transmettre à toutes les Universités Catholiques un exemplaire du document final du Congrès, intitulé: *"L'Université Catholique dans le Monde Moderne"*, en faisant remarquer toutefois que ce document devait encore être soumis à l'Assemblée Plénière des Cardinaux et Evêques membres de la Congrégation, Assemblée fixée aux 2-3 avril 1973.

Cette Assemblée Plénière ayant eu lieu et ses résultats ayant été approuvés par le Saint Père dans l'audience du 6 avril courant, cette S. Congrégation s'empresse d'exécuter les décisions prises.

Elle fait d'abord remarquer que le document, examiné par la Plenaria, est le texte français: c'est donc à lui qu'il faudra référer les versions anglaise et espagnole. Et c'est pourquoi le texte français est aussi envoyé aux Universités d'expression anglaise et espagnole.

En conformité aux dispositions qu'elle a reçu la charge d'appliquer, la S. Congrégation communique les précisions suivantes au sujet du document.

1) Les Pères, prenant acte volontiers du louable effort accompli par les Universités Catholiques et leurs Délégués, en particulier pour tenir compte des suggestions de l'Assemblée Plénière de 1969 au sujet de la première rédaction du document (1er Congrès, 1969), ont reconnu que le document était notablement amélioré par rapport à celui de 1969. C'est pourquoi ils considèrent le document actuel comme "valable quoique appelant des perfectionnements".

Le document en effet définit bien et met en lumière la finalité et les caractéristiques de l'Université Catholique, en dégageant les conséquences qui en découlent quant à la fidelité à l'égard de la foi et de l'Eglise. Les Pères font remarquer cependant qu'entre autres inévitables lacunes le document n'est pas suffisamment explicite sur deux points:

a) quant à la nécessité pour toute Université Catholique de marquer formellement et sans équivoque – soit dans ses Statuts soit en tout autre document interne – son caractère et son engagement "catholiques";

b) quant à la nécessité pour toute Université Catholique de se donner les instruments qui lui permettent de mettre en oeuvre une auto-régulation efficace dans le domaine de la foi, de la morale et de la discipline.

2) Pour prévenir certaines intreprétations fausses et dommageables, auxquelles le texte peut prêter – comme l'experience l'a montré – les Pères déclarent que:

a) Le document doit être pris "comme un tout", de sorte qu'aucun élément ne puisse être tiré de l'ensemble et utilisé sans accord avec tout le reste, en particulier pour ce qui regarde l'autonomie de l'enseignement et de la recherche.

b) Bien que le document envisage l'existence d'institutions universitaires n'ayant pas de lien statutaire avec l'autorité ecclésiastique, on fait remarquer que cela ne signifie pas l'exclusion des rapports avec la hiérarchie de l'Eglise, qui sont le propre de toute institution catholique.

3) Enfin, en disant aux Universités Catholiques leur gratitude cordiale pour le dévouement intelligent qu'elles dépensent au service de l'Eglise et de la société, les Pères les exhortent à faire tout leur possible pour réaliser dans leur domaine ce qu'exprime le n. 1 de cette lettre, afin de promouvoir et sauvegarder efficacement le caractère catholique de leur institution telle que le document le décrit.

Tout en étant l'émanation exclusive des Universités Catholiques, le document engage cependant la conscience de ceux qui y travaillent car il rappelle les conditions auxquelles doit satisfaire toute Université qui veut se dire ou être dite "catholique".

La S. Congrégation prie les responsables des Universités Catholiques de ne pas manquer, quand ils présenteront le document, d'y ajouter les précisions qui viennent d'être données.

Assurée de la compréhension bienveillante des dirigeants et membres des Universités Catholiques pour faire accueil à ces remarques, la S. Congrégation leur renouvelle l'expression de ses sentiments d'estime et de ses voeux, confiante dans l'heureuse issue de notre travail commun.

La S. Congrégation voit en outre avec satisfaction la perspective d'une collaboration sur les questions d'intérêt vital pour l'Eglise, à l'approfondissement et à la solution desquelles l'Episcopat et les Universités Catholiques peuvent consacrer fructueusement un effort commun.

Avec l'expression de notre profond dévouement. – Gabriel Marie Card. GARRONE, *Préfet.* J. Schröffer, *Secr.*

* Rectoribus Universitatum Catholicarum et Directoribus institutionum universitariarum catholicarum, Prot. N. 1511/68: **Seminarium** 26 (1974) 715-717. Documentum in recensione non definitiva prostat apud **PrM** 62 (1973) 625-657. Adn. H. CARRIER in **Seminarium** 26 (1974) 832-854; G. GARRONE in **Seminarium** 26 (1974) 764-772; M. A. KRAPIEC in **Seminarium** 26 (1974) 793-805, 806-818; G. LAZZATI in **Seminarium** 26 (1974) 785-790; P.-A. LIEGE in **Seminarium** 26 (1974) 774-781; N. LUYTEN in **Seminarium** 26 (1974) 742-761; J. PITTAU in **Seminararium** 26 (1974) 858-867; P. POUPARD in **Seminarium** 26 (1974) 870-876; G. SCHOEFFER in **Seminarium** 26 (1974) 718-739; F. A. SULLIVAN in **PrM** 62 (1973) 609-623.

4191

1973 APR 24.-SECR. STATUS, NOTIF. AAS 65 (1973) 219

Institutum, cui nomen "Pontificia Opera di Assistenza" in Italia conditum, a suis muneribus cessavisse declaratur

Sua Santità Paolo VI nell'Udienza del 24 Aprile 1973, concessa al sottoscritto Cardinale Segretario di Stato, ha ordinato che – in seguito alla istituzione della "Caritas Italiana", che è l'ente dell'Episcopato Italiano per le attività assistenziali – la Pontificia Opera di Assistenza in Italia, istituita in data 15 Giugno 1953, sia da considerarsi soppressa a tutti gli effetti.
Dal Vaticano, 24 Aprile 1973. - G. Card. VILLOT.

4192

1973 APR 27.-SC CULTUS, CIRC. AAS 65 (1973) 340-347

Litterae circulares ad Conferentiarum Episcopalium Praesides:

De Precibus eucharisticis

1. Eucharistiae participationem fidelibus conscie, pie et actuose praestandam[1] potissimum assequi con-

1. Cf. Conc. Vat. II, Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, n. 48: *A.A.S.* 56 (1964), p. 113.

tendit sacrae Liturgiae instauratio, praesertim vero Missalis Romani recognitio, iuxta Concilii Vaticani II praecepta recens effecta[2].

Huiusmodi autem Missalis Romani auctoritate Papae Pauli VI promulgati nota propria certe est habenda copia textuum inter quos seligendi haud raro datur facultas, tum quoad lectiones e Sacra Scriptura depromptas, tum quoad cantus, preces et acclamationes universae communitati fidelium proferendas, tum quoad ipsas orationes *praesidentiales*, Prece eucharistica minime excepta, cuius tres novi textus, praeter Canonem Romanum venerabilis traditionis, in usum sunt recepti[3].

2. Ratio propter quam huiusmodi ampla varietas textuum praebetur, et finis ad quem innovatio formularum tendit, indolis pastoralis sunt: nempe ut unitati et varietati precationis liturgicae consulatur. Eosdem enim textus abhibendo in Missali Romano propositos, variae communitates christianae quae ad Eucharistiam celebrandam in unum conveniunt, et se unam Ecclesiam eadem fide eademque oratione precantem efficere sentiunt, et congrua simul facultate gaudent – praesertim cum sermo vernaculus adhibetur – ex qua idem mysterium Christi multis modis nuntietur et singuli fideles facilius corda ad Dominum in oratione et gratiarum actione elevent[4] necnon maiori fructu spirituali celebra-

341 tiones participent./

3. Novum Missale Romanum, aliquibus annis post eius promulgationem iam elapsis, nondum ubique plene in celebrationem cum populo induci potuit, quia ingens opus versionis in linguas vernaculas apud plurimas nationes aliquod spatium temporis requirit[5]. Insuper copia augendi efficacitatem pastoralem celebrationis saepius ignoratur neque, in ordinanda Missa, ad commune bonum spirituale coetus satis attenditur[6].

4. Interim tamen apud non paucos desiderium exortum est celebrationem eucharisticam ulterius aptandi per novarum formularum compositionem, non exceptis novis Precibus eucharisticis. Dicunt enim electionem inter orationes *praesidentiales* ipsasque quattuor Preces eucharisticas hodierni Ordinis Missae multimodis postulatis diversorum coetuum, regionum, populorum adhuc plene non satisfacere. Ideo pluries ab hac Sacra Congregatione petitum est ut approbarentur, aut facultas daretur ex qua possent approbari, et in usum reciperentur novi textus tum orationum tum Precum eucharisticarum, iuxta rationem sentiendi et modum loquendi nostrae aetatis exarati.

Insuper non pauci auctores diversarum linguarum et nationum, proxime praeteritis annis, Preces eucharisticas ab ipsis studiorum causa compositas publici iuris fecerunt. Frequenter etiam accidit ut sacerdotes, non obstantibus praescripto Concilii Vaticani II [7] et vetitis Episcoporum, textibus privatim concinnatis in celebrationibus utantur.

5. His attentis, haec Sacra Congregatio, de mandato Summi Pontificis et peritis adhibitis ex variis orbis regionibus, diligenter studuit quaestioni de novis Precibus eucharisticis componendis aut de facultate Conferentiis Episcopalibus tribuenda eas approbandi, una cum quaestionibus adnexis eorumque consectariis. Eiusmodi autem studii conclusiones Patribus huius Dicasterii in plenario coetu congregatis, necnon iudicio alia-

2. Cf. Paulus VI, Const. Apostolica *Missale Romanum*, 3 aprilis 1969: *A.A.S.* 61 (1969), pp. 217-222.
3. Cf. *ibid.*, p. 219.
4. Cf. *Institutio generalis Missalis Romani*, n. 54.
5. Quoad principia secundum quae versiones fieri debent, cf. Consilium ad exsequendam Const. de s. Liturgia, *Instruction sur la traduction des textes liturgiques pour la célébration avec le peuple*, 25 ianuarii 1969: *Notitiae* 5 (1969), pp. 3-12.
6. Cf. *Institutio generalis Missalis Romani*, n. 313.
7. Cf. Conc. Vat. II, Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, n. 22, par. 3: *A.A.S.* 56 (1964), p. 106.

rum Sacrarum Congregationum, ad quas res pertinet, ac tandem Summo Pontifici sunt propositae. Omnibus denique mature perpensis, visum est hoc tempore non convenire ut Conferentiis Episcopalibus facultas generalis concedatur exarandi aut appro/bandi novas Preces 342
eucharisticas. E contra, opportunius visum est monere ut amplior catechesis urgeatur circa Precis eucharisticae naturam et rem[8]; quae enim culmen est celebrationis, culmen quoque profundioris catecheseos esse debet. Itemque necessarium esse videtur, ut amplior institutio tradatur de possibilitatibus, quae sacerdotibus praebentur-ad plenam participationem fidelium excitandam, adhibitis normis quas vigentes leges liturgicae inferunt formulisque quas Missale Romanum exhibet.

6. Quapropter quattuor nunc manent Preces eucharisticae, eae nempe quae in Missali Romano instaurato continentur, nullamque aliam sine venia Apostolicae Sedis compositam vel ab ipsa non approbatam adhiberi licet. Conferentiae autem Episcopales singulique Episcopi enixe rogantur ut, congruis rationibus adhibitis, sacerdotes sapienter adducant ad unam disciplinam Ecclesiae Romanae servandam; quod bono ipsius Ecclesiae et celebrationis liturgicae rectae ordinationi favebit.

Ius moderandi rem tanti momenti, cuius modi est disciplina Precum eucharisticarum, Apostolica Sedes, pastorali unitatis amore impulsa, sibi reservat. In unitate ritus Romani legitimas postulationes considerare non renuet, et petitiones a Conferentiis Episcopalibus sibi allatas ad novam Precem eucharisticam peculiaribus in adiunctis forte exarandam et in liturgiam inducendam benigne perpendet; normas vero singulis in casibus servandas proponet.

7. Hac decisione significata, utile videtur nonnullas proponere considerationes quae eius sensum et exsecutionem magis perspicuam et facilem reddere possunt. Ex his aliae naturam et momentum respiciunt Precis eucharisticae in traditione liturgica, praesertim Romana; aliae autem ea quae fieri possunt ad celebrationem singulis coetibus accommodandam, textu Precis eucharisticae nullatenus mutato.

8. Prex eucharistica quae natura sua est quasi "culmen totius celebrationis", est "prex gratiarum actionis et sanctificationis", eoque tendit, "ut tota congregatio fidelium se cum Christo coniungat in confessione magnalium Dei et in oblatione sacrificii"[9]. Quae quidem 343
prex / a sacerdote ministeriali profertur, qui interpretatur et vocem divinam, quae ad populum dirigitur, et vocem populi, qui ad Deum animos elevat. Ea igitur sola insonare debet, dum coetus ad sacram liturgiam celebrandam congregatus religiose silentium servat.

In ea ergo, super indolem catecheticam, quae notas peculiares alicuius celebrationis in luce ponere contendit, praevalet indoles gratiarum actionis pro universo mysterio salutis aut pro eius ratione particulari quae, secundum diversitatem diei, festi, temporis vel ritus, in actione liturgica celebratur[10].

Hac de causa, ut Eucharistiam participantes melius Deo gratias agerent eumque benedicerent, iam in Missalis Romani instauratione "aucta est copia Praefationum, vel ex antiquiore Romanae Ecclesiae traditione sumptarum, vel nunc primum compositarum, quibus et peculiares partes mysterii salutis clarius patefierent, et plura uberioraque gratias agendi argumenta praeberentur"[11].

Hac eadem de causa, sacerdos qui Eucharistiae praesidet facultate pollet Precem eucharisticam brevi moni-

8. Cf. Benno Card. Gut, Epist. ad Praesides Conferentiarum Episcopalium, 2 iunii 1968: *Notitiae* 4 (1968) pp. 146-148; *Indications pour faciliter la catéchèse des anaphores de la Messe: ibid.*, pp. 148-155.
9. *Institutio generalis Missalis Romani*, n. 54.
10. Cf. *ibid.*, n. 55 a.
11. Paulus VI, Const. Apostolica *Missale Romanum*, 3 aprilis 1969: *A.A.S.* 61 (1969), p. 219.

http://www.obrascatolicas.com

tioni introducendi[12], qua eiusdem gratiarum actionis argumenta fidelibus proponat, eorum coetui hic et nunc magis accommodata, ita ut communitas persentiat propriam vitam cum historia salutis coniunctam esse et maiora emolumenta ex Eucharistiae celebratione capiat.

9. Item, quod attinet ad finem quo Prex eucharistica spectat, et ad eius compagem seu structuram, secundarius est habendus aspectus qui petitionis seu intercessionis dicitur. In liturgia instaurata hic aspectus explicatur praesertim in oratione universali qua, forma magis libera et circumstantiis aptata, supplicationes pro Ecclesia universisque hominibus eorumque necessitatibus exprimuntur; attamen novi libri liturgici varias etiam intercessionis formulas exhibent, singulis Precibus eucharisticis iuxta uniuscuiusque structuram inserendas, in peculiaribus celebrationibus, imprimis vero in Missis ri-
344 tualibus[13]. Hoc modo, et ratio / habetur certae ac definitae alicuius celebrationis et significatur hanc precationem offerri in communione cum tota Ecclesia[14].

10. Praeter variationes supra recensitas, quae eo contendunt ut gratiarum actio et intercessiones propius arctiusque cum celebratione conectantur, traditio Romana peculiares quoque aliquas formulas continet in praecipuis sollemnitatibus anni liturgici "infra actionem" adhibendas, quo apertior fiat memoria mysterii Domini quod celebratur[15].

Ex his patefit proprium esse eiusdem traditionis et immutabilitatem textus magni facere et opportunas variationes non excludere. Si enim fideles eundem textum pluries percipiendo facilius quodammodo cum sacerdote celebrante in oratione sociantur, illius textus aliquae, sed numero paucae, variationes gratae et utiles evadunt, eo quod attentionem excitant, pietatem movent et orationem peculiari quodam colore ornant.

Neque obstat quominus Conferentiae Episcopales pro sua regione, Episcopus quoad Proprium dioeceseos vel auctoritas competens quoad Proprium familiae religiosae, quod attinet ad elementa supra (nn. 8-10) memorata quae variari possunt, idem provideant et inde confirmationem Apostolicae Sedis petant.

11. Momentum ecclesiale in celebratione eucharistica quam plurimum aestimandum est. Dum enim in Eucharistiae celebratione "repraesentatur et efficitur unitas fidelium, qui unum corpus in Christo constituunt"[16], "Missae celebratio in se ipsa est iam professio fidei in qua Ecclesia tota se ipsam agnoscit et exprimit"[17]. Quae omnia egregie apparent in ipsa Prece eucharistica, in qua non persona aliqua privata vel communitas localis tantummodo, sed "una et unica Ecclesia catholica", exsistens in quibusvis Ecclesiis particu-
345 laribus[18], sese ad Deum dirigit./

Ubi vero Preces eucharisticae sine ulla approbatione auctoritatis competentis Ecclesiae adhibentur, haud raro inter sacerdotes et in ipsis communitatibus inquietudines et dissensiones oriuntur, dum e contra Eucharistia debet esse "signum unitatis" et "vinculum caritatis"[19]. Non pauci enim conqueruntur de nimis subiectiva indole illorum textuum. Re quidem vera qui celebrationem participant ius habent quo fiat, ne Prex eucharistica, quam "Amen" finali quasi ratam habent, permisceatur aut omnino perfundatur personali propensione animi illius qui eam scripsit vel profert.

Hinc necessitas infertur eos tantummodo textus Precis eucharisticae adhibendi, qui, a legitima Ecclesiae auctoritate approbati, sensum ecclesialem clarius et plenius manifestent.

12. Accuratior tamen aptatio celebrationis ad diversitatem coetuum et adiunctorum, atque plenior notae catecheticae expressio quae in Prece eucharistica, ob eius naturam, non semper neque convenienter fieri potest, facienda erit in illis actionis liturgicae partibus et formulis, quae variationem admittunt vel exigunt.

13. Primo quidem in memoriam eorum qui celebrationes praeparant iisque praesunt revocatur facultas, per Institutionem generalem Missalis Romani concessa[20], eligendi quibusdam in casibus formularia Missae necnon textus diversarum partium Missae, cuius modi sunt lectiones, orationes, cantus, ita ut "necessitatibus et praeparationi animi et ingenio participantium apte, quantum fieri potest", respondeant[21]. Neque oblitterari fas est alia documenta post editam praefatam Institutionem generalem promulgata ulteriores normas et indicationes pro celebrationibus vividis et ad necessitates pastorales aptatis praebere[22].

14. Inter ea vero quae pleniori accommodationi prosunt quaeque in facultate sunt singulorum celebrantium, memorare expedit monitiones, homiliam, oratio-
346 nem universalem./

Primo quidem monitiones, quibus fideles ad penitius intellegendum sensum actionis sacrae vel aliquarum eius partium, et ad eas vero ipsarum spiritu participandas adducuntur. Ex his monitionibus illae singulare momentum habent quas Institutio generalis Missalis Romani ipsi sacerdoti conficiendas et proferendas committit, ut introducat fideles in Missam diei, antequam celebratio inchoetur; in liturgiam verbi, ante lectiones; in Precem eucharisticam, ante praefationem; necnon universam actionem sacram, ante dimissionem, concludat[23]. Sed et illae magni faciendae sunt quae in ipso Ordine Missae pro quibusdam ritibus, veluti ante actum paenitentialem vel ante orationem dominicam, proponuntur. Natura sua hae monitiones non exigunt ut omnino ad verbum proferantur forma qua in Missali exhibentur; unde expedire poterit, saltem in quibusdam casibus, veris communitatis condicionibus aliquatenus eas aptare. At in omnibus monitionibus proponendis servetur earum indoles peculiaris, ne in sermonem vel homiliam transmutentur; curetur de brevitate et vitetur verbositas, quae taedio afficeret participantes.

12. Cf. *Institutio generalis Missalis Romani*, n. 11.

13. Quoad Precem eucharisticam I seu Canonem Romanum praeter facultatem introducendi nomina in *Memento* (N. N.), cf. *Memento* peculiare pro patrinis in Missis initiationis christianae adultorum et formulas *Hanc igitur* a Missa Vigiliae paschalis usque ad dominicam II Paschae, in Missis pro baptizandis vel neophytis adultis, pro confirmatis, pro ordinatis, pro sponsis, pro professis, pro virginibus consecratis; quoad Preces eucharisticas II, III et IV cf. Embolismos pro neophytis adultis, professis et virginibus consecratis.

14. Cf. *Institutio generalis Missalis Romani*, n. 55 g.

15. Cf. *Communicantes* propria in Nativitate Domini et per octavam, in Epiphania Domini, a Missa Vigiliae paschalis usque ad dominicam II Paschae, in Ascensione Domini, in dominica Pentecostes.

16. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 3: *A.A.S.* 57 (1965), p. 6.

17. Secretariatus ad Christianorum unitatem fovendam, Instructio *In quibus rerum circumstantiis*, 1 iunii 1972, n. 2 b: *A.A.S.* 64 (1972), p. 520.

15. Praeter monitiones memoranda est homilia quae "pars ipsius liturgiae"[24] est et qua verbum Dei in coetu liturgico proclamatum pro communitate praesenti et iuxta eius capacitatem et vitae rationem, attentis celebrationis adiunctis, explanatur.

16. Denique magni facienda est oratio universalis qua communitas verbo Dei explanato et recepto quodammodo respondet. Ad eius efficacitatem procurandam, curetur ut in petitiones quae pro variis totius mundi necessitatibus proferuntur coetui congregato consentaneae evadant, illa sapienti libertate in iis componendis adhibita, quae huius precationis naturae respondet.

17. Sane celebratio, ut sit communitaria et viva, praeter selectionem partium, requirit ut praeses aliique munus peculiare implentes diligenter perpendant diversa genera communicandi per verba cum ipsa congregatione, ex quibus sunt lectio, homilia, monitio, introductio et his similia[25].

In orationibus, praesertim Prece eucharistica, profe-
347 rendis, sacerdos / devitet ex una parte modum siccum omnique variatate carentem legendi, ex altera parte modum nimis subiectivum et patheticum dicendi et agendi. Ut praeses actionis, legendo aut cantando aut agendo sedula cura iuvet participantes ut veram communitatem efficiant quae celebrat et vivit memoriale Domini.

18. Ad pleniorem insuper vim verborum et maiorem fructum spiritalem obtinendum semper attendatur, ut est in votis multorum, sacrum silentium quod statis temporibus, ut actionis liturgicae pars, servari debet[26], ut singuli, pro natura et momento quo inducitur, vel ad seipsos convertantur, vel ea quae audierint breviter meditentur, vel in corde suo Deum laudent et orent[27].

19. His omnibus perspectis, exoptare et sperare licet fore ut animarum pastores potius quam novitatibus quoad textus et ritus in sacras actiones inducendis, sedula cura incumbant fidelibus docendis, ut hi indolem, structuram, elementa celebrationis, praesertim vero Precis eucharisticae, melius intellegant et ipsam celebrationem plenius semper et magis conscie participent. Vis enim et efficacitas sacrae liturgiae non unice in novitate et varietate elementorum consistit, sed in profundiore communione mysterii salutis quod in actione liturgica praesens efficitur et operatur. Hac ratione tantummodo fideles valent, in una fide profitenda unaque oratione ad Deum fundenda, salutem suam consequi et cum fratribus suis communicare.

Ea ergo quae his Litteris circularibus, ab hac Sacra Congregatione apparatis, continentur, Summus Pontifex Paulus VI, dei 18 aprilis 1973 apprbavit et confirmavit easdemque Litteras publici iuris fieri iussit.

Ex aedibus Sacrae Congregationis pro Cultu Divino, die 27 aprilis 1973. – Arturus Card. TABERA, *Praefectus*. H. Bugnini, Archiep. tit. Diocletianen., *a Secretis*.

24. Conc. Vat. II, Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, n. 52: *A.A.S.* 56 (1964), p. 114.

25. Cf. *Institutio generalis Missalis Romani*, n. 18.

26. Cf. Conc. Vat. II, Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, n. 30: *A.A.S.* 36 (1964), p.108; S. Congr. Rituum, Instructio *Musicam sacram*, 5 martii 1967, n. 17: *A.A.S.* 59 (1967), p. 3O5.

27. Cf. *Institutio generalis Missalis Romani*, n. 23.

Adn. C. BRAGA in EL 88 (1974) 479-485; G. CAPRILE in La Civ. Catt. 126 (1975-I) 479-487; R. COFFY in Doc. Cath. 70 (1973) 1039-1040; (NLK) in Notit. 9 (1973) 214-220; 10 (1974) 127-131; 11 (1975) 114-118; G. OURY in Esprit et vie 82 (1973) 499-500; Doc. Cath. 70 (1973) 614-615; Notit. 9 (1973) 202-208, 209-213.

4193

1973 APR .. - SC pro CULTU DIVINO, RESPONSA. PART.*

Responsa ad proposita dubia:

I - Circa recitationem oralem Liturgiae Horarum in privato. II - Circa calendarium particulare adhibendum a religiosis qui proprio gaudent calendario. III - Circa dedicationem ecclesiae concathedralis celebranda in tota dioecesi

Ad Liturgiam Horarum

DUBIUM.–*Utrum in Liturgia Horarum a solo celebrata verba lectionum proferri debeant, an sufficiat ea oculis legere?*

RESP.: *Sufficit ea oculis legere.* Nam in Constitutione Conciliari de sacra Liturgia et in Institutione generali de Liturgia Horarum nihil dicitur de obligatione recitationis *oralis*, quando quis privatim psallit, etsi de hac re disceptaverunt Patres Concilii. Ipsi statuerunt instaurationem "Breviarii' non ut tempus orationis breviaretur, sed ut omnes qui Liturgiam Horarum celebrant, tempus habeant melius orandi. Ideo, omnia documenta, quae de instauratione Officii Divini agunt, hortantur ut "mens concordet voci", et oratio Ecclesiae sit "fons pietatis et orationis personalis nutrimentum" (1). Ad hoc requiritur ut lectio sive Sacrae Scripturae sive Patrum necnon ipsa recitatio psalmorum, quibus Deus ad populum suum loquitur et hic Deo respondet (2), fiat "non iam Breviarium currendo legentes" (3), sed cum personali meditatione. Secus quis Liturgiam Horarum etiamsi recitet, verbo Dei non imbuitur, nec vere "orat". E contra, "agnoscamus oportet, dum Officium persolvimus, in Christo resonantes voces nostras et voces eius in nobis" (4). Ita Liturgia Horarum fit oratio propria, sincera et fructuosa, fons pietatis, nutrimentum vitae spiritualis et quotidiani laboris apostolici, maiorem vim accipiunt rationes, quae inter orationem Ecclesiae et orationem personalem intercedunt, orationemque mentalem ex lectionibus, psalmis ceterisque Liturgiae Horarum partibus indeficiens haurit alimentum (5). Hic finis Liturgiae Horarum quandoque facilius consequi posset, eam, praesertim lectiones, persolvendo, in recitatione a solo, absque *orali* recitatione singulorum verborum.

De calendariis particularibus

DUBIUM.–*Utrum religiosi, qui calendarium proprium habent, Missam et Liturgiam Horarum celebrare possint iuxta calendarium ecclesiae localis, dioecesis, regionis vel nationis in quibus degunt?*

RESP.: Normas a diversis libris liturgicis datas hac de re in mentem revocare oportet.

1. Quid sit calendarium proprium.

Calendaria particularia celebrationes magis proprias continent congruenti ratione cum cyclo generali organice compositas. Singulae enim ecclesiae vel familiae religiosae Sanctos, qui ipsis sunt peculiari ratione proprii, peculiari honore prosequantur oportet (Cfr. *Normae universales de anno liturgico et de calendario*, n. 49).

Calendarium particulare conficitur inserendo Calendario *generali* sollemnitates, festa et memorias quae sunt propria (cfr. *ibid.*, n. 52).

Religiosi, tamen, tenentur celebrare anniversarium Dedicationis Cathedralis dioecesis in qua degunt et Patronos principaliores loci et amplioris dicionis ubi degunt (cfr. *ibid.*, n. 52 *c*).

2. De Liturgia Horarum

a) Officium in choro et in communi persolvendum est iuxta calendarium proprium (n. 241).

b) In celebratione, quae a solo fit, servari potest aut calendarium loci aut calendarium proprium, praeterquam in sollemnitatibus et festis propriis (n. 243).

1. Cfr. Const. *Sacrum Concilium*, n, 90.

2. Cfr. *ibid.*, n. 33.

3. Cfr. Schema Constitutionis de sacra Liturgia, *Modi a Patribus Conciliaribus propositi, a Commissione Conciliari de sacra Liturgia examinati*. Vol. IV *De Officio Divino*, p. 13.

4. PAULUS VI, Const. *Laudis canticum*, 1 nov. 1970.

5. Cfr. *ibid.*

http://www.obrascatolicas.com

3. De Missa

a) In sollemnitatibus, sacerdos sequi tenetur calendarium ecclesiae in qua celebrat.

b) In dominicis, in feriis Adventus, Nativitatis, Quadragesimae et Paschae, in festis et memoriis obligatoriis: – si Missa celebratur cum populo, sacerdos sequatur calendarium ecclesiae in qua celebrat; – si Missa celebratur sine populo, sacerdos eligere potest aut calendarium ecclesiae aut calendarium proprium.

Ex his omnibus simul sumptis has conclusiones deducere licet:

1) In celebratione *a solo* sive Liturgiae Horarum sive Missae, religiosi servare possunt aut Calendarium proprium aut Calendarium ecclesiae localis.

2) In celebratione *in choro* vel *in communi* per se servandum semper est calendarium proprium. At, laudandum videtur desiderium quarundam communitatum religiosarum arctius se inserendi in vitam et in orationem ecclesiae localis. Ideo Sacra Congregatio pro Cultu Divino quibusdam familiis religiosis concessit ut servare possint calendarium dioecesis, semper tamen additis celebrationibus propriis. Attamen, ad unitatem fovendam inter sodales eiusdem familiae religiosae, electio inter calendarium generale aut dioecesis, additis celebrationibus propriis, non est relinquenda singulis sed facienda est saltem in ambitu regionali vel nationali e superioribus competentibus.

3) Quando autem calendarium proprium servatur et quaedam differentiae inveniuntur cum calendario regionis vel nationis, praesertim quoad dies proprios celebrationum vel gradus quarumdam celebrationum, opportunum videtur ut religiosi illius regionis vel nationis calendarium proprium aptent iuxta calendarium nationale vel regionale. Ad quod tamen tenentur in celebrationibus cum populo.

De dedicatione Ecclesiae

DUBIUM.–*An celebrandum sit in tota dioecesi anniversarium dedicationis Ecclesiae concathedralis.*

RESP.: *Negative.* Celebratio anniversarii Dedicationis ecclesiae cathedralis peragenda est, gradu sollemnitatis in ipsa ecclesia cathedrali, gradu autem festi aliis in ecclesiis dioecesis, recurrenti die quo ecclesia consecrata est. Quando autem in dioecesi concathedralia habentur anniversarium earum Dedicationis peragitur *tantum* in ipsa ecclesia dedicata, minime vero in dioecesi. Nam titulus concathedralis generaliter datur ecclesiis ob peculiare momentum habitum in vita dioecesis. At ecclesia cathedralis, signum unitatis ecclesiae localis, unica est et tantum eius Dedicationis anniversarium celebrari debet in tota dioecesi.

PAULUS PP. VI

Magisterium vitae, quo animi, praesertim iuniorum, et christianis virtutibus excolerentur et perpolirentur doctrinis, Societas S. Frascisci Salesii quasi praeclaram hereditatem a S. Ioanne Bosco, conditore suo ac legifero patre, accepit ac per temporum cursum sedulo exercere nisa est et amplificare, neque in praesenti id agere desinit. Nam egregius ille Christi sacerdos ad quemdam traditur scripsisse: "Studium et pietas verum te reddent Salesianum"[1]. Ipse enim, "gravissimum educationis momentum in vita hominis eiusque influxum

1. Cfr. E. Ceria, *Memorie Biografiche del Beato D. Bosco*, Torino 1934, XV, p. 28.

http://www.obrascatolicas.com

semper maiorem in socialem huius aetatis progressum"[2] praesentiens, ita suorum munus anno MDCCCLXXIV in prooemio Constitutionum Societatis Salesianae effinxit: "Catholicae religionis ministris persuasum semper fuit in adulescentulis instituendis maximam esse sollicitudinem adhibendam. Etenim iuventute malis aut bonis moribus imbuta, bona aut mala ipsa hominum societas fiet. Ipse Christus Dominus huius rei veritatis nobis clarum exemplum suppeditavit praesertim cum parvulis ad se advocatis divinis
482 manibus / beneditceret,atque clamaret; 'sinite parvulos venire ad me'. Nostris vero temporibus longe maior urget necessitas"[3].

Sodales vero Societatis Salesianae mirum illud a Sancto Fundatore et patre traditum artis educandi charisma pie receperunt non modo quasi quoddam sacrum depositum custodiendum, sed etiam tamquam uberrimum germen fideliter excolendum. Quod quidem altiora et dilegentiora studia superiora et organica, ut aiunt, institutione exercenda deposcit, quibus omnia, quae in fontibus continentur, et catholico sermone methodoque scientifica explicentur et novis postulatis apte respondeatur.

Propterea, tanti parentis vestigia secutus, B. Michaël Rua, proximus eiusdem in regenda Societate successor, cui non ita pridem Beatorum Caelitum honores Nosmet decrevimus, mature, id est anno MCMIV, Fulgitii in Salassis, quem pagum *Foglizzo Canavese* vulgo appellant, prope Augustam Taurinorum Institutum Theologicum Internationale a S. Michaële condidit, quod esset Salesianis sodalibus primaria domus studiorum. Cui annis MCMXII et MCMXIV a Sede Apostolica est concessa facultas alumnos ad gradus academicos Baccalaureatus et Licentiae in sacra theologia promovendi. Praeter hanc sedem studiorum theologicorum, anno MCMXXIII in ipsam urbem Augustam Taurinorum, nomine indito S. Ioannis Bosco, translatam, etiam Institutum philosophicum scholasticos Salesianos excipiebat.

Denique anno MCMXL hoc doctrinarum domicilium, eiusdem Apostolicae Sedis auctoritate, ad dignitatem Pontificii Athenaei, ad Salesianos discipulos pertinentis, est provectum, quod Facultates theologiae, philosophiae, iuris canonici complecteretur.

Quod cum laetis esset auctum incrementis – iuvat potissimum memorare Institutum disciplinarum paedagogicarum, omnibus patens, eidem accrevisse – anno MCMLXV, Augusta Taurinorum relicta, in aedibus permagnis, ornatis, instructis Romae est feliciter collocatum.

Huic Athenaeo Nosmet ipsi, optatum Ioannis XXIII, Decessoris Nostri rec. mem., ad effectum deducentes, Pontificium Institutum Altioris Latinitatis commisimus ac deinde addidimus, quo responderetur "ei, qua Ecclesia angitur, sollicitudini inter clericos studia Latinitatis promovendi eiusque magistros instituendi"[4]. Utroque eiusmodi Instituto, Paedagogico scilicet, quo "ars ar-
483 tium" a Salesianis, quasi domenstico usu / in ipsam assuetis, docetur quodque hac aetate florere cognoscitur, et Latinitatis schola, quae, nonnullis difficultatibus pro huius saeculi moribus circumsaepta, ad exoptatum profectum niti videtur, eidem magno disciplinarum domicilio Salesiano peculiaris indoles et commendatio inter consimiles Romanos doctrinarum sedes accedunt.

Cuius quidem Athenaei Facultates omni sollertia et industria praestarunt operam ad illam studiorum superiorum promovendam renovationem ac progressionem, quam Sacra Congregatio pro Institutione Catholica, attentis auspiciis ac praeceptis Concilii Vaticani II, diligenter efficiendam ac provehendam constituit.

Nec praetereundum hoc esse videtur, quod ad eius vitalitatem pertinet: praeter scilicet quinque Romae erectas Facultates, in numerum conferri etiam Sacrae Theologiae sectionem, quam dicunt, Augustae Taurinorum conditam, Pontificiam Facultatem Disciplinarum Educationis a Filiabus Mariae Auxiliatricis in eadem urbe Augusta Taurinorum institutam atque cum Pontificio Athenaeo Salesiano consociatam, decem deinde Salesianorum Instituta ad theologicos cursus peragendos destinata, sacrae theologiae Facultati ipsius Athenaei "affiliata", et in variis Europae, Asiae et Americae regionibus distributa; atque fore spes est ut et alia proxime his annumerentur.

Pontificium igitur Athenaeum Salesianum efficacem vitam exercet et naviter operatur in toto fere terrarum orbe ea mente, ut viis et rationibus, quae proprie ad Studiorum Universitatum magisteria spectent, doctrinis iam quadamtenus formatorum institutionem promoveat iuxta peculiarem illum sancti Fundatoris spiritum, qui "systemate praeventivo", quod vocant, explicatur, quique germanam suam naturam et vim ex Evangelio non sine divino consilio haurit.

Denique recens Speciale Salesianorum Capitulum Generale decrevit, ut Pontificium Athenaeum Salesianum, pastoralibus obtemperando Concilii Vaticani II praeceptis, singulari ratione sibi proprium haberet doctrinas, ad apostolatum maxime pertinentes, penitus pervestigare et collustrare, instante spectata necessitate iuventutem christiane instituendi, necnon postulationibus attentis hanc institutionem scientifice fulciendi, ita ut fructuosus dialogus cum mundo hodierno instaurari possit.

Cum ergo religiosa ista Familia de optimis studiis bene meruerit et spes effulgeat fore, ut, novo sibi Pontificiae benignitatis munere collato, novas utilitates ea in hac regione Ecclesiae et humanae afferat consortioni, Nos *motu proprio* et Apostolica auctoritate decernimus atque pronuntiamus Pontificium Athenaeum Salesianum, legitime erectum atque / iisdem 484
S. Ioannis Bosco filiis creditum, nunc et in posterum PONTIFICIAM STUDIORUM UNIVERSITATEM SALESIANAM esse nuncupandum; pariterque praecipimus, ut nova haec appellatio in Statuta et leges Athenaei, quod usque adhuc dicebatur, inducantur, quae quidem vi sua pergunt valere.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia firma ac rata iubemus, contrariis quibusvis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, in festo Beatae Mariae Virginis Auxiliatricis, die XXIV mensis Maii, anno MCMLXXIII, Pontificatus Nostri decimo. – PAULUS PP. VI.

2. Conc. Vat. II, Decl. de educatione christiana *Gravissimum educationis*, n. 1.

3. A. Amadei, *Memorie Biografiche di S. Giovanni Bosco*, Torino 1939, X, p. 896.

4. Alloc. ad Salesianos in Pont. Athenaeo eorum habita 29 oct. 1966: *A.A.S.* 58 (1966), pp. 1164-1165.

4202

1973 MAI 24.-SC SACR. et CLER., DECR. AAS 65 (1973) 410

Declaratio de praemittendo sacramento Poenitentiae primae puerorum Communioni

Sanctus Pontifex Pius X, Decreto "Quam singulari" diei 8 Augusti 1910 (*A.A.S.*, pp. 577-583), praescripto canonis XXI Concilii Lateranensis IV innixus, statuit ut pueri, iam a discretionis aetate, sacramenta Poenitentiae et Eucharistiae reciperent. Quod praeceptum, per universam Ecclesiam in praxim deductum, plurimos vi-

tae christianae et perfectionis spiritualis fructus attulit et etiam nunc affert.

"Addendum" vero Directorii Catechistici Generalis a Sacra Congregatione pro Clericis die 11 Aprilis 1971 promulgati (*A.A.S.* 1972, pp. 97-176) consuetudinem praemittendi sacramentum Poenitentiae primae puerorum Communioni his verbis firmat: "Omnibus perpensis, prae oculis habita praxi communi et generali cui per se derogari nequit sine Sedis Apostolicae beneplacito, auditis Conferentiis Episcopalibus, eadem Sancta Sedes expedire iudicat ut vigens in Ecclesia consuetudo praemittendi Confessionem primae Communioni servetur" (n. 5).

Idem documentum consideravit quasdam novas praxes alicubi introductas primum accessum ad Eucharistiam permittentes absque Poenitentiae sacramenti susceptione, sinens tantum ut illa experimenta ad tempus quidem protrahi possent "sermone cum Sede Apostolica prius habito atque cum eadem Sede ... animo uno" (*ibidem*).

Re attente considerata ac prae oculis habitis Episcoporum optatis, Sacrae Congregationes de Disciplina Sacramentorum et pro Clericis, praesenti hoc documento, adprobante Summo Pontifice Paulo VI, declarant huiusmodi experimentis, iam duobus transactis annis, finem imponendam esse una cum conclusione anni scholaris 1972-1973, ac proinde obtemperandum ubicumque et ab omnibus Decreto "Quam Singulari".

Datum Romae, die 24 Maii 1973.–Antonius Card. SAMORE, *Praefectus*. Iohannes Card. WRIGHT, *Praefectus*.

Adn. vide infra sub die 31 Martii 1977.

4203

1973 MAI 25.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 65 (1973) 330-334

Allocutio ad summos Moderatores Institutorum religiosorum, annitente S. Congregatione pro Religiosis et Institutis saecularibus, Romae coetum habentes:

De nexu inter professionem consiliorum evangelicorum et Ecclesiam

Venerabiles Fratres ac dilecti filii, Ex animo salutem vobis impertimus, qui, annitente Sacra Congregatione pro Religiosis et Institutis saecularibus et praesente digno eius Cardinali Praefecto, conventum agitis, de non levis ponderis argumentis, quae ad vitam Deo consecratam pertinent, disserentes.

Cum vos hic conspicimus Moderatores Generales tot Familiarum religiosarum, quarum sodales in toto degunt orbe terrarum, cumque opera vestra mente consideramus, quae item in cunctas mundi partes pervaserunt, conventui isti vestro et huic congressioni nostrae momentum quoddam ecclesiale tribuatur oportet.

Ante duos annos, ut probe nostis, Adhortationem
331 Apostolicam edi/dimus, a verbis "Evangelica testificatio" incipientem, qua religiosa instituta commonuimus de vita secundum Concilii Vaticani Secundi praeceptiones renovanda. Nunc vero, sermonem illum veluti confirmantes et persequentes, nonnulla volumus proferre, quae paterna, qua premimur, sollicitudo de iisdem institutis vestris suadere videtur.

Concilium Vaticanum Secundum indolem charismaticam vitae religiosae declaravit, asserens consilia evangelica esse "donum divinum, quod Ecclesia a Domino suo accepit"[1]. Quo dono seu charismate, ex ipsius eius natura, religiosi "Ecclesiae eiusque mysterio speciali modo coniunguntur"[2]. Unde consequitur, ut illi intimo et arctissimo nexu ex Ecclesiae auctoritate pendeant, quae regulas eorundem authentice approbat, profitentium vota suscipit, ipsam professionem ad status canonici dignitatem erigit[3], et eos participes reddit muneris sui salvifici implendi; nam religiosorum ad sanctitatem adipiscendam nisus in omnium hominum utilitatem et spiritualem fructum pertinent: ii enim, "cum ... suiipsius donatio ab Ecclesia suscepta sit, eius etiam servitio sese sciant addictos"[4]. Spiritus Sanctus, largitor charismatum simulque Ecclesiae animator, efficit, ut inspiratio charismatica et compago iuridica Ecclesiae apte inter se conveniant, eo vel magis quod, ut idem Concilium Vaticanum Secundum docuit, pastorum est de charismatum "germana natura et ordinato exercitio iudicium ferre, non quidem ut Spiritum exstinguant sed ut omnia probent et quod bonum est teneant"[5].

In hoc ipso coetu iuvat Nos iterum dicere Ecclesiam non posse carere religiosis, id est testibus amoris, quo Christus homines prosequitur quique naturam prorsus transcendit, neque mundum posse sine sui detrimento his luminibus privari[6]. Hac de causa eadem Ecclesia iis egregiam testatur existimationem, constanti eos complectitur dilectione nec desinit iis adesse eosque "dirigere in semitam rectam"[7].

Illa autem multum exspectat a religiosis, per quos oportet "augeatur venusta ipsius perfectio et sanctimo-
nia, quae nonnisi Iesu Christi imi/tatio et mystica cum 332
eo coniunctio praebere possunt"[8]. Ecclesia religiosos per Concilii Oecumenici magisterium, quod est gravissimae auctoritatis, ad renovationem praesertim spiritualem vocavit. Scimus non paucos annisos esse et anniti, ut magnae huic exspectationi respondeant, est tamen fatendum nonnullos clare sonantem vocem illam non audivisse vel minus recte esse interpretatos.

Quapropter sinite Nos denuo commonefacere vos officii praedictae renovationis spiritualis, cui "etiam in operibus externis promovendis primae partes sunt tribuendae"[9]. E fontibus gratiae baptismalis et charismatis, quod est cuiusque instituti vestri proprium, novas oportet lymphas educatis, quibus vita Deo consecrata optatam virium copiam sumat.

Sed ad peculiarem quendam eventum ecclesialem Nobis liceat nunc transire, quem etiam religiosorum non paulum interesse merito censemus. Etenim, ut notum est vobis, universale Iubilaeum nuntiavimus, prius in Ecclesiis localibus, deinde in hac Urbe celebrandum. Cui cum proposita sit interior renovatio, quae et conversio, metanoia, paenitentia appellatur, Ecclesia adiutrici operae religiosorum multum confidit. Itaque vestrum erit, dilecti Moderatores Generales, curare, ut Familiae, quibus praeestis, eiusdem Iubilaei incepta secundent et provehant, praecipue cum sacra Hierarchia cooperantes, adeo ut illa renovatio animorum efficiatur, ex qua non solum vita privata cuiusque sed et publici mores christianis praeceptis conformentur.

Religiosi vero ipsi hoc sacrum tempus habeant occasionem, divinitus sibi oblatam, de suo vivendi cursu et forma recogitandi; id est impelli se sentiant, ut conver-

1. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 43.

2. *Ibid.*, n. 44.

3. *Ibid.*, n. 45.

4. Decr. de accomm. renov. vitae religiosae *Perfectae caritatis*, n. 5.

5. Cfr. *I Thess.* 5, 12.19.21 - Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem*, n. 3.

6. Cfr. *Ev. test.*, 3.

7. Cfr. *Ps.* 26, 11.

8. Cfr. Alloc. ad Patres Conc. d. 29 sept. 1963 habita: *A.A.S.* 55 (1963), p. 851.

9. Decr. de accomm. renov. vitae religiosae *Perfectae caritatis*, n. 2 e.

http://www.obrascatolicas.com

sationem suam comparent cum iis, quae Concilium Vaticanum Secundum et Apostolica Adhortatio "Evangelica testificatio" postulant ab ipsis, utque videant, an necessitatibus hodiernis occurrant et Salvatorem in humana consortione quasi evidenter reddant praesentem.

Ut autem hoc testimonium religiosorum reapse sit efficax et amplificetur, haec imprimis animadvertenda sunt seu potius in memoriam revocanda:

Non desistimus vim et necessitatem orationis extollere, sine qua intimam veramque Dei cognitionem gu-
333 stare non possumus[10] neque / viribus pollemus ad iter perfectionis percurrendum. Concilio docente, momentum et utilitas precationis, quae a communitate fit, recte ac merito praedicatur. Sed praeter hanc colenda est etiam oratio privata, qua cuiusque vigor spiritualis servatur et augetur et quae ad precationem communem, praesertim liturgicam, animos salubriter disponit et ab ipsa alimoniam et incrementum potest accipere.

Asseverari autem licet religiosos, quorum vita spiritualis floreat et pro aliis sit fecunda, esse religiosos "orantes", eos autem, qui quoad hanc vitam languescant aut ipsum statum suum misere relinquant, fere semper segnes esse in facienda precatione. Qua de causa verum exstat omnino "fidelitatem ... orationi servatam aut eius neglectionem esse veluti paradigma vigoris aut occasus vitae religiosae"[11].

Christus vos ad perfectionem sui sequelam ideoque ad crucem portandam vocavit; haec enim a condicione vestra nequit seiungi. Sit autem haec crux non solum singulare quoddam instrumentum animos purificans et eximia apostolatus forma, sed etiam manifesta comprobatio amoris, non deprimens sed erigens. "Nonne arcana quaedam coniunctionis necessitudo inter renuntiationem atque laetitiam intercedit ... inter disciplinam atque spiritualem laetitiam"[12].

Denique vita communis est unum ex elementis potioribus renovandae vitae religiosae. Oportet relegere, immo lectitare, et crebro regustare locos illos sane pulcherrimos Decreti *Perfectae caritatis*,[13], ubi de hac communi vita non mera legis praecepta traduntur, sed pars eius theologica, spiritualis, ecclesialis, apostolica, humana praeclare explanatur. Haud leve igitur officium vobis, dilecti filii, est impositum annitendi, ut illae vivendi condiciones in domibus vestris instituantur, quae "aptae sint ad spiritualem profectum cuiusque sodalis fovendum"[14].

Haec fraternitas vere evangelica et etiam firmum praesidium sodalium, eorum praesertim, qui forte animo sunt fracti, qui in discrimine versantur, qui aegritudine vel senio affliguntur.

Cum hodie plurima in dubium vocentur, etiam vita religiosa non paucis est obnoxia difficultatibus, ut
334 vosmet ipsi cotidiano usu com/pertum habetis. Sunt ergo, qui anxie quaerant, quomodo illa futuris annis sit progressura, utrum felicior an deterior sors eius praevideatur. Ad haec quod pertinet, multi ex vobis etiam anguntur penuria vel carentia candidatorum vel lugenda sodalium defectione. Haec autem sors futura in cuiusque instituti fidelitate posita est, qua vocationem suam sequatur, id est quatenus consecrationem, qua Deo est devota, vivendo exprimat. Maxime exemplum conversationis, quae gaudio spiritali et inconcussa voluntate Deo et fratribus serviendi commendetur, candidatos nostris quoque temporibus allicit. Adulescentes enim huius aetatis, cum Deo se devovent, plerumque "totum pro toto dare"[15] intendunt, ideoque illis institutis li-

10. Cfr. *Ev. test.*, 43.
11. *Ev. test.*, 42.
12. *Ev. test.*, 29.
13. N. 15.
14. *Ev. test.*, 39.
15. Cfr. *Imit. Christi*, III, 37, 13.

bentius se addicunt, quod sibi elegit Christus Dominus, quodque Mater Eius Virgo amplexa est"[16].

Liceat ergo paterno huic alloquio finem imponere verbis Sancti Augustini, qui et ipse fuit vitae religiosae praestantissimus fautor atque laudator: "Vos autem, fratres, exhortamur in Domino ut propositum vestrum custodiatis, et usque in finem perseveretis: ac si quam operam vestram mater Ecclesia desideraverit, nec elatione avida suscipiatis, nec blandiente desidia respuatis; sed miti corde obtemperetis Deo, cum mansuetudine portantes eum qui vos regit, qui dirigit mites in iudicio, qui docet mansuetos vias suas"[17].

Vota denique facientes, ut hic conventus vester prosperos salutaresque exitus habeat, vobis et sodalibus, curae vestrae commissis, Benedictionem Apostolicam, certissime dilectionis Nostrae testem, volentes largimur.

16. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 46.
17. *Ps.* 24, 9 - *Ep.* 48, 2; *PL* 33, 188.

4204

1973 MAI 29.-SC DOCTRINA FIDEI, DECRETUM. PART.*

Decretum quo hodierna disciplina sepulturae ecclesiasticae eorum qui, hora mortis, in condicione matrimoniali irregulari inveniuntur, aliquatenus mitigatur, praenuntiatur proxime edendum

Romae, 29 Maii 1973

Complures Conferentiae Episcopales et multi loci Ordinarii ab hac Sacra Congregatione petierunt, ut mitigetur hodierna praxis sepulturae ecclesiasticae eorum fidelium, qui in hora mortis in condicione matrimoniali irregulari inveniuntur.

Opiniones et consilia quae nobis hac in re pervenerunt, diligenti studio ab hoc Sacro Dicasterio prosecuta, Congressui plenario Congregationis anni 1972 pro examine subiecta sunt.

Quo in Congressu Patres decreverunt, Summo Pontifice adprobante, faciliorem esse reddendam celebrationem sepulturae ecclesiasticae pro iis fidelibus catholicis quibus ad normam can. 1240 prohibita fuit.

Huic canoni quatenus opus est derogando, quam primum nova norma promulgabitur, qua non prohibebitur celebratio exsequiarum religiosarum iis fidelibus, qui, quamvis ante mortem manifesta in condicione peccati inveniantur, adhaesionem Ecclesiae servaverunt signumque quoddam poenitentiae dederunt, dummodo absit publicum scandalum aliorum fidelium.

Fidelium autem communitatisque ecclesiasticae scandalum eadem proportione attenuari vel vitari poterit, qua pastores modo conveniente exsequiarum christianarum sensum illustrabunt, quem perplures in recursu ad Dei misericordiam et in testimonio fidei communitatis in resurrectionem mortuorum et vitam venturi saeculi deprehendunt.

Praesentibus litteris rogoExcellentiamTuam, ut cum Ordinariis istius Conferentiae Episcopalis communicare faveas, quod brevi tempore publici iuris fiet textus novi decreti de sepultura ecclesiastica cum effectu immediato ab ipsa die eius notificationis.

Haec Tecum communicans omni qua par est reverentia permaneo Tibi addictissimus – F. Card. SEPER, *Praefectus*. H. Hamer, *a Secretis*.

* Praesidibus Conferentiarum Episcopalium, Prot. N. 1284/66: **Rivista diocesana milanese** 61 (1973) 714. Adn. vide sub die 20 sept. 1973: LE 4223.

4205

1973 APR-MAI ...- SC pro DOCTRINA FIDEI, RESP. PART.*

Normae canonicae circa eos, qui sectis massonicis adhaerent, immutatae manent

Eccellenza, Con la lettera n. 1599 del 17 aprile 1973, l'Eccellenza Vostra si rivolgeva a questo S. Dicastero chiedendo una direttiva circa coloro che aderiscono alla massoneria.

Voglio comunicare a Vostra Eccellenza in merito alla questione che finora niente è cambiato nella legislazione che regola la materia.

Colgo l'occasione per confermarmi con sensi di distinto ossequio dell'Eccellenza Vostra Reverendissima devotissimo. – Francesco Card. SEPER, *Prefetto*.

* Episcopo Auxiliari Mediolanensi: **Rivista diocesana milanese** 61 (1973) 377. Adn. vide sub die 18 Iul. 1974.

4206

1973 MAI .. - SC CULTUS DIVINI, RESPONSA. PART.*

Responsa ad proposita dubia de integritate servanda in libris liturgicis edendis

Opus instaurationis liturgicae ubique alacriter procedit. Dum Commissiones dioecesanae una cum pastoribus animarum versantur in principiis pastoralibus ab instauratione statutis ad effectum deducendis, Commissiones nationales fervido labore satagunt libros liturgicos in linguas populares vertere. In opere perficiendo quaedam orta sunt dubia, quae iudicio Sacrae Congregationis pro Cultu Divino submissa sunt.

1. Suntne typis imprimenda Institutio generalis Missalis Romani, Institutio generalis de Liturgia Horarum et "Praenotanda" ad singulos ritus?

Affirmative, quia Praenotanda et Institutiones necessaria sunt ad spiritum instauratorum intellegendum et sine illis mutationes, additiones, variationes in proprio valore theologico et practico comprehendi nequeunt.

2. Suntne omnes rubricae referendae?

Affirmative, omnes et singulae rubricae referri debent, quae si ampliari possunt, nequeunt tamen reduci. Etenim subsidium manent universae structurae actionis liturgicae.

3. Estne possibile typis edere Appendicem latinam Missalis Romani seiunctim, aut necessario imprimi debet in ipso volumine Missalis lingua vernacula impressi?

Appendix latina est publicanda in volumine Missalis lingua vernacula exarati, ut sacerdos peregrinus vel occasionaliter transiens per aliquam regionem, cuius linguam ignorat, Missale illius regionis sumens, textum latinum commode invenire possit Missamque celebrare. Si haec Appendix in fasciculo separato ponitur, facile deperditur et sic finis huius Appendicis evanescit.

Confundi nequit haec Appendix cum "Missali parvo", quod continet ampliorem copiam Missarum quam Appendix.

4. Appendix latina Missalis Romani vel Missale parvum potestne in linguam vernaculam verti?

Negative. Hoc clare evincitur ex iis quae supra dicta sunt de fine huiusmodi Appendicis. Insuper omnino vitandum est periculum ut quis utatur tantummodo formulariis, quae in Appendice vel in Missali parvo inveniuntur, contra normas liturgicas et praesertim contra principia instaurationis, quibus conatus factus est abundantiorem copiam fidelibus praebendi textuum biblicorum et euchologicorum, ad profundiorem intellegentiam mysterii Christi adipiscendam necnon celebrationem liturgicam exigentiis ac indoli diversarum communitatum aptandam.

5. Suntne in Liturgia Horarum typis imprimenda schemata quattuor hebdomadarum psalterii, omnes hymni, responsoria, antiphonae?

Affirmative. Omnia sunt referenda, quae in editione typica latina Liturgiae Horarum continentur, hymnis haud exceptis, cum ad illa pertineant elementa, quibus peculiariter singulae signantur Horae.

Attamen in Appendice publicari possunt hymni substitutivi e thesauro unicuique nationi proprio excerpti vel noviter confecti, a Conferentia Episcoporum approbati (cf. *Inst. gen. de Liturgia Horarum*, n. 178).

6. Suntne referendi *textus diversi* euchologici vel biblici?

Affirmative. Pertinent enim ad pretiosas divitias instaurationis liturgicae. Hi textus, ut in pluribus, iudicio relinquuntur celebrantis, qui liturgiam coetui liturgico, cui praesidet, *aptare* debet, textus aptiores seligendo. Si vero in libro edito non inveniuntur, frustratur optio celebrantis et celebratio in paupertatem redigitur.

7. Suntne referendae partes, quae iudicio Conferentiarum Episcopalium relinquuntur?

Affirmative. Omnes quidem, praesertim sacerdotes, noscere debent quae ipsis demandantur quaeque vero permanent de competentia Conferentiarum Episcopalium. Hoc modo organismi, quibus Conferentiae Episcopales utuntur, ad decisiones asferendas vel suggerendas melius inducuntur.

8. Suntne publicanda decreta Sacrae Congregationis pro Cultu Divino, quibus editio typica promulgatur vel versio popularis confirmatur?

Decreta, quibus editiones typicae promulgantur, *per integrum* publicanda sunt. Quoad vero decreta, quibus versiones populares confirmantur, per integrum publicantur vel paucis verbis declaretur quod editio *illa* popularis confirmata est die *tali*, una cum indicatione numeri Protocolli S. Dicasterii.

9. Vigetne adhuc "revisor" librorum liturgicorum, a competenti auctoritate designatus, qui editionem typicam alicuius versionis in linguam popularem cum originali seu cum editione typica latina *concordare* declaret?

Affirmative. De concordantia cum editione typica latina necnon de nomine revisoris vel revisorum et de nomine Episcopi, qui "imprimatur" concedit, mentio facienda est in editione populari.

* **Notit.** 9 (1973) 153-154.

4207

1973 IUN 19.-PAULUS VI, LIT. AP. AAS 65 (1973) 429

Collegio Slovenico in Urbe Pontificii nomen tribuitur

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. – Maternas curas in sacra seminaria similesque pietatis ac doctrinae sedes Ecclesia intendit, quippe quibus spes eius non paulum contineatur. Cuius modi domibus praesertim haec alma Urbs honestatur, ut alumni, e variis orbis catholici regionibus oriundi, in ipso veluti Ecclesiae centro instituantur. Quarum in numero est Collegium Slovenicum, impigro labore et benefactorum liberalitate anno MCMLX conditum. Cupiens vero hoc opus, Apostolicae Sedis munere, magis ornare et augere et Petrianae Cathedrae arctius devincire, Venerabilis Frater Iosephus Pogačnik, Archiepiscopus Labacensis, nomine Episcoporum Sloveniae, Nos rogavit, ut iis aedibus nomen Pontificii Collegii benigne tribueremus. Quibus precibus libenter admissis, hisce Litteris Nostraque auctoritate, certa scientia ac matura deliberatione Nostra Collegium Slovenicum, in hac Urbe exstans, *Pontificium* edicimus idemque omnibus honoribus et privilegiis, quae huiusmodi titulo respondent afficimus. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque effectus plenos et integros sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIX mensis Iunii, anno MCMLXXIII, Pontificatus Nostri decimo.–Ioannes Card. VILLOT, *Secretarius Status*.

4208

1973 IUN 20.-PAULUS VI, LIT. AP. AAS 65 (1973) 430

In Nova Zelandia Apostolica Nuntiatura constituitur, Sede in urbe vulgo Wellington posita

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam.– Qui in beatissimi Petri locum ad hoc suffecti sumus, ut quantum maxime posset, susceptam causam christiani populi regendi tueremus, id semper et consilio et prospicientia Nostra curavimus, ut cum omnibus gentibus communes necessitudines constitueremus. Amicitia e-

http://www.obrascatolicas.com

nim sancta comparata, et assiduus inter Apostolicam Sedem et nationes usus, et arctius coniunctionis vinculum, quantum paecis, et prosperitatis, et concordiae quantaque progressionis semina tum societati civili tum Ecclesiae inferant, nemo non videt. Quam ob rem, volentes amicitiam confirmare, quae huic beati Petri Sedi cum Civitate Novae Zelandiae iam pridem esset, bene fieri censuimus, si in eadem Republica Nuntiaturam Apostolicam, Delegationis loco, constitueremus. Qua de causa, re bene considerata, auctoritate Nostra Apostolicam Nuntiaturam in Nova Zelandia condimus, Sede in urbe Vellingtonio collocata, factis nempe talis instituti iuribus impositis obligationibus; id simul statuentes, ut Delegatio Apostolica quae in eadem urbe est, in posterum Delegatio Apostolica Oceani Pacifici cognominetur. Quae autem per has Litteras Nostras iussimus sive nunc sive in posterum rata habeantur suosque effectus promereant.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die XX mensis Iunii, anno MDCCCCLXXIII, Pontificatus Nostri decimo. -Ioannes Card. VILLOT, *Secretarius Status.*

4209

1973 IUN 20.-CONS. ECCL. NEGOTIIS, EPIST. PART.*

Praenuntiatur normas processuales peculiares quibus Tribunalia ecclesiastica Statuum Foederatorum Americae Septemtrionalis nunc utuntur, cessare debere a die prima mensis Iulii anni 1974

Em.me ac Rev.me Domine, Qua par est diligentia hoc Consilium pro Publicis Ecclesiae negotiis perpendit instantiam istius Conferentiae Episcopalis, ab Eminentia Tua Reverendissima transmissa die 15 decembris anni elapsi, de prorogatione trium ex illis facultatibus peculiaribus quas idem Consilium Rescripto diei 28 aprilis 1970 indulserat, ad tempus et ad experimentum.

Ut autem ad hoc allatae rationes, sive ordinis proprie technici sive, et praesertim, ordinis pastoralis, caeteroquin iam satis notae, omni ex parte explorarentur, colloquium institutum est die 9 aprilis huius anni inter Em.mum Cardinalem Periclem Felici et quinque ecclesiasticos viros, ab Eminentia Tua deputatos, quos inter erant Exc.mi Domini Bernardin et Rausch. Quae in illo colloquio hinc inde prolata sunt, pro merito hoc Consilium consideravit.

Nunc vero, officii mei est cum Eminentia Tua Reverendissima communicare quid praedictae instantiae respondendum Sancta Sedes pro suo munere censuerit.

In re matrimoniali, quae vel ex gravissimis est Ecclesiae curae concreditis, opus est ut ordo iuridicus habeatur generalis et communis, utique admittens, pro variis locorum adiunctis, et pro principio subsidiarietatis, localis auctoritatis discretionem, iuxta regulas apte exaratas. Hanc porro localis competentis auctoritatis facultatem praevidit pro tota Ecclesia ritus latini Summus Pontifex, litteris datis in forma "Motus proprii' quibus initium *Causas matrimoniales*; licetque conicere amplius quid in hoc genere esse futurum ex studiis quae habentur, praesertim in Pontificia Commissione Codici Juris Canonici recognoscendo.

Quae cum ita sint, opus est ut Conferentia Episcopalis Foederatorum Americae Statuum modum procedendi, sive praxim, suorum Tribunalium, ad generalem regulam recenter statutam memorato Motu proprio, accommodet; peculiaria vero illa, de quibus est instantia, haud facile componuntur cum ipsa regula. Eoque magis exigitur congruentia Tribunalium istius dicionis cum communi ordine iuridico, quod si exceptio uni Nationi conceditur, vix negari potest alii illam requirenti: hoc praecise factum est ex quo temporaneae et experimentales normae isti Nationi et Australiae permissae sunt. At patet quantum detrimenti inde proveniat sive generali oeconomiae legislationis, sive ipsi pastorali curae, ad quam expeditiorem reddendam exceptiones petitae fuerant. Non latet autem Eminentiam Tuam quamdam inesse dynamicam impulsionem remissioni legis in re matrimoniali, cui si mos geratur, divortio, alio nomine tecto, in Ecclesia tolerando via sternitur.

At vero, ne gravia pariantur incommoda, quae orirentur ex abrupta suppressione illarum exceptionum, terminum, nunc imminentem, Rescripti dati die 28 aprilis anni 1970, Sancta Sedes differt usque ad diem primam julii anii 1974; ita videtur simul posse transitum ad ordinarium regimen sine praecipitatione fieri, si quae sint causae sub exspectatione prorogationis susceptae, resolvi, interimque satagi ut notitia cessationis ad omnes ad quos spectat tempore utili perveniat.

Expedit etiam ut hic adnotetur hactenus usum facultatis dispensandi ab appellatione post primam sententiam favorabilem tam amplum fuisse, ut id quod per modum exceptionis concessum erat regula factum sit: testantur tabulae statisticae. Ideo insequenti anno, donec facultas expiret, magna adhibeatur cautio in eius applicatione.

Quod attinet ad prorogationem competentiae pro foro partis actricis, oportet ut consensus sive huius sive tribunalis partis conventae requiratur.

Haec dum communico cum Eminentia Tua, impensos obsequii mei sensus Tibi libenter pando meque qua par est reverentia profiteor Eminentiae Tuae Reverendissimae addictissimum in Domino Fratrem – J. Card. VILLOT.

* Documenta recentiora circa rem matrimonialem et processualem, Romae 1977, p. 252-254. Vide ibidem, p. 252, Epistulam Secretarii Generalis Conferentiae Episcopalis in Statibus Foederatis Americae Septemtrionalis, diei 19 Iulii 1971, circa Normarum vigorem.

4210

1973 IUN 20.-SC INST. CAT.,DECR. AAS 66(1973)174-175

Theologica Facultas in Pontificia studiorum Universitate Aequatoris erigitur

Catholicae Theologiae cum officium sit christianam revelationem diligenter explorandi apteque diffundendi, ut et christifideles theologicis virtutibus exercendis animus continuo addatur et infidelibus expedita sternatur via ad salutiferum nuntium amplectendum, nihil Sanctae Ecclesiae antiquius fuit quam ut Scholas ubique constituere quibus sacrae excolerentur disciplinae, in primis ad iuvenes rite efformandos qui sacerdotale deinde ministerium idonee explicarent.

Quamobrem Aequatoriani quoque inter ceteros Episcopi inde ab aliquot annis Institutum Centrale Sacrae Theologiae, necessitatibus totius nationis consulturum, constituere aggressi sunt. Re considerate perpensa ac requisitis condicionibus adimpletis, Aequatoriana Conferentia Episcopalis die XXI m. iunii a. D. MCMLXIX Institutum Superius Theologicorum Studiorum condidit, quod, auctoritate E.mi Pauli S. R. E. Cardinalis Muñoz Vega, Archiepiscopi Quitensis, Pontificiae Universitatis Aequatoris Magni Cancellarii, die XXI m. decembris eiusdem anni in Universitatis gremium insertum est. Ut deinde laudatum Institutum academica dignitate augeretur, Purpuratus idem Pater Sacram Congregationem pro Institutione Catholica supplex adivit, nomine Conferentiae petens ut Institutum, expleto quoque praescripto art. 19 Universitatis Statutorum, ad normam Ecclesiae legum in Facultatem promoveretur.

Sacra haec igitur Congregatio, petitionem E.mi Praesulis benevole excipiens, potestate sibi a Ss.mo D. N. Paulo div. Prov. Pp. VI concredita, *Institutum Superius Theologicorum studiorum* in Pontificia Aequatoris Universitate Catholica vigens in *Sacrae Theologiae Facultatem* hoc Decreto erigit atque erectum declarat, iure eidem facto academicos Sacrae Theologiae gradus *Baccalaureatus* post quinquennium studiorum philosophico-
175 theologicorum (primum cyclum institu/tionale), *Licentiae* vero post biennium theologicum (secundum cyclum specialisatum), *Doctoratus* denique post annua ulteriora studia (tertium cyclum plenioris specialisationis) conferendi; omnibus ei agnitis tributisque iuribus privilegiis honoribus atque officiis quibus Ecclesiasticae Facultates merito fruuntur; eidem praestituens ut ad documentum "Normae quaedam" inscriptum (20-V-1968) ceterasque Apostolicae Sedis leges academicas ad amussim conformetur regaturque, ad ortodoxiam in primis quod attinet fideliter tutandam; servatis insuper peculiaribus Statutis a Sacra Congregatione approbatis; ceteris demum servatis de iure servandis, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis, d.d. XX m. iunii a. D. MCMLXXIII. – Gabriel M. Card. GARRONE, *Praefectus.* Iosephus Schröffer, Archiep. tit. Volturn., *a Secretis.*

4211

1973 IUN 21.-SC CULTUS, DECRETUM. AAS 65 (1973) 610

Ritus qui inscribuntur "De sacra communione et de cultu mysterii eucharistici extra Missam" vulgantur editione quae typica declaratur, et ipsius ritus "Praenotanda Generalia" transcribuntur

DECRETUM

Eucharistiae sacramentum, tamquam spiritalem fidelium alimoniam et aeternae vitae pignus, Christus Ecclesiae, dilectae sponsae suae, concredidit, quod ipsa cum fide et caritate iugiter accipit.

Celebratio Eucharistiae in Missae sacrificio vere est origo et finis cultus, qui eidem extra Missam exhibetur. Sacrae vero species post Missam propterea praecipue asservantur, ut fideles, qui Missae interesse non possunt, praesertim infirmi et aetate provecti, per communionem sacramentalem Christo eiusque sacrificio, quod in Missa immolatur, uniantur.

Conservatio sacrarum specierum, quae ob communionis susceptionem fieri consuevit, induxit morem hoc sacramentum adorandi eique cultum latriae, qui Deo debetur, tribuendi. Qui quidem adorationis cultus valida firmaque ratione nititur. Quin immo quaedam eius formae publicae et communitariae ab ipsa Ecclesia sunt institutae.

Ritu igitur Missae instaurato et, per Instructionem *Eucharisticum mysterium,* die 25 mensis maii anno 1967 editam, normis propositis "de practica ordinatione cultus huic sacramento etiam post Missam debiti deque eiusdem compositione cum recta ordinatione sacrificii Missae ad mentem praescriptionum Concilii Vaticani II et aliorum hac de re Apostolicae Sedis documentorum"[1], Sacra Congregatio pro Cultu Divino ritus, qui inscribuntur *De sacra communione et de cultu mysterii eucharistici extra Missam,* recognovit.

Qui quidem, a Paulo Pp. VI approbati, nunc vulgantur hac editione, quae typica declaratur, ut loco rituum in Rituali Romano nunc exstantium assumantur et statim adhiberi possint lingua latina, lingua autem vernacula a die, quem Conferentiae Episcopales pro sua dicione statuerint, postquam interpretationem popularem confecerint confirmationemque ab Apostolica Sede obtinuerint.

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Ex aedibus Sacrae Congregationis pro Cultu Divino, die 21 Iunii 1973, in sollemnitate Corporis et Sanguinis Christi. - Arturus Card. TABERA, *Praefectus.* H. Bugnini, Archiep. tit. Diocletianen., *a Secretis.*

DE SACRA COMMUNIONE ET DE CULTU MYSTERII EUCHARISTICI EXTRA MISSAM*

PRAENOTANDA GENERALIA

I – De rationibus quae inter cultum eucharisticum extra Missam et celebrationem eucharisticam intercedunt

1. Eucharistiae celebratio centrum est totius christianae vitae, cum pro universa Ecclesia tum pro eiusdem Ecclesiae congregationibus localibus. Nam "cetera sacramenta, sicut et omnia ecclesiastica ministeria, et opera apostolatus, cum sacra Eucaristia cohaerent et ad eam ordinantur. In sanctissima enim Eucharistia totum bonum spirituale Ecclesiae continetur, ipse scilicet Christus, Pascha nostrum panisque vivus per carnem suam Spiritu Sancto vivificatam et vivificantem vitam praestans hominibus, qui ita invitantur et adducuntur ad seipsos, suos labores cunctasque res creatas una cum ipso offerendos" (1).

2. Insuper "celebratio Eucharistiae in Missae sacrificio vere est origo et finis cultus qui eidem extra Missam exhibetur" (2). Christus enim Dominus, qui "in ipso sacrificio Missae immolatur cum sacramentaliter incipit adesse tamquam spiritalis fidelium alimonia sub speciebus panis et vini", etiam "sacrificio oblato, dum Eucharistia in ecclesiis et oratoriis asservatur, est revera Emmanuel, id est 'nobiscum Deus'. Nam die ac nocte in medio nostri est, in nobis habitat plenus gratiae et veritatis'(3).

3. Nemini proinde dubitare licet "quin omnes christifideles pro more in catholica Ecclesia semper recepto latriae cultum, qui vero Deo debetur, huic sanctissimo Sacramento in veneratione exhibeant. Neque enim ideo minus est adorandum, quod fuerit a Christo Domino, ut sumatur, institutum" (4).

4. Ad pietatem erga sanctissimum Eucharistiae Sacramentum recte ordinandam et alendam, mysterium eucharisticum tota sua amplitudine considerandum est tam in celebratione Missae quam in cultu sacrarum specierum, quae post Missam ad extensionem gratiae sacrificii asservantur (5).

II - De fine asservandae Eucharistiae

5. Primarius ac primigenius finis asservandae Eucharistiae extra Missam est administratio Viatici; secundarii vero fines sunt communio distribuenda atque adoratio Domini nostri Iesu Christi in Sacramento praesentis. Etenim sanctarum specierum conservatio pro infirmis laudabilem induxit morem adorandi caelestem hanc dapem quae in templis reponitur. Qui quidem adorationis cultus valida firmaque ratione nititur, maxime quia fides in praesentiam realem Domini connaturaliter ad eiusdem fidei externam et publicam manifestationem conducit (6).

6. In celebratione Missae praecipui illi modi quibus Christus praesens adest in Ecclesia sua gradatim clarescunt, quatenus primo praesens adest in ipso coetu fidelium, in suo nomine congregato: deinde vero in verbo suo, cum Scriptura in ecclesia legitur et explanatur; necnon in persona ministri; demum ac quidem maxime, sub speciebus eucharisticis. Etenim in Eucha-

* De sacra Communione et de cultu mysterii eucharistici extra Missam, Typis Polyglottis Vaticanis, 1973.

1 Conc. Vat. II, Decr. *Presbyterorum ordinis,* n. 5.
2 S. Congr. Rituum, Instr. *Eucharisticum mysterium,* n. 3e: AAS 59 (1967), p. 542.
3 *Ibid.,* n. 3b: *l. c.,* p. 541; Paulus VI, Litt. Encycl. *Mysterium fidei,* prope finem: AAS 57 (1965), p. 771.
4 S. Congr. Rituum, Instr. *Eucharisticum mysterium,* n. 3f: AAS 59 (1967), p. 543.
5 Cf. *ibid.,* n. 3g: *l. c.,* p. 543.
6 Cf. *ibid.,* n. 49: *l. c.,* pp. 566-567.

1 S. Congr. Rituum, Instr. *Eucharisticum mysterium,* n. 3 g: A.A.S. 59 (1967), p. 543.

http://www.obrascatolicas.com

ristiae sacramento, modo omnino singulari, adest totus et integer Christus, Deus et homo, substantialiter et continenter. Quae praesentia Christi sub speciebus "realis dicitur non per exclusionem, quasi aliae reales non sint, sed per excellentiam" (7).

Unde, ratione signi, magis congruit naturae sacrae celebrationis ut in altari ubi Missa celebratur praesentia eucharistica Christi, quae fructus est consecrationis et ut talis apparere debet, non adsit, quantum fieri potest, iam ab initio Missae per asservationem sanctarum specierum in tabernaculo (8).

7. Hostiae consecratae, ea quantitate quae infirmorum et aliorum fidelium communioni extra Missam satis esse possint, frequenter renoventur et in pyxide seu vasculo serventur (9).

8. Curent pastores ut ecclesiae et oratoria publica, ubi ad normam iuris sanctissima Eucharistia asservatur, cotidie per plures horas, tempore diei opportuniore, pateant, ut facile coram sanctissimo Sacramento fideles orare valeant (10).

III – De loco asservandae Eucharistiae

9. Locus sanctissimae Eucharistiae asservandae vere praecellens sit. Valde commendandum est ut ad privatam adorationem et precationem idoneus simul evadat, ita ut fideles facile et fructuose, etiam privato cultu Dominum in Sacramento praesentem honorare non desinant.

Quod facilius obtineri potest, quando sacellum paratur a media aula seiunctum, praesertim in illis ecclesiis ubi matrimonia aut funera frequentius occurrunt, et in illis, quae ratione peregrinationum vel ob thesauros artis et historiae a multis invisuntur.

10. Sanctissima Eucharistia asservatur in tabernaculo solido, non transparenti atque inviolabili. De more in singulis ecclesiis unicum tabernaculum habeatur, aut super altare positum aut, de iudicio Ordinarii loci, extra altare sed in parte ecclesiae pernobili et rite ornata (11).

Clavis tabernaculi, in quo sanctissima Eucharistia asservatur, diligentissime custodiri debet a sacerdote qui ecclesiae vel oratorii curam habet, vel a ministro extraordinario cui facultas distribuendi sacram communionem data est.

11. Praesentia sanctissimae Eucharistiae in tabernaculo significetur conopaeo vel alio modo apto a competenti auctoritate definito.

Secundum traditam consuetudinem, ut signum honoris qui Domino adhibetur, lampas, oleo vel cera nutrienda, iuxta tabernaculum perenniter ardeat (12).

IV - De iis quae Conferentiis Episcopalibus competunt

12. Conferentiis Episcopalibus competit, in Ritualibus particularibus apparandis, ad normam Constitutionis de sacra Liturgia (n. 63b), hunc Ritualis Romani titulum accommodare singularum regionum necessitatibus, ut, actis ab Apostolica Sede recognitis, in regionibus ad quas pertinet adhibeatur.

Qua in re Conferentiarum Episcopalium erit: *a*) sedulo et prudenter considerare quaenam elementa, si quae habeantur, ex traditionibus populorum retineri aut admitti possint, dummodo cum spiritu sacrae Liturgiae componi queant; ideoque aptationes, quae utiles vel necessariae existimantur, Apostolicae Sedi proponere, de ipsius consensu introducendas; *b*) versiones textuum parare, ita ut indoli variorum sermonum atque ingenio culturarum vere accommodentur, aliis textibus, praesertim pro cantu, opportunis melodiis, forte additis.

Cap. I – DE SACRA COMMUNIONE EXTRA MISSAM

PRAENOTANDA

I - De rationibus quae inter Communionem extra Missam et sacrificium intercedunt

13. Perfectior celebrationis eucharistiae participatio est sacramentalis communio infra Missam recepta. Quod clarius, ratione signi, elucet, cum fideles post communionem sacerdotis ex eodem sacrificio Corpus Domini sumunt (1). Proinde panis recenter confectus, pro fidelium communione, in qualibet celebratione eucharistica de more consecretur.

14. Fideles adducendi sunt, ut in ipsa celebratione eucharistica communicent.

Sacerdotes tamen fidelibus petentibus sacram communionem etiam extra Missam dare ne renuant (2).

Immo decet eos qui impediuntur ne celebrationi eucharisticae communitatis intersint, Eucharistia sedulo refici, et hoc modo non solum sacrificio Domini sed etiam eidem communitati unitos et fratrum caritate suffultos se sentiant.

Animarum pastores curent ut infirmis et aetate provectis, licet graviter non aegrotent neque mortis periculum eis immineat, frequenter, immo, quantum fieri potest, cotidie, praesertim tempore paschali, praebeatur copia Eucharistiam sumendi. Iis autem qui eam sub specie panis recipere nequeunt, licet sub specie tantum vini ministrare (3).

15. Sedulo doceantur fideles se, etiam cum communionem extra Missae celebrationem sumunt, intime uniri cum sacrificio, quo sacrificium crucis perpetuatur, et participes esse illius sacri convivii in quo, "per communionem Corporis et Sanguinis Domini, populus Dei bona sacrificii paschalis participat, renovat novum foedus semel in sanguine Christi a Deo cum hominibus factum, et in fide et spe convivium eschatologicum in regno Patris praefigurat et praevenit, mortem Domini annuntians donec veniat" (4).

II - De tempore sacram communionem extra Missam ministrandi

16. Sacra communio extra missam quolibet die et qualibet diei hora dari potest. Decet tamen horas pro distribuenda sacra communione, attenta fidelium utilitate, praefiniri, quo forma pleniore sacra celebratio peragatur cum maiore fructu spiritali fidelium.

Attamen: *a*) feria V Hebdomadae sanctae, sacra communio distribui potest tantummodo infra Missam; infirmis vero deferri valet quacumque diei hora; *b*) feria VI in Passione Domini, sacra communio distribuitur unice inter celebrationem Passionis Domini; infirmis autem, qui hanc celebrationem participare nequeunt, quacumque diei hora deferri potest; *c*) Sabbato sancto, sacra communio dari potest solummodo ad modum Viatici (5).

III - De ministro sacrae communionis

17. Est imprimis sacerdotis et diaconi sacram communionem fidelibus eam petentibus ministrare (6). Omnino ergo convenit ut huic ministerio sui ordinis convenientem partem temporis, secundum fidelium necessitatem, tribuant.

Acolythi rite instituti praeterea, qua ministri extraordinarii, est sacram communionem distribuere quoties presbyter vel diaconus desunt vel propter adversam valetudinem, provectam aetatem, vel pastorale ministerium impediuntur aut quoties numerus fidelium ad sacram mensam accedentium adeo ingens est, ut Missae aliusve actionis sacrae celebratio nimis protrahatur (7).

Aliis ministris extraordinariis facultatem distribuendi sacram communionem Ordinarius loci dare potest, quoties id pro utilitate pastorali fidelium necessarium visum fuerit, et sacerdos aut diaconus aut acolythus praesto non sint (8).

IV - De loco communionis extra Missam distribuendae

18. Locus, in quo de more sacra communio extra Missam distribuitur, est ecclesia vel oratorium in quo Eucharistia habitualiter celebratur vel asservatur, aut ecclesia vel oratorium aliusve locus in quo communitas localis habitualiter convenit ad

1 Cf. Conc. Vat. II, Const. *Sacrosanctum Concilium*, n. 55.
2 Cf. S. Congr. Rituum, Instr. *Eucharisticum mysterium*, n. 33a: AAS 59 (1967), pp. 559-560.
3 Cf. *ibid.*, n. 40-41: *l. c.*, pp. 562-563.
4 *Ibid.*, n. 3a: *l. c.*, pp. 541-542.
5 Cf. Missale Romanum, ed. typica 1970: *Missa vespertina in Cena Domini*, p. 243; *Celebratio Passionis Domini*, p. 250, n. 3; *Sabbato sancto*, p. 265.
6 Cf. S. Congr. Rituum, Instr. *Eucharisticum mysterium*, n. 31: AAS 59 (1967), pp. 557-558.
7 Cf. Paulus VI, Litt. Apost. *Ministeria quaedam*, 15 augusti 1972, n. VI: AAS 64 (1972), p. 532.
8 Cf. S. Congr. pro disciplina Sacramentorum, Instr. *Immensae caritatis*, 28 ianuarii 1973, I, I et II.

coetum liturgicum diebus dominicis aliisve diebus agendum. Attamen aliis in locis, domibus privatis non exclusis, sacra communio dari potest, quando agitur de aegrotis, captivis aliisve, qui sine periculo vel gravi difficultate egredi nequeunt.

V - De nonnullis servandis in sacra communione distribuenda

19. Cum sacra communio in ecclesia vel oratorio ministratur, super altare tobalea coopertum ponatur corporale; duo autem cerei accendantur in signum venerationis et festivi convivii (9). Patina adhibeatur.

Cum vero sacra comminio aliis in locis ministratur, mensa conveniens paretur tobalea cooperta; praevideantur etiam cerei.

20. Minister sacrae communionis, si est prebyter vel diaconus, alba vel superpelliceo super veste talari sit indutus, et stola assumat.

Alii vero ministri aut vestem liturgicam in sua regione forte traditam assumant, aut vestem quae huic ministerio non dedeceat et ab Ordinario probatam.

Eucharistia pro communione extra ecclesiam ministranda, theca vel alio vasculo clauso deferatur, veste et modo iuxta locorum adiuncta convenientibus.

21. In sacra communione distribuenda serventur consuetudo deponendi panis consecrati particulam in lingua communionem suscipientium, quia in tradito plurium saeculorum more innititur.

Conferentiae tamen Episcopales decernere valent, actis ab Apostolica Sede confirmatis, ut in sua dicione, sacra communio distribui possit etiam consecratum panem in fidelium manibus deponendo, dummodo quodvis praecaveatur periculum ne reverentiae defectus vel falsae de sanctissima Eucharistia opiniones irrepant in animos fidelium (10).

Ceterum, christifideles doceri oportet Iesum Christum Dominum esse et Salvatorem eique sub speciebus sacramentalibus praesenti eundem deberi latriae seu adorationis cultum, qui Deo tribuendus est (11).

In utroque casu, sacra communio distribui debet a competenti ministro, qui panis consecrati particulam communicanti ostendat et porrigat, formulam *Corpus Christi* dicendo, cui fidelis respondet *Amen*.

Quod vero attinet ad distributionem sacrae communionis sub specie vini, ad amussim serventur normae, quae continentur in Instructione *Sacramentali Communione* diei 29 iunii 1970 (12).

22. Fragmenta quae post communionem forte remanserint reverenter colligantur et in pyxidem immittantur vel in vasculo cum aqua demittantur.

Item, si communio sub specie vini ministratur, calix vel aliud vasculum ad hoc adhibitum aqua abluatur.

Aqua vero pro ablutionibus adhibita, aut sumatur aut loco convenienti infundatur.

VI - De dispositionibus ad sacram communionem suscipiendam

23. Eucharistia, quae mysterium paschale Christi inter homines continue repraesentat, est fons totius gratiae et remissionis peccatorum. Attamen qui corpus Domini suscipere intendunt, ut sacramenti paschalis fructus percipiant, pura conscientia et rectis animi dispositionibus ad illud accedere debent.

Propterea Ecclesia praecipit "ut nullus sibi conscius peccati mortalis, quamtumvis sibi contritus videatur, absque praemissa sacramentali confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat" (13). Quod si urgeat necessitas ac copia confessarii illi desit, actum perfectae contritionis prius eliciat cum proposito singillatim confitendi debito tempore peccata mortalia, quae in praesens confiteri nequeat.

Qui vero cotidie aut saepius communicare solent, expedit ut aequis temporibus, pro singulorum condicione, ad sacramentum Paenitentiae accedant.

9 Cf. Missale Romanum, *Institutio generalis*, n. 269.
10 Cf. S. Congr. pro Cultu Divino, Instr. *Memoriale Domini*, 29 maii 1969: AAS 61 (1969), pp. 541-555.
11 Cf. S. Congr. pro disciplina Sacramentorum, Instr. *Immensae caritatis*, 29 ianuarii 1973, n. 4.
12 Cf. n. 6: AAS 62 (1970), pp. 665-666.
13 Cf. Conc. Trid., sessio XIII, Decr. de Eucharistia, 7: DS 1646-1647; *ibid.*, sessio XIV, *Canones de sacramento Paenitentiae*, 9: DS 1709; S. Congr. pro Doctrina Fidei, *Normae pastorales circa absolutionem sacramentalem generali modo impertiendam*, 16 iunii 1972, prooem. et n. VI: AAS 64 (1972), pp. 510 et 512.

Ceterum fideles Eucharistiam aspiciant etiam tamquam antidotum quo liberentur a culpis cotidianis et a peccatis mortalibus praeserventur; sciant insuper aptam rationem qua partibus paenitentialibus liturgiae, Missae praesertim, uti valeant (14).

24. Communicandi Sacramentum ne recipiant, nisi spatio unius horae ieiunii sint cibis solidis et potibus, aqua excepta.

Tempus ieiunii eucharistici seu abstinentiae a cibo vel potu alcoholico redigitur ad quartam circiter horae partem pro: 1) infirmis in valetudinariis vel domibus degentibus, etiamsi non decumbant; 2) fidelibus aetate provectioribus, sive qui ob senectutem domi detinentur, sive in gerontocomio incolant; 3) sacerdotibus infirmis, etsi non decumbunt, vel aetate provectis, sive sint Missam celebraturi sive sacram communionem recepturi; 4) personis curae infirmorum vel senum addictis eorumque propinquis una cum illis sacram communionem recipere cupientibus, quoties sine incommodo ieiunium unius horae observare non possint (15).

25. Unio cum Christo, ad quem ipsum sacramentum ordinatur, ad totam vitam christianam est protrahenda, ita ut christifideles, donum receptum continenter fide contemplantes, vitam cotidianam sub ductu Spiritus Sancti in gratiarum actione agant, et fructus uberioris caritatis afferant.

Quo autem facilius in hac gratiarum actione, quae in Missa modo praeclaro Deo exhibetur, permaneant, commendatur singulis qui sacra communione refecti sunt, ut per aliquod temporis spatium in oratione persistant (16).

ORDO AD SACRAM COMMUNIONEM EXTRA MISSAM DISTRIBUENDAM

1. RITUS CUM AMPLIORE VERBI DEI CELEBRATIONE CONIUNCTUS

26. Haec forma praecipue adhibenda est, cum celebratio Missae non habetur, vel sacra communio horis praefinitis distribuitur, ita ut fideles mensa quoque verbi Dei alantur. Verbum enim Dei audientes, ipsi agnoscunt eius mirabilia, quae annuntiantur, fastigium in mysterio paschali attingere, cuius memoriale in Missa sacramentaliter celebratur, quodque per communionem participant. Insuper verbum Domini suscipientes eoque nutriti, in gratiarum actione ad fructuosam participationem mysteriorum salutis inducuntur.

27 – 41 ... (*Sequuntur Ritus*)

2. RITUS CUM BREVIORE VERBI DEI CELEBRATIONE CONIUNCTUS

42. Haec forma adhibetur, quando rerum adiuncta suadent formam cum ampliore verbi Dei celebratione coniunctam non convenire, praesertim quando unus alterve tantum sunt communicandi, ideoque vera celebratio communitatis ordinari non potest.

43 – 53 ... (*Sequuntur Ritus*)

Cap. II – DE COMMUNIONE ET VIATICO INFIRMIS A MINISTRO EXTRAORDINARIO DEFERENDIS

54. Sacra Communio et Viaticum infirmis a sacerdote vel diacono ministrantur iuxta ritus in *Ordine Unctionis infirmorum eorumque pastoralis curae descriptos*. Quando autem Ss.ma Eucharistia infirmis defertur ab acolytho, vel a ministro extraordinario sacrae communionis ad normam iuris deputato, serventur ritus qui sequuntur.

55. Licet Eucharistiam sub specie tantum vini iis ministrare, qui sub specie panis recipere nequeunt.

Sanguis Domini ad infirmum deferatur in vasculo ita clauso, ut periculum effusionis omnino vitetur. In administrando autem Sacramento, singulis in casibus, aptior modus eligatur ex iis qui in distribuenda communione sub utraque specie proponuntur. Si, communione delata, aliquid pretiosissimi Sanguinis remanserit, a ministro sumatur, qui etiam debitas ablutiones perficiendas curet.

14 Cf. S. Congr. Rituum, Instr. *Eucharisticum mysterium*, n. 35: AAS 59 (1967), p. 561.
15 Cf. S. Congr. pro disciplina Sacramentorum, Instr. *Immensae caritatis*, 29 ianuarii 1973, 3.
16 Cf. S. Congr. Rituum, Instr. *Eucharisticum mysterium*, 38: AAS 59 (1967), p. 562.

http://www.obrascatolicas.com

1. RITUS ORDINARIUS COMMUNIONIS INFIRMORUM

56 – 63 ... (*Sequuntur Ritus*)

2. RITUS BREVIOR COMMUNIONIS INFIRMORUM

64. Ritus hic brevior adhibetur quando sacra communio danda est pluribus infirmis in variis cubiculis eiusdem domus, ex. gr. eiusdem valetudinarii, degentibus, additis, si casus fert, aliquibus elementis e ritu ordinario desumptis.

65 – 67 ... (*Sequuntur Ritus*).

3. DE VIATICO

68 – 78 ... (*Sequuntur Ritus*).

Cap. III – DE VARIIS FORMIS CULTUS SANCTISSIMAE EUCHARISTIAE TRIBUENDI

79. Devotio tam privata quam publica erga Ss.mam Eucharistiam etiam extra Missam, secundum normas a legitima auctoritate statutas, maxime commendatur, cum Sacrificium eucharisticum totius vitae christianae fons et culmen sit.

In huiusmodi piis sacrisque exercitiis ordinandis, ratio habeatur temporum liturgicorum, ut sacrae Liturgiae congruant, ab ea quodammodo deriventur et ad eam populum manuducant (1).

80. Fideles cum Christum in Sacramento praesentem colunt, meminerint hanc praesentiam a Sacrificio derivari atque ad communionem sacramentalem et spiritalem tendere.

Pietas ergo quae fideles impellit ut ad sanctam Eucharistiam adorandam se conferant, eos allicit ut mysterium paschale penitus participent et grato animo respondeant dono ipsius, qui per humanitatem suam continenter vitam divinam in membra Corporis sui infundit. Apud Christum Dominum commorantes, intima fruuntur familiaritate eius atque coram eo cor effundunt pro se suisque omnibus, et pro pace ac salute mundi orant. Cum Christo totam suam vitam Patri in Spiritu Sancto offerentes, ex illo admirabili commercio hauriunt fidei et spei et caritatis augmentum. Sic ergo illas rectas dispositiones alunt quibus, qua par est devotione, memoriale Domini celebrare et panem illum nobis a Patre datum frequenter suscipere possint.

Studeant igitur fideles ut iuxta propriae vitae rationem Christum Dominum in Sacramento colant. Pastores vero in hoc eos exemplo ducant et verbis hortentur (2).

81. Meminerint insuper se huiusmodi coram Christo Domino in Sacramento praesente illam unionem, quam cum ipso in communione sunt assecuti, protrahere illudque foedus renovare, quod eos impellit, ut moribus et vita teneant quod in celebratione Eucharistiae fide et sacramento perceperunt. Studeant ergo universam suam vitam in fortitudine cibi caelestis gratanter peragere, participantes mortem et resurrectionem Domini. Itaque unusquisque sollicitus sit facere bona opera et placere Deo, mundum spiritu christiano imbuere sibi proponens, et etiam in omnibus, in media quidem humana consortione, Christi testis effici (3).

1. DE SS.MAE EUCHARISTIAE EXPOSITIONE

PRAENOTANDA

I – De rationibus quae inter expositionem et Missam intercedunt

82. Expositio sanctissimae eucharistiae, sive cum pyxide sive cum ostensorio, ad agnoscendam in ea miram Christi praesentiam pertrahit, et ad cordis unionem cum illo invitat, quae in communione sacramentali culmen attingit. Quare, cultum ipsi in spiritu et veritate debitum, optime fovet.

Attendendum est ut, in huiusmodi expositionibus, cultus sanctissimi Sacramenti in sua ratione, quae cum Missa intercedit, eluceat. In apparatu expositionis ea omnia sedulo vitentur, quae aliquo modo obscurare possint desiderium Christi, qui sanctissimam Eucharistiam praecipue instituit ut nobis praesto sit in cibum, remedium et levamen (4).

83. Perdurante expositione sanctissimi Sacramenti, celebratio Missae, in eadem aula ecclesiae prohibetur.

Nam, praeter rationes n. 6 allatas, celebratio mysterii eucharistici modo perfectiore includit illam communionem internam ad quam expositio intendit fideles adducere.

Si expositio sanctissimi Sacramenti per unum vel plures dies subsequentes protrahitur, ipsa intermittenda est durante Missae celebratione, nisi forte in sacello ab aula expositionis separato Missa celebretur et aliqui saltem fideles in adoratione remaneant (5).

II - De nonnullis servandis in ordinanda expositione

84. Coram sanctissimo Sacramento, sive in tabernaculo asservato sive publicae adorationi exposito, unico genu flectitur.

85. In sanctissimi Sacramenti expositione cum ostensorio facta, quattuor cerei aut sex, quot scilicet in Missa habentur, accenduntur et incensum adhibetur. In expositione cum pyside duo saltem cerei accendantur; incensum adhiberi potest.

De expositione protracta

86. In ecclesiis, in quibus Eucharistia habitualiter asservatur, quotannis commendatur sollemnis sanctissimi Sacramenti expositio per aliquod tempus protracta, etsi non stricte continua, ut communitas localis hoc mysterium impensius meditetur et adoret.

Huiusmodi tamen expositio, de consensu Ordinarii loci, fiat tantum si congruus praevidetur fidelium concursus (6).

87. Pro gravi autem et generali aliqua necessitate, ab Ordinario loci impetrari potest supplicatio coram sanctissimo Sacramento exposito per longius tempus protracta in iis ecclesiis facienda, ad quas fideles frequentiores concurrunt (7).

88. Ubi, deficiente congrua copia adoratorum expositio sine intermissione fieri nequit, sanctissimum Sacramentum in tabernaculo recondere licet, horis antea statutis et pervulgatis, non tamen saepius quam bis in die, exempli gratia circa meridiem et nocturno tempore.

Haec autem repositio simpliciore modo fieri potest: sacerdos nempe aut diaconus, alba vel superpelliceo super veste talari et stola indutus, post brevem adorationem, prece facta cum fidelibus, sanctissimum Sacramentum in tabernaculo reponit. Simili modo, tempore statuto, fit denuo expositio (8).

De expositione brevi

89. Breves sanctissimi Sacramenti expositiones ita ordinandae sunt ut in eis, ante benedictionem cum sanctissimo Sacramento, congruum tempus tribuatur lectionibus verbi Dei, canticis, precibus et orationi aliquandiu in silentio protractae.

Expositio, quae unice fiat ad benedictionem impertiendam, prohibetur (9).

De adoratione in communitatibus religiosis

90. Communitatibus religiosis aliisque piis coetibus, qui, iuxta constitutiones aut sui Instituti normas, adorationi eucharisticae perpetuae vel per longius tempus protractae vacant, enixe commendatur ut piam hanc consuetudinem iuxta spiritum sacrae Liturgiae ita ordinent ut, cum adoratio coram Christo Domino participationis totius communitatis fiat, eadem sacris lectionibus, cantu, sacro silentio peragatur, quo efficacior evadat ad vitam spiritalem ipsius communitatis fovendam. Hac enim ratione spiritus unitatis et fraternitatis, qui Eucharistia significatur et efficitur, inter ipsos religiosae domus sodales promovetur, et cultus Sacramento debitus forma nobiliore exercetur.

Servanda etiam est, valdeque collaudatur, ea adorationis forma, in qua singuli vel bini tantum sodales sibi succedunt. Etenim hac etiam forma iuxta Instituti rationem, ab Ecclesia approbatam, Christum Dominum in Sacramento, nomine totius communitatis et Ecclesiae, ipsi adorant et deprecantur.

1 Cf. S. Congr. Rituum, Instr. *Eucharisticum mysterium*, n. 58: AAS 59 (1967), p. 569.
2 Cf. *ibid.*, n. 50: *l. c.*, p. 567.
3 Cf. *ibid.*, n. 13: *l. c.*, p. 549.
4 Cf. *ibid.*, n. 60: *l. c.*, p. 570.
5 Cf. *ibid.*, n. 61: *l. c.*, pp. 570-571.
6 Cf. *ibid.*, n. 63: *l. c.*, p. 571.
7 Cf. *ibid.*, n. 64: *l. c.*, p. 572.
8 Cf. *ibid.*, n. 65: *l. c.*, p. 572.
9 Cf. *ibid.*, n. 66: *l. c.*, p. 572.

III - De ministro expositionis Sanctissimae Eucharistiae

91. Minister ordinarius expositionis sanctissimi Sacramenti est sacerdos vel diaconus, qui in fine adorationis, antequam Sacramentum reponat, cum ipso Sacramento populum benedicit.

Absentibus vero sacerdote et diacono vel legitime impeditis, sanctissimam Eucharistiam ad fidelium adorationem publice exponere et deinde reponere possunt: *a*) acolythus et minister extraordinarius sacrae communionis; *b*) aliquis sodalis e communitatibus religiosis et piis consociationibus laicalibus, sive virorum sive mulierum, adorationi eucharistiae vacantibus, ab Ordinario loci deputatus.

Ii omnes expositionem facere valent tabernaculum aperiendo aut etiam, si opportunum sit, pysidem super altare deponendo vel hostiam in ostensorio ponendo. In fine adorationis Sacramentum in tabernaculo recondunt. Ipsis tamen non licebit benedictionem cum sanctissimo Sacramento impertire.

92. Minister, si est sacerdos vel diaconus, albam induat vel superpelliceum super veste talari et stolam albi coloris assumat.

Alii vero ministri aut vestem liturgicam in sua regione forte traditam assumant, aut vestem induant quae huic ministerio non dedeceat et ab Ordinario probatam.

Ad benedictionem autem impertiendam in fine adorationis, quando expositio cum ostensorio facta sit, sacerdos et diaconus pluviale quoque et velum umerale albi coloris assumant; si vero cum pyside, velum umerale assumant.

ORDO EXPOSITIONIS ET BENEDICTIONIS EUCHARISTICAE

93 (10) – (7 (11) – 100 ... (*Sequuntur ritus*).

2. DE PROCESSIONIBUS EUCHARISTICIS

101. In processionibus quibus Eucharistia per vias sollemni ritu cum cantu circumfertur, populus christianus publicum testimonium fidei et pietatis praebet erga sanctissimum Sacramentum.

Ordinarii tamen loci est iudicare cum de opportunitate, in hodiernis rerum adiunctis, tum de tempore atque de loco et de ordinatione huiusmodi processionum, ut cum dignitate et sine damno reverentiae sanctissimo huic Sacramento debitae peragantur (12).

102. Inter processiones eucharisticas peculiare momentum et significationem obtinet in vita pastorali paroeciae vel civitatis ea quae singulis annis fieri solet in sollemnitate Corporis et Sanguinis Christi, vel alio opportuniore die prope hanc sollemnitatem. Convenit ergo, ubi hodierna rerum adiuncta id permittunt, et vere potest esse signum communis fidei et adorationis, ut haec processio servetur, ad normam iuris.

Si tamen urbs permagna est, et necessitas pastoralis id suadet, licet, de iudicio Ordinarii loci, alias processiones ordinare in praecipuis partibus urbis. Ubi vero in sollemnitate Corporis et Sanguinis Christi processio haberi nequit, convenit ut alia publica habeatur celebratio pro universa civitate aut pro praecipuis eius partibus, in ecclesia cathedrali aliisve locis opportunioribus.

103. Expedit ut processio cum sanctissimo Sacramento fiat post Missam, in qua hostia in processione deferenda consecretur. Nihil tamen impedit quominus processio peragatur etiam post publicam et protractam adorationem, quae Missam sequatur.

104. Processiones eucharisticae iuxta locorum consuetudines disponantur tum in his quae platearum et viarum ornatum respiciunt, tum in his quae ad participantium ordinationem spectant. Durante itinere, si consuetudo viget et pastorale bonum id suadet, stationes etiam cum benedictione eucharistica fieri possunt. Cantus tamen et orationes quae proferuntur ad id ordinentur, ut omnes fidem suam in Christum manifestent solique Domino vacent.

105 – 108 ... (*Sequuntur Ritus*).

10 Cf. Congr. Rituum, Instr. *Eucharisticum mysterium*, n. 62: AAS 59 (1967), p. 571.
11 Cf. infra nn. 192-199.
12 Cf. S. Congr. Rituum, Instr. *Eucharisticum mysterium*, n. 59: AAS 59 (1967), p. 570.

3. DE CONGRESSIBUS EUCHARISTICIS

109. Congressus eucharistici, qui recentiore aetate ut peculiaris manifestatio cultus eucharistici in vitam Ecclesiae sunt inducti, habendi sunt veluti "statio" ad quam aliqua communitas ecclesiam localem universam, aut aliqua Ecclesia localis alias Ecclesias unius regionis vel nationis, aut etiam e toto orbe invitat, ut una simul Eucharistiae mysterium sub aliquo aspectu penitius agnoscant et in vinculo caritatis et unitatis publice colant.

Huiusmodi ergo congressus verax fidei et caritatis signum sint oportet ob plenam Ecclesiae localis participationem aliarumque Ecclesiarum significatam consociationem.

110. De loco, themate et ordine congressus celebrandi opportunae investigationes tum in Ecclesia locali, tum in aliis Ecclesiis fiant, quae ad necessitates veras considerandas adducant quaeque progressui studii rei theologicae et bono Ecclesiae localis faveant. In quo inquisitionis opere auxilium adhibeatur peritorum in re theologica, biblica, liturgica, pastorali necnon in scientiis quae "humanae" nuncupantur.

111. In congressu praeparando, haec prae ceteris magni sunt facienda: *a*) impensior catechesis de Eucharistia, praesertim quatenus est mysterium Christi viventis et operantis in Ecclesia, variorum coetuum captui accommodata; *b*) magis actuosa sacrae Liturgiae participatio, simul religiosum verbi Dei auditum et fraternum communitatis sensum fovens (13); *c*) subsidiorum investigatio et operum socialium exsecutio ad promotionem humanam et debitam bonorum, etiam temporalium, communicationem, exemplo primaevae communitatis christianae (14), ut evangelicum fermentum, tamquam societatis praesentis exstruendae vis et futurae pignus (15) ab eucharistica mensa quacumque diffundatur.

112. Celebratio ipsa congressus his criteriis ordinetur (16). *a*) Eucharistiae celebratio vere centrum et fastigium sit, quo incepta omnia necnon variae pietatis formae spectent oportet; *b*) verbi Dei celebrationes, catecheticae sessiones ac publicae collationes eo tendant, ut thema propositum altius investigetur eiusque aspectus practici clarius proponantur ad effectum deducendi; *c*) opportunitas praebeatur sive communium precum sive protractae adorationis coram sanctissimo Sacramento exposito, certis praefinitis ecclesiis quae aptiores huic pietatis exercitio videantur; *d*) quoad processionem instituendam, qua sanctissimum Sacramentum publicis hymnis et supplicationibus per vias urbis deferatur, serventur normae de processionibus eucharisticis (17), attentis sociali ac religiosa condicionibus loci.

... (*Sequuntur textus et lectiones variae*).

13 Conc. Vat. II, Const. *Sacrosanctum Concilium*, nn. 41-52; Const. *Lumen gentium*, n. 26.
14 Cf. *Act* 4, 32.
15 Conc. Vat. II, Const. *Sacrosanctum Concilium*, n. 47; Decr. *Unitatis redintegratio*, n. 15.
16 Cf. S. Congr. Rituum, Instr. *Eucharisticum mysterium*, n. 67: AAS 59 (1967), pp. 572-573.
17 Cf. supra nn. 101-108.

Adn. Vide vol. "De sacra Communione et de cultu mysterii eucharistici extra Missam", Typis Polyglottis Vaticanis 1973; **Notit.** 9 (1973) 308-324; C. BRAGA in **EL** 88 (1974) 517-518; F. DELL'ORO in **Riv. Liturgica** 61 (1974) 250-260; G. FERRARO in **La Civ. Catt.** 131 (1980-I) 361-371; V. N. in **Notit.** 9 (1973) 324-333; **L'Osservatore romano** 19 ott. 1973.

4212

1973 IUN 24.-SC pro DOC. FID., DECL. AAS 65 (1973) 396-408

Declaratio circa catholicam doctrinam de Ecclesia contra nonnullos errores hodiernos tuendam

1. De unica Christi Ecclesia. 2. De infallibitate Ecclesiae universae. 3. De infallibilitate magisterii Ecclesiae. 4. De dono infallibilitatis Ecclesiae non extenuando. 5. De notione infallibilitatis Ecclesiae non corrumpendo. 6. De Ecclesia cum sacerdotio Christi consociata.

Mysterium Ecclesiae, a Concilio Vaticano II nova luce illustratum, iterum iterumque considerationi subiectum est in pluribus theologorum editis scriptis. Ex

http://www.obrascatolicas.com

quibus haud pauca profecto iuvarunt ad illud mysterium magis intellegendum; sed quaedam sermone ambiguo aut etiam erroneo doctrinam catholicam obscuraverunt, ac nonnunquam eo usque processerunt, ut etiam in rebus fundamentalibus fidei catholicae repugnarent.

Cum igitur opus fuit, non defuerunt plurium nationum Episcopi qui, pro suo officio "depositum fidei purum et integrum servandi" suoque munere "Evangelium indesinenter annuntiandi"[1], declarationibus inter se affinibus, christifideles suae curae commissos a periculo errandi defenderent. Ac praeterea, secundus Synodi Episcoporum Generalis Coetus, de sacerdotio ministeriali tractans, aliqua doctrinae capita haud levis ponderis, ad constitutionem Ecclesiae quod attinet, exposuit.

Sacra pariter Congregatio pro Doctrina Fidei, cuius officium est "doctrinam de fide et moribus in universo orbe catholico tutari"[2], nonnullas veritates ad mysterium Ecclesiae pertinentes et hodie negatas aut in periculum adductas, vestigia in primis sequens utriusque Concilii Vaticani, colligere atque declarare intendit.

1. DE UNICA CHRISTI ECCLESIA

Unica est Ecclesia, "quam Salvator noster, post resurrectionem suam Petro pascendam tradidit (cf. *Io.* 21,
397 17), eique ac ceteris Apo/stolis diffundendam et regendam commisit (cf. *Mt.* 18, 18 ss.) et in perpetuum ut columnam et firmamentum veritatis erexit (cf. *1 Tim.* 3, 15)"; atque haec Christi Ecclesia, "in hoc mundo ut societas constituta et ordinata, subsistit in Ecclesia catholica, a Successore Petri et Episcopis in eius communione gubernata"[3]. Haec Concilii Vaticani II declaratio illustratur eiusdem Concilii verbis, secundum quae "per solam ... catholicam Christi Ecclesiam, quae generale auxilium salutis est, omnis salutarium mediorum plenitudo attingi potest"[4], atque eadem catholica Ecclesia "omni a Deo revelata veritate et omnibus mediis gratiae ditata est"[5], quibus Christus suam communitatem messianicam pollere voluit. Quod non impedit, quominus eadem Ecclesia, in hac sua terrena peregrinatione, "in proprio sinu peccatores complectens, sancta simul et semper purificanda" sit[6], et quominus "extra eius compaginem", nominatim in Ecclesiis et communitatibus ecclesialibus, quae imperfecta communione cum Ecclesia catholica coniunguntur, "elementa plura sanctificationis et veritatis inveniantur, quae ut dona Ecclesiae Christi propria, ad unitatem catholicam impellunt"[7].

Quae cum ita sint, "necessarium est catholicos cum gaudio agnoscere et aestimare bona vere christiana, a communi patrimonio promanantia, quae apud fratres a nobis seiunctos inveniuntur"[8], atque studiosos esse redintegrandae unitatis inter universos christianos, communi conatu purificationis atque renovationis[9], ut voluntas Christi adimpleatur et christianorum divisio desinat officere Evangelio per orbem proclamando[10]. Confiteri tamen iidem catholici debent se divinae misericordiae dono ad illam Ecclesiam pertinere, quam Christus condidit et quae a successoribus Petri ceterorumque Apostolorum dirigitur, penes quos integra ac viva perstat primigenia communitatis apostolicae institutio atque
398 doctrina, perenne eiusdem Ecclesiae veri/tatis et sanctitatis patrimonium[11]. Quare christifidelibus sibi fingere non licet Ecclesiam Christi nihil aliud esse quam summam quamdam – divisam quidem, sed adhuc aliqualiter unam – Ecclesiarum et communitatum ecclesialium; ac minime iis liberum est tenere Christi Ecclesiam hodie iam nullibi vere subsistere, ita ut nonnisi finis existimanda sit, quam omnes Ecclesiae et communitates quaerere debeant.

2. DE INFALLIBILITATE ECCLESIAE UNIVERSAE

"Quae Deus ad salutem cunctarum gentium revelaverat, eadem benignissime disposuit ut in aevum integre permanerent"[12]. Quapropter Ecclesiae commisit thesaurum verbi Dei, in quo servando, scrutando atque vitae applicando Pastores et plebs sancta conspirant[13].

Ipse igitur omnimode infallibilis Deus Populum suum novum, qui est Ecclesia, dignatus est participata quadam infallibilitate donare, quae intra limites continetur rerum fidei et morum, quaeque valet cum universus ille populus aliquod caput doctrinae, ad eas res pertinens, indubitanter tenet; quae demum iugiter pendet e sapienti providentia et unctione gratiae Sancti Spiritus, qui Ecclesiam usque ad gloriosum Domini eius adventum, in omnem inducit veritatem[14]. De hac Populi Dei infallibilitate Concilium Vaticanum II declarat: "Universitas fidelium, qui unctionem habent a Sancto (cf. *1 Io.* 2, 20 et 27), in credendo falli nequit, atque hanc suam peculiarem proprietatem mediante supernaturali sensu fidei totius populi manifestat, cum "ab Episcopis usque ad extremos laicos fideles" (S. Augustinus, *De Praed. Sanct.* 14, 27) universalem suum consensum de rebus fidei et morum exhibet"[15].

Sanctus autem Spiritus Populum Dei illuminat et auxilio suo iuvat, prout est corpus Christi hierarchica communione unitum. Quod Concilium Vaticanum II indicat addendo verbis suis modo allatis: "Illo enim sensu fidei, qui a Spiritu veritatis excitatur et sustentatur, Po/pulus Dei sub ductu Sacri Magisterii cui fideli-
399 ter obsequens, iam non verbum hominum, sed vere accipit verbum Dei (cf. *1 Thess.* 2, 13), "semel traditae sanctis fidei" (*Iud.* 3) indefectibiliter adhaeret, recto iudicio in eam profundius penetrat eamque in vita plenius applicat"[16].

Profecto christifideles, muneris prophetici Christi suo modo participes[17], multifarie ad id operam conferunt, ut intellegentia fidei in Ecclesia incrementum capiat. "Crescit enim – ita ait Concilium Vaticanum II – tam rerum quam verborum traditorum perceptio, tum ex comtemplatione et studio credentium, qui ea conferunt in corde suo (cf. *Lc.* 2, 19 et 51), tum ex intima rerum spiritualium quam experiuntur intellegentia, tum ex praeconio eorum qui cum episcopatus successione charisma veritatis certum acceperunt"[18]. Ac Summus

1. Paulus VI, Adhort. apost. *Quinque iam anni*, *A. A. S.* 63 (1971), p. 99.
2. Paulus VI, Const. apost. *Regimini Ecclesiae universae*, *A. S. S.* 59 (1967), p. 897.
3. Conc. Vat. II: Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 8; *Constitutiones Decreta Declarationes*, editio Secretariae Generalis, Typis Polyglottis Vaticanis, 1966, p. 104 s.
4. Conc. Vat. II: Decr. de Oecumenismo *Unitatis redintegratio*, n. 3; *Const. Decr. Decl.*, p. 250.
5. *Ibid.*, n. 4; *Const. Decr. Decl.*, n. 252.
6. Conc. Vat. II: Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 8; *Const. Decr. Decl.*, p. 106.
7. *Ibid.*; *Const. Decr. Decl.*, p. 105.
8. Conc. Vat. II: Decr. de Oecumenismo *Unitatis redintegratio*, n. 4; *Const. Decr. Decl.*, p. 253.
9. Cf. *ibid.*, n. 6-8; *Const. Decr. Decl.*, pp. 255-258.
10. Cf. *ibid.*, n. 1; *Const. Decr. Decl.*, p. 243.
11. Cf. Paulus VI, Litt. encycl. *Ecclesiam suam*, *A. A. S.* 56 (1964), p. 629.
12. Conc. Vat. II: Const. dogm. de divina Revelatione *Dei verbum*, n. 7; *Const. Decr. Decl.*, p. 428.
13. Cf. *ibid.*, n. 10; *Const. Decr. Decl.*, p. 431.
14. Cf. *ibid.*, n. 8; *Const. Decr. Decl.*, p. 430.
15. Conc. Vat. II: Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 12; *Const. Decr. Decl.*, p. 113 s.
16. *Ibid.*; *Const. Decr. Decl.*, p. 114.
17. Cf. *ibid.*, n. 35; *Const. Decr. Decl.*, p. 157.
18. Conc. Vat. II: Const. dogm. de divina Revelatione *Dei verbum*, n. 8; *Const. Decr. Decl.*, p. 430.

Pontifex Paulus VI animadvertit Ecclesiae Pastores suum "testimonium" proferre "positum et infixum in sancta Traditione sacrisque Bibliis atque totius Populi Dei vita alitum"[19].

Sed ad solos hos Pastores, Petri ceterorumque Apostolorum successores, ex divina institutione pertinet authentice, id est auctoritate Christi diversis modis participata, docere fideles; quibus satis habere non licet eos audire velut doctrinae catholicae peritos, sed qui iis nomine Christi docentibus obsequi debent adhaesione congrua mensurae auctoritatis, qua pollent et qua uti intendunt[20]. Ideo Concilium Vaticanum II, vestigia Concilii Vaticani I persequens, docuit Christum in Petro instituisse "perpetuum ac visibile unitatis fidei et communionis principium et fundamentum"[21]; ac Summus Pontifex Paulus VI asseruit: "Magisterium Episcoporum credentibus signum est ac via qua verbum Dei recipiant atque agnoscant "[22]. Quantumvis igitur Sacrum Magisterium ex comtemplatione, vita et investigatione fidelium fructus percipiat, eius munus non reducitur ad sanciendum eorum iam expressum consen-
400 sum; quin potius, in verbo Dei scripto vel tradito / interpretando et explicando, illum consensum etiam praevenire et requirere potest[23]. Ipse demum Populus Dei, ne, in uno corpore Domini sui, unius fidei communionem deperdat (cf. *Eph.* 4, 4 et 5), interventu et auxilio Magisterii tum maxime indiget, cum in eius sinu circa doctrinam credendam aut tenendam dissensiones oriuntur et manant.

3. DE INFALLIBILITATE MAGISTERII ECCLESIAE

Iesus Christus autem Magisterium Pastorum, quibus munus commisit docendi Evangelium universo Populo suo totique familiae humanae, congruo infallibilitatis charismate circa res fidei et morum instructum esse voluit. Quod, cum non procedat ex novis revelationibus, quibus Successor Petri Collegiumque Episcoporum fruantur[24], ipsos non eximit a cura perscrutandi, aptis mediis adhibitis, divinae revelationis thesaurum in Sacris Litteris, quibus veritas incorrupte docetur, quam Deus salutis nostrae causa conscribi voluit[25], atque in viva, quae est ab Apostolis, Traditione[26]. In munere autem suo adimplendo, Ecclesiae Pastores assistentia Spiritus Sancti gaudent, quae apicem suum attingit, quando Populum Dei tali modo erudiunt, ut, ex promissionibus Christi in Petro ceterisque Apostolis datis, doctrinam necessario immunem ab errore tradant.

Quod quidem evenit, cum Episcopi per orbem dispersi, sed in communione cum Successore Petri docentes, in unam sententiam tamquam definitive tenendam conveniunt[27]. Quod manifestius etiam habetur, et quando Episcopi actu collegiali – sicut in Conciliis Oecumenicis – una cum visibili eorum Capite, doctrinam tenendam definiunt[28], et / quando Romanus Pontifex 401
"ex cathedra loquitur, id est, cum omnium christianorum Pastoris et Doctoris munere fungens, pro suprema sua apostolica auctoritate doctrinam de fide vel moribus ab universa Ecclesia tenendam definit"[29].

Secundum autem catholicam doctrinam, infallibilitas Magisterii Ecclesiae non solum ad fidei depositum se extendit, sed etiam ad ea, sine quibus hoc depositum rite nequit custodiri et exponi[30]. Extensio vero illius infallibilitatis ad ipsum fidei depositum, est veritas quam Ecclesia inde ab initiis pro comperto habuit in promissionibus Christi esse revelatam. Qua nixum veritate, Concilium Vaticanum I materiam fidei catholicae definivit: "Fide divina et catholica ea omnia credenda sunt, quae in verbo Dei scripto vel tradito continentur et ab Ecclesia sive sollemni iudicio, sive ordinario et universali magisterio tamquam divinitus revelata credenda proponuntur"[31]. Ea ergo fidei catholicae obiecta – quae dogmatum nomine nuncupantur – necessario sunt et quovis tempore fuerunt incommutabilis norma, sicut pro fide, ita etiam pro scientia theologica.

4. DE DONO INFALLIBILITATIS ECCLESIAE NON EXTENUANDO

Ex iis quae dicta sunt de extensione et condicionibus infallibilitatis Populi Dei ac Magisterii Ecclesiae, consequitur nequaquam christifidelibus fas esse agnoscere in Ecclesia fundamentalem tantum, ut quidam contendunt, in vero permanentiam, quae componi possit cum erroribus passim diffusis in sententiis, quas Ecclesiae Magisterium definitive tenendas docet, aut in Populi Dei indubitanti consensu de rebus fidei et morum.

Verum quidem est fide salutari homines sese convertere ad Deum[32], qui in Iesu Christo Filio suo se revelat; sed perperam quis inde inferat Ecclesiae dogmata, quae alia mysteria exprimunt, parvi fieri aut etiam / ne- 402
gari posse. Quinimmo conversio ad Deum, quam fide praestare debemus, oboeditio quaedam est (cf. *Rom.* 16, 26), quae aptetur oportet naturae Revelationis divinae eiusque exigentiis. Haec autem Revelatio in toto ordine salutis enarrat, et christianorum moribus applicandum docet, mysterium Dei, qui Filium suum misit in mundum (cf. *1 Io.* 4, 14); ac praeterea ipsa postulat, ut, plenum intellectus et voluntatis obsequium Deo revelanti praestantes[33], bono nuntio salutis assentiamur prout a Pastoribus Ecclesiae infallibiliter docetur. Christifideles igitur per fidem sese convertunt, sicut oportet, ad Deum in Christo sese revelantem, cum adhaerent ipsi in tota fidei catholicae doctrina.

19. Paulus VI, Adhort. apost. *Quinque iam anni*, *A.A.S.* 63 (1971), p. 99.
20. Cf. Conc. Vat. II: Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 25; *Const. Decr. Decl.*, p. 138 s.
21. *Ibid.*, n. 18; *Const. Decr. Decl.*, p. 124 s. Cf. Conc. Vat. I: Const. dogm. *Pastor aeternus*, Prologus; *Conciliorum Oecumenicorum Decreta*, ed. Istituto per le Scienze Religiose di Bologna, Herder, 1973, p. 812 (Denz.-Schön. 3051).
22. Paulus VI, Adhort. apost. *Quinque iam anni*, *A.A.S.* 66 (1971), p. 100.
23. Cf. Conc. Vat. I: Const. dogm. *Pastor aeternus*, cap. 4; *Conc. Oec. Decr.*, p. 815 s. (Denz.-Schön. 3069, 3074). Cf. etiam Decr. S. Congr. S. Off. *Lamentabili*, n. 6, *A.S.S.* 40 (1907), p. 471 (Denz.-Schön. 3406).
24. Conc. Vat. I: Const. dogm. *Pastor aeternus*, cap. 4; *Conc. Oec. decr.*, p. 816 (Denz.-Schön. 3070). Cf. Conc. Vat. II: Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 25, et Const. dogm. de divina Revelatione *Dei verbum*, n. 4; *Const. Decr. Decl.*, p. 141 et 426.
25. Cf. Conc. Vat. II: Const. dogm. de divina Revelatione *Dei verbum*, n. 11; *Const. Decr. Decl.*, p. 434.
26. Cf. *ibid.*, n. 9 s.; *Const. Decr. Decl.*, pp. 430-432.
27. Cf. Conc. Vat. II: Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 25; *Const. Decr. Decl.*, p. 139.
28. Cf. *ibid.*, n. 25 et 22; *Const. Decr. Decl.*, pp. 139 et 133.
29. Conc. Vat. I: Const. dogm. *Pastor aeternus*, cap. 4; *Conc. Oec. Decr.*, p. 816 (Denz.-Schön. 3074). Cf. Conc. Vat. II: *ibidem*, n. 25; *Const. Decr. Decl.*, pp. 139-141.
30. Cf. Conc. Vat. II: Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 25; *Const. Decr. Decl.*, p. 139.
31. Conc. Vat. I: Const. dogm. *Dei Filius*, cap. 3; *Conc. Oec. Decr.*, p. 807 (Denz.-Schön. 3011). Cf. *C.I.C.*, can. 1323, § 1 et 1325, § 2.
32. Cf. Conc. Trid. Sess. 6: Decr. *de Iustificatione*, cap. 6; *Conc. Oec. Decr.*, p. 672 (Denz.-Schön. 1526); cf. etiam Conc. Vat. II: Const. dogm. de divina Revelatione *Dei verbum*, n. 5; *Const. Decr. Decl.*, p. 426.
33. Cf. Conc. Vat. I: Const. de Fide Catholica *Dei Filius*, cap. 3; *Conc. Oec. Decl.*, p. 807 (Denz.-Schön. 3008); cf. etiam Conc. Vat. II: Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei verbum*, n. 5; *Const. Decr. Decl.*, p. 426.

http://www.obrascatolicas.com

Exsistit profecto ordo ac veluti hierarchia dogmatum Ecclesiae, cum diversus sit eorum nexus cum fundamento fidei[34]. Haec autem hierarchia significat quaedam ex dogmatibus inniti aliis tamquam principalioribus iisdemque illuminari. Omnia autem dogmata, quippe quae revelata sunt, eadem fide divina credenda sunt[35].

5. DE NOTIONE INFALLIBILITATIS ECCLESIAE NON CORRUMPENDA

Transmissio Revelationis divinae ab Ecclesia in difficultates varii generis incurrit. Hae autem oriuntur ex eo, quod arcana Dei mysteria "suapte natura intellectum humanum sic excedunt, ut etiam revelatione tradita et fide suscepta, ipsius tamen fidei velamine contecta et quasi caligine obvoluta maneant"[36]; atque etiam ex historica exprimendae Revelationis condicione.

Ad hanc historicam condicionem quod attinet, initio observandum est sensum, quem enuntiationes fidei continent, partim pendere e linguae adhibitae vi significandi certo quodam tempore certisque rerum adiunctis. Praeterea, nonnumquam contingit, ut veritas aliqua dogmatica primum modo incompleto, non falso tamen,
403 exprimatur, ac / postea, in ampliore contextu fidei aut humanarum cognitionum considerata, plenius et perfectius significetur. Deinde, Ecclesia novis suis enuntiationibus, ea quae in Sacra Scriptura aut in praeteritis Traditionis expressionibus iam aliquomodo continentur, confirmare aut dilucidare intendit, sed simul de certis quaestionibus solvendis erroribusque removendis cogitare solet; quarum omnium rerum ratio habenda est, ut illae enuntiationes recte explanentur. Denique, etsi veritates, quas Ecclesia suis formulis dogmaticis reapse docere intendit, a mutabilibus alicuius temporis cogitationibus distinguuntur et sine iis exprimi possunt, nihilominus interdum fieri potest, ut illae veritates etiam a Sacro Magisterio proferantur verbis, quae huiusmodi cogitationum vestigia secumferant.

His consideratis, dicendum est *formulas* dogmaticas Magisterii Ecclesiae veritatem revelatam ab initio apte communicasse et, manentes easdem, eam in perpetuum communicaturas esse recte interpretantibus ipsas[37]. Exinde tamen non consequitur singulas earum pari ratione ad id efficiendum aptas fuisse aut aptas mansuras esse. Qua de causa theologi accurate circumscribere satagunt intentionem docendi, quam diversae illae formulae reapse continent, atque hac opera sua vivo Magisterio Ecclesiae, cui subduntur, conspicuum praestant auxilium. Eadem insuper de causa fieri solet, ut antiquae formulae dogmaticae et aliae iis veluti proximae, in consueto Ecclesiae usu, vivae ac frugiferae permaneant, ita tamen ut iis opportune novae expositiones enuntiationesque adiungantur, quae congenitum illarum sensum custodiant et illustrent. Porro aliquando etiam factum est, ut in consueto illo Ecclesiae usu, quaedam ex illis formulis cederent novis dicendi modis qui, a Sacro Magisterio propositi vel approbati, eundem sensum clarius pleniusque exhibebant.

Ipse autem *sensus* formularum dogmaticarum semper verus ac secum constans in Ecclesia manet, etiam cum magis dilucidatur et plenius intellegitur. Christifideles ergo se avertant oportet ab opinione secundum quam: primum quidem formulae dogmaticae (aut quaedam earum genera) non possint significare determinate veritatem, sed tantum eius commutabiles approximationes, ipsam quodammodo deformantes seu alterantes;
404 deinde eaedem formulae veritatem indetermi/nate tantum significent iugiter quaerendam per supradictas approximationes. Qui talem opinionem amplectantur, relativismum dogmaticum non effugiunt et infallibilitatis Ecclesiae conceptum corrumpunt, qui ad veritatem determinate docendam et tenendam refertur.

Dissidet certe huiusmodi opinio a declarationibus Concilii Vaticani I, quod, etsi conscium progressus Ecclesiae in cognoscenda veritate revelata[38], nihilominus docuit: "Sacrorum ... dogmatum is sensus perpetuo est retinendus quem semel declaravit sancta mater Ecclesia, nec umquam ab eo sensu, altioris intelligentiae specie et nomine, recedendum"[39]; et quod sententiam damnavit iuxta quam fieri posset "ut dogmatibus ab Ecclesia propositis aliquando secundum progressum scientiae sensus tribuendus sit alius ab eo quem intellexit et intellegit Ecclesia"[40]. Dubium non est quin, iuxta illos Concilii textus, sensus dogmatum, quem Ecclesia declarat, determinatus et irreformabilis sit.

Discrepat quoque praefata opinio ab iis quae, cum inauguraret Concilium Vaticanum II, Summus Pontifex Ioannes XXIII de doctrina christiana enuntiavit: "Oportet ut haec doctrina certa et immutabilis, cui fidele obsequium est praestandum, ea ratione pervestigetur et exponatur, quam tempora postulant nostra. Est enim aliud depositum fidei, seu veritates quae doctrina veneranda continentur, aliud modus quo eaedem enuntiantur, eodem tamen sensu eademque sententia"[41]. Cum Successor Petri hic loquatur de doctrina christiana certa et immutabili, de deposito fidei quod idem sit ac veritates in hac doctrina contentae, de his veritatibus denique eodem sensu servandis, liquet eum agnoscere sensum dogmatum nobis dignoscibilem, verum et immutabilem. Novitas autem quam ipse, pro temporum nostrorum necessitate, commendat, pertinet tantum ad modos pervestigandi, exponendi et enuntiandi illam doctrinam cum eius permanenti sensu. Haud dissimili modo Summus Pontifex Paulus VI Ecclesiae Pastores exhortans declaravit: "Nunc autem acriter anniti debemus ut doctrina fidei plenitudinem suae significationis suique ponderis servet, licet ea ratione enuntietur, quae mentes et corda hominum, quibus traditur, contingat"[42].
405

6. DE ECCLESIA CUM SACERDOTIO CHRISTI CONSOCIATA

Christus Dominus, novi et aeterni foederis Pontifex, populum quem suo sanguine acquisivit, cum perfecto suo sacerdotio (cf. *Hebr.* 7, 20-22 et 26-28; – 10, 14 et 21) consociare et configurare voluit. Donavit ergo Ecclesiam suam participatione sacerdotii sui, nempe sacerdotio communi fidelium et sacerdotio ministeriali seu

34. Cf. Conc. Vat. II: Decr. de Oecumenismo *Unitatis redintegratio*, n. 11; *Const. Decr. Decl.*, p. 260.

35. *Réflexions et suggestions concernant le dialogue oecuménique*, IV, 4 b, in *Secrétariat pour l'Unité des Chrétiens: Service d'information*, n. 12 (déc. 1970, IV) p. 7 s.; *Reflections and Suggestions Concerning Ecumenical Dialogue*, IV, 4 b, in *The Secretariat for Promoting Christian Unity: Information Service*, n.12 (Dec. 1970, IV), p. 8.

36. Conc. Vat. I: Const. dogm. *Dei Filius*, cap. 4; *Conc. Oec. Decr.*, p. 808 (Denz.-Schön. 3016).

37. Cf. Pius IX, Breve *Eximiam tuam*, *A.S.S.* 8 (1874-75), p. 447 (Denz.-Schön. 2831); Paulus VI, Litt. encycl. *Mysterium fidei*, *A.A.S.* 57 (1965), p. 757 s., et *L'oriente cristiano nella luce di immortali Concili*, in *Insegnamenti di Paolo VI*, vol. 5, Tip. Poligl. Vatic., p. 412 s.

38. Cf. Conc. Vat. I: Const. *Dei Filius*, cap. 4; *Conc. Oec. Decr.*, p. 809 (Denz.-Schön. 3020).

39. *Ibid.*

40. *Ibid.*, can. 3; *Conc. Oec. Decr.*, p. 811 (Denz.-Schön. 3043).

41. Ioannes XXIII, Alloc. in Concilii Vaticani ianuguratione, *A.A.S.* 54 (1962), p. 792. Cf. Conc. Vat. II: Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes*, n. 62; *Const. Decr. Decl.*, p. 780.

42. Paulus VI, Adhort. apost. *Quinque iam anni*, *A.A.S.* 63 (1971), p. 100 s.

hierarchico, quae, etsi non tantum gradu sed essentia differunt, mutuo tamen in Ecclesiae communione ordinantur[43].

Commune fidelium sacerdotium, quod iure etiam regale appellatur (cf. *1 Petr.* 2, 9; *Apoc.* 1, 6; – 5, 9 s.), quia per ipsum christifideles, ut membra populi messianici, cum Rege suo caelesti coniunguntur, confertur sacramento baptismi. Hoc sacramento fideles "in Ecclesia incorporati, ad cultum religionis christianae ... deputantur", per signum inamissibile, characterem appellatum, et ipsi "in filios Dei regenerati, fidem quam a Deo per Ecclesiam acceperunt, coram hominibus profiteri tenentur"[44]. Qui igitur baptismo sunt renati, "vi regalis sui sacerdotii, in oblationem Eucharistiae concurrunt, illudque in sacramentis suscipiendis, in oratione et gratiarum actione, testimonio vitae sanctae, abnegatione et actuosa caritate exercent"[45].

Praeterea Christus, Ecclesiae, sui mystici corporis Caput, ministros sui sacerdotii, qui personam eius in Ecclesia gererent[46], constituit Apostolos suos et, per eos, successores eorum Episcopos, qui susceptum hoc sanctum ministerium, subordinato gradu, Presbyteris quoque legitime tradiderunt[47]. Sic in Ecclesia orta est apostolica sacerdotii ministerialis successio ad gloriam Dei et in servitium Populi eius totiusque familiae humanae ad Deum convertendae.

Hoc sacerdotio Episcopi et Presbyteri "quodam
406 modo in sinu Po/puli Dei segregantur, non tamen ut separentur, sive ab eo, sive a quovis homine, sed ut totaliter consecrentur operi ad quod Dominus eos assumit"[48], operi nempe sanctificandi, docendi et regendi, cuius exercitium hierarchica communione pressius determinatur[49]. In hoc multiformi opere indolem principii et fundamenti habet non intermissa praedicatio Evangelii[50], indolem vero culminis et fontis totius vitae christianae, sacrificium eucharisticum[51], quod sacerdotes, personam Christi Capitis gerentes, ipsius et membrorum eius corporis mystici nomine[52], in Spiritu Sancto offerunt Deo Patri; quodque sacra cena integratur, qua christifideles, unum Christi corpus participantes, unum corpus omnes efficiuntur (cf. *1 Cor.* 10, 16 s.).

Ecclesia magis magisque scrutata est indolem sacerdotii ministerialis, quod, ab aetate apostolica stabili modo sacro ritu collatum, in conspectu est (cf. *1 Tim.* 4, 14; *2 Tim.* 1, 6). Assistente igitur Spiritu Sancto, ipsa clarius in dies perspexit Deum ei significare voluisse hunc ritum non tantum conferre sacerdotibus augmentum gratiae ad ecclesiastica munia sancte obeunda, sed etiam inamissibilem Christi obsignationem, seu characterem, quo ad sua munera deputarentur, idonea potestate ditati, e suprema Christi potestate derivata. Permanens autem existentia huius characteris, cuius naturam theologi aliter atque aliter explicant, a Concilio Florentino tradita est[53] et a Concilio Tridentino in duobus decretis confirmata[54]. Recens vero Concilium Vaticanum II non semel eam memoravit[55], et Secundus Generalis Coetus Synodi Episcoporum iure notavit ad doctrinam fidei pertinere existentiam characteris sacerdotalis per totam vitam perma/nentis[56]. Haec stabi-
407 lis characteris sacerdotalis existentia a fidelibus agnoscenda est atque ad ipsam attendere oportet, ut recte iudicetur de natura sacerdotalis ministerii et de congruis eius exercitii modis.

Sacrae autem Traditioni et pluribus Magisterii documentis inhaerens, Concilium Vaticanum II de potestate, quae sacerdotii ministerialis est propria, haec docuit: "Si quilibet credentes baptizare potest, sacerdotis tamen est aedificationem Corporis sacrificio eucharistico perficere"[57]; atque: "Idem vero Dominus, inter fideles, ut in unum coalescerent corpus in quo 'omnia membra non eundem actum habent' (*Rom.* 12, 4), quosdam instituit ministros qui, in societate fidelium, sacra Ordinis potestate pollerent Sacrificium offerendi et peccata remittendi"[58]. Haud dissimili modo secundus Generalis Coetus Synodi Episcoporum iure asseruit solum sacerdotem valere personam Christi agere ad praesidendum sacrificali convivio idque perficiendum, in quo Populus Dei oblationi Christi consociatur[59]. Praetermissis nunc quaestionibus de singulorum sacramentorum ministris, e Sacrae Traditionis et Sacri Magisterii testificatione constat christifideles qui, ordinatione sacerdotali non suscepta, proprio ausu munus sibi sumant eucharistiam conficiendi, id non solum prorsus illicite, sed etiam invalide tentare. Huiusmodi autem abusus, sicubi irrepserint, a Pastoribus Ecclesiae reprimendos esse patet.

* * *

Praesens Declaratio neque spectavit neque spectare debebat, ut investigatione de fundamentis nostrae fidei comprobaret divinam Reve/lationem commissam esse
408 Ecclesiae, per quam deinceps incorrupte in mundo servaretur. Sed hoc dogma, a quo fides catholica exordium sumit, in memoriam revocatum est una cum aliis veritatibus ad mysterium Ecclesiae pertinentibus, ut in hodierna mentium perturbatione clare appareat quaenam sit fides doctrinaque christifidelibus amplectenda.

43. Cf. Conc. Vat. II: Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 10; *Const. Decr. Decl.*, p. 110.

44. *Ibid.*, n. 11; *Const. Decr. Decl.*, p. 111.

45. *Ibid.*, n. 10; *Const. Decr. Decl.*, p. 111.

46. Cf. Pius XI, Litt. encycl. *Ad catholici sacerdotii*, *A.A.S.* 28 (1936), p. 10 (Denz.-Schön. 3755). Cf. Conc. Vat. II: Const. dogm. *Lumen gentium*, n. 10, et Decr. de Presbyterorum ministerio et vita *Presbyterorum ordinis*, n. 2; *Const. Decr. Decl.*, p. 110 s., p. 622 s.

4. In casu non existit competentiae conflictus, quia: 1) vir unicum habet domicilium in civitate Bogotensi acquisitum; immo etiam personalitatem iuridicam seu statum civilem columbianum acquisivit una cum uxore. Ideo vir legitime petiit ab Ordinario Bogotensi separationem a mensa et toro, quia uxor sponte sua domicilium coniugale deseruit; uxor autem non poterat separationem petere ab Ordinario Barcinonensi, quia adhuc retinet domicilium viri; 2) dato, sed non concesso, quod uxor separationem petere potuisset ab Ordinario Barcinonensi, Ordinarius Bogotensis est prior tempore, ideoque praevalet; equidem Delegatus episcopalis libellum acceptavit et propriam competentiam pronuntiavit. Tribunal autem Barcinonense non acceptavit libellum et petiit a Signatura Apostolica ut conflictum solveret; 3) Delegatus episcopalis bogotensis causam cognovit via administrativa, Tribunal autem Barcinonense non potest causam cognoscere nisi via iudiciali; atqui conventa non obtinuit transitum a via administrativa ad viam iudicialem.

Consequenter causa cognosci debet via administrativa apud Ordinarium Bogotensem. Hanc viam elegit vir, et Ordinarius loci non statuit ex officio ut causa via iudiciali definiretur.

Uxor procul dubio poterat petere, sed ab Ordinario Bogotensi, transitum ad viam iudicialem. At nec ipsa, nec eius advocatus hoc fecit; e contra, exceptionem posuit contra Ordinarii Bogotensis competentiam, et petiit transitum ad viam iudicialem apud Tribunal Barcinonense ob rationes quae fundamento iuridico carent. Ex alia parte, litterae circulares Nuntiaturae Apostolicae praescribunt ut separatio personalis in Hispaniae dicione via iudiciali decernatur, quando legitime petitur ab Hispaniae Ordinariis; in casu autem vir legitime petiit separationem personalem ab Ordinario Bogotensi, ideoque sufficit ut decretum Delegati episcopalis per Ordinarium Barcinonensem communicetur cum auctoritate civili.

DECISIO.- Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal, in Congressu habito die 17 iulii 1973 coram E.mo Cardinali Praefecto, omnibus mature perpensis, decrevit: *Ordinarium Bogotensem competentem esse in casu, ideoque via administrativa ad ulteriora procedere posse.*

* Apoll 47 (1974) 326-329.

4217

1973 AUG 29.-SC CULTUS DIVINI, DECRETUM. PART.*

De editione typica altera "Ordinis baptismi parvulorum" cum nonnullis variationibus et additamentis inductis

Cum necesse sit ut *Ordo Baptismi parvulorum*, anno 1969 publici iuris factus, iterum typis imprimatur, opportunum visum est editionem alteram eiusdem Ordinis apparare, quibusdam variationibus et additamentis inductis. Maioris momenti sunt haec quae sequuntur:

1. pag. 7, n. 2: loco "a nativa hominum condicione", dicitur: "de potestate tenebrarum erepti";

2. pag. 8, n. 5: post verbum "homines", additur: "ab omni culpae labe, tum originali tum personali, abluit eosque ..";

3. pag. 15, n. 1: delentur verba "habere et";

4. pag. 85, n. 221: loco "a potestate tenebrarum", dicitur: "ab originalis culpae labe nunc".

Quaedam aliae variationes minoris momenti in titulos et in rubricas inductae sunt, quo melius responderent verbis seu dictionibus, quae in libris liturgicis ab anno 1969 in lucem editis occurrunt.

Hanc editionem alteram *Ordinis Baptismi parvulorum*, quam Summus Pontifex Paulus VI auctoritate sua approbavit, Sacra Congregatio pro Cultu Divino nunc emittit et typicam esse declarat.

Curae autem Conferentiarum Episcopalium committitur ut variationes et additamenta, in *Ordine Baptismi parvulorum* facta, in editiones eiusdem Ordinis lingua vernacula apparandas inducant.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Sacrae Congregationis pro Cultu Divino, die 29 augusti 1973, in Passione sancti Ioannis Baptistae. – Arturus Card. TABERA, *Praefectus.* A. Bugnini, Archiep. tit. Diocletianen., *a Secretis.*

* Notit. 9 (1973) 268. Adn. Vide "Variationes et emendationes in Editionem typicam alteram inductae", apud Notit. 9 (1973) 269-272.

4218

1973 SEP 8.-PAULUS VI, MOTU PR. AAS 65 (1973) 577-581

LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE

Normae quaedam statuuntur ad processus matrimoniales apud Ecclesias Orientales expeditius absolvendos

PAULUS PP. VI

Cum matrimonialium causarum numerus nostris temporibus magis in dies augeantur, Nos, sanctitatem germanamque naturam sacri vinculi matrimonii tueri ac simul spirituale fidelium bonum fovere intendentes, Apostolicis Litteris die 28 mensis Martii anno 1971 motu proprio datis, quibus index "Causas matrimoniales", iam consuluimus causis matrimonialibus in Ecclesia Latina expeditius solvendis.

Nunc autem, cum Nobis sollicitudo omnium Ecclesiarum divinitus concredita sit, ut pastoralis caritas Ecclesiae pari modo in Ecclesiis Orientalibus eniteat, auditis Sacra Congregatione pro Ecclesiis Orientalibus, Venerabilibus Fratribus Nostris Patriarchis et plerisque locorum Hierarchis, de ecclesiasticis Tribunalibus apud Ecclesias Orientales componendis deque processu iudiciario matrimoniali simpliciore forma ordinando normas quasdam statuendas esse decrevimus.

Ad hunc igitur finem, firmis manentibus reliquis iuris canonici orientalis vigentis praescriptionibus in Litteris Apostolicis "Sollicitudinem Nostram" a Decessore Nostro Pio PP. XII die 6 Ianuarii 1950 sancitis, Nos, praesentibus hisce Litteris, motu proprio ac de certa scientia, auctoritate Nostra Apostolica has, quae sequuntur, normas pro Ecclesiis Orientalibus
578 ubique terrarum, decernimus et statuimus. /

DE FORO COMPETENTI

I. Causae matrimoniales baptizatorum iure proprio ad iudicem ecclesiasticum spectant.

II. Firmis, ubi vigeant, Statutis Personalibus, causae de effectibus matrimonii mere civilibus, si principaliter agantur, pertinent ad civilem magistratum, sed si incidenter et accessorie, possunt etiam a iudice ecclesiastico ex propria auctoritate cognosci ac definiri.

III. Omnes causae matrimoniales, ad eos spectantes, de quibus in Litteris Apostolicis "Sollicitudinem Nostram", can. 15, n. 1, illa Congregatio vel Tribunal aut specialis Commissio exclusive cognoscit, cui eas Summus Pontifex in singulis casibus commiserit.

IV. § 1. In ceteris causis nullitatis matrimonii competens est:

a) Tribunal loci in quo matrimonium celebratum est, vel

b) Tribunal loci in quo pars conventa commorationem non precariam habet, quae ex aliquo ecclesiastico documento vel alio legitimo modo probari possit, vel

c) Tribunal loci in quo de facto colligendae sint pleraeque depositiones seu probationes, dummodo accedat consensus tum Ordinarii loci commorationis habitualis partis conventae, tum Ordinarii loci et praesidis Tribunalis aditi.

§ 2. Si casus accidat de quo in praecedenti § 1, c), Tribunal, antequam causam admittat, exquirat a parte conventa, num quid excipiendum habeat contra forum aditum a parte actrice.

§ 3. Mutatis substantialiter circumstantiis aut locorum aut personarum de quibus in § 1, instantia ante conclusionem in causa potest transferri in casibus particularibus de uno ad aliud Tribunal aeque competens, si accedat consensus partium et utriusque Tribunalis.

DE CONSTITUTIONE TRIBUNALIUM

V. § 1. Si in Tribunali primi et secundi gradus collegium trium iudicum clericorum efformari nequeat, Patriarcha vel Archiepiscopus Maior audita Synodo permanenti, facultate instruitur permittendi in praedictis gradibus constitutionem collegii ex duobus clericis et uno viro laico; extra patriarchatus vel archiepiscopatus, eadem facultate / gaudet Metropolita auditis duobus, 579
ordine praecedentiae, prioribus provinciae episcopis; in aliis casibus recurratur ad Sedem Apostolicam.

§ 2. In primo gradu, cum nec per aggregationem viri laici collegium de quo in § 1 efformari possit, singulis in casibus causae nullitatis matrimonii clerico tamquam iudici unico per easdem auctoritates et eodem modo ac in § 1 demandari possunt. Qui iudex procedere debet iuxta canones 227-452 et 468-500 Litt. Apost. "Sollicitudinem Nostram", et, ubi fieri possit, assessorem et auditorem in iudicio sibi asciscat.

VI. Ad munus assessoris et auditoris in Tribunalibus cuiusvis gradus viri laici possunt vocari; munus autem notarii sive viri sive mulieres suscipere possunt.

VII. Laici ad huiusmodi munere assumendi fulgeant catholica fide et bonis moribus ac simul iuris canonici scientia. Cum autem agitur de munere iudicis viro laico conferendo, de quo in n. V, § 1, ii praeferantur qui etiam consuetudinem fori habeant.

DE APPELLATIONIBUS

VIII. § 1. A prima sententia, matrtmonii nullitatem declarante, vinculi defensor ad superius Tribunal provocare tenetur intra legitimum tempus: quod si facere neglegat, auctoritate praesidis vel iudicis unici compellendus est.

§ 2. Apud Tribunal secundae instantiae vinculi defensor suas animadversiones exhibeat ut dicat utrum contra decisionem latam in primo gradu aliquid opponendum habeat necne. Contra quas animadversiones collegium, si opportunum censuerit, partium earumve patronorum animadversiones exquirat.

§ 3. Visa sententia et perpensis animadversionibus defensoris vinculi necnon, si exquisitae et datae fuerint, partium earumve patronorum, collegium suo decreto vel decisionem primi gradus ratam habet, vel ad ordinarium examen secundi gradus causam admittit. In priore

http://www.obrascatolicas.com

casu, nemine recurrente, ius est coniugibus, qui alioquin non impediantur, decem diebus a decreti publicatione elapsis, novas nuptias contrahere. /
580 tione elapsis, novas nuptias contrahere. /

IX. § 1. Adversus decretum collegii, sententiam primi gradus ratam habens, defensor vinculi vel pars, quae se gravatam putet, ius habent recurrendi, intra decem dies a die publicationis decreti, ad superius Tribunal, sed tantummodo prolatis novis et gravibus argumentis, quae tamen praesto sint. Hujusmodi argumenta debent exhiberi Tribunali tertii gradus intra mensem ab interposito recursu.

§ 2. Defensor vinculi tertii gradus, audito praeside Tribunalis, potest a recursu recedere; quo in casu Tribunal declarat litem finitam. Si autem pars recurrat, Tribunal, perpensis argumentis allatis, intra mensem ab interposito recursu vel recursum reicit per decretum, vel causam admittit ad ordinarium tertii gradus examen.

DE REGULIS IN CASIBUS EXCEPTIS

X. Cum ex certo et authentico documento, quod nulli contradictioni vel exceptioni obnoxium sit, constiterit de exsistentia impedimenti dirimentis, simulque pari certitudine, ex certo et authnetico documento vel etiam alio legitimo modo habita, patuerit dispensationem super his impedimentis datam non esse, hisce in casibus, praetermissis sollemnitatibus in iure recensitis, poterit Hierarcha citatis partibus et interveniente defensore vinculi, matrimonii nullitatem declarare.

XI. Item sub iisdem clausulis et eodem modo de quibus in n. X, Hierarcha matrimonii nullitatem declarare tunc etiam poterit, cum causa instituta est ex defectu formae canonicae vel ex defectu validi mandati procuratoris.

XII. Adversus hanc declarationem defensor vinculi, si prudenter existimaverit impedimenta aut defectus, de quibus in nn. X et XI, non esse certa aut dipensationem super eisdem probabiliter intercessisse, provocare tenetur ad iudicem secundae instantiae, ad quem acta transmittenda sunt, quique scripto monendus est agi de casu speciali.

XIII. Iudex alterius instantiae, cum solo interventu defensoris vinculi, decernet eodem modo, de quo in n. X, utrum sententia sit confirmanda, an potius procedendum in causa sit ad ordinarium tramitem iuris: quo
581 in casu eam remittit ad Tribunal primae instantiae./

NORMAE TEMPORARIAE

1. Die quo praesentes Litterae Apostolicae vigere incipient, causa matrimonialis, quae, post primam sententiam matrimonii nullitatem declarantem, apud superius Tribunal ex appellatione legitima prosequitur, interim suspendatur.

2. Vinculi defensor Tribunalis secundae instantiae animadversiones suas exhibeat super omnia, quae sive decisionem latam in primo gradu respiciunt, sive actis in altero gradu eo usque expletis continentur, ut dicat utrum contra decisionem latam in primo gradu aliquid opponendum habeat necne. Contra quas animadversiones collegium, si opportunum censuerit, partium earumve patronorum animadversiones exquirat.

3. Perpensis animadversionibus defensoris vinculi necnon, si exquisitae et datae fuerint, partium earumve patronorum et visa sententia primi gradus, collegium suo decreto vel decisionem primi gradus ratam habet, vel causam in ordinario examine secundi gradus prosequendam esse decernit. In priore casu, nemine recurrente, ius est coniugibus, qui alioquin non impediantur, decem diebus a decreti publicatione elapsis, novas contrahendi nuptias. In altero vero casu instantia prosequenda erit usque ad definitivam sententiam.

Supra statutae normae valebunt donec disciplina canonica orientalis iuxta Decreta et ad mentem Concilii Oecumenici Vaticani II organice recognoscatur.

Quae omnia a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia rata ac firma esse volumus, contrariis quibuscumque, etiam specialissima mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die 8 mensis Septembris, in festo Nativitatis B. Mariae Virginis, anno 1973, Pontificatus Nostri undecimo.–PAULUS PP. VI.

Adn. E. EID in Apoll 47 (1974) 491-501.

4219

1973 SEP 10.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 65 (1973) 493-497

Allocutio Instituti iuris internationalis sodalibus Romae coetum habentibus:

De principiis iuridicis, socialibus et humanis, quibus communitas internationalis debet hodie ordinari

Monsieur le Président, Chers Messieurs, Nous apprétions vivement la visite que vous Nous réservez ce matin, au cours de la Session qui réunit en ce moment à Rome les Membres et Associés de l'Institut de droit international. Notre Prédécesseur Benoît XV, qui avait tant souffert des herreurs de la première guerre mondiale, avait déjà salué votre Institut avec satisfaction, comme une contribution de choix à un ordre international plus juste et plus stable. Devant une telle Académie de juristes, dont la compétence et l'expérience sont reconnues au forum international, Nous sommes heureux, à notre tour, d'exprimer notre estime et nos encouragements. Oui, le travail que vous accomplissez est bien digne de susciter l'éloge et l'intérêt de tous ceux qui prennent à coeur les droits des personnes physiques et morales, des communautés nationales, et leur harmonie avec le bien commun universel. Et vous savez que le Saint-Siège, dans sa mission spirituelle, se sent étroitement solidaire d'une oeuvre qui importe si grandement à l'établissement et au développement de la justice et de la paix dans la famille humaine. Votre illustre Président l'a du reste rappelé, lors de l'ouverture de votre session, en de nobles paroles que Nous avons lues avec grand plaisir et dont Nous le remercions vivement.

Vous fêtez précisément le centenaire de votre Institut. Le bilan que vous avez pu établir à cette occasion, et dont Nous avons pris connaissance avec attention, ne laisse pas d'être impressionnant. Certes, vos débats et les résolutions qui en sont le fruit n'ont pas toujours reçu la / consécration du droit positif et encore moins 494
sans doute leur application dans les moeurs internationales, car cela dépasse votre pouvoir. Mais, de session en session aux quatre coins du monde, votre labeur patient et hautement spécialisé a grandement contribué, Nous n'en doutons pas, à mûrir bien les questions de droit international, soit public, soit privé; il a suscité de fécondes confrontations et préparé les esprits à élaborer, à ratifier des instruments juridiques qui ont fait progresser la justice. Nous pourrions évoquer, par exemple, tout ce qui touche aux droits de l'homme, particulièrement ceux des apatrides, des réfugiés, des populations civiles en temps de guerre: qu' il suffise de citer le fameux manuel d'Oxford rédigé dès 1880, qui énumère les principes humanitaires à respecter en tout conflit et qui a donné une des premières impulsions à l'élaboration d'un thème toujours plus complexe et très

actuel. Nous pensons par ailleurs à tout ce que vous avez fait pour la protection du patrimoine commun des mers, aujourd'hui de l'espace. Plutôt que d'en dresser la liste, Nous préférons souligner ce qui caractérise l'ensemble de votre travail auquel Nous rendons hommage.

Car c'est une oeuvre ardue qui vous échoit. D'une part, vous devez vous attacher fermement aux droits fondamentaux des personnes et au bien commun qui les garantit, à cet idéal de justice qui correspond à la concience juridique d'un monde civilisé et qui, pour Nous, repose sur un droit naturel inspiré par le Créateur, sur l' "ordre naturel de justice" comme se plaisait à dire notre Prédécesseur Pie XII. Et en même temps, vous devez être réalistes, en un sens même pragmatistes: les principes doivent pouvoir trouver dès maintenant, dans le monde tel qu' il est, une application concrète, efficace, et donc se référer à des systèmes juridiques différents, obtenir si possible l'assentiment des Etats, bien que la force obligatoire des règles du droit ait par elle-même une vigueur qui ne saurait dépendre de ceux-ci. Vous vous trouvez aussi en face de données nouvelles, imprévues, comme ces actes de violence qui se multiplient dangereusement. C'est dire les qualités dont il vous faut faire preuve: ténacité, collaboration, souplesse, prudence, et par dessus tout une invincible confiance dans le sens du droit, pour inscrire toujours davantage celui-ci dans les rapports entre les hommes et entre les peuples. Demeurez-en bien convaincus: plus le droit semble oublié, voire méprisé, plus deviennent évidentes sa grandeur, son absolue nécessité pour la vie en commun ordonnée de la societé.

Une autre caractéristique qui Nous est très chère, c'est l'universalité du droit que vous cherchez à mettre
495 en oeuvre. Une Eglise "catholique" / y demeure évidemment très sensible. Cet esprit d'universalité Nous semble inspirer votre activité dans les deux secteurs où elle se déploie, au bénefice du droit privé comme du droit public. Vu les multiples échanges d'aujourd'hui, il apparaît en effet indispensable de pouvoir dirimer les conflits qui surgissent entre les divers systèmes du droit privé, chargés de réglementer les contrats entre les personnes physiques ou entre les personnes morales. En respectant les lois nationales qui codifient ce droit selon le génie et les coutumes de chaque peuple, la justice demande de promouvoir une certaine unification, ou du moins de dégager des critères susceptibles d'être admis par tous. A plus forte raison, le droit public ne saurait rester sourd à un certain nombre d'exigences qui dépassent le bien et les intérêts de chaque Etat: il existe un bien commun universel, c'est de plus en plus manifeste. Et seul un droit international peut en fixer les normes.

Pie XII soulignait déjà à ce propos: "Chaque Etat est inséré dans l'ordre du droit international et par là dans l'ordre du droit naturel qui soutient et couronne le tout... Chaque Etat est immédiatement sujet du droit international"[1]. Et plus récemment le Concile Vatican II notait ce qui vous est familier: "Le bien commun, c'est-à-dire cet ensemble de conditions sociales qui permettent, tant aux groupes qu'à chacun de leurs membres, d'atteindre leur perfection d'une façon plus totale et plus aisée, prend aujourd'hui une extension de plus en plus universelle, et par suite recouvre des droits et des devoirs qui concernent tout le genre humain. Tout groupe doit tenir compte... du bien commun de l'ensemble de la famille humaine"[2]. On pense évidemment à la sauvegarde d'un patrimoine commun à toute l'humanité et l'écologie nous en fera

1. Discours à des juristes italiens, 6-12-1953, cf. *A.A.S.* 45 (1953), p. 796.
2. Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes*, n. 26 § 1.

prendre de plus en plus conscience. Mais l'ordre des choses restant subordonné à l'ordre des personnes[3], le bien commun universel ne vise pas moins la garantie des droits imprescriptibles de la personne humaine et des conditions générales de leur exercice. Il y va d'ailleurs de la paix internationale, et Nous sommes heureux de lire dans une résolution de votre Institut, à la Session de Lausanne de 1947: "Un ordre juridique efficace entre Etats est inséparable du respect de la personne humaine dans l'ordre interne de chaque Etat". C'est votre honneur de contribuer à l'élaboration d'un droit public international, et d'ouvrir ainsi la voie à des
496 mesures / qui en permettront l'application sous forme de traités, pactes, accords, conventions ou tout autre instrument juridique adéquat.

Certes ce droit public international demeure encore aujourd'hui vulnérable et précaire, car il ne trouve pas, au niveau universel, une autorité publique analogue à celle qui garantit le bien commun de chaque Etat. C'est ce que amenait Jean XXIII, dans l'encyclique "Pacem in terris" dont nous célebrons le dixième anniversaire, à appeler de ses voeux la constitution d'une autorité publique de compétence universelle, en même temps bien sûr qu'un progrès moral des conciences. Une telle autorité devrait être reconnue par tous et jouir d'une puissance efficace susceptible d'assurer à tous la sécurité, le respect de la justice et la garantie des droits[4]. Il s'agit là d'un projet délicat, qui semble dépasser les perspectives immédiates et les possibilités concrètes d'aujourd'hui, mais dans lequel l'humanité voit de plus en plus un idéal à poursuivre. Nous-même, Nous encourageons, vous le savez, les instances suprêmes internationales qui en sont les premières esquisses et qui Nous apparaissent comme le chemin obligé de la civilisation moderne et de la paix mondiale. Mais c'est un problème qui, tout en demeurant posé par vos recherches juridiques et peut-être sous-jacent à vos voeux, ne rentre pas directement dans le cadre de votre pouvoir et de votre compétence. A juste titre par contre, votre session va vous permettre d'étudier l'avenir du droit public international. Pour l'heure, il s'agit. semble-t-il, d'aménager pas à pas, avec l'assentiment des parties en cause et par l'entremise des nombreuses organisations internationales auxquelles elles adhèrent, ces multiples garanties qui limitent les atteintes au droit des gens et sauvegardent, promeuvent le bien commun universel. En même temps, vous contribuez à fortifier une conscience du droit international, qui trouve un écho non négligeable dans l'opinion publique.

Votre noble Académie, chers Messieurs, rassemble des experts d'horizons culturels et spirituels très différents. Et cependant, une passion commune vous habite: celle de rechercher, dans tous les domaines, des solutions de raison, de justice, d'impartialité; celle de promouvoir un règlement pacifique des conflits, de bannir les solutions de force, en vous référant aux droits fondamentaux inscrits dans la nature et la conscience de l'homme, à ses devoirs aussi et aux nécessités du bien commun universel. Une telle recherche désintéressée rejoint, pour sa part, le dessein de Dieu sur l'humanité, qui est un dessein de justice et de paix. Elle / 497
rejoint le souci de l'Eglise qui précisait en son Assemblée plénière de Vatican II: "L'ordre (dont la societé a besoin) doit sans cesse se développer, avoir pour base la verité, s'édifier dans la justice, et être vivifié par l'amour: il doit trouver dans la liberté un équilibre toujours plus humain"[5]. Aussi prions-Nous le Seigneur d'inspirer toujours davantage votre travail et de le faire

3. Cfr. ibid., n. 26 § 3.
4. Cfr. Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes*, n. 82 § 1.
5. Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes*, n. 26 § 3.

http://www.obrascatolicas.com

fructifier au bénéfice de tous vos frères. Sur vos personnes et ceux qui vous sont chers, Nous implorons de grand coeur ses Bénédictions.

4220

1973 SEP 15. - PAULUS VI, EPISTULA APOST. PART.*

Congregatio Generalis Societatis Iesu proxime celebranda in id contendere debet ut Societas Iesu, ratione fini Instituti proprii consentanea, vitam suam suumque apostolatum accommodet ad mundi huius aetatis postulata

Dilecto Filio Petro Arrupe, Praeposito Generali Societatis Iesu

In Paschae Sollemnitate praeteriti anni iam sollerter certiores Nos fecisti te intendere animo, ut Congregatio Generalis istius Societatis intra annum 1974 cogetur, cuius esset modos maxime idoneos reperire, quibus illa munus suum in Ecclesia et in mundo huius aetatis impleret.

Ad quod nuntium Venerabilis Frater Noster Cardinalis Secretarius Status, mandato Nostro, optimis cum votis respondit. Nunc vero, cum publice a te indictus sit idem conventus et mox Congregationes Provinciales celebrentur ad eligendos delegatos et ad exarandas propositiones, quae Congregationi Generali exhibeantur, Nosmet ipsi, pro amore, quo Societatem Iesu complectimur, te atque sodales tuos per hanc epistulam alloqui volumus, qua animos vestros erigamus accendamusque et fausta proferamus omina cupientes, ut praedicta Congregatio bene vertat. Non quidem Nos latet momentum eiusdem coetus hoc tempore celebrandi, quod videtur esse quasi hora decretoria pro ipsa Societate Iesu, eius sorte futura, eius munere in Ecclesia, atque etiam pro ceteris Familiis religiosis.

Qui quidem conventus testatur – hoc libenter asseveramus – Societatem Iesu coniti, ut, ratione fini Instituti consentanea, vitam suam suumque apostolatum accommodet ad postulata mundi huius aetatis, qui continenter ac festinanter mutatur.

Haec vero voluntas vestra normis respondet Concilii Vaticani Secundi, quarum accuratae ac diligenti exsecutioni vires Nostras impendimus. Re enim vera Congregatio ipsa cum hac sententia Patrum Concilii congruit: *Efficax renovatio et recta acommodatio obtineri nequeunt nisi cooperantibus omnibus instituti sodalibus* (1). Eadem tamen universalis Synodus hanc ipsam, quam requisivit, renovationem, necessitatibus horum temporum convenientem, noluit ita institui, ut periculosis perageretur experimentis, avulsis quasi ab *humo* propria cuiusque Familiae religiosae, nedum bona primaria vitae Deo consecratae dimitterentur, sed id spectavit, ut elementa eidem communia confirmarentur et incrementis proveherentur; sunt autem haec: sequela et imitatio Christi, "in Evangelio proposita" (2); renuntiatio saeculi, adeo ut religiosus uni Deo vivat et ad aedificandam Ecclesiam; exercitatio omnium virtutum humanarum et christianarum, quae potissimum fit observantia alacri et constanti votorum (3) et ad fastigium vitae spiritualis oportet perducat, ubi sublimitas contemplationis cum magnanimitate in agendo coniungitur. Haec omnia Adhortatione Apostolica, a verbis *Evangelica testificatio* incipiente, quam postea edidimus, fuse explicata sunt et ampliore ratione tractata, paterno velut invitamento cunctis religiosis adhibito, ut *luceat lux eorum coram hominibus et sic hi videant opera eorundem bona et glorificent Patrem, qui in caelis est* (4).

Societas Iesu, quippe quae singulariter vocetur ad viam sequelae Christi terendam, peculiari modo impelli se sentiat, ut suam vivendi formam recognoscat, continenter eam cum Evangelio conferens, ad quod S. Ignatii verba et exempla adhortantur. Hoc autem eo fit consilio, ut renovatio e voluntate Concilii inchoata ita ad effectum adducatur, ut novorum temporum ac necessitatum ratio habeatur. Quod quidem agatur secundum spiritum ipsum Societatis Iesu, id est fidelitate servata erga eius traditionem. quae in Christo, in Ecclesia, in S. Ignatio innititur.

Ne ergo praeparatio indictae Congregationis Generalis solum sit exterior quaedam rerum dispositio, sed ut animos omnium sodalium Societatis Iesu recte dirigat ac penitus devincat, necesse erit, ut hi alta cum perspicientia, cum veritatis rerum agnitione, cum conscientia gravitatis officii sui, ad illa revocentur principia vitae spiritualis et apostolicae, quae per saeculorum decursum quasi compagem eiusdem Societatis effecerunt et hanc reddiderunt perutile instrumentum actionis pastoralis, missionalis, institutoriae, ad cultum ingenii eumque praeclarissimum pertinentis. Quod ea operata est per multitudinem virorum, sanctimonia vitae et amore animarum excellentium.

Fundamenta vero religiosae formationis, quae olim fuerunt, etiamnum, quamvis temporum condiciones sint mutatae, vigorem Societatis Iesu debent omnino praestare; quae quidem sunt: assiduum studium orationis, quae *hauriatur e germanis spiritualitatis christianae fontibus* (5); vitae austeritas, qua quis non facile se illi accommodat mentis habitui, qui, sacro exutus, pronus est in tot formas hodiernas vitae practicae agendae; vis supernaturalis, qua operositas apostolica incitatur, et qua ablata quaelibet actio, licet aspectu egregia, fructus mansuros verae transformationis conscientiae humanae nequit afferre; absoluta votorum observantia, praesertim oboedientiae, quae peculiare quiddam est Societatis Iesu et condicio illius disciplinae religiosae, qua eius robur semper continebatur: quapropter devitandi sunt conatus novas inducendi rationes, secundum quas deliberationes fiant et normae circa actionem edantur, quibus non solum ipsa notio oboedientiae vitietur sed etiam ipsa Societas Iesu immutetur; denique utilitas ascetica et opportunitas animos formandi memorentur oportet, quae in vita communi insunt.

His tanti ponderis principiis peculiari prorsus modo aliud addere volumus, id est fidelitatem erga Sedem Apostolicam sive in regione studiorum et institutionis iuvenum scholasticorum, qui sunt spes Ordinis vestri, necnon alumnorum tot scholas et universitates, eidem Societati vestrae commissas, obeuntium, sive in exarandis edendisque scriptis, quae multum expetita pervulgentur, sive in ipsa apostolatus exercitatione.

Non autem ignoramus in nonnullis partibus istius Societatis Iesu – quod haud dissimiliter ut res latius patens in vita Ecclesiae accidit – his annis quasdam apparuisse inclinationes generis intellectualis ac disciplinaris, quae si secundarentur, gravissimas ac fortasse insanabiles mutationes in ipsam compagem essentialem vestram inveherent. Quemadmodum, dilecte Fili, novisti, Nos etiam per proximos Cooperatores Nostros non semel tibi significavimus sollicitudinem Nostram de his rebus simulque spem, quo teneremur, fore, ut renovatio, quam fieri contingeret, tuto et aequabili tramite procederet. Itaque, hanc occasionem indictae Congregationis Generalis nacti, iterum tibi desiderium, immo voluntatem Nostram declaramus eo pertinentia, ut Societas Iesu vitam suam et apostolatum sic ad huius aetatis condiciones ac necessitates accommodet, ut plane confirmetur indoles eius qua Ordinis religiosi, apostolici, sacerdotalis, cum Romano Pontifice speciali vinculo amoris et servitii coniuncti, quemadmodum in *Formula Instituti* seu regula fundamentalis eiusdem Societatis, a Decessoribus Nostris approbata et pluries rata habita, sancitur. In hac vero, de qua agitur, accommodatione, ipsa experientia vos docebit; quae quidem ostendet nonnullas rationes practicas vitae instituendae et operationis exercendae supervacaneas factas esse atque caducas, necnon novas commostrabit necessitates facultatesque actionis suscipiendae ac dirigendae secundum sensum Christi et indolem rei apostolicae.

Fore etiam speramus, ut iam in praeparandae Congregationis Generalis opere, ac deinde in ipsa eius celebratione omnes religiosi ad bonum Societatis ea caritate consociati intendant, quam legifer pater vester postulavit; cuius veluti vocem adhuc in Constitutionibus vestris quodammodo datur audire: *Unio vero et conformitas mutua diligentissime curanda est, nec quae ei adversantur permittenda; quo, iuncti invicem fraternae caritatis vinculo, melius et efficacius possint se divino obsequio et auxilio proximorum impendere* (6).

Haec igitur sunt vota Nostra: quae ut exaudiantur, deprecationem invocamus Almae Deiparae Virginis, Reginae et Matris Societatis Iesu; ea prosperet consilia, voluntates corroboret, accendat animos, omnes religiosos excitet ad diligentius in dies imitandum Divinum Salvatorem, cuius regno stabiliendo ac propagando firmiter fortiterque incumbant.

Quae scripsimus, tibi et sodalibus tuis ea patefaciunt, quae a vobis exspectamus Nos, qui probe cognitum habemus,

1. Decr. *Perfectae caritatis*, 4.
2. *Ibid.*, 2.
3. Cfr. *ibid.*, 5.
4. Cfr. *Matth.*, 5, 16.
5. Cfr. Decr. *Perfectae caritatis*, 6.
6. *Formulae Instituti*, P. III, c. 1, n. 18.

quantum momentum Societas Iesu obtineat, quantum sit officium, cui satisfaciat oportet, quanta fiducia, quae ei habetur; quae ponderanda sunt quod attinet sive ad ipsam Societatem sive ad Ecclesiam.

Volumus autem, ut de hoc nuntio Nostro certiores facias Cooperatores tuos atque omnes sodales Societatis Iesu, ut singuli inde percipiant testimonium paternae benevolentiae Nostrae et curae, qua prenimur, de futura sorte eiusdem Societatis. Ut enim persuasum est Nobis, filii S. Ignatii quo fidelius servabunt charisma Ignatianum, quod primariis Instituti documentis perhibetur, eo efficacius insistent permobile opus evangelizandi mundi huius aetatis secundum datam sibi a Deo vocationem, aemulantes etiam exempla tot sodalium, qui studuerunt, ut verbis utamur S. Ignatii, *insignes se exhibere in omni servitio sui Regis aeterni ac Domini universalis* (7).

His, quae animum pulsant Nostrum, prolatis, tibi et universae Societati Iesu Benedictionem Apostolicam, auxilii caelestis auspicem, libentissime impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die XV mensis Septembris, anno MCMLXXIII, Pontificatus Nostri undecimo. – PAULUS PP. VI.

7. *Exerc. Spir.*, II Hebd.

* Praeposito Generali Societatis Iesu: **Acta romana Societatis Iesu 16 (1973-76) 11-15.**

4221

1973 SEP 17. - PAULUS VI, ALLOCUTIO. PART.*

Allocutio iis qui interfuerunt Conventui internationali secundo iuris canonici Mediolani habito:

De sensu iuris canonici in Ecclesia sub luce theologiae et ecclesiologiae actualis

Venerati maestri e docenti di Diritto canonico! Vi accogliamo con affettuosa e profonda stima, commossi per il pensiero che avete avuto di venire appositamente a Roma per questa Udienza, al termine del vostro II Congresso Internazionale, svoltosi nella scorsa settimana a Milano, sotto gli auspici della Università Cattolica del Sacro Cuore. Ringraziamo il valente Professor Orio Giacchi per le nobili parole che ci ha fatto pervenire, le quali ben ci hanno attestato lo spirito con cui il Comitato Promotore, e tutti voi, illustri studiosi, avete dato vita a questo incontro così valido e rappresentativo, che degnamente si aggiunge a quello del gennaio 1972, ancora vivamente impresso nel nostro ricordo. E un pensiero di viva lode va all'Ateneo Cattolico italiano, ove gli studi giuridici sono particolarmente coltivati, per aver favorito e ospitato una iniziativa tanto bella, che fa onore alla cerchia prestigiosa dei cultori del Diritto canonico.

Vi ringraziamo di questa presenza: non solo per il conforto personale che ci dà, ma specialmente per il significato tutto particolare che essa, obbiettivamente, riveste in se stessa.

I - Diritto canonico e Scienze sacre

Come voi sapete, opinioni non benevole hanno gettato un'ombra di sospetto sul Diritto della Chiesa: certuni pensano che, come società visibile, la Chiesa non debba avere a che fare con un Diritto proprio, e possa attenersi a regolamenti o ad ordinamenti interni; altri invece non hanno visto, alla luce del Concilio Vaticano II, che questo Diritto è profondamente radicato nel mistero stesso della Chiesa. Invece, ecco qui la vostra testimonianza di esperti a livello internazionale, a dimostrare quale importanza abbia il Diritto in questo particolare momento della vita della Chiesa e del mondo, posteriormente alla celebrazione del Concilio Vaticano II, e con quale attenzione sia seguito l'intenso lavoro in atto per la revisione e per la riforma del Diritto medesimo.

Lo studio del Diritto canonico, come abbiamo altre volte affermato, è necessario perché è una via d'accesso alla vita concreta della Chiesa; per mezzo di istituzioni rinnovate, o di altre del tutto nuove, che debbono essere messe in funzione e saggiate dall'esperienza, lo spirito del Concilio dev'essere messo in grado di esprimersi e di avere attuazione pratica. Per questo vi dicevamo, nell'occasione già ricordata del I Congresso internazionale, che con l'approfondire la dottrina della Chiesa, e col mettere in rilievo l'aspetto mistico che le è proprio, il Concilio ha "obbligato il Canonista a ricercare più profondamente nella Sacra Scrittura e nella teologia le ragioni della propria dottrina" (*AAS* 62, 1970, p. 108). Dopo il Concilio, il Diritto canonico non può non essere in relazione sempre più stretta con la teologia e le altre scienze sacre, perché è anch'esso una scienza sacra, e non è certo quella "arte pratica" che alcuni vorrebbero, il cui compito sarebbe solo quello di rivestire di formule giuridiche le conclusioni teologiche e pastorali, ad esso pertinenti. Col Concilio Vaticano II si è definitivamente chiuso il tempo in cui certi Canonisti ricusavano di considerare l'aspetto teologico delle discipline studiate, o delle leggi da essi applicate. Oggi è impossibile compiere studi di Diritto canonico senza una seria formazione teologica. Ciò che la Chiesa ha richiesto ai suoi ministri, potrà essere domandato anche ai laici che studiano, insegnano o sono chiamati ad applicare il suo Diritto nell'amministrazione della giustizia e nell'organizzazione della comunità ecclesiale. Il rapporto intimo tra Diritto canonico e teologia si pone dunque con urgenza; la collaborazione fra Canonisti e Teologi deve farsi più stretta; nessun dominio della Rivelazione può rimanere ignorato, se si vuole esprimere ed approfondire nella fede il mistero della Chiesa, il cui aspetto istituzionale è stato voluto dal suo Fondatore e appartiene di essenza al suo carattere fondamentalmente sacramentale (cfr. *Lumen gentium*, 1, 1).

II - Persona e ordinamento nella Chiesa

Questa stretta osmosi tra Teologia e Diritto è del resto ben documentata dal tema del vostro Congresso: "Persona e ordinamento nella Chiesa". Voi l'avete considerato in tutti i suoi aspetti; e ben a ragione, perché esso, oltre ad entrare nel vivo di una problematica oggi molto sentita, richiama altresì principi basilari della Rivelazione e del Magistero: su questi principi vorremmo ora soffermarci un momento con voi.

1. *La persona umana*, anzitutto; ad essa compete la massima dignità e libertà, in quanto l'uomo è creato a immagine di Dio, come attestano le prime stupende pagine della Sacra Scrittura; e, in qualità di immagine di Dio, l'uomo gode realmente di una natura spirituale, sussistente in se stessa, che costituisce un tutto ontologico, aperto alla verità, alla bontà e alla bellezza, ch'egli cerca per raggiungere la sua perfezione, finché non la trova in Dio, verità, bontà e bellezza assoluta, ove finalmente il suo cuore inquieto riposa (cfr. S. AUGUSTINUS, *Conf.* 1, 1). Perciò l'uomo-persona è per noi l'apice di tutto il creato.

Ecco la radice della sua grande dignità, che brilla nella sua spiritualità e nella sua libertà di persona, talché l'uomo non può mai essere considerato un mero strumento da impiegare per l'utilità altrui, come purtroppo sembra talora ignorare l'odierna mentalità tecnologica e politica dimenticando i valori e i diritti dello spirito umano. E' la persona che, inoltre, fonda la vita sociale, entro cui essa persona si espande e si integra; anzi, non si dà vera vita sociale se non si riconosce che il suo fondamento e il suo fine è propriamente la persona umana. L.uomo non è persona per il fatto che è sociale, bensì è sociale perché è persona: i rapporti sociali non sono altro che rapporti tra persone, destinati a procurare il bene comune; pertanto la vita sociale esige un ordine, e un'autorità destinata a garantirlo, che assicurino l'esercizio della libertà, e il pacifico sviluppo dell'intera persona, inserita armoniosamente nella società.

http://www.obrascatolicas.com

2. *La Chiesa, società soprannaturale.* In quale rapporto sta l'uomo-persona con la Chiesa? Se questa è una società religiosa, e per di più soprannaturale, come può includere in se stessa elementi istituzionali? Non sono, i rapporti con Dio, talmente intimi, personali, irripetibili da essere incompatibili con un'organizzazione esterna? Sono i quesiti, o meglio le sfide che si sentono oggi più di frequente. La risposta fu già data da Papa Pio XII, il quale, nella Enciclica *Mystici Corporis*, sottolineò che la Chiesa non consta soltanto di un'organizzazione esterna, ma gode della vita di Cristo come della propria vita intima, poiché essa possiede un "internum principium" cioè "aliquid non naturalis, sed superni ordinis, immo in semet ipso infinitum omnino atque increatum: Divinus nempe Spiritus, qui, ut ait Angelicus (*De veritate*, q. 29, a. 4, c) 'unus et idem numero, totam Ecclesiam replet et unit'" (*AAS* 35, 1943, p. 222).

Il Concilio Vaticano II ha sviluppato queste grandi idee sulle orme di quella profonda meditazione sulla realtà della Chiesa, che è stata l'ecclesiologia di questi decenni. Fin dall'inizio della Costituzione *Lumen gentium*, il Concilio ha proposto la Chiesa come il mistero della salvezza, poiché, come abbiamo già accennato, essa è "in Christo veluti sacramentum seu signum et instrumentum intimae cum Deo unionis totiusque generis humani unitatis" (*Lumen gentium*, 1, 1). Sacramento di unità e di salvezza degli uomini: ecco perché la Chiesa si manifesta come una realtà strettamente unica, composta di un elemento al tempo stesso interiore ed esterno, per svolgere la sua missione nel mondo. Essa è il corpo sociale di Cristo, ed ha per anima lo Spirito Santo, che informa quel corpo e lo arricchisce d'una duplice relazione sociale. La Chiesa, innanzi tutto, assicura ai suoi membri l'unione con Dio e l'efficacia soprannaturale della loro azione. E quindi, animata dallo Spirito, essa compagina il Corpo mistico; in questo Popolo di Dio, lo Spirito trasfigura gli uomini in figli di gloria, fa loro gridare: *Abba - Pater* (cfr. *Rom.* 8, 15), anima la loro azione.

Perciò la costituzione della Chiesa è insieme pneumatica e istituzionale: la Chiesa è mistero di salvezza reso visibile dalla sua costituzione di vera società umana e dalla sua attività nella sfera esterna. In tal modo, nella Chiesa, come unione sociale umana, gli uomini si uniscono in Cristo e, per mezzo di Lui, con Dio, raggiungendo così la salvezza; e lo Spirito Santo è in essa presente e operante in tutta l'estensione della vita di lei. Vale a dire che la Chiesa-istituzione è allo stesso tempo intrinsecamente spirituale, soprannaturale.

Di conseguenza, i diritti e i doveri nella Chiesa hanno un'indole soprannaturale: se la Chiesa è un disegno divino – *Ecclesia de Trinitate* – le sue istituzioni, pur perfettibili, devono essere stabilite al fine di comunicare la grazia divina e favorire, secondo i doni e la missione di ciascuno, il bene dei fedeli, scopo essenziale della Chiesa. Tale scopo sociale, la salvezza delle anime, la "salus animarum" resta lo scopo supremo delle istituzioni, del diritto, delle leggi. Il bene comune della Chiesa raggiunge per ciò un mistero divino, quello della vita della grazia, che tutti i cristiani, chiamati ad essere figli di Dio, vivono nella partecipazione alla vita trinitaria: *Ecclesia in Trinitate*. In questo senso il Concilio Vaticano II ha parlato della Chiesa anche come "comunione" (cfr. *Lumen gentium*, 4, 9, 13, etc.), ponendo così in luce il fondamento spirituale del Diritto della Chiesa e la sua ordinazione alla salvezza dell'uomo: sicchè il Diritto diventa Diritto di carità in questa struttura di comunione e di grazia per tutto intero il Corpo ecclesiale.

3. *La persona umana nella Chiesa-comunione.* Per poter essere inseriti in questa "comunione", occorre prima di tutto possedere lo Spirito di Cristo: "*si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est eius*" (*Rom.* 8,9; cfr. *Lumen gentium*, 14). E' la vita sacramentale che conferisce ai fedeli lo Spirito Santo, partimentale che conferisce ai fedeli lo Spirito Santo, particolarmente mediante il carattere battesimale, che unisce in modo vero e reale il battezzato a Cristo, affinché, in virtù di questa unione e configurazione, egli possa operare per la salvezza non solo di sé stesso, ma anche degli altri. L'unione sacramentale con Cristo Mediatore e Capo della Nuova Allenaza, si manifesta come il fondamento della personalità nell'ordine soprannaturale. Ecco dunque che, nella Chiesa, la persona umana raggiunge la sua piena dignità, perché il battezzato può efficacemente tendere a Dio-Trinità, suo fine ultimo, a cui è ordinato allo scopo di aver parte alla sua vita e al suo amore infinito. E la nuova libertà del battezzato – *libertas gloriae filiorum Dei* (*Rom.* 8, 21) – è la libertà propria della persona umana, ma elevata in modo eccezionale, in quanto, usando di questa libertà, non solo non è più sottomessa alla legge del peccato e della natura disordinata, ma, illuminata e rinvigorita dallo Spirito, può avanzare nel suo cammino verso Dio-Trinità.

Tale libertà si concretizza nei diritti fondamentali d'ordine soprannaturale in relazione ai beni soprannaturali; ma poiché i battezzati sono uniti non solo interiormente, ma anche socialmente a Cristo, formando in Lui un unico corpo, la carità ecclesiale, l'unione degli uomini come fratelli acquista valore di segno nell'ambito della "communio" esistente nella Chiesa. Ciò significa che la vita cristiana si deve svolgere in questa "communio": i diritti fondamentali di ordine soprannaturale sono destinati ad essere acquisiti e esercitati nella Chiesa, hanno come corrispondenti dei precisi doveri, tra cui quelli fondamentali di professare la fede della Chiesa e di riconoscere i sacramenti e la costituzione gerarchica. Le realtà, conferite sacramentalmente, sono ordinate ad attuarsi nella Chiesa: La "communio" è unione dei battezzati, realtà spirituale, ma socialmente rappresentata; i battezzati formano una cosa sola in Cristo, perché sono a lui uniti mediante lo Spirito Santo, ad essi conferito per via sacramentale. Il principio di attività di questa comunicazione spirituale-sociale è lo Spirito, che tutto opera a edificazione del Corpo di Cristo.

4. *La comunione gerarchica.* Peraltro, la "communio" ecclesiale non può esistere socialmente né avere efficace influsso nella vita cristiana, se non sia originata da un ministero gerarchico, di parola, di grazia, di guida pastorale, e così siano assicurati l'ordine e la pace. Per questo spetta alla comunione gerarchica, creata e informata dallo Spirito di Cristo, di provvedere affinché l'ordine e la pace regnino realmente, sia conservata l'unità della "communio", e la vita di questa si evolva in modo da dare testimonianza, anche missionaria, a Cristo.

La stessa "communio" della Chiesa è ordinata all'edificazione del Corpo sociale di Cristo. Quindi il compito affidato alla Chiesa di Cristo richiede anche la cooperazione di tutti i fedeli per adempierlo: spetta peraltro alla comunione gerarchica l'esercizio dei compiti ad essa propri, che non spettavo invece al sacerdozio comune dei fedeli, in quanto questi non ne hanno propriamente ricevuto la missione né la potestà, né il dono dello Spirito ad esse in special modo collegato. Il Supremo Pastore della Chiesa rappresenta la Chiesa universale, poiché rappresenta Cristo a tutta la "communio" dei pastori e dei fedeli; il Vescovo, per lo stesso motivo, rappresenta la Chiesa particolare a cui presiede come capo.

Ma la comunione gerarchica, come abbiam detto, è costituita per dono dello stesso Spirito, e mediante tale dono essa opera, principalmente per continuare la missione di Cristo in tutta la sua ampiezza. Quindi, anche tutto ciò che viene imposto per garantire l'ordine e la pace nella Comunità dei cristiani – ecco il Diritto canonico in foro esterno –, procede, in ultima analisi, dallo Spirito e perciò non reca pregiudizio alla libertà e alla dignità della persona umana, anzi l'avvalora e la difende.

5. *Unità dell'azione obiettiva e carismatica dello Spirito.* Il dono dello Spirito, conferito a tutti i battezzati, è il fondamento sia della libertà dei figli di Dio nell'esercizio dei loro diritti nella Chiesa, sia dei doni carismatici che Egli conferisce direttamente ai fedeli. L'uomo nella sua coscienza, considerata la natura spirituale di cui è provvisto, è sempre ordinato direttamente a Dio, e non trova la propria perfezione se non in Dio. Il dono dello Spirito eleva questo rapporto fondamentale, ontologico con Dio a livello soprannaturale: e poiché, nella Chiesa, i fedeli formano una sola comunione con Cristo, esplicantesi nel segno istituzionale e sociale, è ancora il dono dello Spirito che rende soprannaturali la personalità, la dignità, la libertà, i diritti del battezzato. Sempre lo stesso dono unisce i fedeli in un mutuo rapporto di amore, sicché la loro posizione nella "communio" esclude di per sé ogni carattere egocentrico e individualistico. Di qui – basti accennare – anche il valore della responsabilità che i singoli hanno nell'ordinamento sociale della Chiesa, responsabilità che non autorizza certo una libertà intesa come emancipazione dall'autorità e dalla norma, impegna essa pure al libero dono di sé, con un obbligo di maggiore esigenza di fronte a se stessi e agli altri.

I principii direttivi della revisione del Codice di Diritto Canonico tengono conto di questi presupposti teologici, e mirano alla protezione giuridica dei diritti dei singoli fedeli e anche d'ogni uomo in quanto tale. Il nuovo Codice viene certo incontro a tale enunciato; tuttavia, pur con questo postulato, non si deve indebolire il dovere che spetta ai Pastori di provvedere efficacemente al bene comune della propria comunità, e, in ultimo rapporto, alla salvezza degli uomini.

Ad primum quaesitum. Quoad primum quaesitum concludit: "la consistenza finale di cassa alla data del 31 maggio 1964, ammonta a lire 2.455, corrispondente a quella indicata dalla contabilità del Rev. Can. Basilio, rilevando nel contempo i vari errori registrati dalle perizie in esame che, al riguardo, presentano delle risultanze inesatte".

Peritia Y. loquitur de "errori" et "inesattezze" utriusque peritiae partium, sive ad delendam residuam in arca pecuniam (lire 2.500.601) a peritia Z. indicatam, sive ad corrigendos errores peritiae V. "che facevano emergere, secondo le proprie parole del Rag. V., nel rendiconto cassa finale un deficit di lire 98.503 anziché una consistenza di lire 2.451 (Y. lire 2.455) e che quindi ponevano in esse a favore del Canonico Basilio un credito nei riguardi del Capitolo di lire 100.954 (il memoriale parlava di L. 101.038), (e che) sono stati ripetuti anche dal Comm. X. nella sua perizia di revisione" (*Osservazioni conclusive* del Rag. V. del 3 febbraio 1972).

Ad secundum quaesitum. Circa hoc quaesitum Prof. Y concludit affirmando investigationem a se factam "ha illustrato la concordanza della esposizione debitoria evidenziata dalla contabilità del Rev. Can. Basilio alla data 31.V.1964 con quella emergente in pari data dagli estratti conti degli istituti finanziatori ...".

Ad tertium quaesitum. Peritia Y sic concludit: "l'importo di lire 10.333.205 così come assegnato dalla 'P. Z.' quali rendite nette del Capitolo per il periodo in esame risultano con evidenza essere reinvestite nell'immobile".

Ratiocinator Y. dicit Libellas 10.333.205 adsignatas ut "rendite nette" in ratione computandi adhibita a Z. re vera in-

http://www.obrascatolicas.com

servisse ad augendum patrimonium Capituli. Differentia igitur in exitibus consulentium utriusque partis oriri videtur ex differenti ratione computandi (cfr. peritia Y.), et forsitan etiam ex manca documentatione suppeditata ratiocinatori Z.

Ceterum, ipse ratiocinator Z. videtur dubia quaedam habuisse circa aliquos exitus suae inquisitionis, cum asserat: "Prima di presentare al Rev. Capitolo le conclusioni del mio lavoro sarebbe stato indispensabile avere un colloquio con il Rev. Basilio per sottoporglielo e per avere delle informazioni su talune operazioni da lui effettuate". Speciatim vero de summa libellarum it. 10.333.205 certior fieri voluisset utrum "siano state in una o più volte distribuite o accantonate oppure *reinvestite*".

Atqui, cum Rat. Y. potuerit expendere et comparare peritiam Z. et sequentem peritiam V. atque etiam rationem computationis Canonici Basilii, demonstrare potuit huiusmodi summam rursus collocatam esse in praedio urbano (*Peritia* Y.).

12. Examen comparativum peritiarum partium et peritiarum ex officio ostendit tabulas accepti et expensi die 31 maii 1964, cum Can. Basilius a munere arcarii (*camerlengo*) cessaret, respondisse tribus supradictis quaesitis exhibendo exaequationem rationum in arca relictam lib. it. 2.455, ideoque practice haberi compensationem debiti et crediti inter Canonicum Basilium et Capitulum, cum Can. Basilius summam libellarum italicarum 2.451 tradiderit suo successori.

Peculiariter ostenditur peritias ex officio, ab utraque parte petitas, suppeditare conclusiones quae, ut supra indicatum est, validae haberi possunt quod attinet ad rationem accepti et expensi, de qua est quaestio.

13. Quaestio tamen movetur utrum exsistant documenta probativa hujus rationis pecuniarum; hoc est, utrum can. Basilius debitis documentis probet omnes expensas factas in codice rationum signatas, peculiariter vero expensas factas restaurandis aedibus Capituli.

1) Quoad opus restaurandi aedes Capituli, Peritia V. affirmat, "arrotondando leggermente le cifre, che la spesa complessiva erogata nei lavori di restauro di ordinaria e straordinaria manutenzione edilizia, durante la gestione del Canonico Basilio e precisamente nel periodo compreso dal 1. 1. 62 al 31. 5. 64, è stata complessivamente di lire 22.500.000, così distribuite: 18.000.000 pagate dal Can. Basilio, 2.000.000 pagate dal Sig. M., amministratore dell'immobile, 1.919.902 restauro della sala dell'archivio del Capitolo nel 1964, 500.000 residuo spettanze dell'impresa edile e l'Ingegnere fiduciario.[Totale]: lire 22.419.902".

Memoriale partis resistentis Canonici Basilii confirmat "la erogazione in lavori di una somma di cira 22 milioni", quae summa constat ex "somma complessiva di lire 19.785.942" (corrigit 19.685.942) "erogata alla Impresa edile K." et ex "altri due milioni circa ... pagati per lavori dall'Amministrazione M.".

2) Rev.mus D. N., Visitator Apostolicus Capituli, sic censet: "il documento dell'Ing. W. presentato a codesto S. Tribunale, ingegnere di fiducia di Mons. Basilio, è da considerasi ufficiale e definitivo; esso parla di lire 16.933.980 in data 2 maggio 1963 a lavoro già terminato da circa mezz'anno, come indica il documento in possesso del S. Tribunale, e che è intitolato 'Riassunto della Contabilità'".

3) Attamen, memoratum documentim Architecti W. non videtur exhibere integram rationem sumptuariam totius operis restaurationis aedificii Capituli.

Hoc enim documentum diei 2 maii 1963 tribuit societati aedificatoriae K. summa lib. 12.000.000; contra vero, ipse K. in sua "Dichiarazione" diei 6 iunii 1970 affirmat: "in base alle sue annotazioni contabili dichiara di aver ricevuto dal Can. Basilio", pro operibus restaurationis aedium Capituli, "la somma complessiva di L. 19.685.942, così distribuite: 1) periodo tra il 1.I.62 e il 30.IV.63 L. 13.769.340; 2) periodo tra il 1.V.63 e il 31.XII.63 L. 3.996.700; 3) periodo tra il 1.V.64 e il 31.V.64 L. 1.919.902 (per il restauro della sala dell'Archivio Capitolare). Totale: L. 19.685.942".

4) Idem W., qui est etiam Addictus officio Vicariatus Urbis, in sua "Perizia stragiudiziaria", sic ait: "da quanto ho potuto apprendere dalla varie ditte esecutrici e dagli appunti che ho avuto modo di consultare, ritengo di poter determinare tale costo intorno ai 22 milioni".

Ceterum Capitulum ipsum litteris die 17 decembris 1962 ad Summum Pontificem datis commendatisque a Rev.mo D. N., quibus petit ut vendere possit tabulam pictam a Batoni, agnoscit quod "il restauro suddetto ha importato una spesa complessiva di lire 19.500.000 (diciannovemilionicinquecentomila)". Cui summae, anno 1964, addita est expensa Libellarum italicarum 1.919.902 pro restauratione sedis Archivi Capitularis.

Etiam epistula die 26 iunii 1963 missa a Can. Basilio, tunc Arcario et a Rev.mo D. N. Visitatore Apostolico commendata, Arcario et a Rev.mo D. N. Visitatore Apostolico commendata, Arcario et a Cardinali Praeside Instituti pro Operibus Religionis petebatur novum mutuum Libellarum it. 4.000.000, affirmat: "la spesa complessiva del restauro è stata di circa L. 20 milioni".

Hae duae epistulae hic referuntur tantum illustrandae rei causa.

Optandum esset ut Capitulum accuratius usum esset singulis documentis singulorum operum restaurationis, quae omnia ei tradita esse videntur, quaeque igitur constat apud Capitulum exstare.

Quidquid est, ex codice praesertim accepti et expensi atque ex denuntiationibus scriptis societatis aedificatoriae K. et Architecti W., concludi potest summam universam Libellarum italicarum 22.000.000 expensam ad opera conficienda restaurationis aedium Capituli, satis esse demonstratam probativis documentis.

Probandum restat utrum haec summa sit tota legitime collocata a Can. Basilio vel debite approbata a Capitulo.

14. B) *Sub aspectu formali.* Quaestio est utrum Canonicus Basilius debitam habuerit licentiam ad dictam expensam 22 milionum Libellarum faciendam, vel saltem, utrum haec expensa fuerit deinceps a Capitulo probata.

Hic aspectus formalis respicit *responsabilitatem* Canonici Basilii quoad expensas extraordinarias ab eo factas intra functionem et limites sui 'specifici' vel 'legitimi mandati'.

a) Architectus W. in sua relatione diei 8 ianuarii 1962, accurate describit opera facienda, quorum aliqua erant partim necessaria "a tutelare la stabilità delle strutture murariae" et partim destinata "ad aumentare notevolmente il valore ed il reddito dello stabile poiché porterebbero, tra le altre, alla creazione di tre nuovi appartamenti ed alla installazione dell'ascensore ... La spesa complessiva per l'esecuazione di tutti i lavori sopra elencati non dovrebbe superare secondo i preventivi i sei milioni per tutti i lavori, se si rinuncia a mettere l'ascensore, ed a circa sette milioni e mezzo, comprendendovi anche l'installazione dell'ascensore".

Excerptum actorum consessus Capitularis die 28 ianuarii habiti, post indicata eadem opera restaurationis supra descripta, dicit: "preso atto della urgenza e della utilità di tali lavori, che in parte sono imposti dalla necessità di salvaguardare la incolumità delle persone, ed insieme sono destinati ad aumentare il reddito della massa capitolare, con una spesa relativamente modesta, il Capitolo, all'unanimità, dà mandato al Camerlengo, Mons. Basilio, di contrarre un mutuo di sei milioni, presso l'Istituto per le Opere di Religione... al fine di poter condurre a termine i suddetti lavori".

Animadvertendum est Capitulum initio probasse supra dicta opera et permisisse mutuum 6 milionum, ratione habita praeaestimatae expensae satis modestae octo circiter milionum.

Dum Canonicus Basilius opera prosequenda curabat atque expensae succrescebant ultra quam praevisum erat, Capitulum duo documenta Canonico Basilio dedit, quorum primo, die 9 aprilis 1962, ei iterum suam fiduciam confirmabat, "dandogli mandato di portare a compimento tutti i lavori sopraelencati"; altero autem, die 15 iunii 1962, dabat "speciale mandato al Rev. Can. Basilio, nella sua qualità di Camerlengo e Procuratore Legale del Capitolo, di contrarre un mutuo di L. 10.000.000 presso il Banco di S. Spirito, al fine di poter eseguire dei restauri nello stabile".

b) In consessu Capituali diei 17 decembris 1962 Can. Basilius certius fecit Capitulum universam laborum summam pervenisse ad 19 miliones et dimidium, petiitque a Canonicis ut subscriberent instantiam iam ab eo paratam, ut a S. Pontifice facultas daretur vendendi tabulam pictam a Batoni.

Hinc "sorpresa" et "disgusto" Canonicorum "meravigliati di aver oltrepassato gli otto milioni:i Canonici fanno osservare anche che Mons. Camerlengo aveva domandato il prestito dal Banco di S. Spirito e ciò a sua affermazione molto chiara, per pagare i 6 milioni alle Opere di Religione e completare i lavori ai quali ormai si era impegnato".

Canonici (praeter unum) instantiam subscripserunt "trovandosi ormai dinanzi al fatto compiuto di dover salvare l'onorabilità di un collega che ha creduto agire in buona fede a vantaggio del Capitolo".

c) Can. Basilius, variis allatis argumentis desumptis ex documentis ab eo exhibitis, asseverat se *cum auctoritate* ipsius Capituli fecisse omnia opera praestituta cum expensis ad hoc necessariis, "spendendo il meno possibile, ma compatibilmente con la loro completa e razionale esecuzione"; affirmat autem quod documentum a Canonicis subscriptum in consessu diei 17 decembris 1962 et S. Pontifici missum, "costituisce una solenne,

formale, esplicita ed incondizionata ratifica legale, da parte del Capitolo, della legittimità dell'erogazione in lavori della spesa complessiva di 19.500.000".

d) Contra vero, Capitutlum asserit Canonicum Basilium non habuisse facultatem excedendi summam 8 milionum, et, quod attinet ad documentum diei 17.XII.1962, "i Canonici (tranne uno) firmarono, ma non già per approvare le spese fatte illegalmente da Mons. Basilio contro la volontà del Capitolo, ma soltanto perché terrorizzati dalla sorpresa, si videro costretti ad autorizzare la vendita del quadro del Batoni per evitare incresciose conseguenze".

15. Quoad *responsabilitates* Canonici Basilii, ex supra dictis haec animadverti possunt:

1) Constat omnes expensas a Can. Basilio factas, adhibitas esse pro operibus initio praevisis et pro alio opere restaurationis conclavis Archivi Capitularis, anno 1964; omnes, denique, adhibitas esse pro aedibus Capituli.

2) Patrimonium Capituli certe pretio auctum exstitit supra 22 miliones Libellarum, quae pro restauratione expensae sunt. Etsi ergo, quod excludendum videtur, Rev.mus Can. Basilius limites mandati praetergressus esset, cum inde Capitulum ditius factum sit, iuxta quae in iure relata, qui sentit commodum et onus sentire debet (*Reg.* 55 in VI).

In causa "debitorum", ex iustitia et aequitate canonica exigi nequit a Can. Basilio ulla restitutio pecuniae, quam constat ex codice impensarum adhibitam esse in restaurandis aedibus Capituli et in augendis reditibus ipsius.

Constat enim rationum summam inter Can. Basilium et Capitulum esse compensatam.

Concludendum est igitur in merito causae, neutram partem teneri erga alteram debitis aut creditis.

16. Iudiciales expensas Capitulum reficere tenetur, ad normam can. 1910 § 1.

Quibus omnibus in iure et in facto sedulo perpensis infrascripti Patres Cardinales pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, propositis dubiis respondendum decreverunt:

Ad primum et secundum: *Negative, h. e. neque Canonicum Basilium neque Capitulum S. I. ullam summam alteri debere;*

Ad tertium: *provisum in primo.*

Romae, in sede Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae, die 20 octobris 1973. – Dinus Card. STAFFA, *Praefectus et Ponens* (*Sequuntur ceterae Cardinalium subsignationes*).

* Apoll 47 (1974) 354-367.

4232

1973 OCT 25.- SC pro RELIGIOSIS, DECRETUM. PART.*
Statuta "Unionis Superiorissarum Maiorum Italiae" (USMI) definitive adprobantur

Sacra Congregatio pro Religiosis et Institutis saecularibus, cuius est promovere accommodatam renovationem et incrementum vitae religiosae necnon Consilia Superiorum Superiorissarumque Maiorum instituere atque, opportuniore modo, eorum opera uti (cfr. Const. Apost. *Regimini Ecclesiae universae*, n. 75 § 5), huiusmodi Consociationes pro suis viribus adiuvare satagit, ut proposita, eisdem a Concilio Vaticano II praefixa (cfr. Decretum *Perfectae caritatis*, n. 23), efficaciter nanciscantur.

Nunc vero, "Unio Superiorissarum Maiorum Italiae" , vulgo U. S. M. I., eiusdem Statuta, iam prius anno 1963 approbata et dein, anno 1968 confirmata, iterum, post accuratam revisionem in comitiis generalibus Associationis peractam, ad hanc Sacram Congregationem pro definitiva approbatione mittere curavit.

Itaque, hoc Sacrum Dicasterium, Statuta praedicta, quibus praeper ius commune regenda est Conferentia, vi praesentis decreti definitive confirmat, ea tamen ratione, ut quaelibet modificatio in posterum inducenda, priusquam ad actum deducatur, ab eodem Sacro Dicasterio approbari debeat.

Datum Romae, die 25 octobris 1973. - Arturus Card. TABERA, *Praefectus.* Augustinus Mayer, *Secretarius.*

* Prot. N. 52-15/73; **Consacrazione e servizio** 22 (1973) 548. **Adn. vide, ib. p. 549-558, textum italicum Statutorum.**

4233

1973 OCT 25.-SC CULTUS, LIT. CIRC. AAS 66 (1974) 98-99

Litterae circulares de normis servandis quoad liturgicos libros in vulgus edendos, illorum translatione in linguas hodiernas peracta

Eminentissime Domine, Excellentissime Domine,

Dum toto terrarum orbe Commissiones liturgicae dant operam, laudabili sane alacritate, apparandis liturgicorum librorum translationibus eisdemque libris, in hodiernas linguas conversis, in vulgus edendis, Sacra haec Congregatio pro Cultu Divino magis magisque normas perfecit, quibus textus sibi missos "confirmat", iuxta Constitutionem Concilii Vaticani II de Sacra Liturgia (art. 36, § 3) necnon Instructionem "Inter Oecumenici" die 26 mensis Septembris anno 1964 promulgatam (n. 40). Quod quidem huiusmodi opus facilius reddit atque efficit ut expeditius renovatio liturgica ad effectum deducatur.

Nunc autem pergratum mihi est in tuam notitiam referre normas hac de re servandas, quae nuper statutae sunt:

1. Summus Pontifex sibi reservat potestatem directe approbandi omnes translationes formularum sacramentorum in linguam vernaculam. Harum formularum conversio in praecipuas nostrae aetatis linguas (nempe anglicam, gallicam, germanicam, hispanam, hollandicam, italicam, lusitanam) apparabitur ab hac Sacra Congregatione, consiliis collatis cum Conferentiis episcopalibus, ad quas res spectat.

2. Formulae sacramentorum in vernaculas linguas translatae non solum omni ex parte rectam referre debent doctrinam theologicam, sed etiam fideliter, quantum fieri poterit, concordare debent cum textu latino, qui summo studio et cura compositus est a competentibus Sacris Dicasteriis. / 99

3. Si vero agitur de linguis diversis ab iis, quae supra in n. 1 memoratae sunt, Commissiones liturgicae, ad quas res pertinet, per se ipsas apparare debent translationem formularum sacramentorum; Conferentiae vero Episcopales, postquam eam approbaverunt, Sacrae huic Congregationi eandem exhibeant, accurate explanantes singulorum verborum vim et significationem, adhibita lingua quae sit communiter nota inter nationes (ex. gr. lingua anglica, gallica, etc.).

Quodsi formulae, quae ad essentiam Sacramentorum pertinent, non sunt ad verbum translatae, afferendae sunt rationes, quae suaserunt earum immutationes, respectu habito textus latini.

Hae normae faciliorem sane reddent approbationem textuum, praesertim cum agitur de translationibus in eas linguas, quae communes sunt pluribus Nationibus, ac propterea etiam pluribus Conferentiis Episcopalibus. Haec autem Sacra Congregatio, antequam aliquem textum definitive approbet, sibi curae habebit, opportuniore quo fieri poterit modo, consulere Conferentias, eo quidem proposito, ut formulae in vernaculas linguas conversae exigentiis respondeant fidelium, quibus destinantur, sive quod ad verborum stilique rationem sive quod ad eorum necessitates spirituales pertinet.

Haec dum Tecum communico, oblatam opportunitatem libenter nanciscor, ut maxime meae erga Te observantiae sensus significem.

Romae, die 25 Octobris 1973. *De speciali mandato Summi Pontificis.* Ioannes Card. VILLOT, *Secretarius*

http://www.obrascatolicas.com

Status. H. Bugnini, Archiep. tit. Diocletianen., *a Secretis.*

Adn. ab in Notit. 10 (1974) 38.

4234

1973 OCT 31.-COM. INT. CONC.,RESP. AAS 65 (1973) 620

Responsa ad proposita dubia:

De appellationibus in causis matrimonialibus

Patres Pontificiae Commissionis Decretis Concilii Vaticani II interpretandis, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, respondendum esse censuerunt ut infra:

(De appellationibus in causis matrimonialibus)

D. – 1) Utrum ad normam n. VIII § 3 Litterarum Apostolicarum *Causas matrimoniales* diei 28 martii 1971 Tribunal secundae instantiae per decretum decisionem primi gradus nullitatem matrimonii declarantem ratam habere possit, si tum vinculi defensor, tum pars, quae pro matrimonii validitate stat, appellationem interponunt.

R. – *Affirmative.*

2) Utrum Tribunal tertii gradus causam per decretum definire possit, si instantia primi gradus matrimonii nullitatem declaraverit, alterius vero gradus instantia contra matrimonii nullitatem, ex eodem capite, sententiam dederit.

R. – *Negative.*

Ss.mus Dominus Noster Paulus Pp. VI in Audientia die 31 octobris 1973 infrascripto impertita supradictas decisiones ratas habuit, adprobavit et publicari iussit. – Pericles Card. FELICI, *Praeses.*

Adn. E. BERNARDINI in Apoll 47 (1974) 19-39; P. FEDELE in Eph. iur. can. 29 (1973) 244-245.

4235

1973 NOV 1.-SC pro CULTU, NORM. AAS 66 (1974) 30-46

DIRECTORIUM DE MISSIS CUM PUERIS

INTRODUCTIO

1. Pueros baptizatos, qui adhuc plene initiandi sunt per sacramenta Confirmationis et Eucharistiae, necnon eos, qui recens iam ad sacram Communionem admissi sunt, peculiariter fovere debet Ecclesia. Condiciones enim vitae hodiernae, in quibus pueri adolescunt, profectui eorum spiritali minus favent[1]. Insuper parentes non raro obligationes educationis christianae in Baptismo filiorum suorum susceptas vix implent.

2. Quoad pueros in Ecclesia educandos peculiaris difficultas ex eo oritur, quod celebrationes liturgicae, praesertim eucharisticae, vim innatam paedagogicam[2] in pueros plene exercere non possunt. Quamvis nunc in Missa sermonem patrium adhibere liceat, tamen verba et signa captui puerorum non satis aptata sunt.

Re quidem vera pueri etiam in vita sua cotidiana non semper omnia intellegunt, quae cum adultis experiuntur, quin iis ex hoc taedium oriatur. Inde nec pro liturgia postulari potest ut semper omnia et singula iis intellegibilia esse debeant. Tamen damnum spiritale timendum est, si pueri per annos in Ecclesia iterum iterumque vix comprehensibilia experiantur; recens enim psychologia probavit, quam profunde pueri experientia religiosa infantiae et primae pueritiae formentur vi capacitatis religiosae singularis, qua gaudent[3].

3. Ecclesia, Magistrum suum secuta, qui parvulos "complexans ... benedicebat" (*Mc* 10, 16), pueros hac in condicione constitutos sibimetipsis relinquere nequit. Inde mox post Concilium Vaticanum II, quod iam in Constitutione de sacra Liturgia de necessitate aptatio/nis liturgiae ad diversos coetus locutum erat[4], dili- 31
gentius, praesertim in prima Synodo Episcoporum anno 1967 Romae habita, coepit considerare, quomodo participatio puerorum in liturgia facilior evadere posset. Explicitis verbis illa occasione oblata Praeses Consilii ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia dixit agi quidem non posse "de efformando aliquo ritu omnino speciali, sed potius de quibusdam elementis retinendis vel breviandis vel omittendis, de quibusdam textibus magis aptis seligendis"[5].

4. Postquam per Institutionem generalem Missalis Romani instaurati anno 1969 edita omnia et singula pro celebratione eucharistica cum populo statuta sunt, haec Congregatio, petitionibus ex toto orbe catholico iterum iterumque receptis obsecuta, peculiare Directorium pro Missis cum pueris tamquam supplementum huius Institutionis apparare coepit, cooperantibus viris et mulieribus peritis ex omnibus fere nationibus.

5. Conferentiis Episcoporum aut singulis Episcopis hoc Directorio perinde ac Institutione generali quaedam aptationes reservantur[6].

Eaedem Conferentiae aptationes Missae pro pueris in sua dicione forte necessarias, quippe quae Directorio generali contineri nequeant, iuxta art. 40 Constitutionis de sacra Liturgia, Apostolicae Sedi proponant, de ipsius consensu introducendas.

6. Directorium prae oculis habet pueros, qui nondum in aetatem quam vocant prae-adulescentiam, intraverunt. Per se non loquitur de pueris sive corporaliter sive mentaliter impeditis, quia non raro pro iis largior aptatio necessaria est[7]; tamen normae, quae sequuntur, mutatis rebus mutandis, iis etiam applicari possunt.

7. In primo capite Directorii (nn. 8-15) quasi fundamentum ponitur, ubi disseritur de multimoda puerorum manuductione versus liturgiam eucharisticam; alterum caput breviter tractat de Missis cum / adultis 32
(nn. 16-19), quas etiam pueri participant; tertium demum caput (nn.20-54) fusius agit de Missis cum pueris, quas nonnulli tantum adulti participant.

Caput I – De manuductione puerorum versus celebrationem eucharisticam

8. Cum vita plene christiana cogitari nequeat sine participatione actionum liturgicarum, in quibus a fidelibus in unum congregatis mysterium paschale celebra-

1. Cfr. S. Congr. pro Clericis, *Directorium catechisticum generale*, n. 5: *A.A.S.* 64 (1972), pp. 101-102.
2. Cfr. Conc. Vat. II, Const. de S. Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 33.
3. Cfr. S. Congr. pro Clericis, *Directorium catechisticum generale*, n. 78: *A.A.S.* 64 (1972), pp. 146-147.
4. Cfr. Conc. Vat. II, Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, n. 38; cfr. etiam S. Congr. pro Cultu Divino, Instructio *Actio pastoralis*, 15 maii 1969: *A.A.S.* 61 (1969), pp. 806-811.
5. De Liturgia in prima Synodo Espicoporum: *Notitiae* 3 (1967), p. 368.
6. Cfr. infra nn. 19, 32, 33.
7. Cfr. Ordinem Missae cum pueris surdis mutisque regionis linguae germanicae, die 26 iunii 1970 ab hac Congregatione probatum seu confirmatum (Prot. n. 1546/70).

tur, initiatio religiosa puerorum ab hoc fine aliena esse non debet[8]. Ecclesia, quae infantes baptizat, confisa donis hoc sacramento collatis, curare debet, ut baptizati crescant in communione cum Christo et fratribus, cuius communionis signum et pignus est participatio mensae eucharisticae, ad quam pueri praeparantur vel in cuius significationem profundius introducuntur. Quam formationem liturgicam et eucharisticam separare non licet ab educatione universali et humana et christiana; immo nocivum esset, si formatio liturgica tali fundamento careret.

9. Inde omnes, ad quos spectat pueros instituere, unitis viribus et collatis consiliis ad id tendant, ut illis, etsi aliqualem iam sensum Dei rerumque divinarum habent, iuxta aetatem et progressionem personalem experiantur etiam valores humanos, qui celebrationi eucharistiae insident, uti sunt actio communitaria, salutatio, capacitas auscultandi necnon veniam petendi et tribuendi, expressio grati animi, experientia actionum symbolicarum, convivii amicalis, celebrationis festivae[9].

Catecheseos eucharisticae, de qua in n. 12, erit tales valores humanos ita excolere, ut pueri gradatim iuxta aetatem et condiciones psychologicas et sociales animos aperiant ad valores christianos percipiendos et ad mysterium Christi celebrandum[10].

10. Maximam partem in his valoribus humanis et christianis inculcandis habet familia christiana[11]. Inde
33 institutio christiana, quae pa/rentibus praebetur vel aliis personis, quibus incumbit educatio, etiam ratione habita formationis liturgicae puerorum valde fovenda est.

Vi conscientiae officii in Baptismo infantium suorum libere accepti parentes obligatione tenentur pueros gradatim docendi orare, cum iis cotidie comprecantes eosque ad preces privatim fundendas manuducentes[12]. Si pueri ita praeparati iam a teneris annis, quandocumque id desiderant, una cum familia Missam participant, facilius incipient in communitate liturgica cantare et orare, immo quodammodo iam praesentient mysterium eucharisticum.

Si autem parentes in fide debiliores sunt et tamen institutionem christianam puerorum desiderant, saltem invitentur ad valores humanos, de quibus supra, cum pueris communicandos et, occasione data, ad partem habendam in coetibus parentum et in celebrationibus non eucharisticis, quae cum pueris fiunt.

11. Insuper communitates christianae, ad quas singulae familiae pertinent vel in quibus pueri vivunt, officio devinciuntur circa pueros in Ecclesia baptizatos. Communitas christiana testimonium Evangelii praebens, fraternam caritatem vivens, mysteria Christi actuose celebrans optima schola est institutionis christianae et liturgicae pro pueris, qui in ea vivunt.

Intra communitatem christianam, patrini vel aliae personae navitate spectatae, impetu apostolico motae, familiis, quae partem suam in educatione christiana vix implent, magnum possunt afferre adiumentum ad pueros debite catechizandos.

Peculiariter iisdem finibus inserviunt "prae-scholae" et scholae catholicae necnon varii coetus puerorum.

12. Quamvis ipsa liturgia vim sibi propriam eruditionis[13] etiam in pueros semper exerceat, debitum mo-

8. Cfr. Conc. Vat. II, Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, nn. 14,19.
9. Cfr. S. Congr. pro Clericis, *Directorium catechisticum generale*, n. 25: *A.A.S.* 64 (1972), p. 114.
10. Cfr. Conc. Vat. II, Decl. de educatione christiana *Gravissimum educationis*, n. 2.
11. Cfr. ibid., n. 3.
12. Cfr. S. Congr. pro Clericis, *Directorium catechisticum generale*, n. 78: *A.A.S.* 64 (1972), p. 147.
13. Cfr. Conc. Vat. II, Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, n. 33.

mentum meretur intra institutionem catecheticam et scholarem et paroecialem catechesis de Missa[14], conducens ad ejus actuosam, consciam et genuinam parti-
ci/pationem[15]. Talis catechesis "puerorum aetati et in- 34
genio sane accommodata eo tendere debet, ut per praecipuos ritus et preces tradatur Missae significatio, etiam ad vitae Ecclesiae participationem quod attinet"[16]; hoc praesertim dicendum est de textibus ipsius Precis eucharisticae et de acclamationibus, quibus hanc pueri participant.

Peculiari mentione digna est illa catechesis, qua pueri ad primam Communionem praeparantur. In ea non tantum discant, quae sint veritates fidei circa Eucharistiam, sed quomodo deinceps, pro modulo suo paenitentia praeparati, plene corpori Christi inserti actuose cum populo Dei Eucharistiam participare possint, partem habentes in mensa Domini et in communitate fratrum.

13. Magnam partem in formatione liturgica puerorum et in eorum praeparatione ad vitam liturgicam Ecclesiae habere possunt etiam celebrationes varii generis, quibus pueri quaedam elementa liturgica vi ipsius celebrationis facilius percipiunt, uti sunt salutatio, silentium, laus communis, praesertim ea quae fiunt cantu communi. Caveatur tamen, ne celebrationes huiusmodi indolem nimis didacticam induant.

14. Magis magisque in his celebrationibus iuxta captum puerorum verbum Dei locum obtineat. Immo crescente capacitate spiritali sat frequenter cum iis habeantur sacrae verbi Dei celebrationes proprie dictae, praesertim tempore Adventus et Quadragesimae[17]. Quae celebrationes aestimationem verbi Dei apud pueros magnopere fovere possunt.

15. Omnis institutio liturgica et eucharistica, salvis iis, quae dicta sunt, semper ad id tendere debet, ut vita cotidiana puerorum in dies magis Evangelio respon-
deat. / 35

Caput II – De Missis cum adultis, quas etiam pueri participant

16. In multis locis, imprimis diebus dominicis et festis, Missae paroeciales celebrantur, quas simul cum magno numero adultorum non pauci pueri participant. In his Missis testimonium fidelium adultorum magnum effectum habere potest apud pueros. Sed et adulti ex eo, quod in tali celebratione experiuntur partem, quam pueri in communitate christiana habent, emolumentum spiritale capiunt. Spiritus christianus familiarum magnopere fovetur, si pueri tales Missas simul cum parentibus et aliis membris familiae participant.

Ipsi infantes, qui Missam participare adhuc nequeunt vel nolunt, in fine Missae adduci possunt, simul cum communitate benedicendi, postquam v. gr. adiutrices quaedam paroeciales eos inter Missam in loco separato custodierunt.

17. Tamen in Missis huius generis sedulo cavendum est, ne pueri se neglectos sentiant propter incapacitatem participandi et intellegendi ea, quae in celebratione aguntur et proclamantur. Aliquo saltem modo ratio habeatur eorum praesentiae, v. gr. alloquendo eos peculia-

14. Cfr. S. Congr. Rituum, Instructio *Eucharisticum mysterium*, 25 maii 1967, n. 14: *A.A.S.* 59 (1967), p. 550.
15. Cfr. S. Congr. pro Clericis, *Directorium catechisticum generale*, n. 25: *A.A.S.* 64 (1972), p. 114.
16. S. Congr. Rituum, Instructio *Eucharisticum mysterium*, 25 maii 1967, n. 14: *A.A.S.* 59 (1967), p. 550; cfr. etiam S. Congr. pro Clericis, *Directorium catechisticum generale*, n. 57: *A.A.S.* 64 (1972), p. 131.
17. Cfr. Conc. Vat. II, Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, n. 35, 4.

http://www.obrascatolicas.com

riter in monitionibus (v. gr. in initio et in fine Missae) et in aliqua parte homiliae.

Immo fortasse aliquando, si condicio locorum et personarum id permittit, opportunum erit liturgiam verbi cum homilia in aliliquo loco separato, sed non nimis distante cum pueris celebrare, qui, antequam liturgia eucharistica incipiat, introducuntur in locum, ubi adulti interim propriam liturgiam verbi celebraverunt.

18. Valde utile esse potest in his Missis quaedam pueris officia concredere; possunt v. gr. afferre dona, unum alterumve ex cantibus Missae exsequi.

19. Interdum huiusmodi Missa, si numerus puerorum notabilis est, opportune ita ordinetur, ut etiam magis puerorum postulatis satisfaciat. Tunc homilia ad pueros dirigatur, ita tamen ut etiam adulti ex ea fructum capere possint. Praeter aptationes in ipso Ordine Missae iam exstantes una aliave ex aptationibus peculiaribus infra descriptis, in Missa cum adultis, quam etiam pueri participant, adhiberi potest, ubicumque Epi-
36 scopus id permiserit. /

Caput III – De Missis cum pueris, quas nonnulli tantum adulti participant

20. Praeter Missas, quae a pueris una cum parentibus et aliis familiae membris participantur, quaeque nec semper nec ubique fieri possunt, commendantur, praesertim infra hebdomadam, Missae cum solis pueris celebrandae, nonnullis tantum adultis participantibus. In his Missis quasdam aptationes necessarias esse ab initio instaurationis liturgicae omnibus persuasum est[18].

De quibus aptationibus, et quidem generalioribus tantum, infra (nn. 38-54) sermo erit.

21. Semper prae oculis habendum est tales celebrationes eucharisticas pueros versus Missas adultorum manuducere debere, praesertim eas, ad quas communitas christiana in dominicis convenire debet[19]. Inde, salvis aptationibus quoad aetatem necessariis, non perveniatur ad ritus omnino speciales[20], qui nimis differant ab Ordine Missae cum populo celebrandae. Finis variorum elementorum semper iis respondere debet, quae in Institutione generali Missalis Romani de singulis dicta sunt, etiamsi aliquando propter rationes pestorales *identitas* absoluta inculcari nequit.

De officiis et ministeriis in celebratione

22. Principia actuosae et consciae participationis quodammodo a fortiori valent, si Missae cum pueris celebrantur. Inde curetur, ut omnia fiant ad talem participationem augendam et impensiorem reddendam. Hanc ob rem quam plurimi pueri partes speciales in celebratione agant; cuius modi hae sunt: locum et altare apparare (cfr. n. 29), munere cantoris fungi (cfr. n. 24), in choro cantare, musicam instrumentis exsequi (cfr. n. 32), lectiones proferre (cfr. nn. 24 et 47), respondere infra homiliam (cfr. n. 48), intentiones orationis uni-
37 versalis reci/tare, dona ad altare afferre necnon similes hisce actiones facere iuxta consuetudinem diversorum populorum (cfr. n. 34).

Ad participationem fovendam aliquando iuvabunt etiam quaedam additiones, v.gr. insertio causarum ad gratias agendas, antequam sacerdos dialogum Praefationis incipiat.

In his omnibus prae oculis habeatur actiones externas sine fructu manere, immo nocivas esse, nisi internae participationi puerorum inserviant. Quapropter sacrum silentium etiam in Missis cum pueris suum momentum habet (cfr. n. 37). Magna cum diligentia attendatur, ne pueri obliviscantur omnes participationis formas cuimen suum obtinere in Communione eucharistica, in qua Corpus et Sanguis Christi ut cibus spiritalis accipiuntur[21].

23. Sacerdoti Missam cum pueris celebranti cordi sit reddere celebrationem festivam, fraternam, meditativam[22]; magis enim quam in Missis cum adultis haec animorum dispositio in celebratione a sacerdote efficiatur. Pendet ex eius praeparatione personali necnon ex eius modo cum aliis sese gerendi et loquendi.

Dignitati, claritati et simplicitati gestuum apprime consulat. Alloquens pueros ita se exprimat, ut facile intellegi possit, vitata tamen quavis forma nimis puerili.

Monitiones libere proferendae[23] pueros conducat ad genuinam participationem liturgicam nec sint explanationes mere didacticae.

Ad corda puerorum movenda iuvabit, si eos sacerdos quandocumque propriis verbis invitaverit, v. gr. ad actum paenitentialem, ad orationem super oblata, ad orationem dominicam, ad pacem dandam, ad Communionem.

24. Cum Eucharistia semper sit actio totius communitatis ecclesialis, optanda est participatio saltem nonnullorum adultorum, qui non tamquam vigilantes, sed tamquam comprecantes Missam participent et pueros, quatenus necessarium est, adiuvent.

Nil impedit, quin unus ex his adultis, qui cum pueris Missam participant, annuente parocho vel rectore Ecclesiae, post Evangelium verba ad pueros dirigat, praesertim si sacerdos difficulter tantum mentis / habitui 38
puerorum sese aptat. Qua in re serventur normae proximae edendae a S. Congregatione pro Clericis.

Etiam in Missis cum pueris diversitas ministeriorum foveatur, ut celebratio tamquam communitaria appareat[24]; adhibeantur, ex. gr. lectores et cantores sive ex pueris sive ex adultis. Ita varietate vocum taedium vitabitur.

De loco et tempore celebrationis

25. Locus primarius celebrationis eucharisticae cum pueris est ecclesia, in qua tamen, si praesto est, diligenter seligatur spatium, quod numero participantium respondeat et in quo libere se gerere possint pueri iuxta postulata liturgiae vivae aetati eorum congruae.

Si autem ecclesia his postulatis non respondeat, opportunum erit interdum extra locum sacrum cum pueris Eucharistiam celebrare, sed tunc locus sit aptus tantaque celebratione dignus[25].

26. Pro Missis cum pueris illud tempus diei seligatur, quod melius convenit circumstantiis, in quibus vivunt, ita ut quam maxime aperti sint ad verbum Dei audiendum et ad Eucharistiam celebrandam.

27. Missa infra hebdomadam a pueris participanda certe cum maiore fructu et minore periculo taedii celebrari potest, si (ex. gr. in collegiis, in quibus pueri simul vivunt) non cotidie fit; insuper diligentius praeparari potest, si longius spatium temporis inter varias celebrationes intercedit.

Interdum praeferenda est communis precatio, ad quam pueri etiam sponte conferre possunt, vel communis meditatio vel sacra verbi Dei celebratio, quae priores celebrationes eucharisticas continuat et ad posteriores profundius participandas valet.

18. Cfr. supra, n. 3.
19. Cfr. Conc. Vat. II, Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, nn. 42 et 106.
20. Cfr. De Liturgia in prima Synodo Episcoporum: *Notitiae* 3 (1967), p. 368.
21. Cfr. *Institutio generalis Missalis Romani*, n. 56.
22. Cfr. infra n. 37.
23. Cfr. *Institutio generalis Missalis Romani*, n. 11.
24. Cfr. Conc. Vat. II, Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, n. 28.
25. Cfr. *Institutio generalis Missalis Romani*, n. 253.

28. Quandocumque numerus puerorum, qui simul Eucharistiam celebrant, nimius est, participatio attenta et conscia difficilior evadit. Itaque, si fieri potest, plures coetus efficiantur, qui non rigide iuxta aetatem, sed attenta formationis religiosae progressione et praeparatione catechetica constituantur.

Infra hebdomadam autem tales coetus opportune
39 diebus diversis ad sacrificium Missae invitentur. /

De praeparatione celebrationis

29. Sedulo et tempestive quaevis celebratio eucharistica cum pueris praeparetur, praesertim quoad orationes, cantus, lectiones, intentiones orationis universalis, collatis consiliis cum adultis et cum pueris, qui ministerium peculiare in his Missis exercent. In apparando et ornando loco celebrationis necnon in praeparandis calice cum patena et urceolis, si fieri potest, aliqui ex pueris partem habeant. Salva congrua participatione interiore, etiam tales actiones fovendo sensui communitariae celebrationis inservire possunt.

De cantu et musica

30. Cantus, si magni fieri debet in omnibus celebrationibus, praesertim in Missis cum pueris celebrandis propter eorum affinitatem peculiarem ad musicam, attentis ingenio diversorum populorum et capacitate puerorum praesentium propria, omnimode fovendus est[26].

Ubi fieri potest, acclamationes, praesertim eae, quae ad Precem eucharisticam pertinent, a pueris potius cantentur quam recitentur.

31. Ad faciliorem reddendam participationem puerorum in cantibus "Gloria", "Credo", "Sanctus" et "Agnus Dei" adhibere licet cum modis musicis aptas interpretationes populares ab auctoritate competenti receptas, etiamsi in omnibus cum textibus liturgicis non concordent[27].

32. Etiam in Missis cum pueris "musica instrumenta magnam utilitatem ... afferre possunt"[28], praesertim si ab ipsis pueris adhibentur. Inserviunt enim vel cantui, quem sustentant, vel meditationi puerorum, quam nutriunt; interdum gaudium festivum et laudem Dei modo suo exprimunt.

Sedulo semper caveatur, ne musica cantui praeponderet vel apud pueros potius distractionem quam aedificationem gignat; respondeat oportet fini, qui singulis temporis spatiis, quibus inter Missam musica editur,
40 propositus est. /

Sub iisdem cautelis et cum debita circumspectione ac peculiari discretione etiam musica technice effecta in Missa cum pueris adhibere potest, iuxta normas a Conferentiis Episcoporum statutas.

De gestibus

33. Ratione habita naturae liturgiae tamquam actionis totius hominis et psychologiae puerorum, participatio per gestus et habitus corporis in Missis cum pueris magnopere fovenda est, iuxta aetatem et locorum consuetudinem. Multum pendet non tantum e gestibus sacerdotis[29], sed etiam e modo, quo tota communitas puerorum se gerit.

Si qua Conferentia Episcoporum iuxta normam Institutionis generalis Missalis Romani gestus, qui in Missa occurrunt, ingenio populi aptat[30], respectum habeat etiam condicionis peculiaris puerorum, vel pro pueris tantum tales aptationes determinet.

34. Inter actiones, quae gestibus adnumerantur, peculiari mentione dignae sunt processiones et aliae actiones participationem corporis secumferentes.

Ingressus processionalis puerorum cum sacerdote celebrante iuvare potest, quo melius sentiatur communionem tunc constitui[31]; participatio saltem aliquorum puerorum cum calice et donis vim et sensum praeparationis donorum manifestius exprimit; processio ad communionem debite ordinata multum iuvat ad pietatem puerorum fovendam.

De elementis visualibus

35. Ipsa liturgia Missae multa elementa visualia continet, quibus apud pueros maximum momentum tribuendum est; quod dicendum est praesertim de elementis visualibus peculiaribus in decursu anni liturgici, uti sunt adoratio crucis, cereus paschalis, lumina in festo Praesentationis Domini, diversitas colorum et ornamentorum liturgicorum.

Praeter illa elementa visualia ipsi celebrationi atque loco celebrationis inhaerentia alia opportune introducantur, quae pueris permit/tant magnalia Dei in crea- 41
tione et redemptione perpetrata oculis percipere et ope visus precationem suffulciunt. Numquam liturgia appareat tamquam res arida et mere ad cogitationes pertinens.

36. Eadem de causa usus etiam imaginum ab ipsis pueris praeparatarum utilis esse potest, v. gr. ad homiliam illustrandam, ad intentiones orationis universalis visibiliter demonstrandas, ad meditationem inspirandam.

De silentio

37. Etiam in Missis cum pueris "silentium, tamquam pars celebrationis, suo tempore est servandum"[32], ne nimia pars tribuatur actioni externae; nam etiam pueri pro modulo suo meditationis sunt revera capaces. Tamen quadam manuductione indigent, ut discant iuxta momenta diversa (v. gr. post Communionem[33] vel etiam post homiliam) ad seipsos converti vel breviter meditari vel in corde suo Deum laudare et orare[34].

Insuper curandum est – et quidem diligentius quam in Missa cum adultis – ut textus liturgici sine festinatione et intellegibiliter proferantur, debitis pausis interiectis.

De partibus Missae

38. Salva semper structura generali Missae, quae "duabus partibus quodammodo constat, liturgia nempe verbi et eucharistia", necnon quibusdam ritibus celebrationem aperientibus et concludentibus[35], intra singulas partes celebrationis sequentes aptationes necessariae videntur, ut pueri reapse "fidei mysterium ... per ritus et preces"[36] secundum leges psychologicas pueritiae more suo experiantur.

39. Ne differentia inter Missas cum pueris et Missas cum adultis nimia evadat[37], aliqui ritus et textus pueris numquam aptentur, uti / "acclamationes et respon- 42
siones fidelium salutationibus sacerdotis"[38], oratio do-

26. Cfr. *Institutio generalis Missalis Romani*, n. 19.
27. Cfr. S. Congr. Rituum, Instructio *Musicam sacram*, 5 martii 1967, n. 55: *A.A.S.* 59 (1967), p. 316.
28. Ibid., n. 62: *A.A.S.* 59 (1967), p. 318.
29. Cfr. supra, n. 23.
30. Cfr. *Institutio generalis Missalis Romani*, n. 21.
31. Cfr. ibid., n. 24.
32. *Institutio generalis Missalis Romani*, n. 23.
33. Cfr. S. Congr. Rituum, Instructio *Eucharisticum mysterium*, 25 maii 1967, n. 38: *A.A.S.* 59 (1967), p. 562.
34. Cfr. *Institutio generalis Missalis Romani*, n. 23.
35. Ibid., n. 8.
36. Conc. Vat. II, Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, n. 48.
37. Cfr. supra, n. 21.
38. *Institutio generalis Missalis Romani*, n. 15.

http://www.obrascatolicas.com

minica, formula trinitaria in fine benedictionis, qua sacerdos Missam concludit. Suadetur etiam, ut pueri paulatim – salvo usu Symboli Apostolorum, de quo in n. 49 – assuefiant Symbolo Nicaeno-Constantinopolitano.

a) *De ritu initiali.*

40. Cum ritus initialis in Missa eo spectet, "ut fideles in unum convenientes communionem constituant et recte ad verbum Dei audiendum digneque Eucharistiam celebrandam sese disponant"[39], curandum est, ut illa dispositio in pueris oriatur nec periclitetur nimietate rituum, qui hic proponuntur.

Inde aliquando licet unum alterumve elementum ritus initialis omittere, aliud autem forsan magis amplificare. Semper adsit saltem aliquod elementum introductorium, quod per collectam concluditur. In electione singulorum elementorum attendatur, ut unumquodque elementum tempore suo appareat nullumque penitus neglegatur.

b) *De lectione verbi Dei eiusque explanatione.*

41. Cum lectiones e Sacra Scriptura desumptae "partem praecipuam liturgiae verbi" constituant[40], etiam in Missis cum pueris celebrandis numquam desit lectio biblica.

42. Quod vero attinet ad numerum lectionum in dominicis et festis, servanda sunt decreta Conferentiarum Episcopalium. Si tres vel duae lectiones in dominicis vel feriis praestitutae difficulter tantum a pueris intellegi possunt, licet duas vel unam tantum ex iis legere; numquam tamen desit lectio ex Evangelio desumpta.

43. Si omnes lectiones diei assignatae captui puerorum minus convenire videntur, licet lectiones seu lectionem seligere vel e Lectionario Missalis Romani vel immediate ex Bibliis, attentis tamen temporibus liturgicis. Suadetur autem, ut singulae Conferentiae Episcoporum Lectionaria pro Missis cum pueris conficienda
43 curent. /

Si propter captum puerorum necessarium videtur unum alterumve versiculum lectionis biblicae omittere, hoc caute fiat et ita, "ne sensus textus aut mens et quasi stylus Scripturae mutilentur"[41].

44. In seligendis lectionibus criterium sumatur a qualitate potius quam a quantitate textus Sacrae Scripturae. Non semper et per se lectio brevior pueris aptior est quam alia protracta. Omnia pendent ex utilitate spiritali, quam lectio pueris praebere potest.

45. Quia in ipso textu biblico "Deus populum suum alloquitur ... et ipse Christus per verbum suum in medio fidelium praesens adest"[42], vitentur paraphrases Sacrae Scripturae. Commendatur tamen usus versionum, quae, ab auctoritate competenti admissae, pro catechesi puerorum forsitan iam exstent.

46. Inter lectiones cantentur vel versiculi psalmorum iuxta intellegentiam puerorum diligenter selecti vel canticum in modum psalmorum vel "Alleluia" cum versu simplici. Semper autem in his cantibus pueri partem habeant. Nil impedit, quin interdum silentium meditativum pro cantu substituatur.

Si unica tantum lectio seligatur, cantus edi potest post homiliam.

47. Ut pueri lectiones biblicas suas faciant et dignitatem verbi Dei in dies magis dignoscant, magni aestimanda sunt omnia elementa, quae interpretationi lectionum inserviunt.

39. Ibid., n. 24.
40. Ibid., n. 33.
41. Missale Romanum, *Lectionarium I*, De Ordine lectionum Missae, Praenotanda generalia, n. 7 d.
42. *Institutio generalis Missalis Romani*, n. 33.

Inter quae elementa admonitiones enumerandae sunt, quae lectiones praecedunt[43] et pueros ad bene et fructuose audiendum excitant, vel contextum explicando vel ad ipsum textum conducendo. In Missa de Sancto diei ad ea interpretanda et illustranda, quae ex Sacra Scriptura proferuntur, aliquid ex eius vita narrari potest non tantum in homilia, sed etiam ante lectiones biblicas in modum admonitionis.

Ubi textus lectionis id suadet, utile esse potest ut ipsi pueri eum distributis partibus legant, quemadmodum pro lectione Passionis Domini in Hebdomada Sancta
44 statutum est. /

48. In omnibus Missis cum pueris magnum momentum homiliae tribuendum est, qua verbum Dei explanatur. Homilia pueris destinata interdum in dialogum cum iis transibit, nisi praeferatur, ut in silentio auscultent.

49. Si Symbolum in fine liturgiae verbi occurrit, apud pueros sumi potest Symbolum Apostolicum, quippe quod inest eorum institutioni catecheticae.

c) *De orationibus praesidentialibus.*

50. Ut sacerdos in orationibus praesidentialibus pueros revera sibi sociare possit, licet ei textus pueris aptiores e Missali Romano seligere, attento tamen tempore liturgico.

51. Interdum principium selectionis non sufficiet, ut pueri orationes considerare possint tamquam expressionem vitae propriae et suae experientiae religiosae[44], cum orationes compositae sint pro fidelibus adultis. In hoc casu nil impedit, quin textus orationum Missalis Romani necessitatibus puerorum aptentur, ita tamen, ut, fine et quodammodo etiam substantia servatis, omnia vitentur, quae a genere litterario orationis praesidentialis aliena sunt, uti adhortationes de moribus et modus loquendi nimis pueriles.

52. Summum momentum in Eucharistia cum pueris celebranda competit Preci Eucharisticae, quae est culmen totius celebrationis[45]. Multum pendet e modo, quo haec Prex a sacerdote profertur[46] atque a pueris auscultando et acclamando participatur.

Ipsa animorum dispositio, quae in hoc centro celebrationis requiritur, tranquillitas et reverentia, quibus omnia fiunt, pueros maxime attentos reddere debent ad praesentiam realem Christi in altari sub speciebus panis et vini, ad eius oblationem, ad gratiarum actionem per ipsum et cum ipso et in ipso necnon ad oblationem Ecclesiae, quae tunc fit et qua fideles semetipsos et vitam suam cum Christo Patri aeterno offerunt in
Spiritu Sancto. /
45

Adhibendae sunt interim quattuor Preces ab auctoritate suprema pro Missis cum adultis approbatae et in usum liturgicum inductae, donec Apostolica Sedes pro Missis cum pueris aliter provideat.

d) *De ritibus ante Communionem.*

53. Prece eucharistica finita, semper sequantur oratio dominica, fractio panis et invitatio ad Communionem[47], quia his elementis maximum momentum competit in structura huius partis Missae.

e) *De Communione et de ritibus, qui eam sequuntur.*

54. Omnia fiant, ut pueri apte dispositi, qui ad Eucharistiam iam admissi sunt, tranquille et cum recollec-

43. Cfr. ibid., n. 11.
44. Cfr. Consilium ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia, *Instruction sur la traduction des textes liturgiques pour la célébration avec le peuple*, 25 ianuarii 1969, n. 20: *Notitiae* 5 (1969), p. 7.
45. Cfr. *Institutio generalis Missalis Romani*, n. 54.
46. Cfr. supra, nn. 23 et 37.
47. Cfr. supra, n. 23.

tione animi ad sacram mensam accedant, ut plene participent mysterium eucharisticum. Ubi fieri potest inter processionem Communionis edatur cantus pueris accommodatus[48].

Monitio praecedens benedictionem finalem[49] in Missis cum pueris magni momenti est, quia hi indigent, antequam dimittantur, quadam repetitione et applicatione eorum, quae audierunt, brevissimis tamen verbis enuntiata. Praesertim hoc loco opportune patefiat nexus inter liturgiam et vitam.

Saltem interdum pro temporibus liturgicis ac diversis in vita puerorum momentis, sacerdos adhibeat formas ditiores benedictionis, retenta semper formula trinitaria cum signo crucis in fine[50].

* * *

55. Omnia, quae hoc Directorio continentur, ad hoc tendunt, ut pueri expedite et cum gaudio in celebratione Eucharistica possint simul occurrere Christo et cum
46 eo astare coram Patre[51]. Conscia et actuosa / participatione sacrificii et convivii eucharistici formati, de die in diem magis discant domi et extra domum, inter familiares et aequales Christum annuntiare, vivendo fidem, "quae per caritatem operatur" (*Gal* 5, 6).

Hoc Directorium, a Sacra Congregatione pro Cultu Divino apparatum, Summus Pontifex Paulus VI die 22 octobris 1973 approbavit et confirmavit idemque publici iuris fieri iussit.

Ex aedibus Sacrae Congregationis pro Cultu Divino, die 1 novembris 1973, in sollemnitate Omnium Sanctorum. *De speciali mandato Summi Pontificis.* Ioannes Card. VILLOT, *Secretarius Status.* H. Bugnini, Archiepiscopus tit. Diocletianen., *a Secretis.*

48. Cfr. S. Congr. Rituum, Instructio *Musicam sacram*, 5 martii 1967, n. 32: *A.A.S.* 59 (1967), p. 309.
49. Cfr. *Institutio generalis Missalis Romani*, n. 11.
50. Cfr. supra, n. 39.
51. Cfr. Missale Romanum, Prex eucharistica II.

Adn. C. BRAGA in EL 88 (1974) 491-499; 90 (1976) 490-496; R. KACZYNSKI in Notit. 10 (1974) 22-28; G. M. OURY in Esprit et vie 85 (1975) 376-380; Notit. 10 (1974) 131; Notiziario della Conferenza episcopale italiana, anno 1977, n. 2 p. 26-30.

4236

1973 NOV 8.- SC pro RELIGIOSIS, RESCRIPTUM. PART.*

Facultas datur ut sodales Tertii Ordinis saecularis S. Francisci professionem anticipare possint

PRECES. - *Beatissime Pater*, Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Conventualium a Sanctitate Tua humiliter implorat ut Superiores maiores Ordinis et Assistentes locales Fraternitatum Tertii Ordinis permittere valeant ut professio anticipetur, non ultra quindecim dies, ob rationes allatas. Et Deus, etc.

RESCR.- Vigore facultatum a Summo Pontifice concessarum, Sacra Congregatio pro Religiosis et Institutis saecularibus, attentis expositis, annuit pro gratia iuxta preces, servatis ceteris servandis. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, die 8 novembris 1973. - Basilius Heiser, O. F. M. Conv., *Subsecretarius.* C. Addivinola, *Officialis.*

* Procuratori Generali O. F. M. Conv., Prot. N. 5858/73: COFMConv 70 (1973) 161.

4237

1973 NOV 12.-CONV. RHENAN.-PALAT. AAS 65 (1973) 642

Ratihabitio Conventioni inter Apostolicam Sedem et Rhenaniam-Palatinum diei 15 maii 1973

Vide textum supra sub die 15 Maii 1973: LE 4197

4238

1973 NOV 12. - SIGNATURA APOST., DECRETUM. PART.*

Approbatur erectio Tribunalium regionalium in Algeria ad videndas universas causas, additis nonnullis facultatibus territoriis missionum iam concessis

Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal, viso ac mature perpenso decreto diei 24 octobris 1973, quo E.mus Archiepiscopus Algerien, Exc.mus Archiepiscopus Rabaten. et Exc.mi Episcopi Oranen., Constantinian. et Laguaten., erigunt duo Tribunalia Regionalia ad pertractandas causas universas, scilicet non tantum causas nullitaris matrimonii, sive formales sive summarias, sed etiam causas separationis coniugum, necnon causas contentiosas et criminales, et quidem primae instantiae apud Curiam Rabatensem et secundae instantiae apud Curiam Algeriensem; vi n. 105 Constitutionis Apostolicae *Regimini Ecclesiae universae*, et attento art. 2 § 1 *Normarum* ab hoc Supremo Tribunali editarum die 28 decembris 1970; perpensa instantia Exc.mi Archiepiscopi Rabatensis, nomine etiam E.mi Archiepiscopi Algeriensis et Exc.morum Episcoporum Oranensis, Constantiniani et Laguatensis, diei 26 octobris 1973 ad obtinendam approbationem Sanctae Sedis, *petitam approbationem concedit ut praefatum decretum vim habeat et exsecutioni mandetur.*

Insuper, attenta petitione Exc.mi Archiepiscopi Rabatensis et audita Sacra Congregatione pro Gentium Evangelizatione, extenditur duobus Tribunalibus Regionalibus nuper erectis facultas iam concessa ab eadem Sacra Congregatione territoriis missionum, nempe "reducendi ob penuriam officialium, numerum ministrorum tribunalis primae instantiae, ita ut Tribunal constituatur tribus administris, scilicet iudice unico, defensore vinculi et notario".

Decernant Exc.mi Episcopi de tempore quo nova tribunalia vigere incipiant et de regimine causarum nunc pendentium apud tribunalia dioecesana, iuxta art. 22 earundem *Normarum* huius Supremi Tribunalis.

Datum Romae, e sede Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis, die 12 novembris 1973. – Dinus Card. STAFFA, *Praefectus.* Aurelius Sabattani, *a Secretis.*

* **Apoll 47 (1974) 345-346.**

4239

1973 NOV 15. - SIGNATURA APOST., DECRETUM. PART.*

Approbatur erectio Tribunalis interdioecesani primae instantiae pro dioecesibus Rhedonen., Briocen., Veneten. et Corisopiten. in Gallia cum competentia in universas causas

Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal, viso ac mature perpenso decreto diei 3 octobris 1973, quo E.mus Archiepiscopus Rhedonen. et Exc.mi Episcopi Briocen., Veneten. et Corisopiten. erigunt in urbe v. d. 'Rennes' Tribunal interdioecesanum primae instantiae, quod pertractet causas universas, scilicet non tantum causas nullitatis matrimonii, sive formales sive summarias, sed etiam causas separationis coniugum, necnon causas contentiosas et criminales, pro dioecesibus Rhedonen., Briocen., Veneten. et Corisopiten.; attento quod idem Tribunal interdioecesanum habet tamquam sedem appellationis Tribunal interdioecesanum erectum in dioecesi Andegaven., incolumi iure recurrendi ad S. R. Rotam vi can. 1599 § 1, n. 1; vi n. 105 Constitutionis Apostolicae *Regimine Ecclesiae universae*, et attento art. 2 § 1 *Normarum* ab hoc Supremo Tribunali editarum die 28 decembris 1970; perpensa instantia E.mi Archiepiscopi Rhedonensis et Exc.morum Episcoporum Briocen., Veneten. et Corisopiten. diei 3 octobris 1973, *petitam approbationem concedit ut praefatum decretum vim habeat et exsecutioni mandetur.*

Decernant Exc.mi Episcopi de tempore quo novum tribunal vigere incipiat et de regimine causarum nunc pendentium apud tribunalia dioecesana, iuxta art. 22 earundem *Normarum* huius Supremi Tribunalis.

Datum Romae, e sede Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis, die 15 novembris 1973. – Dinus Card. STAFFA, *Praefectus.* Aurelius Sabattani, *a Secretis.*

* **Apoll 47 (1974) 346-347.**

http://www.obrascatolicas.com

4240

1973 NOV 20. - SC pro CLERICIS, RESPONSUM. PART.*

Quando quibusque sub regulis praedicatio verbi Dei committi potest laicis in actionibus liturgicis publice peragenda

Romae, die 20 novembris 1973

Eminentissime Domine, Omnibus christifidelibus praeclara incumbit obligatio, iuxta doctrinam Concilii Oecumenici Vaticani II, ad missionem salvificam Ecclesiae participandam; idcirco Synodo dioecesium Germaniae Foederatae generali bene visum fuit laicos exhortari quo impensius apostolicam suam actuositatem in sinu Ecclesiae explicare vellent. Qua laudabili idea inducti Synodales, diebus 3-7 ianuarii 1973 in ecclesia cathedrali Herbipolensi coadunati, participationem laicorum etiam in munere praedicandi in Ecclesia exoptarunt, votum suum hisce in terminis manifestantes: Laici in verbo Dei annuntiando participent oportet dando in divina liturgia fidei suae testimonium, dein debita missione canonica praediti in actionibus liturgicis sermonem seu concionem pronunciando, demum, in casibus extraordinariis, homiliam intra Missam proferendo (*Die Beteiligung der Laien an der Verkündigung*, n. 3).

Quod votum litteris diei 22 februarii elapsi Eminentia Tua, nomine Episcoporum istius Reipublicae, huic Sacrae Congregationi exhibuit opportunam necessariamque facultatem a Sancta Sede expostulans.

Haec Sacra Congregatio, licet de hoc argumento in una Plenaria iam in praeterito egisset, responsum P. Commissionis Decretis Concilii Vaticani II interpretandis diei 11 ianuarii 1971 prae oculis habens, quaestionem nunc propositam ex integro tractavit una cum ceteris Curiae Romanae Dicasteriis, collatis praesertim consiliis cum Ss. Congregationibus pro Doctrina Fidei et pro Cultu Divino necnon cum Consilio de Laicis.

Libenter agnoscitur apostolatum laicorum non solum in saeculo sed in ipsa Ecclesia, per Vaticanum Secundum multoties affirmatum et commendatum, in Germania iam diuturna traditione gaudere. Probanda revera est sincera illa collaboratio quam in omni evangelizationis opere laici ss. Ministris ex corde praestant. Nunc vero, – ob communem populi Dei responsabilitatem erga verbum Dei annuntiandum, – talis collaboratio laicorum a praefata Synodo extendi cupitur ad munus quoque in actionibus liturgicis praedicandi.

Iamvero per idem Concilium diffuse edocemur munus praedicandi in Ecclesia competere, ante omnia, Episcopis tamquam doctoribus authenticis, Presbyteris dein uti Episcoporum cooperatoribus, demum Diaconis; proinde intimam esse relationem inter ordinem sacrum et officium praedicationis. Si igitur de responsabilitate communitatis ecclesialis in verbo Dei annuntiando loquimur, hoc intelligatur oportet de populo Dei hierarchice seu per sacramentum Ordinis constituto.

Quare facile comprehenditur quod in hac quaestione examinanda idem experti sumus dubium quod iam tractatum disceptatumque fuit sive in sinu istius Coetus Episcoporum sive in ipsa aula Synodi: An munere praedicandi laicis in actionibus liturgicis concedendo differentia illa essentialis obnubiletur quae inter sacerdotium ministeriale presbyterorum et commune fidelium exstat; quod dubium gravius evaderet si in usu facultatis non per modum exceptionis sed modo habituali procederetur. Hoc valet peculiariter de praedicatione laicorum intra Missam. Nam liturgia verbi Dei et eucharistia ita arcte inter se coniunguntur ut unum actum cultus efficiant, atque in Missa communitatis sacerdos, praeter ministerium verbi et sacrificii, etiam officium pastoris exercet fidelium.

Ut igitur munus praedicandi in actionibus liturgicis per ss. ministros exerceatur, oportet vocationes ad presbyteratum et ad diaconatum omni quo fieri potest modo provehere; ac nobis sane persuasum est Episcopos, pro illa sollicitudine pastorali qua pollent, nihil in hac re intemptatum relinquere.

Attentis vero particularibus adiunctis dioecesium Germaniae Foederatae, considerata praesertim Cleri penuria, ac urgente necessitate curae animarum providendi, laici idonei muneri praedicationis in actionibus liturgicis cooptari poterunt, titulo aliquando suppletorio, aliquando subsidiario, iuxta modum qui sequitur.

1. In locis, ubi sacerdotes aut diaconi deficiunt, Episcopi seligant laicos qui homiliam in celebratione verbi Dei tenere valeant ita ut diebus dominicis ac festis de praecepto fidelibus praebeatur occasio diem sanctificandi.

2. *a*) Intra Missam sermo de more a Celebrante habetur; *b*) si Celebrans in suo munere obeundo sive physice sive moraliter sit impeditus et alius presbyter praesto non sit neque diaconus, ita ut fidelibus desit hoc spirituale ex verbo Dei alimentum, Episcopi, necessitate cogente aut suadente, laicis facultatem praedicandi etiam intra Missam concedere valent; *c*) Eandem facultatem Episcopi concedere possunt si ratione circumstantiarum particularium (e. gr. in festo ad familiam christianam tuendam, ad charitatis opera fovenda, ad missiones inter Gentes promovendas, aliisque festis iudicio Episcopi), laici praesto sint speciali competentia praediti atque eorum adhortatio valde opportuna reputetur.

3. Sermones laicorum pro opportunitate per Celebrantem introducuntur aut concluduntur.

4. Laici, ut munere praedicandi in actionibus liturgicis fungi valeant, indigent missione canonica seu delegatione ab Episcopo impertita.

Si facultas praedicandi tractum successivum habeat, atque in casibus, de quibus sub n. 2° *b*, *c*, Episcopus personaliter concedat missionem canonicam, cuius facultatem subdelegandi concedere nequit nisi Episcopis Auxiliaribus, Vicariis Generalibus et Episcopalibus.

Episcopus missionem canonicam revocare potest propter motiva quae ipse rationabilia censet.

5. In designandis laicis adamussim serventur praescripta a Conferentia Episcopali edenda; praeterquam debitae scientiae, ratio imprimis habeatur de eorum vita christiana atque de eorum docilitate erga magisterium Ecclesiae ac erga pastores locales legitimos.

6. Pro iis qui e statu clericali ad statum laicalem redierunt, valent *Normae* per S. Congregationem pro Doctrina Fidei statutae (*AAS* 1971, LXIII, p. 308, 4, *b*).

7. Hae regulae, in derogationem canonis 1342 § 2 Codicis Iuris Canonici, dantur pro experimento, valiturae iuxta preces ad quattuor annos; quibus elapsis Coetus Episcoporum relationem de experientiis exhibebit Sanctae Sedi.

8. In his facultatibus exsequendis singuli Germaniae Foederatae Episcopi, rei gravitate perpensa, prius suum audiant oportet Consilium Presbyterale.

Quas regulas Summus Pontifex, Paulus Pp. VI, benigne ratas habuit confidens ut haec concessio Apostolica, sublato quovis abusu, in emolumentum sane cedat fidelium in Germania.

Occasionem nactus Tibi et in Episcopatu Confratribus omnia fausta a Domino adprecor et remanere gaudeo Eminentiae Tuae uti frater in Domino. – I. Card. WRIGHT, *Praefectus.* Maximinus Romero, *a Secretis.*

* Praesidi Conferentiae Episcopalis Germaniae, Prot. N. 144823/1: AKKR 142 (1973) 480-482.

4241

1973 NOV 24. - SIGNATURA APOST., SENTENTIA. PART.*

Admittitur error in procedendo et in decernendo ex eo quod recurrens punitus fuerat poena canonica quin ipse antea audiretur quinque responsabilitas in delicto satis demonstraretur

ORDINIS X.

Suspensionis - Privationis vocis activae et passivae - Relegationis

FACTI SPECIES

1. Rev. P. Gerardus, Minister provincialis Ordinis X., una cum suo Definitorio Provinciae P., litteris diei 3 novembris 1971 ad Rev.mum Ministrum Generalem, formaliter accusavit R. P. Augustinum, olim Ministrum Provincialem, utpote reum "di una inqualificabile campagna diffamatoria per mezzo di lettere anonime dattiloscritte contro i Frati e contro i Superiori maggiori, inviate anche a destinatari fuori dell'Ordine".

Has litteras adscribendas esse R. P. Augustino confirmaverunt duo periti graphici, id est Prof. A. et Prof. M., tamquam periti habiti a Tribunalibus ecclesiasticis. His in litteris Definitorium Generale Ordinis X. invenit haec crimina:

"1) istigazione alla disobbedienza ai Superiori Provinciali legittimamente costituiti; 2) oltraggio ai Superiori maggiori; 3) incitamento ad animosità contro i medesimi; 4) offesa all'onore e alla buona fama dei Superiori e dei Confratelli".

2. Decreto diei 2 novembris 1971 Minister Generalis, haec delicta probata putans, sequentes poenas P. Augustino inflixit: 1) suspensionem a divinis per integrum annum; 2) privationem vocis activae et passivae per tria triennia capitularia; 3) prohibitionem abeundi a Provincia durante triennio absque oboedientia scripta Rev.mi P. Generalis.

Die 4 decembris 1971, P. Augustinus recursum interposuit ad S. C. pro Religiosis et Institutis Saecularibus, quae respondit eum hortando "a voler prestare un doveroso, anche se doloroso, ossequio di ubbidienza a quanto i Superiori hanno disposto o potranno disporre in seguito".

Superioribus Maioribus Ordinis X., idem S. Dicasterium "riconosce il diritto di punire esemplarmente e proporzionatamente il P. Agostino e, nel caso, sana quelle irregolarità di natura sanabili eventualmente commesse nella procedura", et addit: "Semmai si richiami l'interessato perché coram Definitorio Generali dia ragione delle lettere anonime, la cui paternità viene a lui attribuita. Se il predetto Padre si ritiene leso nei suoi diritti soggettivi ... potrà adire la sezione amministrativa della Segnatura Apostolica".

3. Reapse die 18 martii 1972, P. Augustinus recurrebat ad N. S. Tribunal quaerens ut decretum Ministri Generalis sui Ordinis, diei 20 novembris 1971, irritum declararetur ob violationem legis, ad normam n. 106 Const. Ap. *Regimini Ecclesiae universae.*

Habitis restrictibus cl. Adv. Hermanni Graziani pro actore et cl. Adv.ti Ioseph Spinelli pro Ordine convento, nec non animadversionibus Rev.mi Francisci Salerno, Advocati Publicae Administrationis et Rev.mi Aemilii Eid, Promotoris iustitiae N. S. Tribunalis, die 10 octobris 1972, in Congressu habito coram Cardinali Praefecto decretum est: "*Recursum admittendum esse ad disceptationem*".

4. Procurator Generalis Ordinis, Rev.dus P. Aegidius optans ut quam primum definitiva sententia pronuntiaretur de controversia, epistula diei 2 novembris 1972, rogavit Sacram Congregationem pro Religiosis ut, ad normam Const. Ap. *Regimini Ecclesiae universae*, n. 107, deferret ad Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal iudicium circa *meritum* causae Patris Augustini.

Attamen Exc.mus Secretarius S. C. pro Religiosis, die 6 novembris 1972, ita ei respondebat: "Al punto in cui sono pervenute le cose e tenuto presente che il Sacro Dicastero, almeno indirettamente è parte in causa, e che il ricorso alla Sectio Altera è stato interposto dal P. Agostino per motivi di illegitimità e non di merito, questa Sacra Congregazione si considera incompetente a concedere la Commissione da Lei richiesta. Qualora la Sectio Altera, ritenga invece, di dover chiedere la Commissio Pontificia da parte di questo Dicastero, nulla si ha in contrario a che il Supremo Tribunale tratti la causa anche nel merito".

Itaque Patronus Ordinis X. Adv. I. Spinelli, petitione die 10 novembris 1972 exarata, postulavit ut "Supremum istud Tribunal impetraret facultatem iudicandi etiam 'de merito causae'".

Quia vero agitur de gratia pro una parte, altera contradicente, iuxta praxim Signaturae Apostolicae non est eius hoc beneficium a Summo Pontifice petere.

5. Quapropter die 11 decembris 1972, dubium concordatum est hac formula: "An constet de violatione legis sive in procedendo sive in decernendo ex parte Ministri Generalis Ordinis X. actu diei 20 novembris 1971, confirmato a S. C. pro Religiosis et Institutis Saecularibus die 19 februarii 1972".

IN IURE

6. Poenae (suspensio a divinis, privatio vocis activae et passivae, necnon relegatio; cfr. cann. 2278, 2255 § 2; 2291, n. 11; 2331 § 2; 2298. n. 8) P. Augustino irrogatae non sunt iudicio criminali, aut "ex informata conscientia", sed ad modum *praecepti poenalis*, prout praevidetur a Codice (cann. 2310, 1933 § 4) et a iure particulari Ordinis X.

Praeceptum poenale est remedium gravius quam monitio et correptio (cc. 2306-2309), quod applicatur "monitionibus et correptionibus incassum factis, vel si ex eisdem effectum sperare non liceat"; praecepto autem "quid agere quidve evitare praeventus debeat, accurate indicetur, cum poenae comminatione in casu transgressionis" (c. 2310).

Patet igitur: "quanam norma Ordinarius in praecepto punitive ferendo procedere possit et regulariter debeat. Primo qui suspicionibus locum dat monebitur paterne, dein adhibebitur correptio privata aut publica; tum praeceptum dabitur de re facienda aut omittenda, comminans poenam latae aut ferendae sententiae; tandem poena in reum contumacem feretur aut contracta declarabitur" (A. Vermeersch-J. Creusen, *Epitome iuris canonici*, t. III, n. 504).

7. Ut praeceptum poenale legitime irrogetur, requiritur ut: *a*) delictum sit certum; *b*) Superior sit competens; *c*) reus audiatur idemque iure utatur quo pollet sese defendendi; *d*) testes, si qui sint, audiantur et periti; *e*) forma praescripta servetur in eo infligendo.

a) Certitudo delicti praescribitur ad validitatem praecepti poenalis a can. 1933 § 4. Haec est peculiaris applicatio formae extraiudicialis principii generalis can. 2233 § 1: "Nulla poena infligi potest, nisi constet delictum commissum fuisse et non esse legitime praescriptum". Certitudo delicti secumfert, ut patet, certitudinem imputabilitatis, reo convento, criminis de quo agitur.

b) Iurisperiti concorditer tenent omnino necesse esse ut reus audiatur atque seipsum defendere possit. Scripsit inter veteres Panormitanus: "Formalitas appellationis est de iure positivo ... ipsa substantia appellationis vero de iure *naturali*: est enim quaedam defensio seu praesidium *innocentiae*" (*Commentaria in V libros decretalium*, in lib. II, tit. 28, rubr. n. 6. Inter recentiores cfr. e. gr. A. Paillot, in *Dictionnaire de Droit canonique*, t. 7, col. 160, V. *Précepte pénal;* K. Hofmann, *Die Verwaltung im Kanonischen Recht*, p. 499; praesertim Kl. Mörsdorf, *Rechtsprechung und Verwaltung im Kanonischen Recht*, 1941, p. 166, qui ait hic agi de exigentia aequitatis in iure naturali fundata). Nostrum autem S. Tribunal firmiter et inhaesitanter tenet ius sese defendendi reo competere ex ipso iure naturae. Nobiscum plene concordat ius particulare incliti Ordinis X.

8. Modus procedendi in causis disciplinaribus, contentiosis, criminalibus Ordinis X., auctoritate Capituli Generalis promulgatus, haec statuit ad art. 10 § 1: "In processu administrativo causam seu negotium ad rigorem iuris instrui et expediri haud requiritur, sed sufficit ut, legibus iustitiae et aequitatis servatis et salvis peculiaribus praeceptis, remedia ex bono et aequo adhibeantur". Articulus 22 haec habet: "Superior Maior, praeterquam remedium poenale et paenitentiam, poenam quoque ad modum praecepti tum statuere tum infligere

http://www.obrascatolicas.com

potest: ... 2° - Poenam vero ad modum praecepti infligit, cum poenam iam praecedenti lege vel praecepto, sive determinate sive indeterminate, statutam, declarat vel irrogat, prouti agitur de poena latae vel ferendae sententiae". Articulus 33 § 1 circa eundem "Modum procedendi" praecipit: "Superior processum poenalem ad modum praecepti adhibens, a servandis principiis aequitatis tum iuris naturalis tum iuris positivi non dispensatur".

9. Quia, uti vidimus, ad poenam infligendam, requiritur delicti certitudo, quaeritur quanti ponderis dicendae sint, ad hanc gignendam certitudinem, peritiae calligraphicae.

"Peritia calligraphica – scribit F. X. Wernz - P. Vidal – est species peritiae *tunc adhibenda cum dubitatur num quis scriptum aliquod exaraverit*. Materialis auctor scripti potest negare a se esse exaratum vel etiam accidere potest ut obierit, et cognitio auctoris potest pertinere ad substantiam controversiae vel saltem esse connexa cum aliis probationibus, quarum vis probandi ab illa cognitione plus minus pendeat ... Peritia in arte calligraphica exercetur per comparationem scripti quod certae cuidam personae tribuitur cum alio scripto ab illa persona certo exarato" (*Ius canonicum*, vol. VI *De processibus*, n. 497).

Iuxta probatos auctores, peritorum sententiae, etsi concordes, de authenticitate alicuius scripturae, ad summum constituere valent probationem semiplenam (cfr. e. gr. A. Reiffenstuel, *Ius canonicum universum*, lib. II, tit. XXII, n. 166), ita ut ab iisdem comparatio litterarum dicatur "valde periculosa probatio".

Scribit ad hoc F. L. Ferraris: "Non pauci enim reperiuntur, qui alterius manum ita imitantur ac fingunt, ut ipsissima alterius scriptura esse censeatur, et varios tales se vidisse referunt Marsilius, in *Rubric. Cod. de Probat.*, n. 318; Maschardus, *de probationibus*, conclus. 330, num. 1; ...

Hinc comparatio litterarum de se sola non sufficit ad plene probandum scripturam manu cuiuspiam esse factam, sed ad id requiruntur una simul alia adminicula, ut proprii scribentis sigilli appositio, subscriptio testium, auctorum attestatio, quod ipsimet viderint scripturam illam a tali fuisse factam tali die talique loco. *Authent.* seu *Novell.* 73, c. *Si quis* 1 *de instrum. cautela et fide*, coll. 6; *Glossa* in Authenticum *At si contractus*, verb. *Soli*, et ibi Bartolus, Cod. *de fide instrumentorum;* Maschard., *cit.* concl. 330, n. 1 et seqq.; Menochius, *cit.* cas. 114 per totum; Reiff., *l. c.*, n. 167, et alii. Unde cautissime debent quoad hoc procedere iudices, rite ac mature omnia examinando et adhibendo alios in arte peritos; ut enim advertitur in *Authentic.* seu *Novella* 73, in praefatione *de Instrumentor. cautela et fide*, eiusdemmet hominis scriptura per vitae decursum solet mutari, cum non ita quis scribat iuvenis, et robustus, ac senex, et forte tremens, et saepe etiam languor litterarum dissimilitudinem inducat, et calami atque atramenti immutatio similitudinis litterarum per omnia auferat puritatem, ibi: *litterarum dissimulitudinem saepe quidem facit, non enim quid scribit iuvenis, et robustus, ac senex tremens, saepe autem, et languor hoc facit, et quidem hoc dicimus, quando calami et atramenti immutatio, similitudinis per omnia aufert puritatem*" (F. L. Ferraris, *Bibliotheca*, V. *Scripturae seu Instrumenta*, Romae 1891, Vol. VII, n. 21-22).

Item F. X. Wernz - P. Vidal: "In defectu scripturae alias recognitae aut authenticae, aliae scripturae prorsus privatae etiam inservire possunt pro comparatione; sed illis ius peculiarem vim non tribuit, sed in singulis casibus, quid possit deduci ex hac comparatione iudex aestimare debet. Valde quoque periculosa est illa collatio cum scripto ad dictationem peritorum vel iudicis in ipso tribunali exarato, praesertim si cum illo conferri debeat scriptura paulo antiquior; notum quippe est in eadem persona scribendi modum peculiarem haud parum immutare temporis lapsu, nec oblivioni dandum calligraphiam posse in experimento facto studiose immutari in eum finem ut comparatio vana aut falsa evadat" (*De processibus*, n. 497).

Quaerentes utrum duae semiplenae probationes facerent unam plenam, Veteres responderunt affirmative, "si coniungantur, et ad unum eumdemque finem tendant" (F. Schmalzgrueber, *Ius ecclesiasticum universum*, L. II, tit. XIX, n. 16); communiter tamen excipientes "*causas criminales*" in quibus etsi duae semiplenae probationes sufficiant ad effectum torquendi, inquirendi, suspendendi, non tamen sufficiunt, ut procedi ad condemnandum possit, nisi tales sint, quae coniunctae pariant moralem de crimine, de quo in reum inquiritur, certitudinem; quia ut *leg. fin. Cod. de prob.* habetur, in iis causis requiruntur probationes luce meridiana clariores" (F. Schmalzgrueber, *ibid.* n. 17); item D. Bonis: "Communiter doctores excipiunt: 1° *causas criminales, in quibus duae pluresve semi-plenae probationes non sufficiunt ad condemnandum*, sed solum ad inquirendum; quia nempe in eiusmodi causis requiruntur probationes luce meridiana clariores; prout dicitur in lege ultima tituli *De Probationibus*, in Justinianeo codice" (*De iudiciis ecclesiasticis*, ed. II, vol. I, sect. VI, cap. I, quaestio 7ª. Cfr. etiam M. De Luca, *De iudiciis ecclesiasticis civilibus*, ed. 2ª, n. 400). Quapropter can. 1804 § 1 iudicem monet: "Iudex non peritorum tantum conclusiones etsi concordes, sed cetera quoque causae adiuncta attente perpendat" (Cfr. etiam e. gr. F. M. Cappello, *Summa iuris canonici*, vol. III, ed. 4, n. 280; Matth. a Coronata, *Institutiones iuris canonici*, vol. III, ed. 5, n. 1330). Cum his plene concordat recta Iurisprudentia (cfr. S. R. Rotae *Decisiones*, vol. XVI, dec. 22, n. 19, pp. 204-205; vol. XVI, dec. 34,, n. 6, p. 298-299; vol. XX, dec. 41, n. 9, p. 373; vol. XXV, dec. 35, n. 12, p. 303).

In facto

10. Videndum est utrum quae acta sunt in Rev. Patrem Augustinum a Ministro Generali Ordinis X. et a S. C. pro Religiosis, sint contra legem, id est errorem iuris sive in procedendo sive in decernendo contineant. *

S. C. pro Religiosis, epistula diei 19 februarii 1972, sanavit vitia sanabilia forte in procedendo perpetrata, sed putavit se non posse sanare vitium defectus auditionis et defensionis rei, ideoque monuit R. P. Ministrum Generalem Ordinis X. ut "eum, cuius interest, vocet, ut coram Definitorio Generali rationem reddat epistularum sine nomine, quarum ipse auctor putatur".

Adnotandum est S. C. pro Religiosis habuisse hunc defectum tamquam violationem legis, quae sanari non potest.

Ipse advocatus Publicae Administrationis declarat: "decretum impugnatum posse haberi in parte irritum, sub specie formali ", atque ne loqui posset de recusato iure se defendendi, (Sacra Congregatio) monuit Superiores Maiores ut ei (P. Augustino) contestarentur epistulae sine nomine, quarum auctor putabatur". Ne post hanc invitationem quidem R. P. Augustinus auditus est.

11. Patronus tamen Ordinis conventi contendit formam seu proceduram per decretum poenale exigere auditionem rei ad aequitatem, non ad iustitiam.

Ante omnia respondendum est quod, praesertim in Ecclesia, nec contra unum aequitatis praeceptum Ordini religioso licet procedere in sodales suos; adhuc minus, errore patefacto, in eo perseverare.

Praeterea quae sunt aequitatis, saltem in casu, legem quoque positivam constituunt pro Ordine X. Denique, ut in iure vidimus, facultas sese defendendi pertinet ad ius naturale.

12. Nec obstat assertum partis conventae, quod R. P. Augustinus potuisset audiri a S. C. pro Religiosis. Actus enim administrativus, ab initio impugnatus, est Ministri Generalis; praeterea, si reo agnoscitur ius provocandi ad Sacram Congregationem et ad Signaturam Apostolicam ut audiatur et sese defendere possit, a fortiori, cum agatur proprie de iudicio formali illegitimitatis, idem reus in ea condicione ponendus erat ut se defendere posset ab ipso exordio actionis poenalis contra eum.

Patet ergo legis violationem, id est errorem iuris in procedendo, patratam esse hoc in casu, quia R. P. Augustinus nec auditus est nec potuit se defendere, antequam ei poenae canonicae infligerentur.

13. Nec tantum in procedendo, sed et in decernendo lex violata est.

R. P. Minister Provincialis Ordinis X. et Definitores Provinciales probationem delictorum hauserunt e duobus peritiis calligraphicis. "Le perizie grafiche hanno rilevato con certezza morale che le correzioni a penna sopra i dattiloscritti anonimi, fatti i debiti confronti con inoppugnabili e numerosi scritti autografi, sono del P. Agostino, che pertanto deve ritenersi il responsabile principale delle anonime; che la macchina usata, per la quasi totalità delle anonime e delle buste è appartenuta al P. Abondio".

Notandum est P. Augustinum neque a Superioribus suis aestimari tamquam unicum auctorem epistularum anonymarum, quae aliunde aliena machina scriptoria exaratae sunt. Ad vitandum ergo errorem iudicii et sententiam iustam ferendam, alii audiendi erant nec non ipse P. Augustinus, ut perspicue constaret de uniuscuiusque responsabilitate.

Correctiones manu factae in epistulis anonymis, machina scriptoria exaratis, sunt paucissimae et parvi momenti, ita ut dubias reddant conclusiones peritiarum.

Habetur ergo error in decernendo gravissimas poenas in P. Augustinum, quia deest debita probatio responsabilitatis ipsius. Consequenter in errorem iuris in decernendo incidit quoque S. C. pro Religiosis, utpote quae Superiorum Religiosorum decisionem confirmavit, hac solum de causa, quia "si deve logicamente supporre che – attraverso prove non sospette né scarse di positiva attendibilità – il Definitorio Generale abbia raggiunto la certezza e tuttora sia certo circa la colpevolezza dei reati di cui Ella (P. Agostino) è stato incriminato"; etenim "facta non praesumuntur, sed rite probanda sunt" (cfr. cann. 1747-1748).

14. Sollemniter tamen E.mi Patres edixerunt invaliditatem decreti poenalis, de quo agitur, probationem non constituere innocentiae R. P. Augustini. Iisdem enim aut aliis poenis ipse plecti poterit, dummodo eius imputabilitas probata sit ad normam iuris.

Quibus omnibs in iure et in facto sedulo perpensis Collegium iudicans, Christi nomine invocato, proposito dubio respondendum decrevit atque respondet: *"Decretum Ministri Generalis Ordinis X. diei 20 novembris 1971, notificatum die 27 novembris 1971, irritum esse ob errorem iuris sive in procedendo sive in decernendo, in casu"*.

Romae, in sede Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae, die 24 novembris 1973. – Dinus Card. STAFFA, *Praefectus et Ponens.* (*Sequuntur ceterae Cardinalium subsignationes*).

* Apoll 47 (1974) 368-376.

4242

1973 NOV 30.-CONV. cum SAXON. INF. AAS 65 (1973) 646

Ratihabitio conventionis inter Apostolicam Sedem et Saxoniam Inferiorem diei 21 Maii 1973 initae

Vide textum supra sub die 21 Maii 1973: LE 4200

4243

1973 DEC 2.-SC CULT., DECR. AAS 66 (1974) 172- 173

Novus Ordo Paenitentiae cum normis promulgatur

I-DECRETUM DE NOVO "ORDINE PAENITENTIAE"

Reconciliationem inter Deum et homines Dominus noster Iesus Christus mysterio mortis suae ac resurrectionis effecit (cf. *Rom* 5, 10). Ecclesiae in Apostolis hoc reconciliationis ministerium a Domino commissum est (*2 Cor* 5,18 ss.), quod ipsa implet hominibus faustum nuntium salutis afferendo eosque baptizando in aqua et Spiritu Sancto (cf. *Mt* 28, 19).

Sed propter humanam infirmitatem accidit, ut christiani "caritatem suam primam relinquant" (cf. *Ap* 2, 4), quin etiam amicitiae cum Deo coniunctionem peccando dirumpant. Propterea, ad remittenda peccata post Baptismum commissa, Dominus peculiare sacramentum Paenitentiae instituit (cf. *Io* 20, 21-23), quod Ecclesia per saeculorum decursum fideliter celebravit, variis quidem modis, sed servatis eius elementis essentialibus.

Concilium autem Vaticanum Secundum haec statuit: "Ritus et formulae Paenitentiae ita recognoscantur, ut naturam et effectum Sacramenti clarius exprimant"[1]. Haec spectans, Sacra Congregatio pro Cultu Divino novum *Ordinem Paenitentiae* diligenter apparavit, ut actio Sacramenti plenius a fidelibus intellegatur.

In hoc novo Ordine, praeter *Ordinem ad reconciliandos singulos paenitentes*, ut in luce ponatur aspectus communitarius sacramenti, / concinnatus est *Ordo ad* 173
reconciliandos plures paenitentes, secundum quem confessio et absolutio singulares in celebrationem verbi Dei inseruntur. Praeterea, pro certis casibus, confectus est *Ordo ad reconciliandos plures paenitentes cum confessione et absolutione generali*, iuxta Normas Pastorales circa absolutionem sacramentalem generali modo impertiendam, a Sacra Congregatione pro Doctrina Fidei die 16 iunii 1972 datas[2].

Ecclesia cordi habet fideles suos ad continuam conversionem et renovationem vocare. Volens autem ut baptizati, post lavacrum lapsi, peccata in Deum et fratres commissa agnoscant et veram paenitentiam in corde habeant, studensque eos ad celebrandum sacramentum Paenitentiae praeparare, Ecclesia eos hortatur, ut celebrationibus paenitentialibus nonnumquam intersint. Quam ob rem Sacra haec Congregatio normas eiusmodi celebrationum agendarum constituit atque exempla seu specimina earum proposuit, quae Conferentiae Episcopales ad necessitates regionum suarum poterunt accommodare.

Summus igitur Pontifex Paulus VI *Ordinem Paenitentiae*, a Sacra Congregatione pro Cultu Divino apparatum, auctoritate sua approbavit evulgarique iussit, ut is pro titulis huc spectantibus, qui in Rituali Romano usque adhuc vigente exstant, substitueretur. Qui Ordo, lingua Latina exaratus, statim ac prodierit, lingua autem vernacula conscriptus a die, quem Conferentiae Episcopales statuerint, postquam translationem in linguas vernaculas approbaverint confirmationemque ab Apostolica Sede impetraverint, vigere incipiet.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Sacrae Congregationis pro Cultu Divino, die 2 decembris 1973, dominica prima Adventus. *De speciali mandato Summi Pontificis.* Ioannes Card. VILLOT, *Secretarius Status.* H. Bugnini, Archiep. tit. Diocletianen., *a Secretis.*

1. Conc. Vat. II, Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium* n. 72: A.A.S. 56 (1964), p. 118.
2. Cf. A.A.S. 64 (1972), pp. 510-514.

II – ORDO PAENITENTIAE *

PRAENOTANDA

I – De mysterio reconciliationis in historia salutis

1. Misericordiam suam Pater manifestavit mundum reconcilians sibi in Christo, pacificans per sanguinem crucis eius sive quae in terris sive quae in caelis sunt (1). Filius Dei, homo factus, inter homines conversatus est ut eos de servitute peccati liberaret (2) et de tenebris in admirabile lumen suum advoca-

* **Rituale Romanum ex decreto Sacrosancti Oecumenici Concilii Vaticani II instauratum, auctoritate Pauli PP. VI promulgatum: Ordo Paenitentiae, editio typica, Typis Polyglottis Vaticanis, 1974.**

1. Cf. *2 Cor* 5, 18 s; *Col* 1, 20.
2. Cf. *Io* 8, 34-36.

http://www.obrascatolicas.com

ret (3). Propter quod suum in terra munus inchoavit paenitentiam praedicans et dicens: "Paenitemini et credite Evangelio" (*Mc* 1,15).

Haec ad paenitentiam invitatio, quae iam crebro per prophetas insonuerat, corda hominum in adventum Regni Dei praeparavit per vocem Ioannis Baptistae, qui venit "praedicans baptismum paenitentiae in remissionem peccatorum" (*Mc* 1,4).

Iesus autem homines non tantum ad paenitentiam exhortatus est ut peccata relinquerent et se ad Dominum toto corde converterent (4), sed etiam peccatores suscipiens eos cum Patre reconciliavit (5). Infirmos praeterea curavit ut signum potestatis suae remittendi peccata praeberet (6). Demum ipse pro peccatis nostris mortuus est, et resurrexit propter iustificationem nostram (7). Propterea, in qua nocte tradebatur, salutiferam inchoans passionem (8), Novi Foederis sacrificium instituit in sanguine suo pro remissione peccatorum (9), et post resurrectionem suam Spiritum Sanctum in Apostolos misit ut haberent potestatem remittendi peccata aut retinendi (10), atque munus acciperent praedicandi in nomine eius paenitentiam et remissionem peccatorum in omnes gentes (11).

Mandato Domini obtemperans, Petrus, cui Dominus dixerat: "Tibi dabo claves Regni caelorum, et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelis; et quodcumque solveris super terram erit solutum et in caelis" (*Mt* 16, 19), die Pentecostes remissionem peccatorum per baptismum praedicavit: "Paenitentiam agite ... et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum" (*Act* 2, 38) (12). Numquam exinde omisit Ecclesia quin homines de peccato ad conversionem vocaret et Christi victoriam de peccato per celebrationem paenitentiae patefaceret.

2. Haec de peccato victoria primo in baptismo refulget, quo vetus homo cum Christo crucifigitur ut destruatur corpus peccati et ultra non serviamus peccato, sed cum Christo resurgentes Deo exinde vivamus (13). Quapropter Ecclesia fidem suam confitetur in "unum baptisma in remissionem peccatorum".

In Sacrificio Missae passio Christi repraesentatur, et corpus pro nobis traditum ac sanguis effusus in remissionem peccatorum iterum ab Ecclesia Deo offeruntur pro totius mundi salute. In Eucharistia enim Christus adest et offertur ut "Hostia nostrae reconciliationis" (14), et ut nos, per Spiritum Sanctum suum, "congregemur in unum" (15).

Sed insuper Salvator noster Iesus Christus, cum Apostolis suis eorumque successoribus potestatem contulit dimittendi peccata, in Ecclesia sua sacramentum Paenitentiae instituit, ut fideles qui post primum lavacrum in peccata labuntur, renovata gratia, cum Deo reconciliarentur (16). Ecclesia enim "et aquam habet et lacrimas: aquam baptismatis, lacrimas paenitentiae" (17).

II — De reconciliatione paenitentium in vita Ecclesiae

Ecclesia sancta ac simul semper purificanda

3. Christus "dilexit Ecclesiam et se ipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret" (*Eph* 5,25-26), eamque ut sponsam sibi univit (18); illam, quae Corpus et plenitudo eius est, divinis suis donis replet (19) et per ipsam veritatem et gratiam ad omnes diffundit.

Ecclesiae tamen membra tentationi obnoxia sunt atque saepe in peccata misere labuntur. Quapropter, "dum Christus, 'sanctus, innocens, impollutus' (*Hebr* 7,26), peccatum non novit (*2 Cor* 5,21), sed sola delicta populi repropitiare venit (cf. *Hebr* 2, 17), Ecclesia in proprio sinu peccatores complectens, sancta simul et semper purificanda, paenitentiam et renovationem continuo prosequitur" (20).

Paenitentia in vita et liturgia Ecclesiae

4. Multis et variis modis populus Dei hanc continuam paenitentiam agit et perficit. Christi enim passionibus per patientiam suam communicans (21), misericordiae et caritatis opera exercens (22) sese in dies magis ac magis secundum evangelium Christi convertens, fit signum in mundo conversionis ad Deum. Quod Ecclesia vivendo exprimit et celebrat in liturgia sua, dum fideles se peccatores profitentur, atque veniam Dei et fratrum implorant, uti fit in celebrationibus paenitentialibus, in verbi Dei proclamatione, in oratione, in elementis paenitentialibus celebrationis eucharisticae (23).

In sacramento vero Paenitentiae fideles "veniam offensionis Deo illatae ab eius misericordia obtinent et simul reconciliantur cum Ecclesia, quam peccando vulneraverunt, et quae eorum conversioni caritate, exemplo, precibus adlaborant" (24).

Reconciliatio cum Deo et cum Ecclesia

5. Quia peccatum est offensio Deo illata, quae amicitiam cum eo disrumpit, paenitentia " eo ad postremum spectat ut Deum adamemus eique nosmetipsos prorsus concredamus " (25). Peccator ergo qui, Dei miserentis gratia, paenitentiae iter ingreditur, ad Patrem revertitur qui " prior dilexit nos " (*1 Io* 4, 19), ad Christum qui tradidit semetipsum pro nobis (26), atque ad Spiritum Sanctum qui effusus est in nos abunde (27).

Sed " ex arcano ac benigno dispensationis mysterio, homines supernaturali necessitudine inter se coniunguntur, qua peccatum unius etiam ceteris nocet, sicut etiam sanctitas unius beneficium ceteris affert " (28), et ita paenitentia semper etiam cum fratribus reconciliationem secumfert, quibus peccatum iugiter nocumentum infert.

Immo, saepe homines in patranda iniustitia, etiam coniuncte agunt. Eodem modo in paenitentia agenda se invicem adiuvant, ut a peccato per gratiam Christi liberati, simul cum omnibus hominibus bonae voluntatis iustitiam et pacem in mundo operentur.

Sacramentum Paenitentiae eiusque partes

6. Christi discipulus qui, post peccatum, a Spiritu Sancto motus, ad sacramentum Paenitentiae accedit, debet ante omnia toto corde se ad Deum convertere. Haec intima cordis conversio, quae contritionem de peccato et propositum novae vitae complectitur, per confessionem Ecclesiae factam et per debitam satisfacitonem necnon vitae emendationem exprimitur. Deus vero remissionem peccatorum impertit per Ecclesiam, quae ministerio sacerdotum operatur (29).

a) *Contritio*

Inter actus paenitentis primum locum obtinet contritio quae " animi dolor ac detestatio est de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cetero " (30). Etenim " ad Christi Regnum nobis fas est accedere tantum 'metànoia', id est intima totius hominis mutatione, qua ipse cogitare,

20. Conc. Vat. II, Const. *Lumen gentium*, n. 8: *ibid.*, p. 12.
21. Cf. *1 Pt* 4, 13.
22. Cf. *1 Pt* 4, 8.
23. Cf. Conc. Trid., Sessio XIV, De sacramento Paenitentiae: *Denz.-Schön.* 1638, 1740, 1743; S. Congr. Rituum, Instr. *Eucharisticum mysterium*, 25 maii 1967, n. 35: AAS 59 (1967), pp. 560-561; Missale Romanum, *Institutio generalis*, nn. 29.30, 56 a. b. g.
24. Conc. Vat. II, Const. *Lumen gentium*, n. 11: AAS 57 (1965) pp. 15-16.
25. PAULUS VI, Const. Apost. *Paenitemini*, 17 febr. 1966: AAS 58 (1966), p. 179; cf. Conc. Vat. II, Const. *Lumen gentium*, n. 11: AAS 57 (1965), pp. 15-16.
26. Cf. *Gal* 2, 20; *Eph* 5, 25.
27. Cf. *Tit* 3, 6.
28. PAULUS VI, Const. Apost. *Indulgentiarum doctrina*, 1 ian. 1967, n. 4: AAS 59 (1967), p. 9; cf. PIUS XII, Litt. encycl. *Mystici Corporis*, 29 iunii 1943: AAS 35 (1943), p. 213.
29. Cf. Conc. Trid., Sessio XIV, De sacramento Paenitentiae, cap. 1: *Denz.-Schön.* 1673-1675.
30. *Ibid.*, cap. 4: *Denz.-Schön.* 1676.

iudicare, vitamque suam componere incipit ea sanctitate et caritate Dei perculsus, quae in Filio novissime manifestatae sunt et plene nobis impertitae (cf. *Hebr* 1, 2; *Col* 1, 19, et passim; *Eph* 1, 23, et passim) " (31). Ex hac ergo cordis contritione pendet paenitentiae veritas. Conversio enim hominem intrinsecus afficere debet, ut eum profundius in dies illuminet et magis magisque Christo conformem efficiat.

b) *Confessio*

Ad sacramentum Paenitentiae pertinet culparum confessio, quae ex vera sui cognitione coram Deo et peccatorum contritione procedit. Haec tamen intima cordis exquisitio et externa accusatio in lumine Dei misericordiae fieri debent. Confessio autem exigit in paenitente voluntatem aperiendi cor suum Dei ministro; in hoc vero spiritale iudicium quo, in persona Christi agens, pro potestate clavium remissionis aut retentionis peccatorum sententiam pronuntiat (32).

c) *Satisfactio*

Vera conversio per culparum satisfactionem, per vitae emendationem necnon damni reparationem completur (33). Opus ac mensura satisfactionis debent unicuique paenitenti convenire, ut unusquisque ordinem quem laeserat restauret, et pro morbo quo laboravit, contraria medicina curetur. Oportet proinde ut poena sit revera remedium peccati et vitam aliquomodo renovet. Ita paenitens ea " quae retro quidem sunt obliviscens " (*Phil* 3, 13) se noviter in mysterium salutis inserit et ad ea quae sunt futura se extendit.

d) *Absolutio*

Peccatori conversionem suam Ecclesiae ministro manifestanti in confessione sacramentali, Deus veniam suam per signum absolutionis concedit et sic sacramentum Paenitentiae perficitur. Secundum enim Dei oeconomiam, qua humanitas et benignitas Salvatoris nostri Dei hominibus visibiliter apparuit (34), Deus vult per visibilia signa salutem nobis conferre et fractum foedus iterum renovare.

Per sacramentum ergo Paenitentiae Pater filium ad se revertentem suscipit, Christus ovem perditam in umeros suos attollit atque ad ovile reducit, et Spiritus Sanctus templum suum iterum sanctificat aut plenius inhabitat, quod tandem manifestatur per renovatam vel ferventiorem participationem mensae Domini qua, filio de longinquo revertente, fit gaudium magnum in convivio Ecclesiae Dei (35).

De necessitate et utilitate huius sacramenti

7. Sicut varium et multiplex est peccati vulnus in vita singulorum et communitatis, ita diversum est remedium quod nobis paenitentia affert. Qui enim per grave peccatum a communione caritatis Dei recesserunt, per sacramentum Paenitentiae ad vitam quam amiserant revocantur. Qui vero in peccata venialia incidunt debilitatem suam cotidie experientes, per iteratam paenitentiae celebrationem vires suas sumunt, ut ad plenam libertatem filiorum Dei perveniant.

a) Ad salutiferum remedium sacramenti Paenitentiae percipiendum, iuxta misericordis Dei dispensationem debet fidelis confiteri sacerdoti omnia et singula peccata gravia, quorum, excussa conscientia, memoriam habet (36).

b) Praeterea frequens et diligens huius sacramenti usus etiam pro venialibus peccatis valde utilis est. Non est enim mera ritualis repetitio nec psychologicum quoddam exercitium, sed assiduum studium gratiam baptismi perficiendi, ut, dum mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferimus, magis magisque vita Iesu manifestetur in nobis (37). In huiusmodi confessionibus paenitentes, dum de venialibus culpis se accusant, curent praesertim ut penitius Christo conformentur et Spiritus voci attentius obsequantur.

Ut hoc vero salutis sacramentum reapse vim suam in Christi fidelibus exerceat, necesse est ut in tota eorum vita veluti radices agat et ad ferventius Dei fratrumque servitium impellat.

Huius ergo sacramenti celebratio semper est actus quo Ecclesia fidem suam proclamat, gratias Deo agit pro libertate qua Christus nos liberavit (38) et vitam suam ut sacrificium spiritale affert in laudem gloriae Dei properans in occursum Christi.

III — De officiis et ministeriis in reconciliatione paenitentium

De munere communitatis in celebratione paenitentiae.

8. Tota Ecclesia, utpote populus sacerdotalis, in opere reconciliationis exercendo quod ipsi a Domino concreditum est diversimode operatur. Non solum enim per verbi Dei praedicationem ad paenitentiam vocat, sed etiam pro peccatoribus intercedit et paenitenti materna cura ac sollicitudine subvenit, ut peccata sua agnoscat et confiteatur, atque misericordiam a Deo, qui solus potest peccata dimittere, consequatur. Sed amplius ipsa Ecclesia fit instrumentum conversionis et absolutionis paenitentis per ministerium a Christo Apostolis eorumque successoribus traditum (39).

9. De ministro sacramenti Paenitentiae

a) Ministerium sacramenti Paenitentiae Ecclesia exercet per Episcopos atque Presbyteros, qui fideles per praedicationem verbi Dei ad conversionem vocant, eisque remissionem peccatorum in nomine Christi et in virtute Spiritus Sancti testantur et impertiunt.

In hoc ministerio exsequendo, Presbyteri in communione cum Episcopo agunt et de eius potestate ac munere participant qui est moderator disciplinae paenitentialis (40).

b) Minister competens pro sacramento Paenitentiae est sacerdos habens facultatem absolvendi iuxta canonicas leges. Omnes tamen sacerdotes, licet ad confessiones excipiendas non approbati, valide et licite absolvunt quoslibet paenitentes in periculo mortis constitutos.

10. De exercitio pastorali huius ministerii

a) Ut confessarius munus suum recte fideliterque implere valeat, morbos animarum dignoscat aptaque eis remedia afferat, et munus iudicis sapienter exerceat, scientiam ac prudentiam ad hoc necessarias sibi acquirat, assiduo studio, sub ductu Magisterii Ecclesiae, et praesertim fusis ad Deum precibus. Discretio enim spirituum est intima cognitio operis Dei in corde hominum, donum Spiritus Sancti et fructus caritatis (41).

b) Ad confessione fidelium excipiendas confessarius se paratum semper praebeat, quotiescumque id a fidelibus rationabiliter petitur (42).

c) Peccatorem paenitentem suscipiens eumque ad lumen veritatis adducens, paterno munere fungitur, cor Patris hominibus revelans et Christi Pastoris imaginem gestans. Meminerit itaque sibi Christi munus concreditum esse, qui ad salvandos homines opus redemptionis misericordia implevit et virtute sua in sacramentis adest (43).

d) Confessarius, sciens se uti Dei ministrum secretam fratris sui conscientiam cognovisse, officio sigillum sacramentale sanctissime servandi tenetur.

De ipso paenitente

11. Maximi sunt momenti partes quas ipse fidelis paenitens habet in sacramento.

Quando enim rite dispositus ad hoc salutare remedium a Christo institutum accedit et peccata sua confitetur, actibus suis partem habet in ipso sacramento, quod verbis absolutionis, a ministro in nomine Christi prolatis, perficitur.

38. Cf. *Gal* 4, 31.
39. Cf. *Mt* 13, 18; *Io* 20, 23.
40. Cf. Conc. Vat. II, Const. *Lumen gentium*, n. 26: AAS 57 (1965), pp. 31-32.
41. Cf. *Phil* 1, 9-10.
42. Cf. S. Congr. pro Doctrina Fidei, *Normae pastorales circa absolutionem sacramentalem generali modo impertiendam*, 16 iun. 1972, n. XII: AAS 64 (1972), p. 514.
43. Cf. Conc. Vat. II, Const. *Sacrosanctum Concilium*, n. 7: AAS 56 (1964), pp. 100-101.

http://www.obrascatolicas.com

Ita fidelis, dum misericordiam Dei in sua vita experitur et proclamat, una cum sacerdote liturgiam Ecclesiae continenter se renovantis celebrat.

IV – De celebratione sacramenti Paenitentiae

Locus celebrationis

12. Sacramentum Paenitentiae administratur in loco et sede, quae iure statuuntur.

Tempus celebrationis

13. Reconciliatio paenitentium omni tempore ac die celebrari potest. Convenit tamen ut fideles noverint diem et horam in quibus sacerdos adest ad ministerium hoc exercendum. Fideles ad eum usum adducantur ut extra Missae celebrationem, praesertim horis statutis, ad sacramentum Paenitentiae accedant (44).

Tempus Quadragesimae quam maxime convenit sacramento Paenitentiae celebrando, quia iam die cinerum invitatio sollemnis resonat coram populo Dei: "Paenitemini et credite Evangelio". Decet ergo ut pluries celebrationes paenitentiales in Quadragesima instituantur ut fidelibus omnibus occasio praebeatur se cum Deo et cum fratribus reconciliandi atque paschale mysterium, in sacratissimo triduo, renovato corde celebrandi.

Vestes liturgicae

14. Quod ad vestes liturgicas in celebratione Paenitentiae attinet, serventur normae ab Ordinariis locorum statutae.

A. Ordo ad reconciliandos singulos paenitentes

Praeparatio sacerdotis et paenitentis

15. Sacramento celebrando sacerdos et paenitens oratione imprimis se praeparent. Sacerdos quidem Spiritum Sanctum invocet, ut ab eo lucem et caritatem accipiat; paenitens autem vitam suam comparet cum exemplo et mandatis Christi, et Deum pro suorum peccatorum remissione deprecetur.

Susceptio paenitentis

16. Sacerdos paenitentem fraterna caritate suscipiat et, si opus est, humanioribus verbis salutet. Deinde paenitens signat se signo crucis, dicens: *In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti. Amen.* Quod et sacerdos una cum illo facere potest. Deinde sacerdos paenitentem ad fiduciam in Deum, brevi formula, invitat. Si paenitens ignotus est confessario, huic opportune condicionem suam indicabit, necnon tempus ultimae confessionis, difficultates in vita christiana ducenda, et cetera quae confessario scitu sint utilia ad ministerium suum exercendum.

Lectio verbi Dei

17. Tunc sacerdos, vel ipse paenitens, aliquem textum ex sacra Scriptura pro opportunitate legit, quod etiam in praeparatione ad ipsam sacramenti celebrationem fieri potest. Per verbum Dei enim fidelis illuminatur ad peccata sua dignoscenda, ad conversionem vocatur et ad fiduciam in Dei misericordia.

Confessio peccatorum et acceptatio satisfactionis

18. Deinde paenitens peccata sua confitetur, incipiendo, ubi moris est, a formula confessionis generalis: *Confíteor.* Sacerdos, si opus est, eum adiuvet ad integram confessionem peragendam; hortetur praeterea ut sincere paeniteat de offensionibus Deo illatis; opportunis demum consiliis ei opituletur ad vitam novam incipiendam et, pro necessitate, instruat de officiis vitae christianae.

Si vero paenitens damni vel scandali causa fuerit, eum ad propositum congruae reparationis adducat.

Deinde sacerdos paenitenti satisfactionem imponit, quae non tantum praeteritorum sit expiatio, sed etiam novae vitae auxilium et infirmitatis medicina, ideoque gravitati et naturae peccatorum quantum fieri possit, respondeat. Quae satisfactio opportune exercetur oratione, abnegatione sui ipsius, praesertim vero servitio proximi et operibus misericordiae quibus in luce ponitur peccatum eiusque remissionem aspectum socialem secum ferre.

Oratio paenitentis et absolutio sacerdotis

19. Post haec paenitens contritionem suam et novae vitae propositum per orationem aliquam manifestat qua Dei Patris

44. Cf. S. Congr. Rituum, Instr. *Eucharisticum mysterium*, 25 maii 1967, n. 35: AAS 59 (1967), pp. 560-561.

venia imploretur. Expedit ut oratio ex verbis sacrae Scripturae composita adhibeatur.

Sacerdos autem, post orationem paenitentis, manibus super caput eius extensis, vel saltem dextera, formulam absolutionis profert in qua essentialia sunt verba: *Ego te absólvo a peccátis tuis, in nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.* Quae novissima verba dum dicit, sacerdos signum crucis super paenitentem facit. Formula absolutionis (cf. n. 46, p. 27) indicat reconciliationem paenitentis a misericordia Patris procedere; nexum ostendit inter reconciliationem peccatoris et mysterium paschale Christi; Spiritus Sancti munus in remissione peccatorum extollit; demum aspectum ecclesialem sacramenti in luce ponit eo quod reconcicliatio cum Deo petitur et datur per ministerium Ecclesiae.

Proclamatio laudis et paenitentis dimissio

20. Remissione peccatorum accepta, paenitens misericordiam Dei confitetur et gratias Deo agit brevi invocatione ex sacra Scriptura deprompta; deinde sacerdos eum in pace dimittit.

Paenitens autem conversionem suam persequitur et exprimit vita secundum evangelium Christi reformata et amore Dei magis magisque perfusa, nam "caritas operit multitudinem peccatorum" (*1 Pt* 4, 8).

Ritus brevior

21. Quando necessitas pastoralis id suadet, sacerdos potest quasdam partes ritus omittere aut breviare, attamen semper integre servanda sunt: confessio peccatorum et acceptatio satisfactionis, invitatio ad contritionem (n. 44), formula absolutionis et formula dimissionis. Si vero mortis periculum imminet, sufficit ut sacerdos dicat verba essentialia formulae absolutionis, scilicet: *Ego te absólvo a peccátis tuis, in nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.*

B. Ordo ad reconciliandos plures paenitentes cum confessione et absolutione singulari

22. Ubi plures paenitentes simul congregantur ad reconciliationem sacramentalem obtinendam, convenit ut ad eam per celebrationem verbi Dei praeparentur.

Eandem tamen celebrationem participare possunt et alii fideles qui alio tempore ad sacramentum accedent.

Celebratio communis naturam ecclesialem paenitentiae clarius manifestat. Nam fideles una simul verbum Dei audiunt, quod, misericordiam Dei proclamans, eos ad conversionem invitat, et simul conformitatem vitae suae cum eodem verbo Dei perpendunt et mutua oratione se adiuvant. Postquam unusquisque peccata sua confessus est et absolutionem recepit, omnes simul Deum collaudant ob eius mirabilia in bonum populi patrata quem sanguine Filii sui sibi acquisivit.

Sacerdotes plures adsint, si oportet, qui, locis aptis, singulos fideles audire et reconciliare possint.

Ritus initiales

23. Fidelibus congregatis, pro opportunitate canitur aptus cantus. Deinde sacerdos fideles salutat et ipse vel alius minister eos, si opus est, breviter in celebrationem introducit et de ordine in ea servando edocet. Postea omnes ad orandum invitat et post spatium silentii orationem perficit.

Verbi Dei celebratio

24. Sacramentum Paenitentiae ab auditione verbi initium sumat oportet, quia Deus per verbum suum ad paenitentiam vocat et ad veram cordis conversionem perducit.

Una vel plures lectiones eligi possunt. Si plures, psalmus vel alius cantus aptus vel spatium silentii interponatur, ut Dei verbum profundius intellegatur atque assensus cordis illi praebeatur. Si una tantum lectio fit, expedit ut ex Evangelio sumatur.

Lectiones eligantur quibus praesertim: *a*) vox Dei homines ad conversionem et maiorem semper cum Christo conformitatem revocat; *b*) mysterium reconciliationis per mortem et resurrectionem Christi necnon per donum Spiritus Sancti, prae oculis ponitur; *c*) iudicium Dei de bono et malo in vita hominum traditur ad conscientiam illuminandam et discutiendam.

25. Homiliam, a textu Scripturae initium sumens, paenitentes ducat ad discussionem conscientiae, ad aversionem a peccato et ad conversionem ad Deum. In memoriam revocet fidelibus, peccatum contra Deum, contra communitatem et proximum necnon contra peccatorem ipsum agere. Proinde opportune recolantur: *a*) Dei infinita misericordia, quae maior

est omnibus iniquitatibus nostris et qua ipse semper nos ad se iterum iterumque revocat; *b*) necessitas internae paenitentiae, qua sincere disponimur etiam ad reparanda damna peccati; *c*) aspectus socialis gratiae et peccati, quo fit ut actus singulorum quodammodo in totum corpus Ecclesiae redundent; *d*) opus nostrae satisfactionis, quae ex satisfactione Christi vim accipit, et exigit praeprimis, praeter opera paenitentiae, exercitium verae caritatis erga Deum et proximum.

26. Homilia peracta, opportunum praebeatur tempus silentii ad examen conscientiae peragendum et ad veram peccatorum contritionem excitandam. Presbyter ipse vel diaconus vel alius minister fideles adiuvare potest brevibus sententiis vel prece litanica, attenta eorum condicione, aetate, etc.

Si opportunum visum fuerit, haec communis discussio conscientiae atque contritionis excitatio. substitui potest pro homilia; sed, hoc in casu, clare a textu sacrae Scripturae antea lecto exordium sumere debet.

Ritus reconciliationis

27. Invitante deinde diacono vel alio ministro, omnes genuflectunt vel se inclinant et formulam confessionis generalis dicunt (ex. gr. *Confíteor*); postea stantes, pro opportunitate, orationem litanicam recitant vel cantum aptum proferunt, quae confessionem peccatorum, contritionem cordis, petitionem remissionis necnon fiduciam in Dei misericordia exprimant. In fine dicitur oratio dominica, quae numquam omittitur.

28. Dicta oratione dominica, sacerdotes ad loca pro confessionibus audiendis statuta se conferunt. Paenitentes qui confessionem peccatorum facere cupiunt, ad sacerdotem quem elegerint accedunt, et, congrua satisfactione accepta, ab eodem absolvuntur formula pro uno paenitente reconciliando.

29. Confessionibus expletis, sacerdotes ad presbyterium redeunt. Qui celebrationi praeest omnes ad gratiarum actionem invitat, qua fideles Dei misericordiam confitentur. Quod per psalmum vel hymnum vel etiam per precem litanicam fieri potest. Postremo sacerdos oratione celebrationem concludit, Deum laudans propter nimiam caritatem suam qua dilexit nos.

Dimissio populi

30. Gratiarum actione peracta, sacerdos fideles benedicit. Deinde diaconus vel ipse sacerdos coetum dimittit.

C. Ordo ad reconciliandos paenitentes cum confessione et absolutione generali

De disciplina absolutionis generalis

31. Individualis et integra confessio atque absolutio manent unicus modus ordinarius, quo fideles se cum Deo et Ecclesia reconciliant, nisi impossibilitas physica vel moralis ab huiusmodi confessione excuset.

Fieri enim potest, ob peculiaria rerum adiuncta quandoque occurrentia, ut absolutionem pluribus paenitentibus, sine praevia individuali confessione, generali modo impertire liceat vel etiam oporteat.

Praeter casus in quibus agitur de mortis periculo, licet sacramentaliter absolvere una simul plures fideles generice tantum confessos, sed apte ad paenitentiam revocatos, si accedat gravis necessitas, nimirum quando, attento paenitentium numero, confessariorum copia praesto non est ad rite audiendas singulorum confessiones intra congruum tempus, ita ut paenitentes – absque sua culpa – gratia sacramentali, vel sacra communione diu carere cogantur. Quod evenire potest, praesertim in terris missionum sed in aliis etiam locis, necnon apud coetus personarum, in quibus de illa necessitate constat.

Hoc vero non licet cum confessarii praesto esse possunt propter solum magnum concursum paenitentium, qualis verbi gratia potest haberi in magna aliqua festivitate aut peregrinatione (45).

32. Iudicium ferre an adsint condiciones, de quibus supra, ac proinde decernere quando liceat absolutionem sacramentalem generali modo conferre, reservatur Episcopo dioecesano, collatis consiliis cum ceteris membris Conferentiae Episcopalis.

Praeter casus ab Episcopo dioecesano statutos, si qua alia gravis necessitas oriatur sacramentalem absolutionem una pluribus impertiendi, sacerdos antea recurrere debet, quoties fieri possit, ad loci Ordinarium, ut absolutionem licite impertiat; se-

45. S. Congr. pro Doctrina Fidei, *Normae pastorales circa absolutionem sacramentalem generali modo impertiendam*, 16 iunii 1972, n. III: AAS 64 (1972), p. 511.

cus, de huiusmodi necessitate ac de data absolutione eundem Ordinarium quam primum certiorem faciat (46).

33. Ad fideles quod attinet, ut frui possint sacramentali absolutione una simul pluribus data, requiritur omnino, ut apte dispositi, seu ut unumquemque paeniteat admissorum suorum, isque a peccatis abstinere proponat, scandala et damna forte illata reparare statuat et simul proponat singillatim confiteri debito tempore peccata gravia, quae in praesens ita confiteri nequeat. De his dispositionibus atque condicionibus, ad valorem sacramenti requisitis, fideles a sacerdotibus diligenter monentur (47).

34. Ii, quibus communi absolutione gravia peccata remittuntur, ad confessionem auricularem accedant, antequam novam huiusmodi absolutionem sint recepturi, nisi iusta causa impediantur. Omnino autem debent, nisi obstet moralis impossibilitas, accedere ad confessarium infra annum. Viget enim etiam pro ipsis praeceptum, quo omnis christifidelis debet cuncta peccata sua, utique gravia, quae singillatim adhuc confessus non fuerit, sacerdoti solus confiteri saltem semel in anno (48).

Ritus absolutionis generalis

35. Ad reconciliandos paenitentes cum confessione et absolutione generali in casibus a iure statutis, omnia fiunt sicut supra de celebratione reconciliationis pro pluribus paenitentibus cum confessione et absolutione singulari dictum est, iis tantum mutatis quae sequuntur.

a) Homilia expleta, vel in ipsa homilia, moneantur fideles qui absolutione generali frui volunt, ut se apte disponant, seu ut unumquemque paeniteat admissorum suorum, isque a peccatis abstinere proponat, scandala et damna forte illata reparare statuat et simul proponat singillatim confiteri debito tempore peccata gravia, quae in praesens ita confiteri nequeat (49); satisfactio quaedam insuper proponatur omnibus facienda, cui singuli aliquid addere poterunt, si voluerint.

b) Deinde diaconus, vel alius minister, vel ipse sacerdos, paenitentes invitet qui absolutionem recipere volunt ut aliquo signo se illam petere profiteantur (v. gr. caput inclinando, vel genua flectendo, vel aliud signum secundum normas a Conferentiis Episcopalibus statutas) formulam confessionis generalis simul dicentes (v. gr. *Confíteor*), post quam prex litanica vel cantus paenitentialis fieri potest, et oratio dominica simul ab omnibus dicitur vel canitur, sicut supra, n. 27, dictum est.

c) Tunc sacerdos invocationem enuntiat qua gratia Spiritus Sancti petitur in remissionem peccatorum, victoria de peccato per mortem et resurrectionem Christi proclamatur, et absolutio sacramentalis paenitentibus datur.

d) Postremo sacerdos ad gratiarum actionem invitat, ut supra, n. 29, dictum est, et omissa oratione conclusionis, statim populum benedicit et dimittit.

V – De celebrationibus paenitentialibus

Indoles et structura

36. Celebrationes paenitentiales sunt populi Dei conventus ad verbum Dei audiendum per quod fit invitatio ad conversionem et ad vitae renovationem necnon nuntium de nostra liberatione a peccato per mortem et resurrectionem Christi. Eorum structura ea est quae de more in celebrationibus verbi Dei servatur (50), et quae in *Ordine ad reconciliandos plures paenitentes* proponitur.

Convenit, ergo, ut post ritum initii (cantum, salutationem et orationem) una vel plures lectiones e sacra Scriptura proferantur, cantibus vel psalmis vel silentii momentis interpositis, quae per homiliam fidelibus congregatis explicentur et applicentur. Nihil prohibet quominus sive ante lectiones Scripturae sive post illas, aliae etiam lectiones fiant ex Patribus vel scriptoribus qui reapse communitatem et singulos adiuvent ad veram cognitionem peccati et ad veram cordis contritionem, ad conversionem scilicet provocandam.

Post homiliam et meditationem verbi Dei, expedit ut coetus fidelium uno corde et una voce oret, per precem aliquam litanicam vel alio modo apto ad participationem fidelium promovendam. Postremo semper oratio dominica dicatur ut Deus Pater noster, "dimittat nobis debita nostra sicut et nos dimitti-

46. *Ibid.*, n. V: *l. c.*, p. 512.
47. *Ibid.*, nn. VI et XI: *l. c.*, pp. 512, 514.
48. *Ibid.*, nn. VII et VIII: *l. c.*, pp. 512-513.
49. Cf. *ibid.*, n. VI, p. 512.
50. Cf. S. Congr. Rituum, Instr. *Inter Oecumenici*, 26 sept. 1964, nn. 37-39: AAS 56 (1964), pp. 110-111.

http://www.obrascatolicas.com

mus debitoribus nostris ... et liberet nos a malo". Sacerdos, sive minister qui congregationi praeest, concludit cum oratione et populi dimissione.

Utilitas et momentum

37. Caveatur ne hae celebrationes, in opinione fidelium, cum ipsa sacramenti Paenitentiae celebratione confundantur (51). Hae autem celebrationes paenitentiales perutiles sunt ad conversionem et cordis purificationem promovendam (52).

Celebrationes paenitentiales convenienter instituuntur praesertim: – ad spiritum paenitentiae in communitate christiana fovendum; – ad fideles adiuvandos in praeparatione confessionis quae postea, temporibus opportunis, a singulis fieri potest; – ad pueros educandos ut gradatim sibi efforment conscientiam de peccato in vita humana et de liberatione a peccato per Christum; – ad catechumenos in conversione adiuvandos.

Praeterea, ubi nullus sacerdos praesto est ad sacramentalem absolutionem impertiendam, celebrationes paenitentiales utilissimae sunt, utpote quae ad contritionem ex caritate perfectam auxilium praebeant, qua fideles in voto paenitentiae sacramentalis futurae gratiam Dei consequi possunt (53).

VI–De aptationibus ritus ad varias regiones et adiuncta

De aptationibus quas Conferentiae Episcopales facere possunt

38. Conferentiis Episcopalibus competit, in Ritualibus particularibus apparandis, hunc Ordinem Paenitentiae accommodare singularum regionum necessitatibus, ut, actis ab Apostolica Sede probatis, in regionibus ad quas pertinent, adhibeantur. Qua in re Conferentiarum Episcopalium erit:

a) Normas circa disciplinam sacramenti Paenitentiae statuere, in iis praesertim quae ad ministerium sacerdotum et reservationem peccatorum spectant.

b) Normas pressius quoad locum aptum ad ordinariam sacramenti Paenitentiae celebrationem et quoad signa paenitentiae a fidelibus exhibenda in absolutione generali (cf. supra n. 35).

c) Versiones textuum parare, quae uniuscuiusque populi indoli et sermoni vere sint accommodatae, et etiam novos textus componere pro precibus sive fidelium sive ministri, formula sacramentali integre servata.

De iis quae ad Episcopum spectant

39. Ad Episcopum dioecesanum pertinet: *a*) Disciplinam paenitentiae in sua dioecesi moderari (54) etiam per opportunas ipsius ritus aptationes secundum normas in ipsa Conferentia Episcopali propositas. *b*) Decernere, collatis consiliis cum aliis membris Conferentiae Episcopalis, quando liceat sub condicionibus a Sancta Sede statutis absolutionem sacramentalem generali modo conferre (55).

De accommodationibus, quae ministro competunt

40. Ad presbyteros vero, parochos praesertim, spectat:

a) In celebratione reconciliationis, sive pro singulis sive pro communitate, ritum ad adiuncta concreta paenitentium aptare, servatis structura essentiali et formula integra absolutionis, partes quasdam, si oportet, ob rationes pastorales omittendo, vel uberiores reddendo, textus seligendo sive lectionum sive orationum, locum eligendo ad celebrationem magis accommodatum, iuxta normas a Conferentiis Episcopalibus statutas, ita ut tota celebratio uber simul et fructuosa exsistat.

b) Celebrationes paenitentiales aliquando per annum, praesertim tempore Quadragesimae, proponere et praeparare, aliis, etiam laicis, adiuvantibus, ita ut textus selecti et ordo celebrationis ad condicionem et adiuncta communitatis vel coetus (ex. gr. puerorum, infirmorum, etc.) vere sint accommodati.

c) In casu gravis necessitatis, ab Episcopo dioecesano non praeviso, si recursus ad ipsum impossibile sit, decidere de absolutione sacramentali una simul pluribus impertienda praemissa solummodo confessione generali, cum obligatione tamen de huiusmodi necessitate ac de data absolutione eundem Ordinarium quam primum certiorem faciendi. [*Sequuntur ritus "Ordinis paenitentiae" iuxta praedictos casus adhibendi*]

51. Cf. S. Congr. pro Doctrina Fidei, *Normae pastorales circa absolutionem sacramentalem generali modo impertiendam*, 16 iun. 1972, n.X: AAS 64 (1972), pp. 513-514.

52. *Ibid.*

53. Cf. Conc. Trid., Sessio XIV, De sacramento Paenitentiae, cap. 5: *Denz.-Schön.* 1677.

54. Cf. Conc. Vat. II, Const. *Lumen gentium*, n. 26: AAS 57 (1965), pp. 31-32.

55. Cf. S. Congr. pro Doctrina Fidei, *Normae pastorales circa absolutionem sacramentalem generali modo impertiendam*, n. V: AAS 64 (1972), p. 512.

* Rituale Romanum ex decreto Sacrosancti Oecumenici Concilii Vaticani II instauratum, auctoritate Pauli PP. VI promulgatum: **Ordo paenitentiae**, editio typica, Typis Polyglottis Vaticanis 1974. Adn. AUTORES VARII in opere **Sobre el sacramento de la Penitencia y las absolutiones generales**, Pamplona 1976; A. AMATO in **EL** 89 (1975) 282-293; Z. ALSZEGHY in **La Civ. Catt.** 125 (1974-I) 544-554; C. BRAGA in **EL** 89 (1975) 165-176; L. BRANDOLINI in **EL** 89 (1975) 267-281; G. CAPRILE in **La Civ. Catt.** 125 (1974-I) 586-589; A. DAL COVOLO, **La confessione, oggi**, Roma 1979; F. DENIAU-D. DYE in **La Maison-Dieu** n. 124 (1975) p. 111-139; M. DESDOUITS in **Esprit et vie** 86 (9176) 161; A. DUVAL in **Rev. des sc. phil. et théol.** 63 (1979) 549-560; G. FERRARO in **La Civ. Catt.** 130 (1979-I) 12-22; P.-M. GY in **La Maison Dieu** n. 139 (1979) 125-137, et in **Revue des sc. philosophiques et théologiques** 63 (1979) 529-547; A. HAQUIN in **La foi et le temps** 5 (1975) 134-154, 9 (1979) 195-211; M. HUFTIER in **Esprit et vie** 88 (1978) 245-256; P. JOUNEL in **La Maison-Dieu** n. 117 (1974) p. 7-37; N. M. LODI in **EL** 89 (1975) 302-316; N. M. LOSS in **EL** 89 (1975) 194-221; B. NEWNS in **CR** 40 (1976) 62-68; G. M. OURY in **Esprit et vie** 89 (1979) 273-278; P. PALAZZINI in **Palestra del Clero** 59 (1980) 19-26; V. PATHIKULANGARA in **EL** 89 (1975) 294-301; G. PINCKERS in **La foi et le temps** 9 (1979) 212-225; N. PROVENCHER in **Studia canonica** 9 (1975) 267-276; F. ROMITA in **ME** 99 (1974) 20-51; Ph. ROUILLARD in **EL** 89 (1975) 177-193; P. SMITH in **Studia canonica** 12 (1978) 225-263; F. SOTTOCORNOLA in **EL** 89 (1975) 250-266, et in **Questions liturgiques**, n. 2-3 (1974) p. 89-136; A. M. TRIACCA in **EL** 89 (1975) 222-249; H. WAGNON in **Revue théol. de Louvain** 4 (1973) 46-47; M. ZUROWSKI in **Prawo Kanoniczne** 19 (1976) 76-81.

4244

1973 DEC 6.-SC DOCTR. FIDEI, INSTRUCTIO. PART.*

Instructio pro solutione matrimonii in favorem fidei, et Normae procedurales pro conficiendo processu dissolutionis vinculi matrimonialis in favorem fidei

I

INSTRUCTIO PRO SOLUTIONE MATRIMONII IN FAVOREM FIDEI

Ut notum est, haec S. Congregatio quaestionem de solutione matrimonii in favorem fidei diutius tractavit atque studuit.

Nunc demum, re diligenter investigata, SS.mus D. N. Paulus Papa VI dignatus est approbare has novas normas quibus enuntiantur condiciones pro concessione solutionis matrimonii in favorem Fidei sive pars oratrix baptizetur aut convertatur, sive non.

I. Ut solutio valide concedatur *tres sine quibus non* requiruntur condiciones:

a) carentia baptismatis in alterutro coniuge perdurante toto vitae coniugalis tempore;

b) non usus matrimonii post baptismum forte susceptum a parte quae baptizata non erat;

c) ut persona non baptizata vel baptizata extra ecclesiam catholicam libertatem facultatemque parti catholicae relinquat profitendi propriam religionem atque catholice baptizandi educandique filios: quae condicio, cautionis forma, in tuto ponenda est.

II. Requiritur praeterea:

§ 1. Ut nulla detur possibilitas restaurandi vitam coniugalem, manente dissidio radicali et insanabili.

§ 2. Ut a concessione gratiae absit publici scandali periculum, vel gravis admirationis.

§ 3. Ut pars oratrix causa culpabilis non extiterit naufragii matrimonii legitimi, et pars catholica, quacum contrahendum vel convalidandum sit novum coniugium, separationem coniugum ex propria culpa ipsa non provocaverit.

§ 4. Ut altera pars prioris coniugii interpelletur, si potis sit, neque rationabiliter sese opponat.

§ 5. Ut prolem ex priori coniugio forte susceptam religiose instituendam, pars quae petit dissolutionem, curet.

§ 6. Ut aeque, secundum leges iustitiae, coniugi relicto et proli forte susceptae, provideatur.

§ 7. Ut pars catholica cum qua novum matrimonium ineundum sit, iuxta baptismatis promissiones vivat et novae familiae consulat.

§ 8. Ut cum agitur de catechumeno, quocum contrahendum sit, certitudo moralis habeatur de baptismate proxime recipiendo, si expectari (quod suadendum est) ipse baptismus non poterit.

III. Solutio facilius conceditur ubi serio de valore ipsius matrimonii ex alio capite dubitatur.

IV. Solvi quoque potest matrimonium inter partem catholicam et partem non baptizatam cum dispensatione ab impedimento disparitatis cultus initum, dummodo verificentur condiciones statutae in nn. II et III, et constet partem catholicam, ob peculiaria regionis adiuncta, praesertim ob exiguum in regione numerum catholicorum, vitare non potuisse matrimonium atque in eodem vitam catholicae religioni congruam ducere non potuisse. Praeterea necesse est ut haec S. Congregatio edoceatur de publicitate celebrati matrimonii.

V. Solutio matrimonii legitimi initi cum dispensatione ab impedimento disparitatis cultus non conceditur parti catholicae petenti, ad ineundas novas nuptias cum non baptizato qui non se convertit.

VI. Non conceditur solutio a matrimonio legitimo quod contractum vel convalidatum sit post obtentam dissolutionem a priore legitimo matrimonio.

Ut hae condiciones rite adimpleantur "*novae normae procedurales*" confectae sunt, iuxta quas omnes futuri processus instruendi sunt. Quas normas praesenti instructioni adnectimus.

Quibus novis normis statutis, priores normae quae ad horum processuum instructionem latae fuerant, penitus abrogantur.– Franciscus Card. SEPER, *Praefectus.* Hieronymus Hamer, *a Secretis.*

II

NORMAE PROCEDURALES PRO CONFICIENDO PROCESSU DISSOLUTIONIS VINCULI MATRIMONIALIS IN FAVOREM FIDEI

Art. 1. Processum, concessioni gratiae dissolutionis matrimonii legitimi praemittendum, conficit loci Ordinarius competens iuxta praescriptum Litt. Ap. *Causas matrimoniales*, IV, § 1, vel per se, vel per alium ecclesiasticum virum ab eo delegatum. De facta delegatione aut commissione constare debet in actis ad S. Sedem transmittendis.

Art. 2. Deducta non simpliciter asseri sed et probari debent iuxta Iuris Canonici praescripta sive documentis sive testium fide dignorum depositionibus.

Art. 3. Documenta tum originalia tum in authentico exemplari exhibita ab ipso Ordinario vel Iudice delegato recognosci debent.

Art. 4. § 1. In interrogationibus praeparandis, quae partibus et testibus proponi debent, etiam opera Defensoris vinculi vel alterius ad hoc munus explendum in singulis casibus delegati adhiberi debet; et de hac delegatione in actis mentio facienda est.

§ 2. Testes antequam interrogentur iurare debent de veritate dicenda.

§ 3. Ordinarius vel eius Delegatus interrogationes iam paratas proponat, aliasque adiungat, quas ad res melius cognoscendas opportunas iudicet, vel ipsa responsa iam data suggerant.

Cum partes vel testes de alienis factis deponunt, Iudex interroget etiam de causa seu de origine scientiae.

§ 4. Iudex enixe curare debet ut interrogationes ac datae responsiones accurate a Notario conscribantur et subscribantur a teste.

Art. 5. § 1. Si testis aliquis acatholicus coram sacerdote catholico se sistere ac deponere renuat, poterit acceptari documentum continens depositionem super hac re coram publico notario, vel persona fide digna, a teste peractam; quod expressis verbis in actis adnotandum est.

§ 2. Iudex ordinarius vel delegatus ad decernendum num huic documento fides sit adhibenda, testes iuratos inducat, praesertim catholicos, qui testem acatholicum bene noverint, ac de eius veracitate testimonium ferre velint et valeant.

§ 3. Etiam ipse Iudex suum exprimat votum circa fidem huic documento praestandam.

Art. 6. § 1. Carentia baptismi in alterutro coniuge ita demonstranda est ut omne prudens dubium amoveatur.

§ 2. Ipse coniux, qui se baptizatum dicit, sub iuramento, si fieri potest, interrogetur.

§ 3. Insuper excutiantur testes et praesertim coniugis parentes et consanguinei, aliique, speciatim qui tempore infantiae ei adstiterunt et totum eius vitae cursum noverunt.

§ 4. Testes interrogandi sunt non unice de ipsa baptismi carentia sed etiam de circumstantiis, ex quibus credibile et probabile appareat baptismum non fuisse collatum.

§ 5. Curandum ut consulantur quoque libri baptizatorum in locis ubi pars, quae dicitur non baptizata, infantili aetate vixisset; praesertim in ecclesiis quas ipsa frequentaverit ad acquirendam religiosam institutionem, vel in qua matrimonium celebraverit.

Art. 7. § 1. Si quo tempore gratia solutionis petitur, coniux qui non baptizatus extabat, ad baptismum iam admissus fuerit, processus saltem summarius institui debet, cum interventu Defensoris Vinculi, de non usu matrimonii post baptismum sic susceptum.

§ 2. Ipse coniux sub iuramento interrogetur num post separationem a coniuge aliquam et qualem cum ipso habuerit relationem, et praesertim an post baptismum cum comparte contactus matrimoniales habuerit.

§ 3. Sed et altera pars circa matrimonii non consummationem sub iuramento, si fieri possit, erit interroganda.

§ 4. Testes praeterea, praesertim inter consanguineos et amicos inducendi sunt et audiendi, pariter iurati, non tantum circa ea, quae post partium separationem et praesertim post baptismum evenerunt, sed etiam circa coniugum probitatem et veracitatem, seu circa fidem, quam eorum depositiones mereantur.

Art. 8. Orator, si conversus et baptizatus fuerit, interrogetur de tempore et animo, quo ad baptismum suscipiendum vel ad conversionem inductus fuerit.

Art. 9. § 1. In eodem casu, Iudex parochum, aliosque sacerdotes, qui in doctrina fidei tradenda ac in conversione paranda ei praesto fuerint, interroget de rationibus, quibus orator inductus fuerit ad baptismum suscipiendum.

§ 2. Preces ad S. Congregationem pro Doctrina Fidei Ordinarius nunquam dirigat, nisi quaevis rationabilis suspicio de conversionis sinceritate amota fuerit.

http://www.obrascatolicas.com

Art. 10. § 1. Iudex Ordinarius vel Delegatus interroget oratorem testesque de causa separationis vel divortii, an scilicet ab oratore posita fuerit vel non.

§ 2. Iudex adducat in actis exemplar authenticum divortii.

Art. 11. Iudex vel Ordinarius referat an ex matrimonio vel ex concubinatu orator prolem susceperit et quomodo eiusdem religiosae educationi providerit, aut providere intendat.

Art. 12. Iudex vel Ordinarius pariter referat quomodo orator coniugi relicto et proli, forte susceptae, aeque, secundum leges iustitiae, consuluerit vel consulere in animo habeat.

Art. 13. Ordinarius vel Iudex Delegatus informationes colligat circa coniugem acatholicum, ex quibus deduci valeat an restauratio vitae coniugalis sperari possit; nec referre omittat an pars acatholica post divortium novas nuptias attentaverit.

Art. 14. Ordinarius expressis verbis referat an ex gratia forte concedenda aliquod scandali, admirationis vel calumniosae interpretationis periculum timendum sit, apud tum catholicos tum acatholicos, quasi Ecclesia divortium usui sua praxi faveat; expositis etiam circumstantiis, quae periculum in casu probabile reddant vel excludant.

Art.15. Causas, quae gratiae concessionem suadeant in singulis casibus exprimat Ordinarius, simul semper addendo an orator novum matrimonium quovis modo iam attentaverit vel in concubinatu vivat. Idem Ordinarius de adimpletis pro concessione gratiae condicionibus adamussim referat et, si cautiones, de quibus in n. I, sub litt. *c*) (*) datae sint; harum authenticum documentum remittat.

Art. 16. Ordinarius preces ad S. Congregationem pro Doctrina Fidei omnia acta et informationes,tribus exemplaribus, remittat, de quibus omnibus respondere tenetur.

(*) "ut persona non baptizata vel baptizata extra ecclesiam catholicam libertatem facultatemque parti catholicae relinquat profitendi propriam religionem atque catholice baptizandi educandique filios: quae condicio, cautionis forma, in tuto ponenda est".

* Prot. N. 2717/68: AKKR 142 (1973) 474-479. Adn. A. ABATE, Il matrimonio nell'attuale legislazione canonica, Roma-Brescia 1979, p. 167 ss.; A. HOPFENBECK in AKKR 147 (1978) 99-123; P. MONETA in Il dir. eccl. 87 (1976-II) 228-253; J. RODRIGUEZ in REDC 30 (1974) 545-552; J. STEINDL in Oesterreichisches Archiv für Kirchen recht 26 (1975) 345-351.

4245

1973 DEC 6.- SIGNATURA APOST., DECISIO. PART.*

Episcopus providere potest aequae distributioni redituum ex beneficiis vacantibus provenientium

FACTI SPECIES

1. In ecclesia cathedrali L. adest *Associatio* Beneficiariorum vulgo "Unión Laical de Beneficiados de la Santa Iglesia Catedral de L." nuncupata, 16 membris constans, cui omnia bona inscripta sunt, quaeque iure civili hispanico, uti persona iuridica agnoscitur. Nonnulla beneficia libere conferuntur; alia vero, immo maior pars, sunt iuris patronatus seu praesentationis.

Exstant, praeterea, in illa ecclesia cathedrali aliae duae *Corporationes* Beneficiariorum, quarum prima 16 complectitur Canonicos seu Capitulares, altera vero 12 constat Beneficiariis iuxta Concordatum. Unde ecclesiae cathedrali L. 48 sacerdotes adscripti sunt.

Finis principalis beneficiorum supradictae Associationis est servitium liturgicum in ecclesia cathedrali praestandum; de facto, tamen, Beneficiati Associationis, qui lautos percipiunt fructus, nullum praestant servitium utile aut necessarium, quia omnia rite expediuntur a Canonicis et Beneficiariis Corporationum, qui exiguos percipiunt reditus.

Quam ob rem Episcopus L. in precibus die 29 maii 1970 ad Sedem Apostolicam porrectis, expostulabat ut Congregatio pro Clericis: "*a*) Suprima el derecho de Patronato, o por lo menos el derecho de presentación, a todos y a cada uno de los Beneficios que constituyen la Unión Laical"; *b*) Que entre tanto, declare por lo menos suspendido el derecho de presentar para los beneficios que quedaren vacantes para el futuro, hasta que no se haya regulado debidamente cuanto concierne a la distribución de las rentas y se haya resuelto la consulta a las Conferencias Episcopales acerca de los Cabildos".

2. S. Congregatio pro Clericis "collationem beneficiorum quae ad Associationem vulgo "Unión Laical" pertinent quaeque quolibet titulo vacant vel in futuro vacabunt, ob rationes indolis pastoralis praesenti Decreto (26 ianuarii 1973) suspendit, conferens Episcopo L. facultatem collationem beneficiorum differendi donec aliter providebitur; atque insimul iubet ut, ad finem de quo in Motu proprio *Ecclesiae Sanctae* ut supra consequendum, reditus beneficiorum vacantium a praefata Unione Episcopo pro tempore L. integri tradantur, praescriptis canonis 1481 C. I. C. aut quibuslibet statutis particularibus minime obstantibus".

At Beneficiarii Unionis, per suum legitimum Patronum et Procuratorem recursum interposuerunt ad Sectionem Alteram Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae adversus praedictum Decretum Sacrae Congregationis ob legum canonicarum violationem. Equidem, praedictum Decretum violat privilegium patronorum praesentandi clericum (can. 1455, 1º); violat ius clerici praesentati a patrono ad canonicam institutionem (can. 1466 § 1; violat praescriptum can. 1481 et iura legitima beneficiorum. Id autem S. Congregatio pro Clericis non potest propria auctoritate facere; ex altera parte non constat ipsam facultatem specialem habuisse a Summo Pontifice, vel Decretum ab Ipso confirmatum esse.

Ideo, concludit Patronus, decretum est invalidum et ut tale declarari debet. Praeterea petit ut interim decreti exsecutio suspendatur ob allatas rationes.

IN IURE ET IN FACTO

3. Provisionem beneficiorum associationis "Unión Laical" quod attinet, prae oculis haberi debet praescriptum Motu proprio *Ecclesiae Sanctae*, I, n. 18 § 1: "Privilegia non onerosa personis physicis vel moralibus hucusque forte concessa, quae ius electionis, nominationis vel praesentationis pro quocumque officio vel beneficio non consistoriali vacanti secumferunt, *abrogantur*"; et § 2 addit: "Si tamen iura et privilegia in hac materia constituta fuerint vi conventionis inter Apostolicam Sedem et Nationem aut vi contractus cum personis sive physicis sive moralibus initi, de illorum cessatione cum iis, quorum interest, agendum est".

Quam ob rem, si privilegia in casu non sunt onerosa, iam abrogata sunt et patroni ius praesentationis amiserunt. E contra, si sunt onerosa, integra quidem manent et de eorum cessatione cum patronis agendum est; sed interim Congregatio pro Clericis, Conferentia Episcopalis et Episcopus dioecesanus possunt suspendere exercitium privilegii, quoties suspensio est necessaria ut valeant disponere de reditibus beneficiorum vacantium ad normam iuris. Ergo, in hoc altero casu, Congregatio pro Clericis non suppressit privilegium patronorum praesentandi clericum ad beneficium vacans, sed suspendit exercitium; haec vero suspensio, ex iusta causa facta, non violat ius seu privilegium praesentandi, et a fortiori non potest violare ius clericorum qui fortasse expectant ut praesententur ad beneficia vacantia.

4. Re quidem vera, Motu proprio *Ecclesiae Sanctae*, I, n. 8 dicit: "Commissioni Codicis Iuris Canonici recognoscendo committitur reformatio systematis beneficialis. *Interim* curent Episcopi, suis auditis Consiliis presbyterorum, ut provideatur *aequae distributioni bonorum, etiam reditu[illegible] ex beneficiis provenientium*". Equidem, "remuneratio clericis tribuenda praecipue eadem requiritur pro omnibus in iisdem adiunctis versantibus, ratione quidem habita tum ipsius muneris natu-

rae, tum temporum locorumque conditionum". Et Decretum *Presbyterorum Ordinis*, n. 20. addit: "Servitio Dei dediti in implendo officio sibi commisso, digni sunt Presbyteri qui aequam recipiant remunerationem ... Episcopi autem curare debent ... ut normae instituantur, quibus debite consulatur honestae sustentationi eorum qui in Populi Dei servitium aliquo munere funguntur vel functi sunt. Remuneratio autem ab unoquoque percipienda, ratione quidem habita tum ipsius muneris tum locorum temporumque conditionum *fundamentaliter eadem sit pro omnibus in iisdem adiunctis versantibus*".

Logice sequitur quod nec Congregatio pro Clericis, nec Conferentiae episcopales vel Episcopi dioecesani expectare debeant exitum tractationum cum patronis vel reformationis systematis beneficialis; sed ex nunc possunt et debent normis ordinare distributionem redituum etiam ex beneficiis provenientium, ita ut omnes sacerdotes aequam habeant retributionem, ratione habita ipsius muneris naturae, etc.; utcumque, remuneratio fundamentaliter eadem esse debet pro omnibus in iisdem adiunctis versantibus.

5. Decretum ergo Congregationis pro Clericis applicat in casu principia a Concilio Vaticano II et a Summo Pontifice statuta. Ex una parte finis principalis beneficiorum associationis "Unión Laical" est servitium liturgicum in ecclesia cathedrali praestandum; beneficiarii autem dictae associationis nullum praestant servitium, licet lautos recipiant fructus seu stipendium annuum: alius 280.928,84 pesetas, alius 178.780,46 pesetas, et decem 221.424,93 pesetas. Ex altera parte servitium in ecclesia cathedrali praestant canonici et beneficiarii corporationum, qui tamen percipiunt stipendium annuum 44.323,32 pesetas.

Unde, in casu non habetur aequa distributio redituum ex beneficiis provenientium; non habetur eadem remuneratio pro omnibus clericis qui in iisdem versantur conditionibus; iniuste beneficiarii associationis "Unión Laical" percipiunt reditus, quia nullum praestant servitium liturgicum. Merito igitur Congregatio pro Clericis iubet ut reditus beneficiorum vacantium illius associationis integri tradantur Episcopo dioecesano, qui non debet servare praescriptum can. 1481 aut statutorum particularium, sed praescripta Vaticani II et Summi Pontificis.

6. Petit recurrentium patronus ut suspendatur Decreti exsecutio. *Normae Speciales*, art. 106, hac de re haec habent: "Recursui adnecti potest instantia, allatis motivis gravibus vel documentis quibus innititur, ad obtinendam suspensionem exsecutionis actus impugnati". At patronus perperam putat motiva gravia esse allatas rationes de violatione legum et de nullitate Decreti; ideo instantia pro suspensione exsecutionis impugnatae decisionis a limine videtur reicienda.

DECISIO. - In Congressu die 6 decembris 1973 habito coram Em.mo Cardinali Praefecto, proposito recursu a Beneficiatis Associationis cui nomen "Unión laical de Beneficiados de la Santa Iglesia Catedral de L.", die 27 martii 1973 interposito adversus decisionem Sacrae Congregationis pro Clericis diei 23 ianuarii 1973, recurrentibus notificatam die 5 martii 1973, decretum est: *Recursum esse reiciendum, utpote manifeste fundamento carentem. Suspensionem autem impugnati decreti, in casu, concedendam non esse.*

* Apoll 47 (1974) 391-394.

4246

1973 DEC 8.-PAULUS VI, NUNT. AAS 65 (1973) 668-673

Nuntius scripto datus ad universos homines, praesertim christifideles, calendis ianuariis diem fovendae paci per totum terrarum orbem dicatum celebraturos:

De possibilitate et necessitate acquirendae et firmandae verae pacis in mundo

Ascoltatemi ancora, uomini giunti alle soglie del nuovo anno 1974.

Ascoltatemi ancora: sono davanti a voi in atto di umile supplica, energica supplica.

Naturalmente, voi lo intuite, io voglio ancora parlarvi della Pace.

Sì, della Pace. Forse voi pensate di conoscere tutto a riguardo della Pace; se ne è già parlato tanto, da tutti. Forse questo nome invadente provoca un senso di sazietà, di noia, fors'anche di timore ch'esso nasconda nel fascino della sua parola un magia illusoria, un nominalismo ormai abusato e retorico, e perfino un incantesimo pericoloso. La storia presente, caratterizzata da feroci episodi di conflitti internazionali, da implacabili lotte di classe, da esplosioni di libertà rivoluzionarie, da repressioni dei diritti e delle libertà fondamentali / dell'uomo, e da improvvisi sintomi di precarietà economica mondiale, sembra demolire, come fosse la statua d'un idolo, l'idea trionfante della Pace. Al nominalismo vacuo e imbelle ch'essa sembra assumere nell'esperienza politica e ideologica di quest'ultimo tempo, ora di nuovo si preferisce il realismo dei fatti e degli interessi, e si ripensa all'uomo come all'eterno insolubile problema d'un auto-conflitto vivente; l'uomo è così; un essere che porta nel cuore il destino della lotta fraterna. 669

Al conflitto di questo crudo rinascente realismo noi proponiamo non un nominalismo, sconfitto da nuove e prepotenti esperienze, ma un invitto idealismo, quello della Pace, destinato a progressiva affermazione.

Credete, uomini fratelli, uomini di buona volontà, uomini saggi, uomini sofferenti, alla nostra ripetuta umile voce, al nostro grido instancabile. La Pace è l'ideale della umanità. La Pace è necessaria. La Pace è doverosa. La Pace è vantaggiosa. Non è un'idea illogica e fissa, la nostra; non è una ossessione, una illusione. E' una certezza; sì, una speranza; ha per sé l'avvenire della civiltà, il destino del mondo; sì, la Pace.

Noi siamo così convinti che essa, la Pace, è il traguardo dell'umanità in via di coscienza di sé e di sviluppo civile sulla faccia della terra, che oggi, per l'anno nuovo e per gli anni futuri, noi osiamo proclamare come già abbiamo fatto l'anno scorso: la Pace è possibile.

Perché, in fondo, ciò che compromette la solidità della Pace e lo svolgimento della storia in suo favore, è la segreta e scettica convinzione che essa sia praticamente impossibile. Bellissimo concetto, si pensa senza dirlo, ottima sintesi delle umane aspirazioni; ma sogno poetico, utopia fallace. Una droga inebriante, ma debilitante. Ancora risorge negli spiriti, come una logica inevitabile: ciò che conta è la forza; l'uomo ridurrà al più il complesso delle forze all'equilibrio del loro contrasto; ma dalla forza non puo prescindere l'umana organizzazione.

Noi dobbiamo soffermarci un istante su questa obiezione capitale per risolvere un possibile equivoco, quello che confonde la Pace con la debolezza, non solo fisica, ma morale, con la rinuncia al vero diritto e alla equa giustizia, con la fuga dal rischio e dal sacrificio, con la rassegnazione pavida e succube all'altrui prepotenza, e perciò acquiescente alla propria schiavitù. Non è questa la Pace autentica. / La repressione non è la Pace. 670
L'ignavia non è la Pace. L'assetto puramente esteriore e imposto dalla paura non è la Pace. La recente celebrazione del XXV Anniversario della Dichiarazione dei Diritti dell'Uomo ci ricorda che la Pace vera deve essere fondata sul senso dell'intangibile dignità della persona umana, dalla quale scaturiscono inviolabili diritti e rispettivi doveri.

E' pur vero che la Pace accetterà di obbedire alla legge giusta e all'autorità legittima, ma non sarà mai aliena

http://www.obrascatolicas.com

dalla ragione del bene comune e dalla morale libertà umana. La Pace potrà arrivare anche a gravi rinunce, nella gara del prestigio, nella corsa agli armamenti, nell'oblio delle offese, nella remissione dei debiti; arriverà perfino alla generosità del perdono e della riconciliazione; ma non mai per viltà; essa non sarà mai senza la fame e la sete della giustizia; non dimenticherà mai la fatica che occorre spendere per difendere i deboli, per soccorrere i poveri, per promuovere la causa degli umili; essa non tradirà mai per vivere le ragioni superiori della vita[1].

Non pertanto la Pace dev'essere considerata un'utopia. La certezza della Pace non consiste soltanto nell'essere, ma altresì nel divenire. Come la vita dell'uomo, essa è dinamica. Il suo regno si estende ancora e principalmente nel campo deontologico. Cioè nella sfera dei doveri. La Pace si deve non solo mantenere, ma produrre. La Pace è, e dev'essere perciò in fase di continua e progressiva affermazione. Anzi noi diremo: la Pace è possibile, solo se è considerata doverosa. Non basta nemmeno che essa sia stabilita sulla convinzione, di solito giustissima, ch'essa è vantaggiosa. Essa deve entrare nella coscienza degli uomini come una suprema finalità etica, come una necessità morale, una ἀνάγκη (ananche), derivante dalla esigenza intrinseca della convivenza umana.

Questa scoperta, perché tale è nel processo positivo della nostra razionalità, c'insegna alcuni principi dai quali non dovremmo deflettere mai più. E dapprima ci illumina sulla natura primigenia della Pace: essa è innanzi tutto un'idea. Essa è un assioma interiore, un tesoro dello spirito. La Pace deve germinare da una concezione fondamentale e spirituale dell'umanità:
671 l'umanità dev'essere pacifica, / cioè unita, coerente in se stessa, solidale nella profondità del suo essere. La mancanza di questa radicale concezione è stata, ed è tuttora, l'origine profonda delle disgrazie, che hanno devastato la storia. Concepire la lotta fra gli uomini, come esigenza strutturale della società, non costituisce soltanto un errore ottico-filosofico, ma un delitto potenziale e permanente contro l'umanità. La civiltà deve finalmente redimersi dall'antica, superstite e sempre operante fallacia: *homo homini lupus*. Essa funziona da Caino in poi. L'uomo d'oggi deve avere il coraggio morale e profetico di affrancarsi da questa nativa ferocia, e arrivare alla conclusione, ch'è appunto l'idea della Pace, come essenzialmente naturale, necessaria, doverosa, e perciò possibile. Bisogna pensare d'ora in poi l'umanità, la storia, il lavoro, la politica, la cultura, il progresso in funzione della Pace.

Ma che vale questa idea, spirituale, soggettiva, interiore e personale; che vale così disarmata, così distante dalle vicende vissute, efficaci e formidabili della nostra storia? Noi dobbiamo purtroppo registrare, a mano a mano che la tragica esperienza dell'ultima guerra mondiale tramonta nella sfera dei ricordi, una recrudescenza di spirito contenzioso fra le Nazioni e nella dialettica politica della società; oggi il potenziale di guerra e di lotta è molto cresciuto, non diminuito, al confronto di quello di cui disponeva l'umanità prima della guerre mondiali. Non vedete, ci può obiettare un osservatore qualsiasi, che il mondo va verso conflitti, ancora più terribili e orrendi di quelli di ieri? Non vedete la scarsa efficacia della propaganda pacifista e la non sufficiente incidenza sulle istituzioni internazionali, sorte durante la convalescenza del mondo insanguinato e estenuato dalle guerre mondiali? Dove va il mondo? non si prepara ancora a più catastrofici ed esecrabili conflitti? Ahimé! noi dovremmo ammutolire dinanzi a così incalzanti e spietati ragionamenti, come dinanzi ad un disperato destino!

1. Cfr. *Io.* 12, 25.

Ma no! Siamo anche noi ciechi? siamo ingenui? No, uomini Fratelli! noi siamo sicuri che la nostra causa, quella della Pace, dovrà prevalere. Primo, perchè essa, nonostante le follie della contraria politica, l'idea della Pace è ormai vittoriosa nel pensiero di tutti gli uomini responsabili. Noi abbiamo fiducia nella loro moderna sapienza, nella loro energica abilità: nessun Capo di Popolo può oggi volere la guerra; tutti aspirano alla Pace generale del mondo. E' grande cosa ! noi osiamo scongiurarli a non smentire mai più il loro, anzi il comune programma di Pace ! /
672

Secondo. Sono le idee, ancor più ed ancor prima degli interessi particolari, che guidano il mondo, nonostante le apparenze contrarie. Se l'idea della Pace guadagnerà effettivamente il cuore degli uomini, la Pace sarà salva; anzi essa salverà gli uomini. E' superfluo che in questo nostro discorso noi spendiamo parole per dimostrare la potenza odierna dell'idea diventata pensiero del Popolo, cioè dell'opinione pubblica; essa oggi è la regina che di fatto governa i Popoli; il suo imponderabile influsso li forma e li guida; e sono poi i Popoli, cioè l'opinione pubblica operante che governa i governanti. In gran parte almeno è così.

Terzo punto, allora. Se l'opinione pubblica assurge a coefficiente determinante il destino dei Popoli, il destino della Pace dipenda anche da ciascuno di noi. Perché ciascuno di noi fa parte del corpo civile operante con sistema democratico, che, in varia forma ed in differente misura, caratterizza oggi la vita delle Nazioni modernamente organizzate. Questo noi volevamo dire: la Pace è possibile, se ciascuno di noi la vuole; se ciascuno di noi ama la Pace, educa e forma la propria mentalità alla Pace, difende la Pace, lavora per la Pace. Ciascuno di noi deve ascoltare nella propria coscienza il doveroso appello: *La Pace dipende anche da te.*

Certamente l'influsso individuale sull'opinione pubblica non può essere che infinitesimale; ma non mai vano. La Pace vive delle adesioni. sia pure singole ed anonime, che le persone le dànno. E tutti sappiamo come si forma e si pronuncia il fenomeno dell'opinione pubblica: un'affermazione seria e forte è facilmente diffusa. L'affermazione della Pace da individuale deve diventare collettiva e comunitaria; deve diventare affermazione di Popolo e della Comunità dei Popoli; convinzione, ideologia, azione; deve aspirare a penetrare il pensiero e l'attività delle nuove generazioni e invadere il mondo, la politica, l'economia, la pedagogia, l'avvenire, la civiltà. Non per istinto di paura e di fuga, ma per impulso creativo della storia nuova e della costruzione nuova del mondo; non per ignavia e per egoismo, ma per vigore morale e per accresciuto amore all'umanità. La Pace è coraggio, è sapienza, è dovere; e alla fine è per di più interesse e felicità.

Tanto noi osiamo dire a voi, uomini Fratelli; a voi, uomini di questo mondo, se avete in mano, per qualche titolo, il timone del mondo; uomini di comando, uomini di cultura, uomini d'affari:/ occorre imprimere al-
673 la vostra azione un indirizzo robusto e sagace, verso la Pace; essa ha bisogno di voi. Se voi volete, potete ! La Pace dipende anche e specialmente da voi.

* * *

Noi riserveremo per di più ai nostri Confratelli di fede e di carità una parola anche più fiduciosa e più pressante: non abbiamo noi forse possibilità nostre originali e sovrumane, con cui concorrere con i promotori di Pace, a rendere valida l'opera loro, l'opera comune, affinché Cristo con loro, secondo la beatitudine del Vangelo, tutti ci qualifichi quali figli di Dio?[2] non possiamo noi predicare la Pace, innanzi tutto, nelle coscienze? e chi più di noi è tenuto ad essere con la

2. Cfr. *Mt.* 5, 9.

parola e con l'esempio maestro di pace ? come poi potremo noi suffragare l'opera della Pace, nella quale la causalità umana assurge al suo più alto livello, se non mediante l'inserimento nella causalità divina, disponibile all'invocazione delle nostre preghiere ? e saremo insensibili all'eredità di pace, che Cristo, solo Cristo, ha lasciato a noi, viventi in un mondo che perfetta non la sa dare, la sua pace trascendente e ineffabile? non possiamo forse proprio noi riempire la implorazione della Pace di quell'umile e amoroso vigore, al quale non resiste la divina misericordia?[3] E' meraviglioso: la Pace è possibile, e anche da noi per Cristo, nostra Pace[4], essa dipende.

Ne sia pegno la nostra pacificatrice Apostolica Benedizione.

Dal Vaticano, 8 Dicembre 1973.–PAULUS PP. VI.

3. Cfr. *Mt.* 7, 7 ss.; *Io.* 14, 27.

4. *Eph.* 2, 4.

4247

1973 DEC 10.-PAULUS VI, NUNT. AAS 65 (1973) 673-677

Nuntius scripto datus ad Exc.mum Virum Leopoldum Benites, XXVIII generalis coetus Nationum Coniunctarum Praesidem, XXV expleto anno a declaratione universali quoad iura hominum edita:

De necessitate aedificandae communitatis humanae quae omnibus hominibus tribuat exercitium iurium personae humanae propriorum

Poussé par la concience de notre mission qui est de rendre présent, vivant et actuel le message de salut proclamé par le Christ, Nous n'avons pas manqué, au cours
674 de notre Pontificat, de donner / maintes fois l'assurance de notre adhésion aux activités des Nations Unies en faveur de la justice, de la paix et du développement de tous les peuples.

Alors que cette éminente Assemblée internationale s'apprête à commémorer le XXVe anniversaire de la Déclaration universelle des Droits de l'Homme, Nous voulons une fois encore saisir l'occasion d'exprimer notre grande confiance, en même temps que notre ferme accord, en ce qui concerne l'engagement constant de l'Organisation des Nations Unies pour la promotion toujours plus précise, plus autorisée et plus efficace, du respect des droits fondamentaux de l'homme.

Comme Nous l'affirmons dans une autre circonstance, la Déclaration des Droits de l'Homme "demeure à nos yeux l'un des plus beaux titres de gloire" de votre Organisation[1], spécialement quand on pense à l'importance qui lui est dévolue comme chemin certain vers la paix. En réalité, la paix et le droit sont deux biens en relation directe et réciproque de cause et d'effet: il ne peut exister de paix véritable là où il n'y a point respect, défense et promotion des Droits de l'Homme. Si une telle promotion des droits de la personne humaine conduit à la paix, en même temps la paix en favorise la réalisation.

Nous ne pouvons donc demeurer indifférent devant l'urgence de construire une communauté de vie humaine qui garantisse partout à l'individu, aux groupes et particulièrement aux minorités, le droit à la vie, à la dignité personnelle et sociale, au développement dans le milieu protégé et amélioré, et à l'équitable répartition des richesses de la nature et des fruits de la civilisation.

"L'Eglise, avant tout soucieuse des droits de Dieu – disions-Nous l'an dernier au Secrétaire général Mon-

1. Message pour le XXVe anniversaire de l'Organisation des Nations Unies, *A.A.S.* 62 (1970), p. 684.

sieur Kurt Waldheim – ne pourra jamais se désintéresser des droits de l'homme, créé à l'image et à la ressemblance de son Créateur. Elle se sent blessée lorsque les droits de l'homme, quel qu'il soit, et où que ce soit, sont méconnus et violés" .

C'est pourquoi le Saint-Siège donne son plein appui moral à l'idéal commun contenu dans la Déclaration universelle comme aussi / à l'approfondissement progres-
675 sif des Droits de l'Homme qui y sont exprimés.

Les droits de l'homme sont fondés sur la dignité reconnue de tous les êtres humains, sur leur égalité et leur fraternité. Le devoir de respecter ces droits est un facteur de paix; leur violation est une cause de tensions et de troubles, même au plan international.

Si les Etats ont intérêt à coopérer dans les domaines de l'économie, de la science, de la technologie, de l'écologie, ils l'ont encore plus à collaborer – et la Charte de l'Organisation des Nations Unies les y engage expressément – pour protéger et promouvoir les droits de l'homme.

On objecte parfois que cette collaboration de tous les Etats pour promouvoir les droits de l'homme constitue une ingérence dans les affaires internes. Mais n'est-il pas vrai que le plus sûr moyen, pour un Etat, d'éviter des immixtions de l'extérieur, c'est précisément de reconnaître et d'assurer lui-même sur les territoires de sa juridiction le respect des droits et des libertés fondamentales?

Sans vouloir entrer dans le détail de chacune des formules de la célèbre Déclaration, mais en considérant l'élévation de son inspiration et l'ensemble de sa rédaction, Nous pouvons dire qu'elle demeure l'expression d'une conscience plus mûre et plus précise des droits de la personne humaine. Elle continue è représenter le fondement sûr de la reconnaissance pour chaque homme d'un droit de cité honorable dans la communauté des peuples.

Mais il serait vraiment déplorable pour l'humanité qu'une proclamation aussi solennelle se réduise à una vaine reconnaissance de valeurs ou à un principe doctrinal abstrait, sans recevoir une application concrète et toujours plus cohérente dans le monde contemporain, comme vous le releviez justement en assumant la présidence de cette Assemblée.

Nous savons bien qu'en ce qui concerne les pouvoirs publics, cette application ne va pas sans difficultés; mais il est nécessaire de mettre en même temps tout en oeuvre pour assurer le respect et la promotion de ces droits, de la part de ceux qui ont le pouvoir et le devoir de le faire, et, en même temps, pour développer toujours davantage, dans les populations, la conscience des droits et des libertés fondamentales de l'homme. Il faut faire appel à la collaboration de chacun afin que ces pincipes soient respectés "par tous, / partout, et pour
676 tous"[2]. Est-il vraiment possible, sans grave péril pour la paix et l'harmonie des peuples, de demeurer insensible face à tant de violations graves et souvent systématiques des Droits de l'Homme, si clairement proclamés dans la Déclaration comme universels, inviolables et inaliénables?

Nous ne pouvons cacher nos graves préoccupations devant la persistance ou l'aggravation de situations que Nous déplorons grandement, telles que, par exemple, la discrimination raciale ou ethnique, les obstacles à l'autodétermination des peuples, les violations répétées du droit sacré de la liberté religieuse sous les divers aspects et l'absence d'une entente internationale qui le soutien-

2. *A.A.S.* 64 (1972), p. 215.

3. Message à la Conférence de Téhéran pour le XXe anniversaire de la Déclaration des Droits de l'homme, *A. A. S.* 60 (1968), p. 285.

http://www.obrascatolicas.com

ne et en précise les conséquences, la répression de la liberté d'exprimer les opinions saines, les traitements inhumains envers les prisonniers, l'élimination violente et systématique des adversaires politiques, les autres formes de violence, et les attentats à la vie humaine, particulièrement dans le sein maternel. A toutes les victimes silencieuses de l'injustice, Nous prêtons notre voix pour protester et supplier. Mais il ne suffit pas de dénoncer, souvent d'ailleurs trop tard et de façon inefficace: il faut aussi analyser les causes profondes de ces situations et s'engager résolument à les affronter et à les résoudre correctement.

Il est encourageant, cependant, de noter combien les hommes de notre temps se montrent sensibles aux valeurs fondamentales contenues dans la Déclaration universelle. La multiplication des dénonciations et des revendications n'est-elle pas en effet symptôme significatif de cette sensibilité croissante face à la multiplication des atteintes aux libertés inaliénables de l'homme et des collectivités?

Avec un grand intérêt et une vive satisfaction Nous avons appris que l'Assemblée générale tiendra, à l'occasion du XXV[e] anniversaire de la Déclaration universelle, une session spéciale au cours de laquelle sera proclamée la Décennie de la lutte contre le racisme et la discrimination raciale. Cette entreprise, éminemment humaine, trouvera encore une fois côte à côte le Saint-Siège et les Nations Unies – bien qu'à des plans divers et avec des moyens différents – dans un effort commun pour défendre et protéger la liberté et la dignité de chaque homme et de chaque groupe, sans aucune distinction de race, de couleur, de langue, de religion
677 ou de condition sociale. /

Nous voulons souligner aussi en ce Message la valeur et l'importance des autres documents déjà approuvés par les Nations Unies et concernant les droits de l'homme. Inspirés par l'esprit et les principes de la Déclaration universelle des Droits de l'Homme, ils représentent un pas en avant dans la promotion et la protection concrète de plusieurs de ces droits dont ils veulent garantir l'application soigneuse et fidèle. Leur ratification en assurera l'efficacité au plan national et international. Le Saint-Siège, pour sa part, y donne son adhésion morale et offre son appui aux aspirations louables et légitimes qui les inspirent.

Si les droits fondamentaux de l'homme représentent un bien commun de toute l'humanité en marche vers la conquête de la paix, il est nécessaire que tous les hommes, prenant toujours mieux conscience de cette réalité, sachent bien qu'en ce domaine parler de droits, c'est aussi énoncer des devoirs.

Nous renouvelons nos voeux à votre noble et haute Assemblée, confiant qu'elle continuera inlassablement à promouvoir entre les nations le respect et l'application des principes solennellement énoncés dans la Déclaration universelle, dans un effort sincère pour transformer la famille humaine en una communauté mondiale fraternelle, dans laquelle tous les fils des hommes pourront mener une vie digne de celle de fils de Dieu.

Du Vatican, le 10 Décembre 1973.–PAULUS PP. VI.

4248

1973 DEC 13.-PAULUS VI, LIT. AP. AAS 66 (1974) 190-191

In Republica Ciadensi constituitur Delegatio Apostolica

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. – Quod pastorale Nostrum munus in dies procurandam hominibus supernam utilitatem prospicit, idem Nos etiam impellit ut, oblata opportunitate, ea subsidia suppeditemus, quae Christi sanctissimae religioni et proferendae et confirmandae faveant. Quandoquidem autem opportunum visum est cumque animarum bono consectaneum, ut in Republica Ciadensi constituteremus Delegationem Apostolicam, Nos, audita sententia Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, apostolica Nostra potestate atque harum Litterarum vi, Delegationem Apostolicam in Republica Ciadensi fundamus, cuius sedes in urbe vulgo Bangui sit, donec aliter provideatur. Conditae igitur Delegationi Apostolicae omnia et singula deferimus officia, privilegia atque indulta, quae huiusmodi Delegationum propria
191 sunt. Contrariis quibuslibet non / obstantibus. Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae Apostolicae sive nunc sive in posterum religiose serventur suosque effectus habeant.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIII mensis Decembris, anno MCMLXXIII, Pontificatus Nostri undecimo.–Ioannes Card.VILLOT, *Secretarius Status.*

4249

1973 DEC 13.-PAULUS VI, LITT. AP. AAS 66 (1974) 191

Delegatio Apostolica in Republica Congica conditur

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. – Catholicarum rerum iamdiu in Republica Congica susceptum incrementum; quae praeterea, spes est explorata, videntur in posterum, Deo iuvante, vel firmiores fieri progressiones, Nos quidem inducunt, ut aptiora subsidia ibidem comparanda consideremus. Cumque Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide opportunum duxisset ut Delegatio Apostolica in regione constitueretur, eiusdem sententiae Nos concedendum esse censuimus. De apostolicae igitur Nostrae plenitudine potestatis atque harum Litterarum vi, Delegationem Apostolicam in Republica Congica condimus, cuius sedes in urbe vulgari lingua Bangui appellata sit, donec aliter provideatur. Constitutae scilicet Delegationi Apostolicae omnia et singula deferimus officia, privilegia atque indulta, quae huiusmodi Delegationibus propria sunt. Contrariis quibuslibet non obstantibus. Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae Apostolicae sive nunc sive in posterum religiose serventur suamque vim et effectus habeant.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIII mensis Decembris, anno MCMLXXIII, Pontificatus Nostri undecimo. – Ioannes Card. VILLOT, *Secretarius Status.*

4250

1973 DEC 14.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 66 (1974) 10 - 12

Allocutio habita iis qui in Gregoriana Studiorum Universitate "Cursui renovationis canonicae pro iudicibus aliisque tribunalium administris" interfuerunt:

De coniunctione iuris canonici cum Ecclesiae mysterio

Dilecti filii, Perlibenter sane vos hodie coram excipimus, qui, post absolutum tertium "Cursum renovationis canonicae pro iudicibus aliisque tribunalium administris", praesentia vestra flagrantem animi affectum declarare voluistis, quo humilem beati Petri Successorem, qui vos alloquitur, colitis ac veremini. Pro hisce pietatis et observantiae officiis gratiam vobis habemus quam maximam. At simul fatemur valde Nos esse delectatos, quod tales viri, canonici iuris studiosi, ut vos estis, ex variis terrarum orbis regionibus advenientes, adeo intenti ac sedula cura huic Cursui interfuerunt. Hinc vobis pateat fiducia, quam Nos collocamus in hoc vestro Instituto, apud Nostram Universitatem Gregoriana nam provido sane consilio condito, quod non sine paterno solacio cernimus ampliore usque efficientia pollere. Aequum igitur est, ut aliquod saltem laudis verbum ne desit optime meritis moderatoribus et professoribus,

qui ad prosperum huiusmodi Cursus exitum tam efficaciter contulerunt.

Labores vestri ac studia ad pleniorem legum ecclesiasticarum notitiam vobis comparandam haud exiguum sane adiutorium praebebunt Ecclesiae, quae hisce temporibus, dum magna cum alacritate renovandis suis legibus dat operam, promovet salutarem illam impulsionem ad vitam christianam restaurandam, quam Concilium Vaticanum Secundum exoptavit. Cum autem hoc fieri contingat apud Apostolicam hanc Sedem et sacra Nostrae Romanae Curiae Dicasteria, id vobis commodi praebetur, ut plenior ac magis perspicua vobis innotescat germana renovatae legis canonicae vis atque significatio, quae, secundum novum mentis habitum, ab eodem Concilio Vaticano inductum, plurimum tribuit curae pastorali et novis necessitatibus populi Dei; hoc autem modo in Ecclesiis vestris, in quibus mandata vobis munera obitis, facilius vobis erit canonicas leges recognitas in usum et consuetudinem christiani populi revera traducere. Quod nisi fieret, salutaris renovationis impulsus, qui a Concilio initium cepit, suum proprium vigorem amitteret atque leges ecclesiasticae, quamvis accuratissime conscriptae, prorsus salubri efficacitate de-
11 stitutae manerent. /

Haud quidem ignoramus multas easque funestas praeiudicatas opiniones circumferri adversus ius canonicum. Sunt enim multi qui, extollentes libertatem, caritatem, personae humanae iura, indolem Ecclesiae charismaticam, ita se habent, ut infensum gerant animum canonicis institutis eademque minuere, spernere, immo etiam destruere velint, quasi "structuras" extrinsecus impositas, quae indolem spiritualem nuntii evangelici imminuant et libertatem, qua filii Dei perfrui debent, coerceant. Hinc ille etiam sese gerendi habitus contra quamlibet legitimam potestatem, quem nonnulli ipsa Concilii Vaticani Secundi auctoritate fulciri posse arbitrantur.

Fatemur quidem leges canonicas, in quibus "iuridismus", quem vocant, sic praeponderaret, ut pars spiritualis Ecclesiae extenuaretur; quae in dogmate catholico non inniterentur; quae haud satis tuerentur plenam personae humanae perfectionem; quae progressum religiosae vitae impedirent: has, dicimus, leges spiritui et directoriis normis, quae a Concilio latae sunt ad christianae vitae renovationem, minime respondere.

At Concilium, nedum respuat ius canonicum, id est normas quibus definiuntur officia et in tuto collocantur iura membrorum Ecclesiae, illud ius ex contrario vehementer postulat tamquam consectarium quod necessario proficiscitur a potestate quam Christus Ecclesiae suae commisit, ac tamquam elementum quod pertinet ad eiusdem Ecclesiae naturam socialem ac visibilem, communitariam et hierarchicam[1]. Hinc eiusdem Concilii hortatio:"In iure canonico exponendo ... respiciatur ad mysterium Ecclesiae"[2].

Quam quidem coniunctionem iuris canonici cum Ecclesiae mysterio Concilium ipsum illustrat, cum statuit indolem sacramentalem societatis ecclesialis[3] ac declarat: "Ipse sanguine suo eam acquisivit, suo spiritu replevit, aptisque mediis unionis visibilibus et socialibus instruxit"[4]. Quae gemina elementa, visibile et spirituale, hoc est gratia et lex, cum in societate ecclesiali ad eundem finem contendant, separari aut inter se opponi nequaquam possunt, quemadmodum dividi nequit Christus, qui in Ecclesia dat gratiam atque potestatem. "Societas organis hierarchicis instructa – rursus docet Concilium – et mysticum Christi Corpus, coetus adspectabilis et communitas spiritualis, / Ecclesia terres- 12
tris et Ecclesia caelestibus bonis ditata, non ut duae res considerandae sunt, sed unam realitatem complexam efformant, quae humano et divino elemento coalescit"[5].

Hinc etiam patet propria legis ecclesiasticae natura, quae spiritualis est: "iuris canonici peritus hoc persuasum sibi habeat, quemadmodum omnia quae in Ecclesia sunt – sic Decessor Noster Pius XII asseverabat –, ita ius canonicum quoque omnino in animarum curationem contendere ... Sive cum is ecclesiasticas res administrat, sive cum iudicia exercet, sive cum sacrorum administros aut Christifideles consilio iuvat, assidue cogitet a se de animarum salute ... rationem esse reddendam"[6].

Ex his consequitur ut canonica lex non sit habenda veluti elementum extraneum in Ecclesiae compagine aut veluti impedimentum, quo christianae vitae incremento mora inferatur; ex contrario proprium eius munus in Ecclesia est fulcire ac tutari incepta, quae ad christianam vitam fidelius et constantius vivendam suscipiuntur, ita quidem ut pastoralis actio vere efficax dari nequeat, quae in sapienti iuridicorum statutorum ordinatione firmum praesidium non inveniat.

Primae partes attribuendae profecto sunt caritati; sed caritas sine iustitia, quae legibus exprimitur, consistere non potest. Ambae simul incedere atque inter se compleri debent, cum ex unico fonte profluant, qui est Deus. Ceterum, ut ait S. Paulus, regnum Dei est "iustitia, et pax, et gaudium in Spiritu Sancto"[7].

Haec habuimus, dilecti filii, quae de dignitate ac praestantia iuris canonici vobis diceremus, ut satius pateat vobis, quanti ponderis sit et quanti momenti opera, quam in provincia vobis concredita Ecclesiae sanctae navatis, et quantopere urgeat necessitas studiis iuris canonici incrementa afferendi.

Pergite, igitur, ut facitis, Ecclesiae leges in populi Dei notitiam et mores alacriter traducere, et curate pariter, ut vestro probitatis exemplo vestroque iustitiae amore non solum legum ecclesiasticarum officium clare perspiciatur, sed etiam magis magisque eaedem leges a christiano populo colantur atque fidenti laetoque animo accipiantur.

Haec ex animo ominantes, vobis qui praesentes adestis, vestrisque caris omnibus Apostolicam Benedictionem, benevolentiae et existimationis Nostrae pignus, peramanter in Domino impertimus.

5. *Ibid.* n. 8.
6. *A.A.S.* 45 (1953), p. 688.
7. *Rom.* 14. 17.

4251

1973 DEC 15.-SECRETARIA STATUS, NORMAE. PART.*

Normae statuuntur quibus in posterum ordinabitur Bibliotheca Ambrosiana, quae curae et administrationi Archiepiscopi Mediolanensis plene committitur

Dal Vaticano, 15 dicembre 1973

Signor Cardinale, L'intesa raggiunta tra la Santa Sede e l'Eminenza Vostra Reverendissima circa la necessità di aggiornare la Biblioteca Ambrosiana negli statuti e nella gestione, secondo esigenze emerse a mano a mano con l'andare del tempo, ha già permesso al Santo Padre, in ciò favorito dall'ossequio di Vostra Eminenza a un Suo vivo desiderio, di affidare la piena responsabilità organizzativa, disciplinare e amministrativa della Biblioteca all'Arcivescovo di Milano.

Con tale atto Egli ha voluto interessare più vivamente e immediatamente l'Arcidiocesi alla ricerca di mezzi e forme, che la presenza della Biblioteca sul luogo possa indicare come mag-

http://www.obrascatolicas.com

giormente adatti alla soluzione dei problemi ad essa pertinenti, e insieme renderla partecipe in maniera più propria ed esplicita del prestigio e dei progressi dell'insigne Istituzione.

In seguito a ciò, poiché tale profonda innovazione pone l'Arcidiocesi in una posizione nuova nei confronti della Biblioteca, e le comporta in pari tempo nuovi rapporti col Collegio dei Dottori e con la Congregazione dei Conservatori, Sua Santità, dopo aver consultato Vostra Eminenza e diverse altre persone sagge e prudenti, che ben conoscono i problemi della Biblioteca nei loro vari aspetti, è venuto nella determinazione di emanare le qui accluse "Norme", le quali, come sono quasi il naturale compimento della precedente deliberazione, così vogliono garantirla legittimamente nelle sue conseguenze e nelle sue applicazioni.

Le "Norme" entreranno in vigore il 1º gennaio 1974, e l'Eminenza Vostra avrà cura di conformare e unificare con esse il Regolamento finora vigente per la Biblioteca.

Il Santo Padre, adottando tale provvedimento, ha inteso riconfermare il grande affetto che Lo lega alla Biblioteca Ambrosiana, e dare un altro segno della sollecitudine, con la quale ne segue l'andamento, la vita e l'attività; ed esprime il Suo augurio che quanti dovranno esserne i fedeli interpreti ed esecutori, lo comprendano in questo suo intimo significato per trarne, in armoniosa collaborazione, frutti conformi alla speranza che lo ha sollecitato.

Mentre di cuore aderisco al voto del Santo Padre, sono lieto della circostanza che mi si offre per confermarmi con sensi di profonda venerazione dell'Eminenza Vostra Reverendissima devotissimo in Domino – G. Card. VILLOT.

* Ordinario Mediolanensi: **Rivista diocesana milanese** 62 (1974) 133-134.

4252

1973 DEC 17.- SC pro RELIGIOSIS, RESCRIPTUM. PART.*

Facultas datur religiosis a votis temporariis gaudendi voce activa et passiva in eligendis repraesentantibus Provinciarum ad Capitulum Generale, et voce tantum activa in Capitulo Generali

I. PRECES. - *Beatísimo Padre:* La que suscribe, Superiora General de ... con residencia en Madrid, postrada humildemente a los pies de Vuestra Santidad *expone*: Que teniendo la Congregación convocado su VII Capítulo General para julio de 1974 y debiendo, por tanto, celebrar anteriormente los Capítulos Provinciales en las distintas Provincias que tiene establecida la Congregación, se ha estudiado en Consejo General – oído el parecer y deseo de los miembros que componen el Instituto – la conveniencia y riqueza de que aporten su experiencia en los Capítulos Provinciales las religiosas de votos temporales, participando en los mismos, por lo que *suplica* le sea concedido el permiso necesario para la participación – con voz activa y pasiva – de las religiosas de votos temporales en los Capítulos Provinciales. Y Dios etc.

Madrid, 1 de diciembre de 1973.

II. RESCRIPTUM. - Roma, 17 de diciembre de 1973.

Reverenda Madre: En respuesta a su carta del 1 de diciembre último pasado referente a la participación de las profesas temporales a los Capítulos Provinciales, deseo comunicarle que esta Sagrada Congregación concede, en vista al próximo Capítulo General (julio 1974) que las religiosas de votos temporales, esto es, las que han emitido votos, no solamente promesas, puedan tener vox activa y a su vez en cada provincia puedan elegir una representante para participar eventualmente como delegada al Capítulo General.

Corresponderá al Capítulo General valorar esta experiencia y presentar las conclusiones a este Dicasterio.

Con sentimientos de religioso aprecio me es grato suscribirme afectísimo en Cristo. - Basilio Heiser, O. F. M. Conv., *Subsecretario.*

III. INTERPRETATIO - Roma, 22 de enero de 1974.

Reverenda Madre: Pedida en el día de hoy una clara y justa interpretación del texto fechado el 17 de diciembre de 1973, Prot. n. 48218/73, se da la siguiente respuesta: "las religiosas de votos temporales tienen en los Capítulos Provinciales voz pasiva solo en orden a una eventual participación en el próximo Capítulo General en el que gozarán exclusivamente de voz activa".

Saludándole respetuosamente ... - Basilio Heiser, O.F.M. Conv., *Subsecretario.*

* Prot. N. 48218/73: **Vida religiosa** 37 (1974) 132-133. Adn. D. ANDRES in **Vida rel.** 37 (1974) 132-136.

4253

1973 DEC 25.-SC INST., DECR. AAS 66 (1974) 423 - 425

Facultas Theologica in helvetica urbe Lucernensi in perpetuum canonice erigitur

Quae lucernae instar anno MDLXXIV in Helvetiorum perquam catholica eiusdem nominis urbe, Summo Pontifice Gregorio XIII auspice, humaniorum studiorum Schola ab eximiis Societatis Iesu Patribus provide excitata est, quaeque anno MDCXLVII in Theologicum Atheneaeum feliciter succrevit, ipsa anno MDCCLXXI passim "Facultas Theologica" appellari coepit; et merito quidem, quoniam et hinc inclytus Lucernensis populus, iis volventibus saeculis aerumnis periculisque scatentibus, fir/missimum exstitit catholi- 424
cae fidei propugnaculum, et inde Civiles loci Auctoritates omnimodis subsidiis Scholam prosequi numquam intermiserunt.

Nec faustae defuerunt opportunitates, quibus Sedes Apostolica gratum pro gestis animum praeberet, annis praesertim MCMXXVI et MCMXXXVIII, cum decorum "Facultatis" titulum, saeculari iam possessione inductum, Instituto expresse agnovit atque confirmavit.

Elabentibus iam recentioribus decenniis, tum fel. rec. Franciscus von Streng Basileensis Episcopus annis MCMLXI et MCMLXVI, tum tota simul Helvetica Episcoporum Conferentia, Exc.mus in primis Antonius Haenggi Basileensis in praesentiarum Praesul, anno MCMLXVIII Sanctam Sedem instanter rogaverunt ut "Facultas" et nomine et actu academice constitueretur. Quibus Supremus quoque Reipublicae Lucernensis Magistratus votum suum humaniter addere non dubitavit.

Re undequaque perpensa atque prae oculis habitis non paucis a Schola interea adeptis momentosis incrementis – Civilis praecipue ope Auctoritatis quae, praeter quam digna docentibus iugiter honoraria impendit, patrium Athenaeum adiunctis ultro cathedris, bibliotheca indesinenter aucta, novis demum aedibus e solo munifice excitatis liberaliter ditavit – Sacra Congregatio pro Institutione Catholica, post faustam peractam a suo Cardinali Praefecto Lucernensis urbis visitationem, sibi delatam petitionem Summo Pontifici esse tandem proferendam diiudicavit. Quo paterne libenterque approbante, Sacrum idem Dicasterium telegrammate die XXIX m. aprilis anni MCMLXX dato Facultatem Lucernensem Theologicam *canonice agnovit*, Docentesque proinde et Studiorum Ordinationem academica dignitate notatos voluit.

Laudabiliter a Supremo Status Lucernensis Consilio ("Regierungsrat") die VIII m. maii eiusdem anni civili decreta Facultatis agnitione, perpensis denuo probatisque peculiaribus Statutis atque Studiorum Examinumque Ordinationibus, feliciterque interim absoluto trium annorum experimento, Sacra Congregatio pro Institutione Catholica, auctoritate ab Augusto Pontifice Paulo Div. Prov. Pp. VI sibi concredita, in Dei Optimi Maximi gloriam Ecclesiaeque in primis Basileensis decus ac incrementum, FACULTATEM THEOLOGICAM LUCERNENSEM hoc decreto *erectam declarat, approbat atque in perpetuum confirmat*, facta eidem potestate academicos Sacrae Theologiae gradus atque docendi Habilitationem ad normam canonicarum de studiis superioribus legum conferendi, adamussim servatis propriis Facultatis Statutis, 29 articulis constantibus, ab Ordinario loci die XXVII m. maii et / a Supremo Lucernensis Reipu- 425
blicae Consilio die XXVI m. iulii anni MCMLXXI probatis.

Sacrum idem Dicasterium insuper Ordinarium loci MAGNUM CANCELLARIUM Facultatis *statuit, nominat atque renuntiat*, omnia ipsi agnoscens ac tribuens huiusmodi muneris officia ac iura, in primis catholicae doctrinae orthodoxiam (philosophia non exclusa), morum probitatem ecclesiasticamque disciplinam vigilanter tutandi, Docentibus quibuslibet missionem canonicam antequam nominentur concedendi et pro necessitate revocandi, Studiorum Ordinationes ac Programmata adprobandi, servatis ad id normis quae in Conventione ("Vereinbarung"), inter Lucernenses Supremas Civilem atque Ecclesiasticam Auctoritates pacta, ab iisdem diebus respective V m. aprilis et XIV m. maii anni MCMLXXI subsignata, opportune continentur.

Quo uberiores ex dilecta Facultate laeti in annos fructus fluant, Sacra Congregatio omnibus Auctoritatibus quarum interest enixe mandat ut omnimodae Helvetiae Catholicae Facultates ac Instituta continuam fraternamque mutuam sibi praestent operam, omnino seclusis indebitis proprii loci praelationibus, ad succrescens localis atque universalis Ecclesiae bonum, itemque strenuas impendant vires ut christifideles forment, in primis sacerdotes, doctrina et vitae sanctitate vere praestantes, fidei in mundo testes atque apostolos.

Ceteris servatis de iure servandis, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis, die XXV m. decembris, in Nativitate D. N. I. Ch., anno rep. sal. MCMLXXIII.–Gabriel Maria Card. GARRONE, *Praefectus.* Franciscus Marchisano, *Subsecretarius.*

ANNUS 1974

4254

1974 IAN 1.-SC INST. CATH., DECR. AAS 66 (1974) 426-427

Institutum superius sacrae Theologiae in Rhaetorum Curia (Chur, Schweiz) canonice erigitur

DECRETUM

Rhetorum Curia, quae, sicut ad superioris regimen Rheni via ac praesidium exstitit, ita eiusdem loci gentibus Christi Evangelii semita patuit ac provida ministra, inde a saeculo VI Episcopalem Scholam fovit, quae, subsequentium devicta temporum nequitia, quibus volventibus in religione ab haeresi vindicanda mirifica a tota Curiensi Dioecesi testimonia sunt fortiter prolata, a. D. MDCCCVII in Seminarium Theologicum profluit a Sancto Lucio nuncupatum, primo – ut fertur – eiusdem Dioeceseos Antistite.

Cum exinde huius theologicorum studiorum domicilium adeo fauste succreverit ut et crebros et undique bene instructos Sacerdotes diligenter efformaret, Excellentissimus Iohannes Vonderach, Dioecesanus Praesul, a. D. MCMLXVIII a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica una cum Seminarii Moderatoribus petiit ac assecutus est, ut Curiensis Schola in Superius Studiorum Theologicorum Institutum ("Theologische Hochschule") canonice constitueretur, iure ditatum academicum S. Theologiae Baccalaureatus gradum concedendi.

Quinque transactis prosperi experimenti annis, Helvetica Conferentia Episcopalis, eodem praeeunte Curiensi Ordinario, die 1 m. octobris a. MCMLXXIII ab Apostolica Sede iterum petivit ut Superius idem Institutum peculiare Biennium Academicum ad normam nn. 5-6 et 44, b, documenti "Normae quaedam" inscripti instruere permitteretur, ad Licentiae gradum legitime conferendum.

Quapropter Sacra Congregatio pro Institutione Catholica, re considerate perpensa, pro munere petitionem Augusto Pontifici Paulo Div. Prov. Pp. VI detulit. Quo nunc benevole paterneque consentiente, Sacrum idem Dicasterium in Omnipotentis Dei gloriam Ecclesiaeque decus ac utilitatem *Curiensi Instituto Superiori Theologicorum Studiorum* hoc Decreto potestatem facit expetitum Biennium Academicum, seu *secundum Facultatis Theologicae cyclum*, ita instruendi ut studentibus qui omnia praestituta rite perfecerint, praeter Baccalaureatum, academicus quoque Licentiae gradus conferri valeat, ad amussim servatis Ecclesiae de studiis superioribus legibus ac normis, in / primis peculiaribus 427
Instituti Statutis, ab hac eadem Congregatione approbatis.

Sacra eadem deinde Congregatio Ordinarium loci Magnum Cancellarium Curiensis Studii Theologici in perpetuum *nominat atque renuntiat*, ut ad normam sacrorum canonum academicarumque Ecclesiae legum Centrum suum Academicum indesinenter foveat augeatque, diligenter in primis doctrinae orthodoxiam tutando atque mores ecclesiasticamque disciplinam studiose servare enitendo.

Ceteris servatis de iure servandis; contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis, d. 1 m. ianuarii a. D. MCMLXXIV. – Gabriel Maria Card. GARRONE, *Praefectus.* Franciscus Marchisano, *Subsecretarius.*

4255

1974 IAN 1. - SC INSTIT. CATHOL., LITT. CIRC. PART.*

Schola practica linguae latinae Romae constituitur pro alumnis Universitates Romanas adituris

Roma, 1 gennaio 1974.

Reverendissimo Signore, Le risposte alla nostra di Prot. N. 1060/68/E, in data 31 agosto 1973 - alcune delle quali sono pervenute soltanto nel dicembre scorso – hanno confermato a questa Sacra Congregazione la validità e la attualità delle conclusioni formulate, a suo tempo, dai Rev.mi Presidi e Decani dei Pontifici Atenei Romani circa la necessaria conoscenza del latino da richierdersi agli studenti che intendono accedere ai gradi accademici.

La generale crisi in cui è caduto lo studio di questa lingua sottopone da parecchio tempo questo Dicastero ad una particolare considerazione del problema, in ordine, soprattutto, a due pregiudiziali: perché si debba ancora conoscere la lingua latina; da chi essa debba essere conosciuta sufficientemente.

http://www.obrascatolicas.com

Prescindendo per un momento dalle disposizioni del Concilio Vaticano II, di cui si farà menzione appresso, e dalle numerose ragioni che si possono genericamente addurre in favore della conoscenza della lingua latina, è certo che uno studio serio delle discipline ecclesiastiche non può prescindere da una conoscenza almeno sufficiente di tale lingua. Infatti, è vero che le fonti ed i documenti del Magistero ecclesiastico possono essere avvicinati anche mediante traduzioni; ma è indubitabile che la comprensione profonda – quale è richiesta in studenti avviati al conseguimento dei gradi accademici – del significato genuino di tali testi non può ottenersi che penetrando nell'indole stessa dell'idioma in cui l'autore ha espresso il suo pensiero.

Ne segue, quindi, che agli studenti di scienze ecclesiastiche è assolutamente necessaria la conoscenza di tale lingua, per motivi non solo culturali, ma soprattutto di contenuto.

Tutto ben considerato, pertanto, e visto il disposto del n. 23 delle *Normae quaedam* circa il compito delle Facoltà di scienze ecclesiastiche di "examinare et comprobare an candidatus reapse adimpleverit ea quae in n. 13 Decreti *Optatam totius* continetur"; visto il n. 13 dell'*Optatam totius*, emanata dal Vaticano II, intorno alla necessaria conoscenza della lingua latina "antequam sacrorum alumni studia proprie ecclesiastica aggrediantur"; attese le risultanze dell'inchiesta effettuata con la su citata lettera e apposito "Questionario", dalle quali emerge l'unanime necessità di istituire in Roma, un corso in comune, di insegnamento di latino con finalità pratiche per gli studenti che non avessero una conoscenza sufficiente; questa Sacra Congregazione per l'Educazione Cattolica stabilisce quanto segue:

1. E' costituita presso l'Istituto di Patrologia "Augustinianum" (via del Sant'Uffizio, 25, Roma – grazie all'ospitalità gentilmente offerta dai Rev.di Padri Agostiniani dell'Istituto medesimo – una *Scuola di latino*, con finalità pratiche di iniziazione alla consultazione delle fonti e dei documenti ecclesiastici.

2. Detta Scuola di Latino è sotto la responsabilità del Pontificio Istituto di Latino dell'Università Pontificia Salesiana.

3. I Docenti della Scuola orienteranno la propria attività secondo le seguenti linee metodologiche:

– per ragioni didattiche e pratiche, si parlerà latino il più possibile sin dall'inizio;

– si indirizzeranno gli sforzi degli studenti perché siano messi in grado di leggere e comprendere le fonti della rivelazione;

– ogni lezione partirà da un brano o passo di latino; si dialogherà in latino sull'argomento, introducendo vocaboli e strutture atti a chiarire, completare, ampliare quelli del brano prescelto; s'indurrà schematicamente la regola implicata nel passo e nella conversazione; si evidenzieranno, chiariranno e sistemeranno i vocaboli appresi; seguiranno, poi, esercizi di applicazione e di consolidamento con frasi e situazioni tratti dalle fonti;

– i brani latini di base saranno raccolti attorno ad argomenti utili per le discipline ecclesiastiche; s'insisterà sui vocaboli più importanti e più frequenti e sulle strutture grammaticali effettivamente presenti nei testi, istituendo solo essenziali confronti con il latino classico.

4. Gli studenti delle Facoltà romane si scienze ecclesiastiche, sprovvisti di certificato valido comprovante una sufficiente conoscenza della lingua latina, non potranno conseguire il primo grado accademico del baccalaureato se prima non avranno frequentato detta Scuola di Latino, superandone le prove prescritte.

5. L'iscrizione a detta Scuola si effettuarà, quest'anno, entro il 15 gennaio 1974 (preferibilmente per telefono), con la presentazione dello studente da parte del rispettivo Decano della Facoltà interessata. Le iscrizioni ri riceveranno al seguente recapito: Rev. .. .. .. – c/o Istituto "Augustinianum" – Via del Sant'Uffizio, 25 – tel. 654.08.24 – 00193 Roma.

Questa Sacra Congregazione nutre fiducia che l'iniziativa sia accolta con il migliore favore e fa voti che possa arrecare i frutti desiderati.

Con cordiali ossequi volentieri mi confermo della Signoria Vostra Reverendissima devotissimo in G. C. – Gabriel - M. Card. GARRONE, *Prefetto*. F. Marchisano, *Sottosegretario*.

* Prot. N. 1060/68/F: CpR 55 (1974) 81-83. Eaedem Litterae circulares missae sunt a S. C. pro Religiosis et Institutis saecularibus omnibus Moderatoribus Generalibus religiosorum sub die 11 Ianuarii 1974, Prot. N. SpR 286/74.

4256

1974 IAN 2.-SC pro DOCTRINA FIDEI, NOTIFIC. PART.*

Novae normae notificantur pro solutione matrimonii in favorem fidei, iuxta quas non amplius requiritur conversio partis oratricis ad fidem catholicam

Romae, 2 Ianuarii 1974

Excellentissime ac Reverendissime Domine, Pervenerunt, transacto tempore, ad hanc S. Congregationem acta processus dissolutionis, in favorem fidei, matrimonii 68/72 Boireaux - Roland quibus hoc S. Dicasterium ita respondendum esse censuit: "Cum desit favor fidei, pro nunc non expedire".

Nunc autem, cum Ss.mus D. N. Paulus Papa VI nuper novas normas benigne dignatus sit approbari, Excellentiam Tuam rogo ut cures, si partibus adhuc cordi est, processum denuo instruendum iuxta praedictas normas, quarum exemplar his litteris adnecto.

Praeterea Excellentia Tua consulat ut omnes futuri processus in favorem Fidei iuxta has normas instruantur et semper ad hanc S. Congregationem *acta integra in triplici exemplari mittantur*.

Hanc occasionem nactus, impensos aestimationis meae sensus Tibi obtestor ac permaneo.

* Ordinario Pampilonensi in Hispania, Prot. N. 68/72: REDC 30 (1974) 542. Adn. Vide sub die 6 dec. 1973: LE 4244

4257

1974 IAN 9.-SC pro CLERICIS, RESCRIPTUM. PART.*

Prorogatur facultas satisfaciendi praecepto paschali fidelibus concessa qui Missiones et Exercitia spiritualia a sacerdotibus O. P. praedicata frequentaverint

PRECES. – *Beatissime Pater*, Procurator Generalis Ordinis Praedicatorum, perdurantibus iisdem causis, a Sanctitate Vestra humiliter postulat ut sibi prorogetur indultum iampridem concessum per rescriptum S. Congregationis pro Clericis diei 21 Ianuarii 1969, n. 121760/I, quo concedebatur gratia ut christifideles, qui sacras frequentaverint Missiones aut exercitia spiritualia, a Patribus Ordinis tradita quocumque tempore anni, praecepto paschali satisfacere possint.

RESCRIPTUM – Sacra Congregatio pro Clericis, attentis expositis, petitam prorogationem in terminis et forma praecedentis rescripti, benigne impertita est ad aliud quinquennium, servatis servandis.

Datum Romae, die 9 Ianuarii 1974. – J. Card. WRIGHT, *Praefectus*. Maximinus Romero, *a Secretis*.

* Procuratori Generali O. P., Prot. N. 145415/I: AFP 41 (1973-74) 316.

4258

1974 IAN 10.-SC CULTUS, DECRETUM. AAS 66 (1974) 100

Vacatio legis de Ordine Unctionis infirmorum prorogatur

DECRETUM

Constitutio Apostolica *Sacram Unctionem infirmorum*, a Summo Pontifice Paulo VI die XXX mensis Novembris 1972 edita, statuit, ut *Ordo Unctionis infirmorum eorumque pastoralis curae*, ab hac Sacra Congregatione recognitus, a die 1 Ianuarii 1974 ab omnibus adhiberi deberet.

Nonnullis Conferentiis Episcopalibus petentibus, ut vacatio legis eiusdemque Ordinis prorogaretur, quo maiore cum tranquillitate populares interpretationes confici possent, Sacra haec Congregatio pro Cultu Divino, de mandato Summi Pontificis Pauli VI, ea quae sequuntur decernit:

1. Novus *Ordo Unctionis infirmorum eorumque pastoralis curae* in celebrationibus lingua latina peragendis iam adhiberi potest.

2. Conferentiae Episcopales curent, ut eiusdem Ordinis interpretatio popularis quamprimum perficiatur et diem definiant quo huiusmodi interpretatio, ab ipsis approbata et ab Apostolica Sede confirmata, in usum recipi debeat. A die autem quo editio vulgaris Ordinis vigere incipiet, novus tantum Ordo Unctionis infirmorum, sive in lingua latina sive in lingua vernacula, assumendus erit.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Sacrae Congregationis pro Cultu Divino, die 10 Ianuarii 1974.– *De speciali mandato Summi Pontificis*. Ioannes Card. VILLOT, *Secretarius Status*. H. Bugnini, Archiep. tit. Diocletianen., *a Secretis*.

Adn. in Notit. 10 (1974) 36.

4259

1974 IAN 19.- SC pro RELIGIOSIS, NORMAE. PART.*

In exclaustratione ad nutum Sanctae Sedis religiosis imponenda, modus servandus est ad instar dimissionis religiosorum votorum simplicium sequendus

Nel Congresso [Sacrae Congregationis pro Religiosis et Institutis saecularibus] del 19 gennaio 1974, è stata presa in proposito [cum imponitur religiosis utriusque sexus exclaustratio ad nutum Sanctae Sedis] la seguente decisione: "quando il provvedimento è imposto e l'interessato deve subirlo, sorge la possibilità del ricorso: in tal caso si rende necessaria l'osservanza, almeno ad instar, della procedura della dimissione: ammonizioni, difesa, decisione del Consiglio preso a voti segreti".

* ISCRIS [Informationes Sacrae Congregationis pro Religiosis et Institutis Saecularibus] 1 (1975) 76. Adn. G. LOBINA in ISCRIS 1 (1975) 75-76.

4260

1974 IAN 23.- SIGNATURA APOST., DECRETUM. PART.*

De iudicialibus expensis determinandis in causa apud Signaturam Apostolicam inter Canonicum et Capitulum acta, in casu

Visa instantia adv.ti Ottaviani, patroni partis resistentis in causa, diei 19 novembris 1973; visa instantia adv.ti H. Graziani, patroni recurrentis Capituli S. I., diei 9 ianuarii 1974; perpenso voto Promotoris Iustitiae circa solutionem expensarum processualium atque honorariorum; attentis iis quae in sententia Patrum Cardinalium praecipiuntur cira iudiciales expensas;

Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal decernit: *a*) Reverendo Basilio restituatur summa apud arcam Cancellariae ab ipso deposita (lib. 450.000); *b*) Capitulum S. I. solvat Adv. Ottaviani honorarium (lib. 300.000); *c*) idem Capitulum solvat adv. Graziani honorarium (lib. 300.000); *d*) dictum Capitulum restituat Canonico Basilio summam lib. 100.000 pro relatione peritali domini V., et summam lib. 100.000, quam idem Can. Basilius directe suo patrono tradidit pro expensis.

Romae, e sede Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae, die 23 ianuarii 1974. – Dinus Card. STAFFA, *Praefectus*. Aurelius Sabattani, *a Secretis*.

* Apoll 47 (1974) 367. Adn. Agitur de causa de qua in sententia supra sub die 20 oct. 1973: LE 4231 relata.

4261

1974 IAN 25.-SC DOCTR. FID., DECR. AAS 66 (1974) 661

Declaratio de sensu tribuendo adprobationi versionum formularum sacramentalium

"Instauratio liturgica, iuxta Constitutionem Concilii Vaticani II effecta, mutationes quasdam induxit etiam in formulis quae ad ipsam rituum sacramentalium essentiam pertinent. Nova haec verba, sicut et cetera, ad linguas vernaculas ita vertere oportuit ut sensus originarius secundum proprium linguarum ingenium exprimeretur. Exinde ortae sunt nonnullae difficultates quae in lucem nunc prodeunt cum illae versiones a Conferentiis Episcoporum ad adprobationem Apostolicae Sedis mittuntur. Quibus in adiunctis Sacra Congregatio pro Doctrina Fidei iterum admonet necesse esse ut translatio formularum essentialium in ritibus Sacramentorum fideliter reddat sensum originarium textus typici latini; illudque recolendo notum facit:

Proposita versione formulae sacramentalis in linguam vernaculam rite examinata, Sedes Apostolica cum censet sensum ab Ecclesia intentum per eam apte significari eandem adprobat et confirmat statuens pariter sensum eiusdem secundum mentem Ecclesiae per originalem textum latinum expressum intelligendum esse".

SS.mus D.nus Noster Paulus Pp. VI in Audientia diei 25 Ianuarii 1974 E.mo Card. Praefecto impertita adprobavit. - Franciscus Card. SEPER, *Praefectus*. Hieronymus Hamer, O. P., *a Secretis*.

Adn. C. BRAGA in EL 90 (1976) 497; B. DUROUX in Notit. 10 (1974) 396-397.

4262

1974 IAN 25.-SC RELIGIOSORUM, DECLARATIO. PART.*

De subsidio caritativo praestando iis qui Institutum religiosum derelinquunt

Aiuto da darsi a coloro che escono dall'Istituto

La Sacra Congregazione per i Religiosi, nel portare a conoscenza dei Superiori Generali alcune direttive sull'aiuto da darsi a coloro che escono dall'Istituto, desidera anche prospettare le riflessioni ed i principi in cui specialmente si appoggiano le accennate direttive.

La Sacra Congregazione è consapevole della situazione in cui vengono a trovarsi gli Istituti religiosi, sia per il considerevole aumento di coloro che escono, sia per i criteri con cui gli uscenti vogliono giustificare le loro pretese.

Ogni famiglia religiosa ha l'obbligo di provvedere al bene spirituale, morale, sociale e temporale dei propri membri finchè questi rimangono nell'Istituto. Tale dovere si estende, in qualche modo, benchè per altri titoli ed entro certi limiti, anche verso coloro che lasciano l'Istituto e che si trovano nella necessità d'inserirsi nella società come secolari, sopratutto dopo parecchi anni di vita religiosa.

Il Codice di diritto canonico stabilisce che chi lascia la vita religiosa, perchè sciolto dai voti o dimesso dall'Istituto, nulla può pretendere per qualunque lavoro in esso prestato. Tale principio, enunciato nel can. 643, 1, rientra nel contenuto della professione religiosa. Chi entra nella vita religiosa si mette liberamente e volontariamente in una situazione tutta particolare. La professione religiosa è un fatto di ordine spirituale che implica un dono totale a Dio di tutto quello che si potrà realizzare nel corso della vita religiosa, anche se ciò può comportare un certo rischio per il futuro.

Sarebbe snaturare l'indole degli Istituti religiosi considerarli alla stregua di un'azienda, e considerare i rapporti con i membri assimilabili ai rapporti tra datore di lavoro e i suoi dipendenti.

Quanto sopra, però, non libera l'Istituto dal dovere di aiutare coloro che escono, dovere impostato sui principi di carità, di equità, di giustizia e di responsabilità sociale. Sopratutto la delicatezza del momento e le difficoltà inerenti al passaggio dallo stato religioso a quello secolare – passaggio che investe tutta la persona di

http://www.obrascatolicas.com

chi esce – esigono che l'interessato esca con la convinzione di essere stato trattato con il rispetto dovuto alla sua persona, e che i responsabili dell'Istituto abbiano coscienza de aver agito con rettitudine, secondo i principi indicati.

La Chiesa era venuta incontro agli uscenti col can. 643, 2; originariamente a favore delle ex-religiose, esteso poi per analogia agli ex-religiosi. Ma le disposizioni del canone citato appaiono oggi inadeguate alle esigenze provenienti dalla nuova situazione e dalla odierna coscienza sociale. D'altra parte, allo stato attuale dei fatti e data la fluidità della materia, non è possibile nè opportuna una legislazione universale, applicabile a tutti.

Anzitutto è necessario aiutare efficacemente colui che esce, per il suo inserimento nella vita sociale, nella forma più rispondente alle sue capacità. Naturalmente la misura di tale aiuto, come quella dei sussidi e degli aiuti finanziari da erogarsi ai religiosi uscenti, devono essere definiti caso per caso, giacchè non sono uguali le condizioni di tutti. Ben diversa è la situazione di coloro che hanno buoni titoli di studi, esperienza e qualifiche personali e collocamento già assicurato, e la situazione dei religiosi e delle religiose che, per età e altre incidenze, sono fisicamente o moralmente inabili a un lavoro redditizio.

Inoltre la misura dell'aiuto dipende anche dalle possibilità dell'Istituto stesso e dai doveri di carità, di equità e di giustizia che esso ha verso i membri che perseverano nella vita religiosa, per non addossare sopra di essi i pesi ingiustificabili causati da una larghezza sproporzionata verso coloro che lasciano l'Istituto.

Gli Istituti religiosi potrebbero provvedere ai bisogni temporali dei membri, anche in caso di abbandono della vita religiosa, servendosi di nuove vie più consone allo spirito dei tempi, inquadrate nella mentalità della giustizia e della previdenza sociale e tuttavia rispettose della natura della vita religiosa. Fra queste vie potrebbero prendersi in considerazione, secondo le circostanze, la creazione, dove non esistono ancora, di organismi di assicurazione sociale con l'intervento di Istituti e di Conferenze Nazionali, come pure l'Iscrizione dei membri negli esistenti organismi di previdenza e assistenza sociale.

Specialmente si raccomanda agli Istituti di far sorgere, o di appoggiarli dove già esistono, speciali uffici per assistere moralmente ed economicamente coloro che escono, per consigliarli e riqualificarli, affinchè possano, secondo le proprie capacità, inserirsi al più presto nel mondo del lavoro e trovare comunque una sistemazione adatta e decorosa.

L'Assemblea Plenaria di questa Sacra Congregazione nell'adunanza del 23 - 25 ottobre 1972, esaminati i precedenti aspetti e altri, teorici e pratici, del problema, ha formulato le seguenti direttive:

1. Rimane in vigore, come principio, il contenuto del can. 643, 1.

2. Ogni famiglia religiosa sia sollecitata ad aver cura del bene spirituale, morale, sociale ed economico di coloro che lasciano l'Istituto.

3. Gli Istituti studino e adottino misure per provvedere al futuro dei religiosi e, conseguentemente, anche di quelli che ritornano al secolo.

Nel comunicare ai Superiori e alle Superiore Generali queste direttive la Sacra Congregazione raccomanda di tener presenti, nella loro interpretazione ed applicazione, i principi ed i criteri esposti sopra.

Roma, 25 gennaio 1974.-Arturo Card. TABERA, *Prefetto*. Agostino Mayer, O. S. B., *Segretario*.

* ISCRIS 1 (1975) 43-46. Adn. A. GUTIERREZ in CpR 53 (1972) 289-301; G. LOBINA in Apoll 48 (1975) 448-474 et in ME 100 (1975) 166-167; L. RICCERI in ISCRIS 1 (1975) 171-181; ISCRIS 1 (1975) 42-43, 46-48.

4263

1974 IAN 26. - SIGNATURA APOST., SENTENTIA. PART.*

Declaratur constare de matrimonii nullitate, in casu, ob vim et metum mulieri incussum

FACTI SPECIES

1. Domina Anna, 15 annos nata, matrimonium canonicum contraxit die 3 iunii 1963 cum Iacobo, 17 annos nato.

Mulier Anna, elapsis duabus hebdomadibus a matrimonii celebratione, sponsum et domum reliquit, et matrimonium cum alio iuvene attentavit. Etiam vir Iacobus matrimonium civile cum alia puella, nomine Maria, contraxit.

Causa nullitatis matrimonii inter Annam et Iacobum introducta est coram tribunali ecclesiastico dioecesis K. ob vim et metum puellae incussum.

2. P. Gilbertus, pastor paroeciae S. M. Magdalenae, asserit quod non fuit possibile instituere verum processum, quapropter scripsit ad S. Congregationem de disciplina Sacramentorum, rogans "ut ipsa velit declarationem nullitatis dare, vel saltem permittere ut Ordinarius loci nullitatem declarare possit, servato processu summario, ad normam can. 1990-1992, et Instr. eiusdem S. Congregationis".

Sacra vero Congregatio de disciplina Sacramentorum, quaestionem remisit ad Signaturam Apostolicam, utpote competentem in hac materia (cfr. can. 249 § 3; *Regimini Ecclesiae universae*, n. 54 et n. 107; *Normae Speciales*, art. 96, 3).

IN IURE ET IN FACTO

3. P. Gilbertus, missionarius loci, ait quod "rudes aborigines qui ad testificandum (in causa) vocati sunt, momento tangendi Sancta Evangelia et iuramentum praestandi, timore quodam correpti, nullum testimonium praestiterunt".

Tamen ipse P. Gilbertus scribit: "Partes et testes, qui notitiam rei habebant, non semel audivi"; sub iuramento affirmat et refert "puellam Annam veram coactionem ad matrimonium contrahendum passam esse, ita ut matrimonium ipsius cum Iacobo uti invalidum haberi debeat ad normam can. 1087 § 1".

Equidem, P. Gilbertus, ex his quae audivit a partibus et testibus, declarat: Puella, tantummodo 15 annos nata, adamabat alium iuvenem, nempe Philippum, quocum matrimonium desiderabat contrahere. Attamen, pater Philippi imperabat: "Filius Philippus debet adire militiam, quare tu, Anna, matrimonium contrahere debes cum meo filio minore, Iacobo". Puella nolebat matrimonium inire cum Iacobo. Sed etiam pater puellae auctoritative, ut mos est inter aborigines, dixit filiae: "Debes matrimonium cum Iacobo contrahere". Praeterea, pater puellae aperte fatetur filiam noluisse matrimonium cum Iacobo inire, sed ipsum eam coëgisse ut matrimonium contraheret. Idem ipsa Anna amicis narravit.

4. Die celebrationis matrimonii Anna fugit; familiares tamen illam invenerunt et ad ecclesiam duxerunt ut matrimonium celebraret.

Sacerdoti consensum requirenti, puella affirmative respondit, eo quod parentes utriusque contrahentis praesentes erant; sed intus iam cogitabat fugere statim ac ei possibile esset; et ita fecit, duabus hebdomadibus elapsis.

Nunc autem Iacobus, si suum matrimonium cum Anna declaretur nullum, intendit contrahere matrimonium canonicum cum Maria, cui iunctus est matrimonio civili.

5. Ex dictis constat in casu adesse elementa – aversionem, coactionem, circumstantias – pro declaranda nullitate matrimonii ex capite vis et metus; ex altera parte haud videtur posse dubitari de veracitate dictorum P. Gilberti, eo vel magis quod ipse Episcopus dioecesis K. fidem facit de omnibus his quae in litteris P. Gilberti asseruntur, ideoque commendat petitionem.

Congressus autem die 11 ianuarii 1974 habitus coram E.mo Cardinali Praefecto, omnibus mature perpensis, decrevit: "*Constare de nullitate matrimonii, in casu. Decisio autem Congressus subiicienda est Signaturae Plenariae*".

DECISIO. - Infrascripti Patres Cardinales, membra Signaturae Apostolicae, in sede eiusdem Supremi Tribunalis legitime

congregati ad definiendam causam nullitatis matrimonii inter dominum Iacobum et dominam Annam, initi die 3 iunii 1963 in dioecesi K., proposito dubio: *An constet de matrimonii nullitate*, in casu, *ob vim et metum mulieri incussum*, respondendum censuerunt uti respondent: "*Constare de matrimonii nullitate*, in casu, *ob vim et metum mulieri incussum*".

Sententia haec est exsecutiva ita ut fas sit partibus transire ad alias nuptias, servatis de iure servandis.

Romae, in sede Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae, die 26 ianuarii 1974. – Dinus Card. STAFFA, *Praefectus et Ponens* (*Sequuntur ceterae Cardinalium subsignationes*).

* Apoll 47 (1974) 299-301.

4264

1974 IAN 26. - SIGNATURA APOST., SENTENTIA. PART.*

Determinatur summa creditorum parochi in paroeciam quam olim rexerat, et in favorem cuiusdam nosocomii, quod in proprietatem Eparchiae transfertur

CREDITORUM

Paroecia Sancti Martini - Rev. Germanus - Excmus Hierarcha

FACTI SPECIES

1. Rev.dus Germanus e regione P. proveniens, a. 1947 ecclesiae Sancti Martini in civitate territorii S. parochus nominatus est.

Communitas paroecialis S. Martini describitur in actis constans ex 40 circiter familiis (in relationibus annualibus paroeciae essent 75) viventibus illa in magna civitate ac in finitimis regionibus.

Rev.dus Germanus, spatio unius et viginti annorum, ingentes collegit summas pecuniarias, quas, cum fateatur ille solutae pecuniae se schedulam possidere, sed neget omnino librum aut elenchum oblationum acceptarum adesse, numerare impossibile est.

2. Mense ianuario 1969 Rev.dus Germanus traslatus est ad aliam paroeciam, primo tempore uti assistens, seu vice-parochus, postea uti Visitator dioecesanus. Die autem 20 ianuarii a. 1969, Rev.dus Mansuetus, paroeciae Sancti Martini possessionem cepit. Qui initio mensis februarii 1969 notificationem accepit fructus cuiusdam summae $ 83.169, in libello mensae argentariae ecclesiae Sancti Martini inscripto nomine paroeciae. Reverendus Mansuetus iussit in mensa argentaria nihil immutari, atque certiorem fecit Hierarcham, qui mandavit ut ipse ei traderet summam, quam in alio libello mensae argentariae inscripto nomine eparchiae deposuit. Postea ad Rev.dum Mansuetum pervenit alia notificatio fructus $ 54.167; quae summa illico data est Hierarchae atque in mensa argentaria deposita.

3. Interim Domina Martha K., cuius vir atque parentes, spatio 15 annorum, dederunt Reverendo Germano plus quam $ 120.000 ad ecclesiam Sancti Martini reficiendam, cum scivisset eundem dominum Germanum adhibuisse magnam partem pecuniae ad aliud opus moliendum in regione P., adivit Hierarcham atque cum eo etiam postea communicavit sive apparatu telephonico sive scriptis. Responsiones Hierarchae haud placuerunt dominae Marthae, quae adivit advocatum A. Hic, postquam communicavit cum Rev.do Mansueto, obtinuit ut quidam Sancti Martini paroecianus (qui tabernam prope ecclesiam habebat quique discidia cum Rev.do Domino Germano habuerat) ipsum Rev.dum Dominum Germanum in iudicium vocaret apud tribunal civile.

Postea Hierarcha et Dominae K., scilicet mater et filia, necnon Rev.dus Mansuetus effecerunt ut advocatus peteret ac obtineret ut casus transferretur e tribunali civili ad tribunal ecclesiasticum, qua ratione nunc subiicitur decisioni huius Supremi Tribunalis, de mandato S. Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus ex n. 107 Const. Ap. *Regimini Ecclesiae universae*.

Quare petitur ut Collegium iudicans his propositis quaesitis respondeat:

I. *An et quas pecuniae summas Rev. Germanus receperit in bonum ecclesiae paroecialis Sancti Martini;*

II. *An et quas summas, de quibus supra, Rev. Germanus non impenderet in favorem eiusdem ecclesiae paroecialis;* et quatenus affirmative ad IIum;

III. *A quo tempore ipse, vel per se vel per alios, easdem summas detineat, cum foenore restituendas.*

IN IURE

4. Spectata peculiari natura causae, conditionem partium necnon obiecti litis quod attinet, illa sunt praemittenda quibus illustrentur: *a*) licentia necessaria ad colligendas eleemosynas pro fine religioso; *b*) necessaria impensa eleemosynarum collectarum; *c*) competentia Signaturae Apostolicae, ut causam iudicet.

a) Licentia necessaria ad eleemosynas colligendas pro finibus religiosis indicantur in can. 240 Motu proprio *Postquam Apostolicis Litteris*, diei 9 februarii 1952, qui principium canonis 1503 C. I. C. refert. In eo canone 240 § 1 dicitur: "Vetantur privati tam clerici quam laici sine Sedis Apostolicae aut Patriarchae vel proprii Hierarchae licentia in scriptis data, stipem cogere pro quolibet pio aut ecclesiastico instituto vel fine, firma obligatione obtinendi, nisi aliter in ipso Sedis Apostolicae rescripto cautum fuerit, consensum Hierarchae loci in quo stips colligenda est, salvis praescriptis can. 171-172 et § 3 huius canonis"; atque in sequentibus paragraphis tertia et quarta declaratur: "Ad cogendam stipem extra regiones orientales requiritur licentia scripto data Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali". "Loci Hierarcha consensum de quo in § 1 non praebeat, nisi constiterit de authentico et recenti documento".

b) Ad necessariam impensam eleemosynarum collectarum quod spectat, tres insimul componendae sunt citati Motu proprio *Postquam Apostolicis Litteris* dispositiones: quarum prima agit de earum attributione quae indicatur in subiecto cui destinantur; altera respicit obligationem modumque donantis adimplendi voluntatem; tertia demum onus Ordinariorum invigilandi, ut praedicta obligatio adimpleatur, declarat.

Prima dispositio continetur in praescripto can. 286 § 1, quod respondet can. 1536 C. I. C.:"Nisi contrarium probetur, ea quae donantur beneficiariis curam animarum gerentibus vel rectoribus ecclesiarum, etiam religiosorum, praesumuntur ecclesiis donata".

Altera statuitur in praecedenti canone 252, qui canonem 1514 C. I. C. repetit: "Voluntates fidelium bona sua in pias causas donantium vel relinquentium ... diligentissime impleantur etiam circa modum administrationis et erogationis bonorum ..."; tertia praevidetur in canone 253, qui respondet canoni 1515 C. I. C.: "§ 1 - Hierarchae omnium piarum voluntatum tam mortis causa quam inter vivos exsecutores sunt. § 2 - Hoc ex iure Hierarchae vigilare possunt, ac debent, etiam per visitationem, ut piae voluntates impleantur ...".

c) Ad titulum competentiae Signaturae Apostolicae quod attinet, cum contentio, de qua agitur, huic Supremo Tribunali a competenti Dicastero vi n. 107 Constitutionis *Regimini Ecclesiae universae* delata sit, Ipsius est de merito causae cognoscere.

IN FACTO

5. Tabulae processuales examinandae sunt tantum iuxta principia supra enunciata, cum haec clare indicent una cum modo ac extensione inquisitionis iudicialis criteria ad validitatem definiendam oppositarum sententiarum: illam scilicet in favorem ecclesiae Sancti Martini; aliam quam defendit Rev.dus Germanus.

Inveniatur scilicet oportet: A) An habeatur attributionis ecclesiae Sancti Martini omnium eleemosynarum a Reverendo Germano collectarum certa probatio; B) Quousque, hac probatione deficiente, ipsa suppleri valeat criteriis praesumptivis statutis a supradictis dispositionibus canonicis; C) An, hoc in casu, legitima sit alia pia destinatio earundem eleemosynarum innixa tantum declarationibus Rev.di Germani.

Praesentis causae solutio difficultates praecipuas habet: *a*) in absentia certae computationis eleemosynarum receptarum a Rev.do Germano; *b*) in modo quo ille summas in mensis ar-

http://www.obrascatolicas.com

gentariis composuit ut pecuniam ad regionem P. transferret; *c*) in absentia probationum definitivarum quae contrarium probent ex parte denuntiantium.

6. Necessarium ergo visum est numerare ex actis et probatis pecunias collectas et reconstruire veritatem earundem destinationis, ut possimus triplicem supradictam difficultatem superare atque tribus concordatis dubiis respondere. Oportet, etenim, prae mente habeatur Rev.dum Germanum tantum servavisse scripturas *solutionum* ab ipso peractarum, dum, ex alia parte, dicitur nullam curavisse computationem pecuniae, vel saltem eleemosynarum *acceptarum*. Insuper ille, prouti eruitur ex documentis probatis, modo alterno vicissimque cum septem mensis nummariis duarum urbium operationes pecuniarias perfecit, atque apud 15 earum habebat libellos pecuniarios variis nominibus inscriptos. His dictis, quae sequuntur relevari posssunt:

7. A) Exsistit probatio certa datam esse explicite pro ecclesia Sancti Martini summam $ 172.086,94 sic disperditam:

I. Summa $ 120.765,04 data est a familia K. prouti eruitur ex testamento domini K. atque ex testimoniis eiusdem uxoris et filiae. II. Summa $ 29.729,00 est fructus peculiaris collectae peractae usque ad annum 1968 in paroecia ad S. Martini ecclesiam reficiendam, prouti declaravit Rev.dus Germanus in sua relatione annuali Hierarchae missa. III. Summa $ 21.601,90 superest in arca paroeciae ex pecunia collecta usque ad annum 1968, prouti item declaravit Rev.dus Germanus in supradicta relatione annuali.

B) Non eodem modo certa est destinatio duarum summarum $ 10.000 atque $ 12.000, quae missae sunt Rev.do Germano a Pia Fundatione C., annis 1967 et 1968 cum schedulis inscriptis ecclesiae S. Martini. Nam notum est administratorem Piae Fundationis, ad primam summam $ 10.000 quod spectat, quamvis nihil dixerit de ecclesia, sic scripsisse domino Germano: "gaudeo eo quod tibi mittam schedulam $ 10.000"; pro secunda vero summa $ 12.000 nullum existit documentum, praeter intestationem schedulae, ex quo probetur cui pecunia missa fuerit, atque an fuerit tantum donatio facta tempore quo ecclesia S. Martini restaurabatur.

Verum quidem est Rev.dum Mansuetum, Rev.di Germani successorem, dicere se oretenus certiorem factum esse summas destinatas esse ecclesiae, attamen ille nullam adducit probationem, atque cum sit pars in causa, eius declaratio uti testimonium acceptari nequit. Unica, ergo, probatio destinationis summarum quae datae sunt a Pia Fundatione C. posset esse, simplici titulo praesumptivo, inscriptio scripturarum nomine ecclesiae S. Martini.

C) Ex actis depositionibusque clare probatur Rev.dum Germanum tempore quo fuit parochus S. Martini, accepisse alias summas (videtur circiter $ 118.187,44) atque eas deposuisse in libellis pecuniariis inscriptis et ecclesiae S. Martini et Confraternitati S. Patricii erectae in eadem ecclesia, et ecclesiae S. Joseph et Rev.do Germano, et proprio aliisque nominibus. Attamen difficile est has determinare summas atque earundem concere destinationem. Nam hoc impeditur, uti iam innuimus, carentia libri rationum; parvitate probationis adductae a recurrente, cum haec probatio certe refertur ad solas obligationes familiae K.; modo sese gerendi ex parte Hierarchae, qui, quamvis hodie contradicat Rev.do Germano, de facto acceptavit ab eo summas nunc repositas in Instituto pro Operibus Religionis, scilicet $ 101.679,00, nihil dixit contra rationes annuales quamvis minime esset exaequatae exigentiis parvae communitatis S. Martini, quique denique certior erat de operationibus pecuniariis ad novam ecclesiam S. Martini construendam, pro qua impensa fuit summa $ 85.360,30.

8. His omnibus consideratis, legitima non videtur provocatio in casu ad praesumptionem de qua in can. 286 § 1 Motu proprio *Postquam Apostolicis Litteris*. Nam, in facti specie, illa "incertae rei probabilis coniectura" considerari potest sine fundamento ratione reticentiae sive recurrentis sive Hierarchae, prouti relevari potest e tabulis processualibus. Videlicet, non videtur sufficienter legitimari recursus ad translationem oneris probationis, ratione praedictae praesumptionis, praesertim ratione conflictus utilitatum, quae videntur deprehendi in modo processuali sese gerendi sive recurrentis sive Hierarchae.

E contra videtur magis consentaneum acceptare declarationem contrariam Rev.di Germani: summas scilicet excedentes impensas ab ipso atque solutas ad restaurandam ecclesiam Sancti Martini ($ 85.360,30) et alias datas proprio Hierarchae ($ 101.679,00) diversam habuisse destinationem, i. e. ad pium opus erigendum in regione P., et de quo revera Rev.dus Germanus fundamentum fecit. Nam attendibilitas eorum quae declaravit hac de re ipse Rev.dus Germanus sufficiens invenit argumentum in sua positiva voluntate pium opus ab ipso inceptum in regione P. esse debere pium opus ecclesiasticum: hac de causa etenim ille aliquid fecit per viros ecclesiasticos illius regionis.

9. Unde normis canonicis vigentibus relate ad facti speciem consideratis, ponderatis elementis processualibus adquisitis, atque facultatibus quae huic Supremo Tribunali competunt prae mente habitis, tenore n. 107 Constitutionis *Regimini Ecclesiae universae*, pro rei veritate et iustitia hoc affirmari potest, scilicet:

– Certo certius Rev.dus Germanus recepit in bonum ecclesiae paroecialis Sancti Martini summam $ 172.086,94 (cuius $ 120.756,04 a familia K., $ 29.729,00 ex collectis, prouti ipse Rev.dus Germanus dixit; atque $ 21.601,90 quae manebat in arca, prouti similiter dixit Rev.dus Germanus quaeque collecta est usque ad annum 1968).

– Summa $ 22.000 data Rev.do Germano, annis 1967 ($ 10.000) et 1968 ($ 12.000) a Pia Fundatione, non sufficienter probatur data esse pro ecclesia Sancti Martini; haec destinatio enim tantum praesumi potest, saltem ad summam $ 10.000 quod spectat, idque ratione inscriptionis schedulae quae missa est Rev.do Germano a supradicta fundatione.

10. Ad summam circiter $ 118.187,44 quod attinet, numeratam documentis exhibitis – stante conflictu declarationum partium in causa atque consideratis rationibus supra relatis, quae efficiunt ut asseveratio conventi Rev.di Germani credibilior habeatur, i. e. ipsam datam esse tantum ad piam operam perficiendam in regione P. – legitimum videtur parvi facere praesumptionem de qua in canone 286 § 1 Motu proprio *Postquam Apostolicis Litteris*. Nec obstat inexistentia specialium permissionum canonicarum quae requiruntur ad oblationes accipiendas; et hac simplici ratione: 1) Hierarcha vel omisit exercitium proprii officii invigilandi, vel consentiebat cum modo sese gerendi Rev.di Germani; 2) de facto summae collectae habuerunt piam destinationem.

Probatum est ex pecuniis collectis Rev.dum Germanum de facto contulisse in bonum ecclesiae Sancti Martini summam $ 85.360,30 ad ecclesiam reficiendam, et summam $ 101.679,00 dedisse proprio Hierarchae cum de ipsis controversia haberetur.

11. Quoad summas incertas de quibus supra, cum clarificatum sit validam retineri posse earum piam destinationem, prouti indicavit Rev.dus Germanus, atque pro certo habito, illum, de facto, incepisse perfectionem alicuius operis pii in regione P., iustum aequumque videtur illas restitui non debere, sed definitive dandas esse pio operi incepto a Rev.do Germano, imposito tamen onere ut ipse quam citius transferat idem opus pium auctoritati ecclesiasticae loci, ita ut salvum sit praescriptum canonum 252, 253 Motu proprio *Postquam Apostolicis Litteris*, viteturque recursus ad dispositiones statutas in can. 207 § 1 Motu proprio *Sollicitudinem Nostram*.

12. His omnibus in iure et in facto perpensis, Nos infrascripti Cardinales Membra Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae, pro Tribunali sedentes et Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, edicimus, declaramus et definitive sententiamus:

I. *Constare Rev. Germanum in bonum ecclesiae paroecialis S. Martini recepisse summam* 183.086,94 *dollariorum USA;*

II. *Summas a Rev. Germano non expensas in favorem eiusdem ecclesiae paroecialis fuisse* 124.235,08 *dollariorum;*

III. a) *Summa dollariorum* 101.679,00 *deposita apud mensam argentariam interveniente Instituto pro Operibus Religionis in Civitate Vaticana tradatur cum suo foenore legali paroeciae S. Martini;*

b) *Summae, quas Rev. Germanus impendit pro nosocomio in regione P., huic nosocomio cedant;*

c) *Nosocomium ipsum iuridice transferatur in proprietatem Eparchiae in qua est, eidemque tradantur* 65.196,08 *dollariorum USA de quibus Rev. Germanus respondere debet.*

Expensas iudiciales reficere tenetur Rev. Germanus.

Romae, in sede Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae, die 26 ianuarii 1974. - Dinus Card. STAFFA, *Praefectus*. Aegidius Card. VAGNOZZI, *Ponens* (*Sequuntur ceterae Cardinalium subsignationes*).

* Apoll 47 (1974) 376-384.

4265

1974 IAN 28. - SIGNATURA APOST., DECRETUM. PART.*

Recursus ad Signaturam Apostolicam interpositus declaratur desertus ex eo quod recurrens nullum posuerit actum ad recursum intra praescriptum tempus prosequendum

Facti species

1. Decreto diei 18 maii 1973 Administrator Apostolicus dioecesis P. removit ab officio paroeciali ecclesiae B. Reverendum sacerdotem Linum. Contra huiusmodi decretum idem sacerdos recursum interposuit apud S. Congregationem pro Clericis, quae die 4 septembris 1973 recursusm reiecit. Nec huic decisioni acquievit Rev.dus Linus, qui die 21 septembris 1973 – quarto nempe die post acceptam notificationem a Romano Dicasterio –, statutam remotionem impugnavit apud hoc Supremum Tribunal.

2. Posito huiusmodi actu ad terminos interrumpendos, sollertia Rev.di sac. Lini immediate deferbuit. Nam, pluries invitatus ad patronum sibi constituendum et ad pecuniae summam deponendam pro expensis in arcam Tribunalis, efficaciter numquam respondit, sed coepit insuper Signaturae Apostolicae communicationes de facto respuere.

Nunc, quattuor iam mensibus transactis ab interpositione recursus, cum recurrens reapse impediverit quominus Tribunal ad examen impugnatae decisionis procederet, haec ponitur quaestio: *an recursus declarari debeat desertus.*

In iure

3. Grave adest discrimen, quoad peremptionem instantiae, inter *actorem*, qui tribunal adit ad sua iura vindicanda, et *recurrentem* contra actum publicae Administrationis ecclesiasticae.

a) Sane, relate ad priorem, viget principium quod privatum interesse eum sollicitum reddere debeat: quodsi ignavus manserit, sibi imputet. Tantummodo ne lites apertae in indefinitum tempus maneant, can. 1736 statuit terminos sat latos peremptionis: biennium in prima instantia, annum in gradu appellationis.

b) Status rerum omnino diversus habetur quando impetitur actus publicae Administrationis, seu actus gubernii, qui tangit vitam et ordinem communitatis.

Hic Superior competens iam decisionem tulit, quae publici iuris facta est, quaeque partialem saltem iam recepit exsecutionem. Ita fit in remotione parochi, cui immediate aufertur regimen paroeciae, quod concreditur Vicario substituto (can. 1923 § 2), quamvis nova stabilis collatio interim vetetur (can. 2146 § 3).

Insuper – saltem iure quo nunc utimur – etiam Sedes Apostolica iam intervenit in eadem quaestione, reiciens recursum, et ideo quodammodo confirmans decisionem inferioris auctoritatis.

In huiusmodi rerum adiunctis bonum publicum exigit, – ad contentiones refrenandas, ad certitudinem habendam de publicis Ecclesiae officialibus, ad efficaciam pastoralis curae – quod stadium recursus ob assertam legis violationem in decernendo vel in procedendo evolvatur sat cito apud Apostolicam Signaturam.

Contrarium systema faveret praesertim iis qui recurrunt absque validis rationibus: ii, cum expectare nequeant favorabilem sibi sententiam, confidunt de dilatione quam maxime protracta eiusdem sententiae.

4. Ita bene intelligitur quomodo *Normae Speciales* huius Supremi Tribunalis, in art. 120, relate ad ea quae expresse non praevidentur in eisdem *Normis*, remittunt quidem ad Librum IV Codicis iuris canonici; attamen exigunt ut normae generales de processibus ita accommodentur "ut *quam maxime consulatur illi brevitati*, quam praeseferre debent processus celebrandi coram Sectione Altera Signaturae Apostolicae".

Ad eandem processus administrativi celeritatem tendunt *Normae* (art. 102 § 2), quae Cardinali Praefecto necnon Secretario Supremi Tribunalis, intra limites eius competentiae, facultatem conferunt "terminos fatales" constituendi "si id requiratur pro casu expedite solvendo".

5. Debet quoque hic applicari illa dispositio generalis cuiuscumque iuris processualis, quae exprimitur in can. 1718: "Reus qui citatoriam schedam recipere recuset, legitime citatus habeatur".

6. Ad hoc ut recursus administrativus efficaciam sortiatur, debet "referre rationes quibus nititur, leges quae violatae asseruntur et conclusiones (*Normae*, art. 106, n. 3). Et quidem merito; nam recursus his elementis carens, inutilis evadit quia indagatio circa illegitimitatem decreti non potest peragi ex officio.

In facto

7. Sacerdos Linus *deliberate usus est systemate non acceptandi intimationes Signaturae Apostolicae*, confisus se tali machinatione posse impedire decisionem Supremi Tribunalis et ita adhuc frui domo paroeciali in indefinitum tempus.

En probationes huius propositi pluries et constanter manifestati usque ad praesens:

a) Die 13 octobris 1973, Supremum Tribunal requisitis et acceptis actis causae a S. C. pro Clericis, scripsit recurrenti ipsum debere "provvedere *quanto prima* alla nomina del suo difensore e inviare il deposito iniziale di L. 100.000".

b) Cum nulla responsio pervenisset, die 19 novembris 1973 Signatura Apostolica commisit Exc.mo Administratori Apostolico, ut, per Curiae Officialem, notificaret Rev.do Lino intimationem ad respondendum intra decem dies.

Responsio Exc.mi Episcopi diei 4 decembris 1973 haec refert: "Ho affidato l'incarico della notificazione al Cancelliere Vescovile. Invio il verbale dell'atto. Don Lino, *presente in canonica*, avvertito che il Cancelliere deve fare una notificazione da parte della Segnatura Apostolica, *fa rispondere di essere assente*, e il Cancelliere, cui non è stato permesso neppure di mettere piede in Canonica, *viene respinto*. Lo stesso atteggiamento nei confronti del Cancelliere viene tenuto dai congiunti del Sacerdote, con, in più, offensive villanie".

Relatio vero Rev.mi Cancellarii Episcopalis minute describit omnia adiuncta diei (quae fuit tertia decembris 1973), horae, circumstantiarum, personarum, quibus ipse occurrit et locutus est.

Ex tali relatione, operis praetium est nonnulla saltem excerpere, ut appareat systema falsitatis et despectionis adhibitum a sacerdote erga officialem Curiae et etiam, indirecte, contra Hoc Sacrum Tribunal: " ... venne aperto uno spiraglio al portone da un laico qualificatosi poi per il cognato di Don Lino, il quale, lasciandomi sulla strada ed in mezzo alla neve, ha chiesto chi fossi, da dove venissi, e per che cosa. Ho risposto che ero di P., che recavo una nota urgente del Tribunale della Segnatura di Roma, da consegnare personalmente al Rev.do Don Lino, che era sicuramente in casa, avendolo io visto salire verso B. con la macchina.Ii ferma. Dopo qualche perplessità, l'uomo ha testualmente risposto: "Don Lino è in casa: glielo vado a dire". Al ritorno, dopo notevole attesa, la risposta è stata: "Don Lino non c'è; non è tornato".

Et omittitur textus, ubi, brevi post, narratur quomodo Cancellarius fuerit contumeliis affectus a sorore sacerdotis.

8. Secretarius Signaturae Apostolicae, volens ulterius indulgere recurrenti, die 7 decembris 1973, scripsit Rev.do Lino: "se la S. V. entro venti giorni non eseguirà quanto disposto, il Suo ricorso contro la decisione della S. C. per il Clero sarà dichiarato deserto e pertanto la decisione medesima diverrà esecutiva".

Die 22 decembris 1973, Rev.dus Linus personaliter comparuit coram Secretario Huius Supremi Tribunalis, exhibens instantiam dilationis "fino a quando la documentazione sia pronta". Secretarius dilationem concessit usque ad diem 7 ianuarii 1974.

Die 5 ianuarii 1974 Rev.dus Linus deposuit in sede Signaturae instantiam contradictoriam qua petebat gratuitum patrocinium, et insimul nominabat suum patronum "ex fiducia" adv. Ludovicum.

Eadem die Supremum Tribunal ipsi rescripsit gratuitum patrocinium, vi can. 1915, concedi non posse, "poiché risulta dagli atti che Ella ha la proprietà di un edificio di quattro appartamenti con negozi ed autorimesse ... e non appare conforme a verità che Ella non fruisca della congrua parrocchiale, perché la Curia ha emesso i relativi mandati a Suo favore".

9. Rev.dus Linus denuo invitabatur ad depositum perficiendum intra decem dies: "Il mancato adempimento sarà considerato come ulteriore prova della Sua volontà di tenere sospeso 'sine die' l'efficacia del provvedimento di rimozione, e comporterà di conseguenza la dichiarazione che il ricorso è da considerarsi deserto".

Huiusmodi litterae commendatae cum syngrapha receptionis recusatae fuerunt: scribit Officialis publici cursus: "Raccomandata rifiutata dai familiari – destinatario irreperibile dal portalettere".

http://www.obrascatolicas.com

E contra, declarat Exc.mus Administrator Apostolicus die 21 ianuarii 1974: "detto sacerdote è stato abitualmente presente nella casa canonica dalla data della suddetta comunicazione fino al presente".

Ideo evidentissime Rev.dus Linus voluit unice *aburi* suo recursu ad infirmandam vim decisionis contra ipsum latae, sed simul impediendo pronuntiationem huius Supremi Tribunalis.

Praeterea recursus ipse haud completus est in elementis essentialibus. Nam nullo modo indicat quaenam sint leges violatae in decreto remotionis.

Quibus omnibus tam in iure quam in facto rite perpensis et consideratis, audito R. D. Promotore Iustitiae, Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal declarat recursum Rev.di Lini contra decretum remotionis a paroecia B., latum ab Exc.mo Administratore Apostolico dioecesis P., habendum esse uti *desertum*. Ideoque decretum exsecutioni mandari posse.

Idque notificetur S. Congregationi pro Clericis, Exc.mo Administratori Apostolico dioecesis P., et eidem Sac. Lino per Curiam P.

Romae, die 28 ianuarii 1974. – Dinus Card. STAFFA, *Praefectus*. Aurelius Sabattani, *a Secretis*.

* Apoll 47 (1974) 395-399.

4266

1974 IAN 31.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 66 (1974) 84-88

Allocutio ad Praelatos Auditores, Advocatos et Officiales Tribunalis Sacrae Romanae Rotae, a Beatissimo Patre novo litibus iudicandis ineunte anno coram admissos:

De natura sacra potestatis et activitatis iudicialis in Ecclesia

Veneratissimo monsignor decano! Ancora una volta noi abbiamo il piacère di riceverla ufficialmente in occasione dell'apertura, sebbene praticamente già da qualche tempo avvenuta, del nuovo anno giuridico del nostro Tribunale della Sacra Romana Rota, insieme con l'insigne collegio dei prelati uditori che lo compongono e con quanti officiali vi prestano l'opera loro, circondati dall'illustre ed eletta schiera degli avvocati e dei procuratori, che vi esercitano le loro funzioni. Alla compiacenza, che questo incontro ci procura, si aggiunge quella delle nobili e schiette parole con le quali ella, monsignore, ha testé voluto presentare a noi cotesto Sacro Tribunale mettendo in rilievo, piuttosto che l'opera da esso svolta, e le gravi, complesse, prementi questioni, oggi interessanti l'attività giudiziaria del foro canonico, lo spirito con cui l'esercizio di cotesto ministero, – perché tale esso è –, viene compiuto con l'ansia della perfezione, la consapevolezza delle difficoltà, l'attesa dell'annunciata revisione legislativa, per cui l'amministrazione della giustizia si fa, ad un tempo, più ardua e più meritoria.

Ed è a cotesto spirito che noi oggi fermeremo la nostra attenzione, vogliamo dire il nostro encomio ed il
85 nostro incoraggiamento, volendo, / da un lato, significare quanto ci sia gradita l'espressione di cotesti sentimenti e di cotesti propositi, e desiderando, d'altro lato, esaltare la persona di chi alla magistratura ha dedicato la propria vita, ancor prima di considerare i problemi obiettivi della sua perfezione.

E basti a noi, in questa occasione, corrispondere a cotesta previa considerazione dell'ordine giudiziario, la quale riguarda la persona del giudice, nell'intento di rendere omaggio al carattere sacro di chi ne possiede l'autorità e ne esercita, ancor più che la funzione, la missione, non potendosi disgiungere dall'esercizio della vostra attività un riferimento al suo carattere religioso. Diciamo cosa a voi tutti ben nota, e penetrata nell'intimità e nella profondità della vostra coscienza; ma non è certo mai vano farvi richiamo, quando, da un lato, l'origine e la natura di tale carattere sacro toccano le frontiere del divino e perciò del trascendente e del misterioso, e dall'altro la mentalità moderna tende a ridurre a dimensioni puramente razionaliste l'ambito del diritto, e a compiti puramente professionali, non diversi da quelli delle comuni attività profane, l'esercizio dell'autorità giudiziaria.

Sacra è la vostra missione, perché a voi devoluta dalla nostra autorità apostolica. E' dall'investitura della nostra potestà sacerdotale e pontificia, che a voi deriva la magistratura che vi fa giudici, cioè maestri, custodi, interpreti, operatori della legge divina ed umana, che governa la Chiesa, cioè il Popolo di Dio. Tanta è la dignità, tanta l'autorità del giudice ecclesiastico, che, come ognuno ricorda, San Paolo, ai primordi della legislazione costituzionale ecclesiastica, quasi con enfasi reclama l'esistenza e l'azione del "santo", cioè del membro della comunità cristiana, chiamato a partecipare all'autorità stessa di Cristo e dell'apostolo[1], per giudicare un membro indegno della comunità cristiana, anzi per assurgere un giorno a sentenziare con Cristo, al quale il Padre ha affidato ogni giudizio[2], perfino sugli angeli[3]. Avere coscienza di questa altissima dignità, di questa associazione alla potestà di Cristo, supremo Giudice, meditarla, risvegliarla, come ogni ministro "dispensatore dei misteri di Cristo"[4] è esortato a fare ad alimento della propria spiritualità sacerdotale, così il Giudice ecclesiastico, non per gonfia e fatua ambizione, ma per ossequio al carattere divino della potestà che a lui è
86 commessa, deve fare, quasi ripiegan/dosi in umiltà dentro di sé, per attingere la forza d'essere poi pari alla pericolosa grandezza del suo sovrumano mandato.

Del resto il senso sacrale della funzione giudiziaria ha sempre accompagnato nel processo storico della civiltà coloro che tale funzione hanno esercitato, ovvero su di essa hanno saggiamente discorso. Accenniamo, a prova di ciò, ad un'erudita, e certo a voi notissima, citazione di Ulpiano, rievocata dal nostro venerato Predecessore Papa Pio XII, in un memorabile discorso su la professione giuridica, e riferita, sì, alla giurisprudenza, ma con quale ripercussione religiosa ai suoi cultori! Ecco: *divinarum atque humanarum rerum notitia, iusti atque iniusti scientia*[5]. E per corroborare questo senso religioso, che deve penetrare la coscienza del magistrato, ci possiamo valere della testimonianza d'un illustre maestro del foro civile italiano, da non molto tempo scomparso, Piero Calamandrei: "Mi convinco sempre più che tra il rito giudiziario e il rito religioso esistono parentele storiche molto più strette di quanto non indichi l'uguaglianza della parola ... La sentenza in origine era un atto sovrumano, il giudizio di Dio; le difese erano preghiere ...". E poi: "Nell'ordine giudiziario affluivano un tempo dalle Università i giudici migliori, richiamati non dalla speranza di lauti guadagni, ... ma dall'alta considerazione di cui la magistratura godeva nella pubblica opinione e soprattutto dall'attrattiva che su certi spiriti religiosi ha sempre esercitato l'austera intimità di questo ufficio, in cui il giudicare gli altri implica in ogni istante il dovere di fare i conti colla propria coscienza"[6].

Questa reminiscenza di letteratura giudiziaria dovrebbe essere qui accompagnata dall'apologia della superlativa integrità morale con cui l'ufficio vostro deve essere esercitato, in ogni suo atto, in ogni suo aspetto. Ma siamo dispensati dal farla dalla stima che non nutriamo verso le vostre persone e verso l'intero Tribunale

1 *I Cor.* 5, 4.
2 *Io.* 5, 22 e 27.
3 *I Cor.* 6, 3.
4 Cfr. *I Cor.* 4, 1; *2 Cor.* 6, 4.
5 Discorsi, XI, 261.
6 Elogio, pp. 249, 251.

della Sacra Rota. La nostra lode e la nostra esortazione sorregono la testimonianza che voi date, anche su questo capitolo essenziale della vostra attività, che impegna non poche virtù specifiche d'ordine professionale e che impone interiormente ed esteriormente uno stile di serietà, di disinteresse, di magnanimità forte e paziente, a cui la vostra sensibilità cristiana aggiunge umile, ma irradiante splendore.

Voi procurate sempre di personificare la figura del
87 Giudice / cattolico; e noi godiamo del prestigio, oggi si dice della credibilità, che deriva da ciò alla Chiesa e alla Curia Romana in modo particolare. Cotesta linea spirituale e morale, che configura le vostre persone e il vostro Tribunale, non risolve, ben lo sappiamo, i problemi antichi e nuovi della vostra nobile, ma delicata e complicata, attività giudiziaria. Anzi sovente li rende più complessi e pungenti, come lo sono oggi, ad esempio, quelli del rapporto fra coscienza e legalità, problema psicologico, ovvero del rapporto fra legge vigente e evoluzione civile, problema sociologico; oppure del rapporto fra lo *ius conditum* e lo *ius condendum*, problema storico.

Ma educatori come voi siete alla scuola della legge, cioè del dovere, dell'ordine in funzione dei principii generali del diritto, del bene pubblico e del dinamismo giuridico verso il bene comune, voi non trovate insolubili tali problemi, ricordando, da un lato, certi valori assoluti dell'obbligazione morale, come il timor di Dio e l'amore evangelico, il rispetto alla verità, la dignità della vita e della persona umana, l'inviolabilità della coscienza formata, la pace fra gli uomini, e così via; e, dall'altro, vorrete considerare la soverchia facilità con la quale l'uomo moderno, che tanto fieramente rivendica la propria libertà, sia poi intimamente tentato, e talora vulnerato da un relativismo sistematico, che lo piega alle scelte più facili della situazione, della demagogia, della moda, della passione, dell'edonismo, dell'egoismo, così che esteriormente tenta di impugnare la "maestà della legge", e interiormente, quasi senza avvedersi, sostituisce all'impero della coscienza morale il capriccio della coscienza psicologica.

E giudici, come parimente voi lo siete, dell'operare altrui, ma non giudici della legge, che a voi solo è consegnata per la sua razionale e normale applicazione, voi saprete sapientemente conservare alla legge – alla legge della Chiesa, pensate sempre ! – l'osservanza provvida e sostanziale che le è dovuta, temperandone quando e come è possibile, l'eventuale eccessiva gravità con quell'umano senso pastorale, ch'è proprio del giudice operante in virtù del ministero cristiano.

Quanto diciamo vorrebbe confortare in voi la coscienza nella missione che la Chiesa vi affida, e per ciò stesso la fiducia nella sua legislazione, sia perchè essa è dettata da criteri superiori attinti alle sorgenti teologiche, e sia anche perché sperimentata da una tradizione secolare incardinata su la profonda e autentica scienza dell'uomo, e orientata verso la sua trascendente salvezza.

88 Sì, fiducia nella legislazione della Chiesa. /

Non possiamo a questo proposito, e concludendo queste semplici parole, nascondere la sorpresa non solo da noi provata per l'eco anche a noi giunta di alcune espressioni di critica, eccessiva nelle forme e non del tutto fondata nella sostanza, circa la presente legislazione canonica sul matrimonio, pronunciate da persona molto autorevole e in una sede e in un'occasione quant'altre mai degne di più riverente e obiettivo linguaggio.

E' noto l'episodio; e vi accenniamo appena, affinché anche voi, esperti e interessati quali siete nella materia, sappiate che noi non possiamo condividere alcuni giudizi ivi pronunziati sulla disciplina vigente della Chiesa, su tema di tanta importanza. Vero è che alle note negative del discorso seguono quelle positive delle quali prendiamo nota con leale riconoscenza. Ma a noi pare che i valori affermati in queste seconde, piuttosto che confermare le prime, le rettificano; così che il risultante giudizio di merito sulla vigente legge canonica del matrimonio merita per essa ancor oggi fiducia, come interprete e tutrice di norme sacre e fondamentali per l'uomo, per il matrimonio, per la famiglia, per la società, anche se, conforme alle dottrine del recente Concilio, tali norme speriamo presto saranno formulate in più completa e moderna legislazione.

Proseguite pertanto con fiducia nella vostra saggia e meritoria attività, con la nostra Apostolica Benedizione.

4267

1974 FEB 2.-PAULUSVI, ADHORT. AAS 66 (1974) 113-168

Adhortatio Apostolica ad Episcopos universos pacem et communionem cum Apostolica Sede habentes:

De Beatae Mariae Virginis cultu recte instituendo et augendo

PAULUS PP. VI

Venerabiles Fratres - Salutem et Apostolicam Benedictionem

Marialis cultus ut incrementis ditaretur, ex quo ad Petri cathedram sumus evecti, continenter dedimus operam; non solum scilicet Nobis in animo fuit sensum Ecclesiae circa hanc rem et internum quendam impulsum, quo permovemur, exprimere, sed ad hoc adducti sumus etiam propterea quod haec pietatis forma, quemadmodum notum est, pars eximia efficitur sacri cultus illius, in quo fastigium sapientiae et culmen religionis quasi in unum confluunt[1], et qui idcirco officium est praecipuum Populi Dei.

Hoc quidem officium prae oculis habentes, semper fovimus et proveximus magnum illud opus instaurationis liturgicae, a Concilio Oecumenico Vaticano Secundo susceptum, neque, procul dubio, sine peculiari divinae Providentiae consilio eve/nit, ut primum eiusdem 114
universalis Synodi documentum, quod Nos una cum venerabilibus Patribus approbavimus cuique *in Spiritu Sancto* subscripsimus, Constitutio esset a verbis *Sacrosanctum Concilium* incipiens, quippe cui propositum esset Liturgiam instaurare et augere, atque fidelium participationem in divinis mysteriis magis fructiferam reddere[2]. Ex illo tempore multa acta Pontificatus Nostri eo spectaverunt, ut cultus Deo debitus aptiore ratione disponeretur; quod comprobatur promulgatione, his annis facta, multorum Romani ritus librorum, qui secundum principia normasque eiusdem Concilii sunt instaurati. De qua re Domino, omnium bonorum largitori, gratias ex animo referimus, gratiamque habemus Conferentiis Episcopalibus singulisque Episcopis, qui Nobis ad libros illos praeparandos vario modo adiutricem operam praebuerunt.

Dum vero animo laeto gratoque opus iam perfectum mente consideramus necnon primos felices eventus renovationis liturgicae, qui numero augebuntur prout huiusmodi instauratio penitius intellegetur quoad rationes suas primarias seu fundamentales atque ad usum recte deducetur, munus Nostrum esse putamus vigili

1 Cf. Lactantius, *Divinae Institutiones* IV; 3, 6-10: CSEL 19, p. 279.
2 Cf. Conc. Vat. II, Const. de sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, nn. 1-3, 11, 21, 48: A.A.S. 56 (1964), pp. 97-98, 102-103, 105-106, 113.

http://www.obrascatolicas.com

cura fovere quaevis incepta eo pertinentia, ut cultus proficiat, quo Ecclesia in *spiritu et veritate* (cf. *Io.* 4, 24) Patrem, Filium et Spiritum Sanctum adorat, *Beatam Mariam Dei Genetricem cum peculiari amore veneremur*[3], memoriam Martyrum aliorumque Sanctorum religiosis colit obsequiis.

Progressus autem, quem exoptamus, devotionis erga Mariam Virginem, insertae (ut supra significavimus) in illum veluti cursum unius cultus, qui iure meritoque *christianus* appellatur – cum a Christo originem et efficaciam trahat, in Christo integram absolutamque exprimendi rationem habeat / per Christum ad Patrem fe- 115
rat in Spiritu – est quiddam distinguens ipsam Ecclesiae pietatem. Re quidem vera eadem devotio in ipsa cultus exhibitione intimo quodam nexu consilium divinum de generis humani redemptione manifestat, ita ut pro singulari loco, quem in illo consilio Maria obtinet, peculiaris cultus congruenter eidem exhibeatur[4]; pariter genuinum profectum cultus christiani necessario subsequatur recta probataque progressio venerationis, qua Dei Genetrix colitur. Ceterum ipsa historia devotionis ostendit *varias formas pietatis erga Dei Genetricem, quas Ecclesia intra limites sanae et orthodoxae doctrinae approbavit*[5], effectas esse et viguisse convenienti ratione subiectas cultui, qui Christo praebetur, et ad eum ferri quasi ad centrum, quo suapte natura et necessario referuntur. Quod quidem et aetate nostra evenit. Etenim Ecclesia horum temporum, de mysterio Christi atque de sua ipsius natura recogitans, eandem Mulierem invenit, et in prioris veluti fonte et in alterius consummatione, Virginem scilicet Mariam, quippe quae esset Mater Christi et Mater Ecclesiae. Aucta vero cognitio muneris Mariae crediti evasit veneratio plena laetitiae, quae ei exhibetur, et reverentia, cum adoratione coniuncta, adversus consilium Dei, qui in Familia sua – quae est Ecclesia – perinde ac in quovis domestico convictu adesse vult Mulierem, quae in abscondito et voluntate serviendi ducta, ipsi invigilet, *eiusque gressus tueatur benigna donec dies Domini gloriosus adveniat*[6].

Mutationes temporibus nostris inductae in mores sociales, in populorum sentiendi vim, in modo, quibus litterae et artes exprimuntur, in rationes socialis communicationis, etiam ad formas sensus religiosi signifi-
116 candi vim habuerunt. Pro/fecto quaedam cultus exhibendi consuetudines, quae non ita pridem aptae esse videbantur ad sensus religiosos singulorum et communitatum christianarum manifestandos, hodie non sufficere putantur aut minus esse idoneae, utpote ad praeteritas rationes socialis vitae et cultus humani pertinentes, dum a pluribus novi exquiruntur modi significandi immutabilem illam necessitudinem, quae inter creaturas et Creatorem, inter filios et Patrem eorum intercedit. Quod quidem efficere potest, ut nonnulli ad tempus perturbentur; sed qui animo Deo ipsi fidente de eiusmodi cogitat rebus, animadvertit multas propensiones pietatis hodiernae – ut exemplum afferamus, sensum religionis ad interiora magis quam ad exteriora conversum – ad christianae pietatis auctum in universum et ad devotionem marialem peculiariter conferre. Itaque haec aetas, dum diligenter traditionis vocem auscultat et theologiae aliarumque disciplinarum profectum attente considerat, laudis praeconium, pro sua parte, tribuet ei, quam secundum ipsius prophetica verba *beatam dicent omnes generationes* (cf. *Lc.* 1, 48).

Quocirca ministerio Nostro apostolico consentaneum esse arbitramur, ut una vobiscum, Venerabiles Fratres, quasi colloquentes, de quibusdam argumentis disseramus, pertinentibus ad locum, quem beata Maria Virgo in cultu Ecclesiae obtinet. Quae quidem argumenta ex parte iam Concilium Vaticanum II attigit[7], atque Nosmet ipsi tractavimus[8]; sed non est abs re de iisdem iterum agere, ut dubitationes discutiantur et – ac quidem potissimum – illa devotio erga beatam Mariam Virginem provehatur, quae in Ecclesia e Verbo Dei ut e causa procedit et in Spiritu Christi exercetur.

Itaque in nonnullis quaestionibus libet immorari, quae ad necessitudinem inter sanctam Liturgiam et cultum Dei Gene/tricis spectant (I); considerationes et 117
normas directorias proponere aptas ad legitimum eiusdem cultus progresssum fovendum (II); quaedam denique cogitata subicere pertinentia ad recitationem *Rosarii* alacriter et magis conscie instaurandam, de cuius usu Decessores Nostri instanter monuerunt, quodque apud populum christianum magnopere invaluit.

I

1. De loco tractaturi, quem beata Maria Virgo in cultu christiano obtinet, imprimis attendenda est Nobis sacra Liturgia; cui, praeter uberem doctrinam, incomparabilis inest efficacitas pastoralis, quaeque pro ceteris cultus formis probatam vim exempli habet. Vellemus quidem varias Liturgias Orientis et Occidentis regionum expendere, sed, ad huius Adhortationis Apostolicae finem quod attinet, fere dumtaxat libros ritus Romani inspiciemus, utpote qui solus, secundum normas practicas a Concilio Vaticano II editas[9], penitus instauratus sit etiam quod ad locutiones spectat, quibus veneratio beatae Mariae Virginis significatur; qui quidem ritus hac de causa attente consideretur et aestimetur oportet.

2. Ante Liturgiae Romanae renovationem diligenter instaurandum fuit eius *Calendarium Generale*. Quod, cum propterea esset concinnatum, ut celebratio operis salutiferi statis diebus in luce sua, prout decet, collocaretur, per anni circulum toto mysterio Christi, ab Incarnatione usque ad exspectationem gloriosi eius adventus[10], distributo, effecit, ut modo aptius disposito et arctiore conexione memoria Matris in annuum cyclum mysteriorum Filii insereretur.

3. Tempore ergo Adventus in sacra Liturgia, praeterquam in sollemnitate diei VIII mensis Decembris – qua simul imma/culata Conceptio Deiparae Vir- 118
ginis, praeparatio, ad radicem pertingens (cf. *Is.* 11, 1- 10), adventus Salvatoris et felix initium Ecclesiae, sine macula vel ruga formosae[11], recoluntur – eadem Virgo saepe commemoratur, praesertim in feriis, quae a die XVII ad diem XXIV Decembris ducuntur, et modo singulari die dominica Nativitatem Domini praecedente, qua vetera praesagia prophetarum et Virgine Matre ac de Messia[12] exsonant necnon narrationes evangelicae de instanti natali Christi eiusque Praecursoris leguntur[13].

3 Conc. Vat. II, Const. de sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, n. 103: A.A.S. 56 (1964), p. 125.
4 Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium*, n. 66: A.A.A. 57 (1965), p. 65.
5 Cf. *ibid.*
6 Missa votiva de B. Maria Virgine Ecclesiae Mater, *Praefatio*.

7 Cf. Conc. Vat. II, Const. dog. de Ecclesia *Lumen Gentium*, nn. 66-67: A.A.S. 57 (1965), pp. 65-66; Const. de sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, n. 103: A.A.S. 56 (1964), p. 125.
8 Cf. Adhortatio Apostolica *Signum magnum:* A.A.S. 59 (1967), pp. 465-475.
9 Cf. Conc. Vat. II, Const. de sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, n. 3: A.A.S. 56 (1964), p. 98.
10 Cf. Conc. Vat. II, *ibid.*, n. 102: A.A.S. 56 (1964), p. 125.
11 Cf. *Missale Romanum* ex Decr. Sacr. Oec. Conc. Vat. II instauratum, auctoritate Pauli PP. VI promulgatum, ed. typica, MCMLXX, die 8 Decembris, *Praefatio*.
12 *Missale Romanum* ex Decr. Sacr. Oec. Conc. Vat. II instauratum, auctoritate Pauli PP. VI promulgatum, *Ordo Lectionum Missae*, ed. typica, MCMLXIX, p. 8: Lectio I (Anno A: *Is.* 7, 10-14: "Ecce Virgo concipiet"; Anno B: *2 Sam.* 7, 1-5. 8b-11. 16: "Regnum David erit usque in aeternum ante faciem Domini"; Anno C: *Mich.* 5, 2-5a [*Hebr.* 1-4a]: "Ex te egredietur dominator in Israel").
13 *Ibid.*, p. 8: Evangelium (Anno A: *Mt.* 1, 18-24: "Iesus nascetur de Maria, desponsata Ioseph, filio David"; Anno B: *Lc.* 1, 26-38: "Ecce concipies in utero et paries filium"; Anno C: *Lc.* 1, 39-45: "Unde hoc mihi ut veniat mater Domini mei ad me?").

4. Hoc profecto modo fideles, qui e sacra Liturgia spiritum Adventus ad vitam suam transferunt, ineffabilem dilectionem, qua Virgo Mater Filium sustinuit[14], considerantes, inducuntur, ut eam sibi tamquam exemplum proponant et venturo Salvatori obviam ire parent, *in oratione pervigiles et in suis ... laudibus exsultantes*[15]. Iuvat etiam animadvertere in Liturgia Adventus, eo quod exspectatio messianica et exspectatio gloriosi reditus Christi cum memoria, admirationis plena, Matris coniunguntur, praeberi exemplum praeclarae aequabilitatis in cultu exhibendo, quod quasi norma haberi potest, ea mente ut quaevis inclinatio praepediatur seiungendi – quemadmodum in quibusdam formis pietatis popularis accidit – devotionem erga Deiparam Mariam a centro, quo necessario referatur oportet: a Christo, quodque efficit, ut hoc tempus putari possit – cultores sacrae Liturgiae id asseveraverunt – sin-
119 gularem in / modum idoneum ad cultum Dei Genetrici praestandum; hanc quidem propensionem et consilium Nos prorsus confirmamus, optantes, ut ea omnibus locis accipiantur atque secundentur.

5. Tempus vero Nativitatis Domini quasi quaedam continuata memoria est maternitatis divinae, virginalis, salvificae illius, cuius *intemerata virginitas huic mundo edidit Salvatorem*[16]; re quidem vera in sollemnitate Nativitatis Domini Ecclesia, Salvatorem adorans, gloriosam eius Matrem veneratur; in Epiphania Domini, dum vocationem universalem ad salutem celebrat, Virginem contemplatur, veram Sedem Sapientiae veramque Matrem Regis, quae omnium gentium (cf. *Mt.* 2, 11) Redemptorem Magis adorandum exhibet; atque in festo Sacrae Familiae Iesu, Mariae et Ioseph (Dom. infra Oct. Nativitatis Domini) vitam sanctam venerabunda perscrutatur, quam Iesus, Filius Dei et Filius hominis, Mater eius Maria et Ioseph, vir iustus (cf. *Mt.* 1, 19), in domo Nazarethana duxerunt.

In temporis Nativitatis ordine restituto animi communi studio, ut Nobis videtur, convertantur oportet ad instauratam sollemnitatem sanctae Dei Genetricis Mariae; quae, secundum antiquum Liturgiae Urbis Romae indicium, Kalendis Ianuariis attributa, eo spectat, ut munus celebrando recolatur, quod Maria in hoc mysterio salutis gessit, et ut singularis dignitas collaudetur, quae inde obvenit *sanctae Parenti... per quam meruimus... Auctorem vitae suscipere*[17]. Eadem sollemnitas praeterea egregiam praebet opportunitatem iterandae adorationis, quam nato Principi Pacis decet adhibere, ut denuo audiatur laetus nuntius evangelicus (cf. *Lc.* 2, 14), necnon a Deo, Regina Pacis deprecante, summum donum pacis imploretur. His rebus inducti, Octava Natalis Domini in auspicalem diem, anni initium, feliciter incidente, huic assignavimus celebrationem diei in universo mundo fovendae Pacis, quae maio-
120 re usque consen/sione probatur, atque in animis multorum hominum fructus pacis iam edit.

6. Ambabus sollemnitatibus memoratis, Conceptionis immaculatae et Maternitatis divinae, addendae sunt antiquae celebrationes, quae die XXV mensis Martii et XV mensis Augusti fiunt.

Ad agendum sollemne Incarnationis Verbi, in *Calendario Romano*, allatis argumentis, restitutum est vetustum nomen *In Annuntiatione Domini*, verumtamen celebratio est festivitas et Christi simul et Virginis: id est et Verbi, quod fit *filius Mariae* (*Mc.* 6, 3), et Virginis, quae Mater Dei efficitur. Christi habito respectu, Oriens et Occidens, in suis Liturgiis, inexhaustarum divitiarum plenis, eiusmodi sollemnitatem agunt ut memoriam illius *fiat* salvifici ab Incarnato Verbo prolati, quod in hunc mundum ingrediens dixit: *Ecce venio... ut faciam, Deus, voluntatem tuam* (*Hebr.* 10, 7; *Ps.* 39, 8-9), ut commemorationem scilicet initii redemptionis, necnon indissolubilis et sponsalis inter naturam divinam et humanam unionis, quae in unica exsistit Verbi persona. Quod vero ad Mariam attinet, celebrant ea sacra ut festum novae Evae, virginis oboedientis et fidelis, quae, verbo illo *fiat* magnanimiter enuntiato (cf. *Lc.* 1, 38), reddita est, Spiritu Sancto operante, Dei Genetrix, atque etiam vera Mater viventium et, in corpore suo suscipiens unum Mediatorem (cf. *1 Tim.* 2, 5), vera Foederis Arca verumque templum Dei; id est ut recordationem momenti temporis, quod summum fuit in illo quasi colloquio a Deo cum homine de huius salute instituto, et ut memoriam liberae assensionis Virginis et operae adiutricis ad exsequendum consilium divinum de redemptione humana.

In sollemnitate autem diei XV mensis Augusti Mariae gloriosa Assumptio in caelum celebratur; quae quidem est festivitas, qua plenitudo et beatitas, cui destinata fuit, glorificatio animae ipsius immaculatae corporisque virginalis, perfectae / illius glorificationis, qua 121
Christo e mortuis resuscitato est conformata, recoluntur; festivitatem dicimus, qua Ecclesiae et hominum societati imago et documentum, solacium afferens, proponuntur, quibus docemur spem extremam impleri; siquidem glorificatio, quondam perficienda, est fausta sors omnium illorum, quos Christus fratres effecit, participans iisdem *sanguine et carne* (*Hebr.* 2, 14; cf. *Gal.* 4, 4). Sollemnitas autem Assumptionis festive extenditur ad memoriam post octo dies agendam beatae Mariae Virginis Reginae, qua consideratur illa, quae iuxta Regem saeculorum sedens, ut Regina refulget et ut Mater intercedit[18]. Itaque quattuor sunt sollemnitates, per quas praecipuae veritates, humilem Ancillam Domini respicientes, summo gradu celebrationis liturgicae tributo, illustrantur.

7. His sollemnitatibus perspectis, illae imprimis festivitates, ad eventus salvificos commemorandos pertinentes, oportet expendantur, in quibus beata Maria Virgo Filio arcto nexu sociatur; cuius modi sunt festum Nativitatis eiusdem beatae Mariae Virginis (d. VIII m. Sept.), *quae universo mundo spes fuit et aurora salutis*[19]; *Visitationis* (d. XXXI m. Maii), cuius Liturgia celebrat beatam Mariam Virginem, Filium alvo gestantem[20]; quae quidem Elisabeth adit, ut ei caritatis suae auxilium praebeat et misericordiam Dei Salvatoris pronuntiet[21]; memoria Virginis Perdolentis (d. XV m. Sept.), qua opportunitas praebetur in mentem vivide revocandi momentum maximum et quasi decretorium historiae salutis, necnon venerandi *compatientem Matrem Filio*, cui, in cruce exaltato, astabat[22].

Festum quoque diei II mensis Februarii, cui restitutum est nomen *In Praesentatione Domini*, est attendendum, ut penitus / percipiantur uberrimae, quas conti- 122
net, res, memoria nempe coniuncta Filii et Matris; est enim celebratio mysterii salutis, a Christo effecti, cui Virgo intime consociata est ut Mater doloribus obnoxii Servi Iahve, ut exsecutrix muneris, quod veteris Israel proprium erat, et ut exemplar novi Populi Dei, qui circa fidem et spem continenter cruciatibus et persecutionibus affligitur (cf. *Lc.* 2, 21-35).

8. Quodsi *Calendario Romano* instaurato praesertim celebrationes memoratae collocantur in lumine, ta-

14 Cf. *Missale Romanum, Praefatio de Adventu*, II.
15 *Missale Romanum, Ibid.*
16 *Missale Romanum*, Prex Eucharistica I, *Communicantes* in Nativitate Domini et per Octavam.
17 *Missale Romanum*, die 1 Ianuarii, *Ant. ad introitum* et *Collecta*.
18 Cf. *Missale Romanum*, die 22 Augusti, *Collecta*.
19 *Missale Romanum*, die 8 Septembris, *Post communionem*.
20 Cf. *Missale Romanum*, die 31 Maii, *Collecta*.
21 Cf. *ibid.*, *Collecta* et *Super oblata*.
22 *Missale Romanum*, die 15 Septembris, *Collecta*.

http://www.obrascatolicas.com

men, alius generis commemorationes liturgicae includuntur, quippe quae, cultus localis rationibus innixae, latius pervagatae sint pluriumque studia excitarint (d. XI m. Febr.: Beatae Mariae Virginis de Lourdes; V Aug.: In dedicatione basilicae S. Mariae); huc pertinent etiam aliae, quae, initio a peculiaribus religiosis familiis celebratae, nunc autem, quoniam amplius sunt diffusae, vere ecclesiales dici possunt (XVI Iul.: Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo; VII Oct.: Beatae Mariae Virginis a Rosario); aliae denique recensendae sunt, quae, extra elementum apocryphum, res continent praeclari exempli vim obtinentes atque venerabiles traditiones persequuntur, quae maxime Orientalium animis insident (XXI Nov.: In Praesentatione beatae Mariae Virginis), vel propensiones testantur, quae in horum temporum pietate invaluerunt (sabb. post dom. secundam post Pentecosten: Immaculati Cordis beatae Mariae Virginis).

9. Neque oblivisci licet in *Calendario Romano* non omnes mariales celebrationes recenseri, siquidem in Calendaria particularia inducuntur, normis liturgicis adamussim quidem servatis, animis vero pie libenterque assentientibus, festivitates marianae variarum Ecclesiarum localium. Restat demum, ut mentionem de facultate crebro commemorationem liturgicam Virginis faciendi ope Memoriae sanctae Mariae in Sabbato; quae antiqua est atque quasi submissa, quaeque propter flexibilem rationem nunc vigentis Calendarii et multi-
123 plicem / numerum exemplorum, quae in Missali exhibentur, quam maxime commoda est ac varia.

10. Non est Nobis propositum in hac Adhortatione Apostolica omnia, quae novo Missali Romano continentur, animo lustrare, sed, quoniam statuimus de libris instauratis ritus Romani aestimare[23], aliquas huius rei facies et argumenta Nos iuvat explanare. Imprimis animadvertere volumus in Precibus Eucharisticis Missalis – admirabili quadam convenientia cum Liturgiis orientalibus[24] – beatae Mariae Virginis memoriam alta vi praeditam inveniri. Hoc scriptum legimus in vetusto Canone Romano, ubi Dei Genetrix verbis uberi doctrina et cultus fervore plenis recolitur: *Communicantes, et memoriam venerantes, in primis gloriosae semper Virginis Mariae, Genetricis Dei et Domini Nostri Iesu Christi*; pariter in Prece Eucharistica III, recens inducta, desiderium impensa supplicatione deprecantium, ut una cum Matre participare possint filiorum hereditatem, sic exprimitur: *Ipse nos tibi* (Patri) *perficiat munus aeternum, ut cum electis tuis hereditatem consequi valeamus, in primis cum beatissima Virgine, Dei Genetrice, Maria*. Haec memoria cotidiana, utpote quae in ipso medio sacrificio divino sit collocata, haberi debet modus peculiariter significans cultum, quem Ecclesia *Benedictae ab Altissimo* exhibet (cf. *Lc.* 1, 28).

11. Si autem Missalis nuper instaurati textus percurrimus, plane intellegimus potiora illa argumenta Romanae euchologiae – argumenta dicimus immaculatae conceptionis atque gratiae plenitudinis, divinae maternitatis, perfectae ac fecundae virginitatis, templi Spiritus Sancti, sociatae operae cum munere Filii, sanctita-
124 tis in exemplum effulgentis, mise/ricordiossimae deprecationis, assumptionis in caelum, regalis ac maternae dignitatis, alia deinceps – ea omnia esse recepta continua quadam et expleta doctrinae convenientia cum superioribus saeculis, dum alia etiam argumenta, aliquatenus nova, illuc sunt inducta, quae parem praeferant congruentiam cum theologicis aetatis hodiernae progressionibus. Ita fit, ut aliquod supponamus exemplum, de Ecclesiae-Mariae argumemto, quod in eiusdem textus Missalis varie copioseque est inclusum, quemadmodum et variae et multiplices sunt rationes, quae Christi Matri cum Ecclesia intercedunt. Hi enim loci in Virginis sine labe Conceptione primum Ecclesiae exordium agnoscunt, quae est sponsa sine macula Christi[25]; in Assumptionis dogmate iam factum initium itemque imaginem illius eventus deprehendunt, qui adhuc quod ad Ecclesiam universam attinet fieri debet[26]; in maternitatis mysterio Mariam tamquam Capitis et membrorum matrem confitentur, adeo ut ea sancta Dei Genetrix simulque provida Mater Ecclesiae sit praedicanda[27].

Cum vero sacra Liturgia ad Ecclesiam sive primaevam sive hodierni huius temporis oculos intendit, veluti e constituto ipsam invenit Mariam: tum scilicet, quando una cum Apostolis aderat orationique instabat[28], et nunc pariter ut et praesens et operans, quacum Ecclesia una simul Christi mysterium vivere vult: ... *da Ecclesiae tuae, ut Christi passionis cum ipsa* (Maria) *consors effecta, eiusdem resurrectionis particeps esse mereatur*[29]; atque etiam ut laudes resonans, quacum Ecclesia Dei gloriam celebrare intendit: ... *cum ipsa* (Maria) *te semper magnificare possimus*[30]. Quoniam vero Liturgia cultus / est qui constantem vitae actio- 125
nem postulat, eadem obsecrat, ut pietatem erga Virginem in solidum dolentemque Ecclesiae amorem convertere valeat, sicut in oratione *post Communionem* diei XV mensis Septembris mirabiliter proponitur: ... *ut compassionem beatae Mariae Virginis recolentes, ea in nobis pro Ecclesia adimpleamus, quae desunt Christi passionum.*

12. *Ordo Lectionum Missae* unus e Romani ritus liber sane existimandus est, qui multam ex instauratione post Oecumenicum Concilium facta utilitatem perceperit, sive ob adiunctorum textuum numerum sive ob inditam ipsis significationem. Sunt enim loci, ubi Dei sermo continetur, qui semper *vivus et efficax* est (cf. *Hebr.* 4, 12). Pro tanta quippe sacrarum lectionum copia factum est, ut per ordinatam trium annorum seriem integra historia salutis enarraretur ipsumque Christi mysterium maiore integritate proponeretur. Debita inde bonaque ratione secutum est, ut *Lectionarium* amplíorem lectionum sive e Vetere, sive e Novo Testamento numerum contineret, ad beatam ipsam Virginem attinentium: qui auctus tamen numerus nullo pacto disiungitur ab aequabili aestimatione, quandoquidem eae tantum lectiones retentae sunt, quae ob manifestam rerum varietatem vel ob argumenta curatioris explanationis, praeceptis Magisterii aut firmioris traditionis suffultae, iure merito, quamvis modo graduque diverso, marialem sensum praeferre censentur. Praetereaque id attendatur oportet lectiones huiusmodi non tantum in festis beatae Virginis occurrere, sed in pluribus etiam adiunctis recitari, veluti in quibusdam liturgici anni dominicis[31], in ritibus celebrandis, qui penitius sacramentalem christianorum vitam attingunt eorum/que optio- 126

23 Cf. n. 1, p. 9.

24 Ex multis anaphoris hae animadvertantur, quae apud Orientales singulari in honore sunt: *Anaphora Marci Evangelistae, Prex Eucharistica*, ed. A. Hänggi - I. Pahl, Fribourg, Editions Universitaires, 1968, p. 107; *Anaphora Iacobi fratris Domini graeca, ibid.*, p. 257; *Anaphora Ioannis Chrysostomi, ibid.*, p. 229.

25 Cf. *Missale Romanum*, die 8 Decembris, *Praefatio*.

26 Cf. *Missale Romanum*, die 15 Augusti, *Praefatio*.

27 Cf. *Missale Romanum*, die 1 Ianuarii, *Post Communionem*.

28 Cf. *Missale Romanum*, Commune B. Mariae Virginis, 6. Tempore paschali, *Collecta*.

29 *Missale Romanum*, die 15 Septembris, *Collecta*.

30 *Missale Romanum*, die 31 Maii, *Collecta*. Idem resonat in *Praefatione* de B. Maria Virgine, II: "Vere dignum ... Beatae Virginis Mariae memoriam recolentes, clementiam tuam *ipsius* grato magnificare praeconio".

31 Cf. *Ordo Lectionum Missae*, Dom. III Adventus (Anno C: *Soph.* 3, 14-18a); Dom. IV Adventus (cf. supra ad annot. 12); Dom. infra Oct. Nativitatis (anno A: *Mt.* 2, 13-15. 19-23; Anno B: *Lc.* 2, 22-40; Anno C: *Lc.* 2, 41-52); Dom. II post Nativitatem (*Io.* 1, 1-18); Dom. VII Paschae (Anno A: *Act.* 1, 12-14); Dom. II per annum (Anno C: *Io.* 2, 1-12); Dom. X per annum (Anno B: *Mc.* 3, 9-15); Dom. XIV per annum (Anno B: *Mc.* 6, 1-6).

nes[32], in factis denique casibusque sive laetis sive acerbis, quae ipsi experiuntur[33].

13. Instauratus quoque Liber de officio laudis, nempe *Liturgia Horarum*, insignia item pietatis testimonia erga Matrem Domini exhibet: primum in hymnodicis scriptionibus, quas inter haud desunt eximia humanarum litterarum monumenta, ut est oratio illa Dantis Alagherii ad Virginem[34]; deinde in antiphonis, quae cursum cotidianae precationis concludunt effusiore accensioreque spiritu supplicationis, quibusque celebratum troparium *Sub tuum praesidium* est adiunctum, tam vetustate venerandum quam sententiis mirabile; tum in precibus *ad Laudes Matutinas* et *ad Vesperas*, in quibus saepe saepius ad Matrem misericordiae plena cum fiducia confugitur; demum in copiosis selectisque paginis marialis devotionis, quarum auctores vel primis christianae religionis primordiis vel media recentioreque aetate floruerunt.

14. Quodsi Missale, Lectionarium, Liturgia Horarum, quae tamquam cardines totius orationis liturgicae Romanae existimanda sunt, memoriam Virginis frequenti celebrant veneratione, cetera etiam liturgica volumina haud paucos praebent locos, quibus impensus amor ac supplex deprecatio erga Deiparam declaratur: eam etenim Ecclesia invocat Matrem gratiae, prius quam candidatos in salutares aquas baptismatis demer-
127 gat[35], eius supplicationem implorat pro matribus, / quae, gratissimae ob acceptum maternitatis donum, templum laetabundae adeunt[36]; eam tamquam exemplar suis filiis filiabusque proponit, qui Christi sequelam, religiosam amplectentes vitam, profitentur[37] vel virginalem consecrationem accipiunt[38], iisque omnibus maternum eiusdem subsidium deposcit[39]; ei instantem adhibet deprecationem pro filiis, quibus moriendi hora impendet[40]; eius expetit interventionem pro iis qui, oculis ante lucem temporalem coniventibus, iam ante Christum, lumen aeternum, sunt constituti[41]; suave denique ipsa impetrante invocat solacium illis, qui, gravi oppressi amaritudine, propinquorum suorum exitum in fide deflent[42].

15. Haec igitur librorum liturgicorum, qui recens instaurati sunt, inspectio ad unum quoddam iucunda fiducia statuendum atque confirmandum nos movet: per factam nempe post Concilium Vaticanum instaurationem, quod esset iam in votis Motus, quem dicunt, Liturgici, Virginem Mariam convenienti quadam prospectus amplitudine esse consideratam in toto Christi mysterio, iuxtaque placita traditionis singularem illum locum esse agnitum, qui ad eandem spectat in cultu chri-

32 Cf. *Ordo Lectionum Missae*, Pro catechumenatu et baptismo adultorum, Ad traditionem Orationis Dominicae (Lectio II, 2: *Gal.* 4, 4-7); Ad Initiationem christianam extra Vigiliam paschalem (Evang., 7: *Io.* 1, 1-5. 9-14. 16-18); Pro nuptiis (Evang., 7: *Io.* 2, 1-11); Pro consecratione virginum et professione religiosa (Lectio I, 7: *Is.* 61, 9-11; Evang., 6: *Mc.* 3, 31-35; *Lc.* 1, 26-38 [cf. *Ordo consecrationis virginum*, n. 130; *Ordo professionis religiosae*, Pars altera, n. 145]).

33 Cf. *Ordo Lectionum Missae*, Pro profugis et exsulibus (Evang., 1: *Mt.* 2, 13-15. 19-23); Pro gratiarum actione (Lectio I, 4: *Siph.* 3, 14-15).

34 Cf. *La Divina Commedia, Paradiso* XXXIII, 1-9; cf. *Liturgia Horarum*, Memoria Sanctae Mariae in Sabbato, ad Officium lectionis, *Hymnus*.

35 Cf. *Ordo baptismi parvulorum*, n. 48; *Ordo initiationis christianae adultorum*, n. 214.

36 Cf. *Rituale Romanum*, Tit. VII, cap. III, De benedictione mulieris post partum.

37 Cf. *Ordo professionis religiosae*, Pars Prior, nn. 57 et 67.

38 Cf. *Ordo consecrationis virginum*, n. 16.

39 Cf. *Ordo professionis religiosae*, Pars Prior, nn. 62 et 142; Pars Altera, nn. 67 et 158; *Ordo consecrationis virginum*, nn. 18 et 20.

40 Cf. *Ordo unctionis infirmorum eorumque pastoralis curae*, nn. 143, 146, 147, 150.

41 Cf. *Missale Romanum*, Missae defunctorum, Pro defunctis fratribus, propinquis et benefactoribus, *Collecta*.

42 Cf. *Ordo exsequiarum*, n. 226.

stiano, utpote quae sit sancta Dei Genetrix et alma Redemptoris socia.

Neque aliud prorsus evenire poterat. Si quis enim christiani vices cultus exploret, facile percipit tum in Orientis tum in Occidentis regionibus lectissimas atque splendidissimas voces pietatis erga beatam Virginem aut intra ipsius Liturgiae fines floruisse, aut esse in eius corpus adiunctas.

Equidem iuvat advertere, quem cultum in praesenti Eccle/sia universalis Sanctissimae Deiparae praebet, 128
eum manare et prorogare nullaque intermissione illam augere devotionem, quam nullo non tempore ei tribuit Ecclesia, diligentissimo studio veritatis impulsa vigilantique semper formarum dignitate usa. Ex perenni enim fonte traditionis, quae vivax quidem est ob indeficientem Spiritus praesentiam continuumque divinorum Verborum auditum, Ecclesia hodierni temporis rationes et argumentationes et instimulationes haurit ad alendum cultum, quem ipsi Virgini adhibet. Huiusce viventis traditionis Liturgia, per Magisterium probata atque roborata, celsissimum exstat testimonium itemque firmissimum monumentum.

16. Nunc vero, ea persequentibus, quae sacri Concilii doctrina tradit de Maria et Ecclesia, placet singularem rationem perpendere earum necessitudinum, quae Mariae cum Liturgia intercedant: quomodo videlicet Maria exemplar evaserit sensus pietatis, quo Ecclesia divina mysteria et celebrat et vivendo exprimit. Posse autem Mariam Virginem in hac provincia exemplo esse, inde manat, quod ipsa ab Ecclesia tamquam specimen et documentum praestantissimum fidei, caritatis et absolutissimae coniunctionis cum Christo habetur[43], id est interioris illius habitus, quo Ecclesia, sponsa dilectissima, cum Domino suo vehementer consociata, eum invocat et per eum aeterno Patri cultum tribuit[44].

17. Atque primum, Maria est *Virgo audiens*, quae Dei verbum cum fide excepit. Cum fide dicimus, quae fuit ei condicio et via, qua patuit ei divina maternitas: quia, ut S. Augustinus sagaciter dicit, *Beata Maria* (Je- 45
sum) *quem credendo peperit, credendo concepit*[45]. Cui dubitanti cum Angelus scrupulum avulsisset (cf. *Lc.* 1, 34-37), *illa fide plena et Christum prius mente* / 129
quam ventre concipiens, Ecce, inquit, ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum (*Lc.* 1, 38)[46]; cum fide, quae fuit ei beatitudinis causa atque securitatem praestitit fore ut promissum servaretur: *Et beata quae credidisti, quoniam perficientur ea quae dicta sunt tibi a Domino* (*Lc.* 1, 45); cum fide, cuius ope illa, actor primarum partium et testis Incarnationis Christi singularis, primae eius infantiae memoriam repetebat, cuius facta conferret in corde suo (cf. *Lc.* 2, 19. 51). Similiter agit Ecclesia, utpote quae, praesertim in sacra Liturgia, verbum Dei et audit et excipit, et proclamat et veneratur; quin et Christi fidelibus impertit ceu panem vitae[47]; quae praeterea, eius lumine affulgente, temporum signa, quae sint, investigat, eventusque humanos interpretatur et vivit.

18. Maria deinde est *Virgo orans*. Quod patet ex eius Visitatione, Praecursoris matri reddita. In qua sane voces elicit laudis in Deum et humilitatis et fidei et spei: Talia enim praebet canticum *Magnificat* (cf. *Lc.* 1, 46-55), quod est prex Mariae praecipua atque carmen temporis messianici proprium, in quod festiva veteris et novi Israelis laetitia confluit. Nam, ut S. Irenaeus signi-

43 Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium*, n. 63: A.A.S. 57 (1965), p. 64.

44 Cf. Conc. Vat. II, Const. de sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, n. 7: A.A.S. 56 (1964), pp. 100-101.

45 *Sermo* 215, 4: PL 38, 1074.

46 *Ibid.*

47 Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de divina Revelatione *Dei Verbum*, n. 21: A.A.S. 58 (1966), pp. 827-828.

http://www.obrascatolicas.com

ficare videtur, in beatae Mariae canticum tum gaudia Abraham, Christum praesagientis (cf. *Io.* 8, 56)[48], tum Ecclesiae vox, prophetarum more praeoccupata, confluxerunt: *Exsultans Maria clamabat pro Ecclesia prophetans: Magnificat anima mea Dominum*[49]. Etenim Beatae Mariae Virginis canticum veluti se propagans communis totius Ecclesiae oratio evasit per omnia tempora.

Maria perhibetur *Virgo orans* etiam in Cana. Ubi, cum blanda ac sollicita prece temporalem tantum necessitatem Filio ostendisset, obtinendae tamen gratiae
130 supernae effectum / habuit: illum effectum nimirum, quo Iesus primum signorum suorum operatus, discipulorum fidem in se confirmavit (cf. *Io.* 2, 1-12).

Denique extremo quoque vitae suae tempore Maria inducitur ut *Virgo orans*. Nam Apostoli *erant perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus et Maria, Matre Iesu, et fratribus eius* (*Act.* 1, 14). Ergo aeque in nascente Ecclesia Mariam orantem videre est, aeque semper, etiam nunc, quando illa, tametsi est caelo recepta, non tamen officio suo deest deprecandi ac salvandi[50]. Virgo orans est etiam Ecclesia, quae cotidie filiorum necessitates Patri proponit *et Dominum sine intermissione laudat et pro totius mundi salute interpellat*[51].

19. Tum Maria est *Virgo pariens. Credens enim et oboediens, ipsum Filium Patris in terris genuit, et quidem viri nescia, Spiritu Sancto obumbrata*[52]: singularis sane ac mirabilis maternitas, quam voluit Deus et typum et exemplar esse fecunditatis Virginis Ecclesiae; quae et ipsa mater fit: *praedicatione enim et baptismo filios de Spiritu Sancto conceptos et ex Deo natos, ad vitam novam et immortalem generat*[53]. Patres ergo recte docuerunt Ecclesiam quodammodo continuare in baptismi Sacramento virginalem Mariae maternitatem. E quorum profecto testimoniis unum S. Leonis Magni proferre placet, eximii Decessoris Nostri, qui in quodam natalicio sermone asserit: *Originem quam* (Christus) *sumpsit in utero Virginis, posuit in fonte baptismatis: dedit aquae, quod dedit Matri; virtus enim Altissimi et obumbratio Spiritus sancti* (cf. *Lc.* 1, 35), *quae fecit ut Maria pareret Salvatorem, eadem facit ut*
131 *regeneret / unda credentem*[54]. Quodsi e fontibus liturgicis haurire velimus, pulcherrimam illam *Illationem* memorare possumus Hispanicae Liturgiae dicentem: *Illa* (Maria) *utero vitam portavit, haec* (Ecclesia) *lavacro. In illius membris Christus infusus est, in istius aquis Christus indutus est*[55].

20. Maria demum est *Virgo offerens*. Quod quidem in praesentatione Iesu in templo apparet (cf. *Lc.* 2, 22-35). In quo eventu Ecclesia, a Spiritu Sancto ducta, praeter perfectionem et absolutionem legum de oblatione primogeniti (cf. *Exod.* 13, 11-16) atque matris purificatione (cf. *Lc.* 12, 6-8), aliquod mysterium salutis deprehendit, ad historiam ipsius salutis spectans: animadvertit nempe ibi Ecclesia illam primariam oblationem continuari, quam Verbum, caro factum et mundum ingrediens, Deo adhibuit (cf. *Hebr.* 10, 5-7); et omnium hominum denuntiari salutem, cum Simeon, Puerum Iesum appellans lumen ad revelationem gentium et gloriam Israel (cf. *Lc.* 2, 32), Messiam illum agnoscat eundemque Salvatorem omnium; intellexit denique ad Christi Passionem prophetice referri, cum Simeonis verba, uno eodemque oraculo Filium, *signum contradictionis* (*Lc.* 2, 34), et Matrem, cuius gladius animam pertransiret (cf. *ibid.* 2, 35), inter se nectentia, in Calvariae monte ad exitum adducta sint. Quam ob rem, hoc salutis mysterium, variis rationibus ipsius consideratis, id habet proprium, ut per Christi praesentationem in templo ad eventum Crucis salvificum provocet. Ceterum Ecclesia ipsa, maxime a medii aevi saeculis, in Virgine, Filium Ierusalem afferente, ut sisteret Domino (cf. *Lc.* 2, 28), voluntatem offerendi, seu ut aiunt, *oblativam*, intuita est, quae suetum ritus intellectum excederet. Cuius sane rei testimonio est illa S. Bernardi dulcis compellatio: *Offer Filium, Virgo Sacrata,*
132 *et benedictum fructum / ventris tui Domino repraesenta. Offer ad nostram omnium reconciliationem hostiam sanctam, Deo placentem*[56].

Haec autem Matris et Filii coniunctio in opere Redemptionis[57] summe enituit in Calvariae monte, in quo Christus *semetipsum obtulit immaculatum Deo* (*Hebr.* 9, 14), atque Maria, prope Crucem stans (cf. *Io.* 19, 25), *vehementer cum Unigenito suo condoluit et sacrificio Eius se materno animo sociavit, victimae de se genitae immolationi amanter consentiens*[58], quam et ipsa aeterno Patri obtulit[59]. Sane divinus hominum Salvator, ut per saecula sacrificium Crucis propagaret, sacrificium eucharisticum instituit, mortis atque resurrectionis suae memoriale, idque Ecclesiae, sponsae suae, tradidit[60]; illa autem, potissimum die dominico, fideles convocat ad Pascha Domini celebrandum donec veniat[61]. Quod eadem in communione cum Sanctis Caelitibus agit, imprimis cum beata Virgine[62], cuius fragrantem caritatem atque fidem intemeratam imitatur.

21. Maria vero, cum sit totius Ecclesiae exemplar in divino cultu Deo tribuendo, est etiam, ut liquet, *pietatis magistra* singulis christianis; qui mature ad eam respexerunt, ut, aeque ac ipsa, de sua ipsorum vita cultum Deo facerent exhibendum, atque de cultu ipso vitae suae institutum. Iam pridem saeculo IV S. Ambrosius fideles alloquens id optabat, ut in / unoquoque 133
eorum Mariae anima inesset ad praedicandum Deum: *Sit in singulis Mariae anima, ut magnificet Dominum, sit in singulis spiritus, ut exsultet in Deo*[63]. At vero est Maria maximopere illius cultus exemplar, per quem uniuscuiusque vita redditur oblatio, quae fit Deo. Quam doctrinam, scilicet antiquam atque perennem, possunt omnes quidem ab Ecclesia audire, sed etiam aures praebendo Virgini, quae nuntio Dei respondit: *Ecce ancilla Domini; fiat mihi secundum verbum tuum* (*Lc.* 1, 38); quibus profecto vocibus pulcherrimam orationis dominicae petitionem animo praeoccupavit: *fiat voluntas tua* (*Mt.* 6, 10). Mariae igitur assensus est omnibus chri-

48 Cf. *Adversus Haereses* IV, 7, 1: PG 7, 1, 990-991; *S Ch*, 100, II, pp. 454-458.

49 *Adversus Haereses* III, 10, 2: PG 7, 1, 873; *S Ch*, 34, p. 164.

50 Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium*, n. 62: A.A.S. 57 (1965), p. 63.

51 Conc. Vat. II, Const. de sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, n. 83: A.A.S. 56 (1964), p. 121.

52 Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium*, n. 63: A.A.S. 57 (1965), p. 64.

53 *Ibid.*, n. 64: A.A.S. 57 (1965), p. 64.

54 *Tractatus XXV* (In Nativitate Domini), 5: CCL 138, p. 123; *S Ch* 22 bis, p. 132; cf. etiam *Tractatus XXIX* (In Nativitate Domini), 1: CCL *ibid.*, p. 147; *S Ch ibid.*, p. 178; *Tractatus* LXIII (De Passione Domini) 6: CCL *ibid.*, p. 386; *S Ch* 74, p. 82.

55 M. Ferotin, *Le "Liber Mozarabicus Sacramentorum"*, col. 56.

56 *In purificatione B. Mariae, Sermo* III, 2: PL 183, 370; *Sancti Bernardi Opera*, ed. J. Leclercq - H. Rochais, IV, Romae 1966, p. 342.

57 Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium*, n. 57: A.A.S. 57 (1965), p. 61.

58 *Ibid.*, n. 58: A.A.S. 57 (1965), p. 61.

59 Cf. Pius XII, Litterae Encyclicae *Mystici Corporis*: A.A.S. 35 (1943), p. 247.

60 Cf. Conc. Vat. II, Const. de sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, n. 47: A.A.S. 56 (1964), p. 113.

61 Cf. *ibid.*, nn 102 et 106: A.A.S. 56 (1964), p. 125 et 126.

62 " ... meminisse dignare omnium eorum, qui a saeculo placuerunt tibi, patrum sanctorum, patriarcharum, prophetarum, apostolorum [...] et sanctae et gloriosae genitricis Dei Mariae et omnium sanctorum [...] meminerint miseriae et paupertatis nostrae, et offerant tibi nobiscum sacrificium hoc tremendum et incruentum": *Anaphora Iacobi fratris Domini syriaca: Prex Eucharistica*, ed. A. Hänggi - I. Pahl, Fribourg, Editions Universitaires, 1968, p. 274.

63 *Expositio Evangelii secundum Lucam*, II, 26: CSEL 32, IV, p. 55; *S Ch* 45, pp. 83-84.

stianis et eruditio et exemplum rationis, qua obsequium in Patris voluntatis fiat trames et subsidium ad uniuscuiusque sanctitatem.

22. Ceterum, id summe interest, ut animadvertamus Ecclesiam multas necessitudines, quas cum Maria habeat, vario modo, idque efficaciter, in cultus formas convertisse: in intimam venerationem videlicet, cum eximiam Virginis dignitatem spectat, Spiritus Sancti virtute matris effectae; in flagrantem amorem, cum spiritualem illam Mariae maternitatem considerat, qua omnia membra Corporis mystici complectitut; in invocationem fiduciae plenam, cum illius, Advocatae atque Auxiliatricis[64], intercessionem experitur; in caritatis officia, cum Ancillam humilem Reginae misericordiae et Matris gratiae dignitate ornatam reputat; in actuosam imitationem, cum Mariae plenae gratia sanctitudinem intuetur atque virtutes; in stuporem, cum animi commotione coniunctum, cum *veluti in purissima imagine id quod ipsa tota esse cupit et sperat cum gaudio*
134 *contemplatur*[65]; in perdiligens denique studium, / cum in socia Redemptoris, iam paschalis mysterii fructuum plene participe, prophetice ea impleta esse conspicit, quae ad suam ipsius futuram sortem pertinent, usque in diem illum, quo, sine ulla ruga aut macula (cf. *Ephes.* 5, 27) fiet veluti sponsa ornata viro suo Iesu Christo (cf. *Apoc.* 21, 2).

23. Cum igitur, Venerabiles Fratres, pietatem illam expendimus, quam liturgica Ecclesiae universalis traditio atque ipse renovatus Ritus Romanus erga Sanctam Dei Matrem profitentur, cum deinde meminimus ipsam Liturgiam sacram ob eximiam suam in cultu divino praestantiam esse auream pietatis christianae regulam, cum denique animum advertimus, quomodo Ecclesia sacra celebrans mysteria habitum fidei amorisque suscipiat haud aliter ac beatissima Virgo, tum plane intellegimus, quam apte et convenienter adhortetur Concilium Vaticanum Secundum cunctos Ecclesiae filios, *ut cultum, praesertim liturgicum, erga Beatam Virginem generose foveant*[66]; quae quidem hortatio velimus ubique sine ulla condicione recipiatur adque verum effectum studiose deducatur.

II

24. Verumtamen idem illud Vaticanum Concilium II admonet, ut praeter liturgicum cultum aliae etiam provehantur pietatis formae, praesertim ab ipso Magisterio laudatae atque commendatae[67]. Nihilominus, ut omnibus profecto exploratum est, pietas Christifidelium et observantia erga Dei Matrem varias induit formas secundum temporum locorumque adiuncta, secundum diversum populorum sensum atque traditum humanitatis modum. Hinc nimirum sequitur, ut ipsae
135 formae, quibus talis significatur cultus quaeque tem/porum obnoxiae sunt condicionibus, indigere penitus videantur renovationis, qua efficiatur, ut evanida submoveantur elementa ac perennia contra inducantur, utque fidei veritates, ex investigatione theologica comparatae et ab Ecclesiae Magisterio propositae, recte inserantur. Hoc etiam comprobat necessarium esse, ut Conferentiae Episcopales, Ecclesiae particulares, Familiae religiosae, Christifidelium communitates veram foveant actionem effectricem eodemque tempore diligentem aggrediantur recognitionem formarum et exercitiorum pietatis erga Virginem Mariam; qua tamen in re exoptamus, ut sana conservetur traditio aditusque aperiatur legitimis hominum nostrae aetatis postulatis. Quocirca decere videtur vobis, Venerabiles Fratres, nonnulla indicare agendi hac in re principia.

25. Maxime in primis expedit pietatis erga Virginem Mariam exercitia liquido per se ferre indolem trinitariam et christologicam, utpote quae suapte natura eorum propria sit ad earumque essentiam pertineat. Re enim vera christianus cultus secundum nativam suam vim et significationem praestatur Patri, Filio et Spiritui Sancto vel, ut in sacra Liturgia dicitur, Patri per Christum in Spiritu. Ex hac proinde ratione ipse cultus iure – etsi modo funditus diverso – complectitur in primis et singulariter Matrem Salvatoris et deinde Sanctos, in quibus Ecclesia praedicat paschale mysterium, quoniam ii cum Christo passi sunt cum eoque glorificati[68]. In Virgine Maria omnia ad Christum referuntur et ex eo pendent: eius nempe causa Deus Pater ab omni aeternitate eam elegit Matrem usquequaque sanctam atque Spiritus exornavit donis nemini alii tributis. Numquam certissime vera omisit christiana pietas extollere vinculum indissolubile necessariamque rationem coniunctionis Virginis cum Divino Salvatore[69]. Nobis tamen vi/- 136
detur potissimum convenire cum proclivitate spirituali huius temporis – quae tota paene occupatur et tenetur "quaestione Christi"[70] – ut in quacumque significatione cultus erga Virginem Mariam peculiare assignetur momentum parti christologicae atque ita res diponatur, ut referatur ad ipsum consilium Dei, quo *illius Virginis primordia ... cum divinae Sapientiae incarnatione fuerant praestituta*[71]. Hoc sine ulla dubitatione adiuvabit, ut pietas erga Matrem Iesu solidior efficiatur atque convertatur in efficax instrumentum, quo perveniatur ad *unitatem fidei et agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi* (*Ephe.* 4, 13); item ex altera parte plurimum conferet ad cultum ipsi Christo debitum augendum, quandoquidem, secundum perennem Ecclesiae sensum, cum auctoritate hisce diebus repetitum[72], *refertur ad Dominum quod servitur Ancillae; sic redundat ad Filium, quod impenditur Matri; (...) sic transit honor in Regem, qui defertur in famulatum Reginae*[72].

26. Huic vero admonitioni de natura christologica pietatis marialis utile esse arbitramur aliam opportunam subnectere hortationem, ut videlicet in eodem illo cultu consentaneum pondus ascribatur uni ex partibus prorsus necessariis fidei: personae hoc est et operae Spiritus Sancti. Theologica nempe pervestigatio et ipsa sacra Liturgia commonstraverunt sanctificantem actionem Spiritus in Virgine Nazarethana inter actiones eius recenseri in salutis historia. Sic, verbi gratia, sancti Patres et ecclesiastici scriptores attribuerunt actioni Spiritus Sancti sanctitatem Mariae ab ipsa eius origine; 137
eam /scilicet dicentes ab illo *quasi ... plasmatam novamque creaturam formatam*[74]. Cum Evangelii locos meditarentur – *Spiritus Sanctus superveniet in te et virtus Altissimi obumbrabit tibi* (*Lc.* 1, 35), et *Maria* (...) *inventa est in utero habens de Spiritu Sancto;* (...)

64 Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium*, n. 62: A.A.S. 57 (1965), p. 63.

65 Conc. Vat. II, Const. de sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, n. 103: A.A.S. 56 (1964), p. 125.

66 Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium*, n. 67: A.A.S. 57 (1965), p. 65.

67 Cf. *ibid.*, n. 67: A.A.S. 57 (1965), pp. 65-66.

68 Cf. Conc. Vat. II, Const. de sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, n. 104: A.A.S. 56 (1964), pp. 125-126.

69 Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium*, n. 66: A.A.S. 57 (1965), p. 65.

70 Cf. Paulus VI, Allocutio die 24 mensis aprilis 1970 habita in sacra Aede B. Mariae Virginis v. "Nostra Signora di Bonaria" Calari dicata: A.A.S. 62 (1970), p. 300.

71 Pius IX, Litt. Ap. *Ineffabilis Deus: Pii IX Pontificis Maximi Acta*, I, 1, Romae 1854, p. 599; cf. etiam V. Sardi, *La solenne definizione del dogma dell'immacolato concepimento di Maria Santissima. Atti e documenti* ..., Roma 1904-1905, vol. II, p. 302.

72 Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium*, n. 66: A.A.S. 57 (1965), p. 65.

73 S. Hildefonsus, *De virginitate perpetua sanctae Mariae*, cap. XII: PL 96, 108.

74 Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium*, n. 56: A.A.S. 57 (1965), p. 60 et auctores in respondente annotatione 176 commemorati.

http://www.obrascatolicas.com

quod enim in ea natum est de Spiritu Sancto est (cf. *Mt.* 1, 18.20) – perspexerunt in Spiritus intercursu actionem aliquam, quae consecravit fecundamque reddidit Mariae virginitatem[75], et eam ipsam convertit in *Aulam Regis* vel *Thalamum Verbi*[76], *Templum* vel *Tabernaculum Domini*[77], *Foederis* vel *Sanctificationis Arcam*[78]; quae quidem nomina ipsa resipiunt Biblia Sacra. Cum autem idem scriptores Incarnationis mysterium altiore ratione perscrutarentur, conspicati sunt in arcana illa necessitudine inter Spiritum Sanctum et Mariam quiddam sponsale, quod a Prudentio sic poetice describitur: *Innuba Virgo nubit Spiritui*[79], et eam nuncupaverunt *Sacrarium Spiritus Sancti*[80], quae locu-
138 tio naturam / sacram Virginis illustrat, quae habitatio diuturna facta est Spiritus Dei. Cum praeterea in doctrinam de Paraclito inquirerent, cognoverunt ex eo, tamquam e scaturigine, profluxisse gratiae plenitudinem (cf. *Lc.* 1, 28) et munerum abundantiam, quae eam cohonestaverunt. Quapropter Spiritui attribuerunt fidem, spem et caritatem, quae cor Virginis animabant, virtutem, quae eius obtemperationem Dei voluntati confirmabat, fortitudinem, quae eam sub Cruce patientem sustentavit[81]; notaverunt deinde in Mariae vaticinio (cf. *Lc.* 1, 46-55) peculiarem illius Spiritus impulsum, qui erat olim per prophetas locutus[82]. Cum denique Iesu Matrem morantem contemplarentur in Cenaculo, ubi Spiritus in natam modo Ecclesiam delapsus est (cf. *Act.* 1, 12-14; 2, 1-4), vetustum argumentum Mariae-Ecclesiae novis locupletaverunt notionibus[83]; at deprecationem potissimum flagitaverunt Virginis, ut a Spiritu acciperent potestatem Christi in propriis animabus generandi, quemadmodum testificatur S. Hildefonsus precatione quadam, quae tam significatione quam intima vi orandi excellit: *Oro te, oro te, sancta Virgo, ut de illo Spiritu habeam Iesum, de quo tu genuisti Iesum. Per illum Spiritum accipiat anima mea Iesum,* 139
per / quem concepit caro tua eundem Iesum. (...) *In illo Spiritu diligam Iesum, in quo tu adoras ut Dominum, intueris ut Filium*[84].

27. Dicuntur interdum plures textus recentioris pietatis non satis referre omnem doctrinam de Spiritu Sancto. Studiosorum autem est hanc comprobare asseverationem eiusque effectum ponderare; Nostra potius interest universos, et quidem pastores imprimis ac theologos, cohortari, ut subtiliore cogitatione accuratioreque deliberatione pervestigent Spiritus operam in salutis historia, et sic vicissim perficiant ipsi, ut christianae pietatis libri et formulae in lucem proferant eius vivificam actionem. Ex tali namque inquisitione eminebit singulariter arcanae necessitudinis ratio inter Spiritum Dei et Virginem Nazarethanam eorumque actio communis in Ecclesiam; et ex hisce fidei doctrinis, altius sane perpensis, proficiscetur pietas impensius longe exercita.

28. Necesse praeterea est exercitia illa pietatis, quibus christifideles suam erga Domini Matrem observantiam reverentiamque testantur, clare et distincte illuminent locum, quem ipsa in Ecclesia obtinet: *post Christum altissimum nobisque maxime propinquum*[85]. Idem ille locus praecelsus ipsis aedibus sacris Ritus Byzantini definite et quasi physice exhibetur, ubi videlicet ita aedificii partes et sacrae imagines disponuntur – ad mediam principem introitus portam fingitur ipsa *Theotocos* gloriosa – ut inde manifesto eluceat, quomodo ab Ancillae Domini consensione hominum genus viam ingrediatur reditus sui ad Deum atque in *Sanctissimae*
splen/dore metam conspiciat itineris sui. Haec signo- 140
rum ratio, qua ipsum aedificium ecclesiae Mariae locum patefacit in mysterio Ecclesiae, uberem continet significationem atque postulare videtur, ut variae ubique pietatis formae erga Beatissimam Virginem ad sensum prospectumque ecclesialem progrediantur.

Etenim commemoratio primariarum notionum, quas de natura Ecclesiae proposuit Concilium Vaticanum II tamquam *Familiae Dei, Populi Dei, Regni Dei, Corporis Christi mystici*[86], efficiet certe, ut fideles facilius et citius agnoscant munus atque officium Mariae in mysterio Ecclesiae, necnon praestantiorem eius locum in communione Sanctorum; faciet etiam, ut acrius percipiant fraternum vinculum, quod cunctos christifideles devincit, quoniam Virginis filii sunt, *ad quos gignendos et educandos materno amore cooperatur*[87], simulque filii Ecclesiae, quia *illius* – id est eiusdem Ecclesiae – *fetu nascimur, illius lacte nutrimur, Spiritu eius animamur*[88], conspirantibus ambabus ad mysticum Christi corpus generandum: *utraque Christi mater, sed neutra sine altera totum* (corpus) *parit*[89]; faciet demum ut clarius videant Ecclesiae actionem in orbe terrarum uti propagationem curae et diligentiae Mariae: enimvero actuosus Virginis amor in domo Nazarethana, apud Elisabeth, in Cana Galileae, in Calvariae loco – quae omnia sunt salutifera momenta maximi ponderis

75 Cf. S. Ambrosius, *De Spiritu Sancto* II, 37-38: CSEL 79, pp. 100-101; Cassianus, *De incarnatione Domini* II, cap. II: CSEL 17, pp. 247-249; S. Beda, *Homelia* I, 3: CCL 122, p. 18 et p. 20.

76 Cf. S. Ambrosius, *De institutione virginis*, cap. XII, 79: PL 16 (ed. 1880), 339; *Epistula* 30, 3 et *Epistula* 42, 7: *ibid.*, 1107-1175; *Expositio evangelii secundum Lucam* X, 132: *S Ch.* 52, p. 200; S. Proclus Constantinopolitanus, *Oratio* I, 1 et *Oratio* V, 3: PG 65, 681 et 720; S. Basilius Seleucensis, *Oratio* XXXIX, 3: PG 85, 433; S. Andreas Cretensis, *Oratio* IV: PG 97, 868; S. Germanus Constantinopolitanus, *Oratio* III, 15: PG 98, 305.

77 Cf. S. Hieronymus, *Adversus Iovinianum* I, 33: PL 23, 267; S. Ambrosius, *Epistula* 63, 33: PL 16 (ed. 1880), 1249; *De institutione virginis*, cap. XVII, 105: *ibid.*, 346; *De Spiritu Sancto* III, 79-80: CSEL 79, pp. 182-183; Sedulius, *Hymnus* "A solis ortus cardine", vv. 13-14: CSEL 10, p. 164; *Hymnus Acathistos*, str. 23: ed. I. B. Pitra, *Analecta Sacra*, I, p. 261; S. Proclus Constantinopolitanus, *Oratio* I, 3: PG 65, 684; *Oratio* II, 6: *ibid.*, 700; S. Basilius Seleucensis, *Oratio* IV: PG 97, 868; S. Ioannes Damascenus, *Oratio* IV, 10: PG 96, 677.

78 Cf. Severus Antiochenus, *Homilia* 57: PO 8, pp. 357-358; Hesychius Hierosolymitanus, *Homilia de sancta Maria Deipara*: PG 93, 1464; Chrysippus Hierosolymitanus, *Oratio in sanctam Mariam Deiparam*, 2: PO 19, p. 338; S. Andreas Cretensis, *Oratio* V: PG 97, 896; S. Ioannes Damascenus, *Oratio* VI, 6: PG 96, 672.

79 *Liber Apotheosis*, vv. 571-572: CCL 126, p. 97.

80 Cf. S. Isidorus, *De ortu et obitu Patrum*, cap. LXVII, 111: PL 83, 148; S. Hildefonsus, *De virginitate perpetua sanctae Mariae*, cap. X: PL 96, 95; S. Bernardus, *In Assumptione B. Virginis Mariae, Sermo* IV, 4: PL 183, 428; *In Nativitate B. Virginis Mariae: ibid.*, 442; S. Petrus Damianus, *Carmina sacra et preces* II, Oratio ad Deum Filium: PL 145, 921; *Antiphona* "Beata Dei Genitrix Maria": *Corpus antiphonalium officii*, ed. R. J. Hesbert, Roma 1970, vol. IV, n. 6314, p. 80.

81 Cf. Paulus Diaconus, *Homilia* I, *In Assumptione B. Mariae Virginis*: PL 95, 1567; *De Assumptione sanctae Mariae Virginis* Paschasio Radberto trib., nn. 31, 42, 57, 83: ed. A. Ripberger, in "Spicilegium Friburgense", n. 9, 1962, pp. 72, 76, 84, 96-97; Eadmerus Cantuariensis, *De excellentia Virginis Mariae*, cap. IV-V: PL 159, 562-567; S. Bernardus, *In laudibus Virginis Matris, Homilia* IV, 3: *Sancti Bernardi Opera*, ed. J. Leclerq - H. Rochais, IV, Romae 1966, pp. 49-50.

82 Cf. Origenes, *In Lucam Homilia* VII, 3: PG 13, 1817; *S Ch.* 87, p. 156; S. Cyrillus Alexandrinus, *Commentarius in Aggaeum prophetam*, cap. XIX: PG 71, 1060; S. Ambrosius, *De fide* IV, 9, 113-114: CSEL 78, pp. 197-198; *Expositio evangelii secundum Lucam* II, 23 et 27-28: CSEL 32, IV, pp. 53-54 et 55-56; Severianus Cabalensis, *In mundi creationem oratio* IV, 10: PG 56, 497-498; Antipater Bostrensis, *Homilia in Sanctissimae Deiparae Annuntiationem*, 16: PG 85, 1785.

83 Cf. Eadmerus Cantuariensis, *De excellentia Virginis Mariae*, cap. VII: PL 159, 571; S. Amedeus Lausannensis, *De Maria Virginea Matre, Homilia* VII: PL 188, 1337; *S Ch.* 72, p. 184.

84 *De virginitate perpetua sanctae Mariae*, cap. XII: PL 96, 106.

85 Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium*, n. 54: A.A.S. 57 (1965), p. 59. Cf. Paulus VI, Allocutio ad Patres Conciliares habita, altera exacta Concilii Oecumenici Vaticani Secundi sessione, die 4 decembris mensis a. 1963: A.A.S. 56 (1964), p. 37.

86 Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium*, n. 6, 7-8, 9-17: A.A.S. 57 (1965), pp. 8-9, 9-12, 12-21.

87 *Ibid.*, n. 63: A.A.S. 57 (1965), p. 64.

88 S. Cyprianus, *De catholicae Ecclesiae unitate*, 5: CSEL 3, p. 214.

89 Isaac De Stella, *Sermo* LI, *In Assumptione B. Mariae*: PL 194, 1863.

ecclesialis – continuatur et producitur in ipsa materna cura Ecclesiae et diligenti voluntate, ut omnes homines ad agnitionem veritatis perveniant (cf. *1 Tim.* 2, 4), in eius vigilantia parvorum et egenorum et infirmorum, in perpetuo eius studio pacis concordiaeque ordinum confirmandae, in perseveranti industria et navitate, ut homines universi salutis illius participes fiant, quam sua
141 morte iis promeruit / Christus. Hac omnino ratione amor erga Ecclesiam transibit in amorem erga Mariam, et vicissim hic in illum, quoniam altera exsistere nequit sine altera, sicut sagaciter notat Chromatius Aquileiensis: *Congregata* (...) *Ecclesia est in superioribus cum Maria quae fuit Mater Iesu et fratribus eius. Non potest ergo Ecclesia nuncupari nisi fuerit ibi Maria mater Domini cum fratribus eius*[90]. Ut concludamus: oportere iterum dicimus cultus Beatae Virginis praestitus prae se ferat vim suam nativam ecclesiologicam. Hoc nempe efficiet, ut consilium capiatur et vires colligantur, quibus salubriter renoventur formae et textus ipsi.

29. Ad has autem sententias, quae natae sunt ex consideratione consuetudinis Mariae Virginis cum Deo – Patre, Filio, Spiritu Sancto – et cum Ecclesia, addere cupimus secundum eandem rationem et mentem doctrinae Concilii[91] aliquas directorias normas biblicas, liturgicas, oecumenicas, anthropologicas, quae ante oculos constituendae sunt, cum recognoscuntur vel conficiuntur exercitia pietatis, quo altius acutiusque percipiatur vinculum, quod nos coniungit cum Matre Christi et nostra Matre in communione Sanctorum.

30. Hodie christianam pietatem iam ubique efflagitare intellegitur, ut indicia et cogitata biblica inserantur in quamvis cultus formam. Progressio enim studiorum biblicorum, crebrior et communior Sacrarum Scripturarum usus et potissimum exemplum traditionis atque interior Spiritus impulsio movent nostrae aetatis christianos et monent, ut magis magisque Sacra Biblia usurpent tamquam primarium precationis librum indeque solida derivent agendi consilia et praeclara exem-
142 pla. Beatae Virginis cultus ac pietas aliena nullo modo / esse potest ab hac universali propensione vitae christianae[92]; immo ab ea maxime haurire debet vires novas certumque auxilium. Sacrae enim Paginae, cum admirabiliter aperiunt divinum de salute humana consilium, ubique redundant mysterio Salvatoris atque continent a Genesi ad Apocalypsim certissimas significationes de ea, quae fuit eiusdem Salvatoris Mater et socia. Verumtamen nolimus, ut hic afflatus biblicus solo circumscribatur usu locorum et signorum etiam scienter excerptorum ex Litteris sacris; multo namque plus secum infert. Poscit enim, ut ex Libris sacris vocabula et sententiae deducantur in ipsas precationis formulas atque textus cantui destinatos; et ante omnia postulat, ut Virginis cultus pervadatur et repleatur maximis illis argumentis nuntii christiani, ut, dum christifideles Sedem Sapientiae venerantur, ipsi vicissim illuminentur Verbi divini luce atque adducantur, ut secundum praecepta Sapientiae incarnatae se ipsi gerant.

31. De veneratione, quam Ecclesia Matri Dei tribuit in celebratione sacrae Liturgiae, iam locuti sumus. Nunc vero, cum sermo sit de ceteris cultus formis ac de rationibus, quibus illae inniti debeant, recolamus oportet praescriptionem Constitutionis a verbis *Sacrosanctum Concilium* incipientis, utpote quae, dum spiritualia populi christiani exercitia commendat, addat: ... *exercitia haec, ratione habita temporum liturgicorum, congruenter consonent oportet cum sacra Liturgia, a qua aliquo modo consilium ac instinctum sumant, atque cum naturam longe superiorem prae se ferat, ad eam populum christianum ducant*[93]. Lex sapiens, perspicua, cuius tamen exsecutio facilis esse non videtur, praesertim cum de cultu Virgini exhibendo agitur, de cultu scilicet tam vario modis, quibus exprimitur; postulat enim ab iis, qui commu/nitatibus localibus praesunt, nisum, 143
prudentiam pastoralem, constantiam, a christifidelibus vero animum alacrem et paratum ad excipiendas normas directorias et proposita, quae, a germana cultus christiani natura profluentia, interdum secum ferunt mutationem consuetudinum inveteratarum, quibus natura illa aliquo modo erat offuscata.

Ad hoc quod pertinet, mentionem facere liceat de duobus mentium habitibus, quibus accidere potest, ut irrita fiat in usu et consuetudine pastorali norma Concilii Vaticani Secundi: imprimis de quorundam in animarum cura versantium se gerendi modo, quippe qui detrectantes *a priori* pia exercitia – quae, dummodo rite agantur, commendantur a Magisterio – ea abiciant, atque quasi vacuum efficiant, quod replere non valent; ipsi plane obliviscuntur Concilium mandavisse, ne pia exercitia tollerentur, sed ut cum Liturgia apte convenirent.

Secundo, quod ad aliorum habitum mentis attinet, affirmetur oportet eos, non servantes sanum principium liturgicum et pastorale, pia exercitia et liturgicas actiones in unum conferre tamquam in celebrationibus permixtis seu *hybridis*. Interdum fit, ut in ipsam Sacrificii Eucharistici immolationem quaedam inserantur elementa a sacris novendialibus vel aliis piis celebritatibus deprompta, unde periculum oritur, ne Domini memoriale non amplius constituat summum momentum coetus communitatis christianae, sed sit velut occasio quaedam celebrandi exercitium ad populi devotionem pertinens. Illis, qui ita agunt, volumus commemorare normam Concilii, iuxta quam pia exercitia cum liturgia sunt temperanda, minime vero cum ea permiscenda. Sapiens actio pastoralis, dum distinguit et illustrat naturam nativam actionum litugicarum, altera ex parte laudat et provehit pia exercitia, ut ea necessitatibus singularium communitatum ecclesialium accommodet, ea-
que sacram Liturgiam egregie adiuvare iubeat. / 144

32. Ob ipsius indolem ecclesialem in Virginis cultu inveniuntur eiusdem Ecclesiae sollicitudines, inter quas, nostris diebus, eminet cura de christianorum unitate redintegranda. Pietas erga Domini Matrem fit, hoc modo, conscia trepidationum ac institutorum Motus oecumenici, qui dicitur, id est ipsa quoque formam assumit oecumenicam; et hoc multiplices ob causas.

Imprimis quia fideles catholici fratribus sociantur Ecclesiarum orthodoxarum, apud quas devotio erga beatam Virginem induit formas plenas eximii instinctus poetici et altae doctrinae, dum colit speciali cum amore gloriosam Deiparam eamque vocat *Christianorum Spem*[94]; coniunguntur Anglicanis, quorum theologi praestantissimi iam olim illustraverunt solidum fundamentum, quod Litterae sanctae exhibent circa cultum Matris Domini Nostri, quorumque theologi aetatis nostrae magis exprimunt momentum loci, quem Maria obtinet in vita christiana; uniuntur etiam fratribus Ecclesiarum *Refomatarum*, in quibus viget amor Sacrarum Scripturarum, in glorificando Deo ipius Virginis verbis (cf. *Lc.* 1, 46-55); deinde, quia religio erga Matrem Christi et christianorum praebet catholicis occasionem naturalem et frequentem precationis, ut illa intercedat apud Filium, ut omnes baptizati in unum coalescant populum Dei[95]; et insuper, quia est Ecclesiae catholi-

90 *Sermo* XXX, I: *S Ch*, 164, p. 134.

91 Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium*, nn. 66-69: A.A.S. 57 (1965), pp. 65-67.

92 Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de divina Revelatione *Dei Verbum*, n. 25: A.A.S. 58 (1966), pp. 829-830.

93 N. 13: A.A.S. 56 (1964), p. 103.

94 Cf. *Officium magni canonis paracletici, Magnum Orologion*, Athenis 1963, p. 558; passim in canonibus et troparriis liturgicis: cf. Sofronio Eustradiadou, *Theotokarion*, Cennevières-sur-Marne 1931, pp. 9, 19.

95 Cf. Conc. Vat.II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium*, n. 69: A.A.S. 57 (1965), pp. 66-67.

http://www.obrascatolicas.com

cae voluntas, ut in hoc cultu, peculiaris proprietas nedum extenuetur[96], sed vitetur etiam diligentissime quaevis intemperantia, quae ceteros fratres in errorem inducere possit de vera doctrina Ecclesiae catholicae[97]
145 atque / amoveatur quivis cultus exhibendi modus abhorrens a recta praxi catholica. Denique, cum sit in ipso genuino cultu Beatae Virginis positum, ut, *dum Mater colitur* (...), *Filius rite agnoscatur, ametur glorificetur*[98], ille iter fit ad Christum, qui est fons atque centrum communionis ecclesiasticae; in quo, quotquot palam confitentur eum esse Deum et Dominum, Salvatorem et Mediatorem unicum (cf. *1 Tim.* 2, 5), vocantur, ut sint unum inter se, cum ipso et cum Patre in unitate Spiritus Sancti[99].

33. Probe novimus haud leves dissensiones exsistere inter sentiendi modum plurimorum fratrum aliarum Ecclesiarum et communitatum ecclesialium, ac doctrinam catholicam *de* (...) *munere Mariae in opere salutis*[100], ideoque de cultu ipsi praebendo. Tamen, cum eadem virtus Altissimi, quae adumbravit Virginem Nazarethanam (cf. *Lc.* 1, 35), agat in hodiernum Motum oecumenicum eumque fecundum reddat, spem Nostram cupimus significare venerationem erga humilem Domini Ancillam, cui Omnipotens magna fecerit (cf. *Lc.* 1, 49), futuram esse, etsi paulatim, non impedimentum, sed quandam viam et veluti locum congressionis ad unitatem efficiendam omnium credentium in Christum. Laetamur enim animadvertentes aptiorem intellegentiam muneris Mariae in Christi et Ecclesiae mysterio, etiam ex parte fratrum seiunctorum, expeditiorem reddere viam ad eiusmodi congressionem. Sicut in pago Cana Virgo deprecatione sua assecuta est, ut Iesus primum miraculorum suorum patraret (cf. *Io.* 2, 1-12), ita aetate nostra ipsi facultas erit sua ipsius intercessione propitia maturandi tempus, quo Christi discipuli perfectam in fide communionem inveniant. Haec no-
146 stra spes corroboratur consideratione Deces/soris Nostri Leonis XIII, qui affirmavit: causa unitatis christianorum *ad spiritualis maternitatis eius* (Mariae) *officium id proprie attinet. Nam qui Christi sunt, eos Maria non peperit nec parere poterat, nisi in una fide unoque amore: numquid enim 'divisus est Christus'* (*1 Cor.* 1, 13) *debemusque una omnes vitam Christi vivere, ut in uno eodemque corpore 'fructificemus Deo'* (*Rom.* 7, 4)[101].

34. In cultu Virgini tribuendo accurata consideratio intendenda est in acquisitiones tutas et scientiis humanis confirmatas; hoc enim conferet, ut amoveatur una ex causis difficultatum, quae inveniuntur in cultu Domini Matri exhibendo: dissimilitudo scilicet inter ipsius cultus argumenta et hodiernas cogitationes anthropologicas et condicionem psychologicam-sociologicam, penitus mutatam, in qua homines nostrae aetatis vivunt et operantur. Animadvertitur enim difficile esse inserere Virginis imaginem, sicut apparet e nonnullis libris et opusculis ad devotionem pertinentibus, in vitae condiciones aetatis nostrae et singillatim in condiciones mulieris, sive in convictu familiari, ubi leges ac morum progressus merito ei attribuunt aequalitatem cum viris et auctoritatem in vita familiari moderanda; sive in provincia politica, in qua ipsa in multis regionibus adepta est facultatem se interponendi in rem publicam eodem modo quo viri; sive in re sociali, ubi ipsa navitatem suam explet in multiplicibus officiis, in dies magis masque excedens ex angusto convictu familiari; sive in regione doctrinarum, ubi ei praebentur novae rationes inquisitionis scientificae et intellectualis auctoritatis.

Hinc sequitur penes quosdam quaedam alienatio a cultu Virgini tribuendo, atque difficultas in eligenda Maria Nazarethana ut exemplo, quia ipsius vitae fines – ut aiunt – angustiores videntur, ratione habita patentium navitatis regio/num, in quibus homo nostrae aeta- 147
tis operatur. Ad hoc quod pertinet, dum hortamur theologos et eos, qui praesunt communitatibus christianis, ipsosque Christifideles, ut debita consideratione prosequantur haec problemata, opportunum Nobis videtur ad eorum enodationem Nos quoque operam dare, animadversiones quasdam proponendo.

35. Imprimis Virgo Maria semper ab Ecclesia proposita est christifidelium imitationi non plane ob rationem vitae, quam duxit multoque minus ob condiciones *sociales-doctrinales*, in quibus eadem eius vita sese explicavit, nunc fere ubique obsoletas, sed quia, in ipsius definita vitae condicione, ea totaliter et officii conscia voluntati Dei adhaesit (cf. *Lc.* 1, 38); quia eius verbum accepit et ad effectum adduxit; quia ipsius agendi ratio firmata est caritate et famulandi voluntate; quia scilicet prima exstitit et perfectissima Christi discipula: quod quidem vim exempli obtinet universalem et perpetuam.

36. Volumus deinde animadvertere superius memoratas difficultates arcte consociari cum aliquibus notis imaginis popularis et litterariae Mariae, non cum imagine eius vere evangelica neque cum elementis doctrinae, quae lento illo et serio opere explicationis verbi revelati eruta sunt et perfecta. Immo vero nihil mirum esse debet quod christianorum hominum aetates aliis in adiunctis *socialibus-doctrinalibus* versantes – cum imaginem ac munus Mariae respicerent uti novae Mulieris et perfectae Christianae, quae in se coniungit et colligit casus proprios maxime vitae femineae, quia Virgo est et Sponsa et Mater – Iesu Matrem habuerint typum praecelsum condicionis muliebris atque exemplar spectantissimum vitae evangelicae, quodque hos sensus suos secundum mentem et animi habitum et imagines suae aetatis expresserint. Cum vero ipsa Ecclesia contuetur longam pietatis marialis historiam, lae/tatur consonan- 148
tia eius cultus, attamen non se alligat cogitandi loquendique rationibus, quae propriae fuerunt diversarum aetatum neque notionibus anthropologicis, quae iis modis subiaciebant. Intellegit Ecclesia, quo pacto quaedam cultus formae, quae in se ipsae quidem nonnihil valent, minus congruant cum hominibus, qui ad alias mundi aetates et animorum culturae rationes pertinent.

37. Animadvertere denique iuvat nostri etiam huius temporis, perinde ac praeteriti, homines suas debere rerum exsistentium cognitiones Dei verbo comprobare et, ad causam praecipue nostram quod attinet, suas notiones anthropologicas ex iisque manantes quaestiones cum beatae Mariae Virginis figura comparare, ut in Evangelio proponitur. Quae in Scripturis sacris Spiritus Sancti numine afflante leguntur, haud iis sane praetermissis, quae humanis disciplinis acquiruntur, neque variis hodierni temporis rerum condicionibus, eo quidem conducunt, ut Maria exemplar haberi possit eorum, quae in nostrae aetatis hominum exspectatione sunt. Quaedam hanc ad rem exempla subicere libet: horum temporum mulier, quae iure vult in communitatis deliberationibus partem habere, summa animi laetitia Mariam contuebitur; haec enim, quasi ad colloquium cum Deo admissa, pro actuosa peculiaris officii sui conscientia[102], non de re quadam adventicia, sed de *saeculo-*

96 Cf. *Ibid.*, n. 66: A.A.S. 57 (1965), p. 65; Const. de sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, n. 103: A.A.S. 56 (1964), p. 125.

97 Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium*, n. 67: A.A.S. 57 (1965), pp. 65-66.

98 *Ibid.*, n. 66: A.A.S. 57 (1965), p. 65.

99 Cf. Paulus VI, Allocutio in Vaticana Basilica ad Conciliares Patres habita, die 21 mensis Novembris a. 1964: A.A.S. 56 (1964), p. 1017.

100 Conc. Vat. II, Decr. de Oecumenismo *Unitatis redintegratio*, n. 20: A.A.S. 57 (1965), p. 105.

101 Epistula Encyclica *Adiutricem populi*: A.S.S. 28 (1895-1896), p. 135.

102 Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium*, n. 56: A.A.S. 57 (1965), p. 60.

rum negotio – ut praeclare est Verbi incarnatio definita[103] – actuose ac libere consentit; recogitabit deinde Mariam, cum virginitatis statum sibi elegisset, quo ad Incarnationis mysterium participandum Dei consilio componeretur, nequaquam matrimonii bona ac dignitatem respuisse, verum libere et animose egisse, ut se tota Dei amori devoveret; laeta cum admiratione perspiciet
149 Mariam a Nazareth, Dei voluntati plane quidem / obsecutam, mulierem fuisse nec res vitaeque casus inerter ferentem nec alios avertentem quadam religione devinctam, sed eam potius, quae scite proclamaret Deum esse vindicem humilium vique oppressorum hominum ac mundi potentes de sede deponere (*Lc.* 1, 51-53); agnoscet insuper Mariam, quae *praecellat inter humiles et pauperes Domini*[104], fortem illam mulierem haberi, quae egestatem et dolores, praecipitem fugam et exsilium (cf. *Mt.* 2, 13-23) experta est; cuius modi rerum vices eos sane non fugiunt, qui, Evangelii ratione permoti, uniuscuiusque hominis totiusque societatis conatibus favent, ab id genus vitae condicione se vindicare cupientium; neque tandem Maria Mater videbitur de uno divino Filio suo sollicita, verum mulier, cuius opera communitatis apostolicae fides in Christum exorta est (cf. *Io.* 2, 1-12), cuiusque maternum munus ad omnes homines, in Calvariae monte universale effectum, dilatatum est[105]. Exempla quidem protulimus, e quibus clare patet beatam Virginem nonnullas, easdemque graves, hodiernorum hominum exspectationes haud decipere, immo perfecti Christi discipuli specimen iisdem praebere, quippe qui sit terrenae et temporalis civitatis artifex simulque ad caelestem aeternamque tendat, qui provehat iustitiam, oppressos homines liberantem, itemque caritatem foveat, qua indigentibus subvenitur, sed praecipue illius sit testis actuosus amoris, qui Christum in hominum animis aedificat.

38. Postquam autem has normas directorias protulimus, quibus cultus Matri Domini adhibendus congruenter promoveatur, monendum esse videtur de nonnullis nequaquam rectis pietatis rationibus, ad eundem cultum spectantibus. Concilium Vaticanum II auctoritate
150 sua arguendo cavit, ne in sententiis et / formis trans rectae de Maria Virgine doctrinae fines et ritus iretur, neu eiusdem figura ac munus animo angusto minuerentur; quasdam praeterea reprehendit devios cultus exhibendi modos, qui sunt: vana credulitas, utpote quae in exteriores potius ritus quam in severum religionis studium intendat; inanis praeterea et evanida animi commotio, ab Evangelii sensu omnino aliena, cum, contra, assiduam et impigram operam Evangelium ipsum postulet[106]. Haec iterum arguimus, utpote cum de pietatis formis agatur, quae catholicae fidei non congruunt, ideoque in catholico cultu iis non sit locus. Vigil autem ab huiusmodi erroribus minusque rectis usibus custodia id efficiet, ut erga beatam Mariam Virginem cultus alacrior fiat atque sincerior, id est in suo fundamento firmus, adeo ut studium fontium divinae Revelationis atque ecclesiastici Magisterii documentorum observantia nimiam novarum rerum vel mirificorum eventuum perscrutationem antecellant; *obiectivus* praeterea, utpote historica veritate nisus, ita ut prorsus ex eo expungantur, quae fabulosa sint vel falsa; consentaneus deinde doctrinae, ita ut non manca quaedam neque nimis amplificata imago Mariae proponatur, quo fieri possit, ut eo quod plus aequo aliquid praedicatur, tota illa veluti eius effigies, in Evangelio proposita, obnubiletur; purus denique, ad causas quod attinet, ita ut cuncta a sacrario sedulo arceantur, quae sordidum propriae utilitatis studium sapiant.

39. Demum, si res ferat, confirmare volumus id esse ut finem ultimum cultui beatae Mariae Virginis propositum, ut Deus glorificetur et Christifideles incitentur ad suam cum Dei voluntate vitam moresque prorsus componenda. Etenim Ecclesiae filii, cum suas illius voci mulieris sine nomine iungunt, de qua in Evangelio fit sermo, atque, Iesu Christi Matrem extollentes, / ad Ie- 151
sum ipsum conversi conclamant: *Beatus venter qui te portavit et ubera quae suxisti* (*Lc.* 11, 27), ad divini quoque Magistri grave responsum animos intendant oportet, qui pronuntiavit: *Quinimmo beati qui audiunt verbum Dei et custodiunt illud* (*Lc.* 11, 28). Quae quidem responsio sive beatae Mariae Virgini magnae laudi cedit, ut nonnulli Ecclesiae Patres interpretati sunt[107] et Concilium Vaticanum II confirmavit[108], sive nobismet ipsis adhortationi est, ut secundum Dei praecepta vivamus, hasque divini Salvatoris sententias resonat: *Non omnis qui dicit mihi: Domine Domine, intrabit in regnum caelorum; sed qui facit voluntatem patris mei qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum* (*Mt.* 7, 21); item: *Vos amici mei estis, si feceritis quae ego praecipio vobis* (*Io.* 15, 14).

III

40. Quaedam ergo principia exposuimus, ad cultum Matris Domini novo vigore firmandum idonea; nunc vero munus est Conferentiarum Episcopalium, communitatum localium praepositorum, necnon religiosarum Familiarum moderatorum sapienter instaurare pias consuetudines et exercitia ad venerandam beatam Mariam Virginem apta, eosque iuvare qui, pro sincero suo animi ardore suoque procurandae fidelibus utilitatis studio, novas pietatis formas inducere cupiunt. Videtur tamen Nobis, diversis quidem rationibus inductis, expedite de duobus piis exercitiis tractare, quae in occidentalium praecipue regionum usu sunt, de quibusque pluries iam Apo/stolica Sedes egit. Haec sunt: *Angelus Domini* et 152
Rosarium seu *Corona* beatae Mariae Virginis.

41. Sermo hic Noster de prece *Angelus Domini* ad id tantum spectat, ut Nostram adhortationem iteremus, simplicem sed ardentem, ut huiusmodi orationis consueta recitatio, quantum fieri possit, servetur. Nec videtur eadem oratio esse instauranda; post enim saeculorum decursum eius continuatur vis et nitor, siquidem eius structura simplex est atque de divinis Litteris deprompta; origo eius historica ad invocationem revocat, qua incolumitas in pace expetitur; liturgicus praeterea eius cursus certa diei tempora quodammodo consecrat; ad paschale denique mysterium commemorandum inducit; nam cognita Filii Dei Incarnatione, petimus, ut *per passionem eius et crucem ad resurrectionis gloriam perducamur*[109]. Re quidem vera nonnullae consuetudines, quae e tradito more recitationem orationis *Angelus Domini* comitabantur, iam ablata sunt, aut vix in hodierna hominum vita animadvertuntur; de rebus tamen parvi momenti agitur, cum integra vis contemplationis, quae in mysterium Incarnationis Verbi fertur, salutationis angelicae Virgini impertitae significatio, imploratio miserentis eius intercessionis immutatae maneant. Quamvis praeterea mutatae sint temporum condiciones, eadem semper pro plerisque hominibus perstant

103 S. Petrus Chrysologus, *Sermo* CXLIII: PL 52, 583.

104 Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium*, n. 55: A.A.S. 57 (1965), pp. 59-60.

105 Cf. Paulus VI, Adhortatio Apostolica *Signum magnum*, I: A.A.S. 59 (1967), pp. 467-468; *Missale Romanum*, die 15 Septembris, *Super oblata*.

106 Cf. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium*, n. 67: A.A.S. 57 (1965), pp. 65-66.

107 Cf. S. Augustinus, *In Iohannis Evangelium, Tractatus* X, 3: CCL 36, pp. 101-102; *Epistula* 243, *Ad Laetum*, n. 9: CSEL 57, pp. 575-576; S. Beda, *In Lucae Evangelium expositio*, IV, xi, 28: CCL 120, p. 237; *Homelia* I, 4: CCL 122, pp. 26-27.

108 Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium*, n. 58: A.A.S. 57 (1965), p. 61.

109 *Missale Romanum*, Dominca IV Adventus, *Collecta*. Simile quiddam in *Collecta* diei 25 Martii continetur, quae in recitanda precatione *Angelus Domini* pro priore, in textu proposita, substitui potest.

http://www.obrascatolicas.com

certa quaedam diei tempora, mane, meridies et vesper, utpote quae operum eorum vices significent simulque ad quandam precationis causa moram interponendam moneant.

42. Volumus nunc, Venerabiles Fratres, in piis illis precibus renovandis aliquandiu immorari, quae sunt *to-*
153 *tius Evangelii breviarium* appellatae[110]. *Corona* nempe, seu beatae Mariae Virginis *Rosarium*. In iisdem enim precibus commendandis Decessores Nostri maximum studium sollicitamque operam posuerunt: scilicet etiam atque etiam hortati sunt Christifideles, ut *Rosarium* crebro recitarent; eidem latius vulgando consuluerunt; peculiarem eiusdem naturam explicuerunt; aptum praeterea ipsum esse dixerunt ad orationem contemplativam fovendam, quae simul est precatio laudantis et supplicantis; proprium denique eiusdem momentum extulerunt et vim ad christianam vitam provehendam animarumque lucrandarum studium excitandum. Nosmet quoque, fideles primum coram admittentes (d. XIII m. Iulii a. MCMLXIII), quanti *Rosarii* preces haberemus, publice ediximus[111]; atque postea oblata opportunitate, pluries eiusdem momentum illustravimus, tum potissimum cum, graviore quodam instante atque maeroris discriminisque pleno eventu, Epistulam Encyclicam *Christi Matri* (d. XV Sept. a. MCMLXVI) edidimus, ut beatae Mariae Virgini a Rosario supplices preces adhiberentur ad maximum bonum pacis a Deo impetrandum[112]. Quam Epistulam Adhortatio Apostolica *Recurrens mensis October* secuta est (d. VII m. Oct. a. MCMLXIX), ut quartum saeculum expletum commemoraremus ab editis Litteris Apostolicis *Consueverunt Romani Pontifices*; in quibus sanctus Decessor Noster Pius V preces *Rosarii* illustravit eiusdemque formam statuit, ad nos usque traditam[113].

43. Nostrum ideo in beatae Mariae Virginis *Rosarium*, carissimum sane, studium assiduum Nos induxit, ut attentiore animo ea adverteremus, quae in congressionibus haud paucis, recentioribus annis habitis, de vi
154 pastorali *Rosarii* nostris / hisce temporibus adhibendi disputata et proposita sunt. Huiusmodi conventibus, quibus indicendis nonnullae Consociationes atque viri de *Rosario* provehendo admodum solliciti consuluerunt, interfuerunt episcopi, presbyteri, religiosi sodales, e laicorum ordine viri ac mulieres pastoralium rerum probata peritia insignes atque sensu ecclesiali, fide et aestimatione digno, praediti. In quibus S. Dominici Filios peculiari mentione honestamus, tam salutaris devotionis iamdiu custodes et fautores. Quibus rebus adiunctae sunt investigationes historicorum, quorum opera primigenia *Rosarii* forma non quidem ad archaeologiae rationem est exquisita, verum ita pertractata, ut ipsa eiusdem origo perspiceretur et cognosceretur nativa virtus atque primaria structura. E quibus omnibus apertior evasit *Rosarii* indoles primitiva, necnon partes ad eius naturam pertinentes harumque mutuae conexiones.

44. Clarius exinde, ut exemplum subiciamus, enituit evangelica *Rosarii* natura; ex Evangelio enim enuntiata in eo mysteria trahuntur ac praecipuae formulae; ex Evangelio praeterea, cum revocetur festiva Angeli salutatio et religiosus Mariae assensus, modus hauritur, quo fideles *Rosarium* pie recitent; denique per convenienter iteratam Angeli salutationem unum e primariis Evangelii mysteriis profertur, nempe Incarnatio Verbi, peculiari illo et gravi temporis momento considerato, quo Angelus nuntium Mariae attulit. Est igitur *Rosarium* evangelica prex; qua appellatione, nostro hoc potius quam praeterito tempore, pastores virique studiosi illud nuncupant.

45. Expeditius praeterea intellectum est per ordinate et gradatim enodatum *Rosarium* rationem ipsam significari, qua Dei verbum, rebus humanis misericordi consilio se ingerens, Redemptionis opus absolvit: congruenti enim ordine considerantur praecipui eventus salvifici, qui in Christo perfecti sunt: / a virginali Verbi 155
Dei conceptione Iesuque infantiae mysteriis usque ad supremos Paschae casus, beatam videlicet Passionem et gloriosam Resurrectionem, ad fructus eius, qui obvenerunt Ecclesiae nascenti die Pentecostes, atque ipsi beatae Mariae Virgini, cum e terrestri hoc exsilio corpore simul et anima est in caelestem patriam assumpta. Intellectum etiam est triplicem mysteriorum *Rosarii* distributionem cum eventuum successione, servatis ordinibus temporum, omnino cohaerere, potissimum vero referre pristini fidei nuntii rationem; Christi insuper mysterium eodem modo proponi quo perceptum est a Sancto Paulo, cum praeclaro illo *hymno* in Epistula ad Philippenses declararet eius exinanitionem, mortem, exaltationem (2, 6-11).

46. *Rosarium* igitur cum in Evangelio innitatur et ad mysterium Incarnationis hominumque redemptionem tamquam ad centrum pertineat, oratio est putanda, quae ad rem christologicam prorsus convertitur. Id enim quod eiusdem proprium est et peculiare, videlicet angelicae salutationis litanica iteratio *Ave, Maria* in Christi quoque laudem indesinenter cedit, ad quem ut ad terminum extremum respicit Angeli nuntium ac matris Baptistae salutatio: *Benedictus fructus ventris tui* (*Lc.* 1, 42). Quin immo, geminatio verborum *Ave, Maria* velut textura est, in qua mysteriorum contemplatio progreditur. Etenim qui Christus in unaquaque salutatione angelica significatur, idem ipse est, quem ex ordine enuntiata mysteria ut Filium Dei proponunt et ut Filium Virginis in Bethleemitano specu natum; a matre in templo praesentatum; puerum de iis, quae Patris ipsius sunt, sollicitum; hominum Redemptorem in horto factum in agonia, flagellis caesum et spinarum serto coronatum; cruce oneratum atque in monte Calvariae morientem; a mortuis suscitatum ad Patrisque gloriam ascendentem, dona Spiritus missurum. Inter omnes vero constat pristinam quandam fuisse consuetudinem, pluribus locis ad praesens usque vigentem, ut prolato in unaquaque angelica / salutatione nomini Iesu clausula 156
quaedam adderetur, cum enuntiatio mysterio cohaerens, eo quidem consilio ut et contemplatio foveretur et ut mens voci concordaret.

47. Item vehementius urgens necessitas est percepta monendi, praeterquam de eius vi laudativa ac deprecatoria, de alio elemento eiusdem *Rosarii* proprio: de contemplatione. Quae si deest, corpori sine anima *Rosarium* assimilatur estque periculum, ne recitatio evadat iteratio formularum, in qua mens et ratio desideratur, atque hortamento repugnet Iesu Christi, qui dixit: *Orantes autem, nolite multum loqui sicut ethnici; putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur* (*Mt.* 6, 7). *Rosarium* enim natura sua requirit, ut tranquilla precatione et quasi cogitabunda tarditate volvatur, quo facilius orans meditationi insistat mysteriorum vitae Christi, velut corde illius perspectorum, quae Domino omnium proxima fuit, utque eorumdem mysteriorum investigabiles divitiae reserentur.

48. Denique, post doctorum virorum nostrae aetatis studia, plenius perspectae sunt necessitudines, quae inter liturgicum cultum et mariale *Rosarium* intercedunt. Ex una enim parte, clariore in luce positum est *Rosarii* usum quasi virgultum censendum esse, quod e vetusto sacrae Liturgiae caudice ortum est, idemque idcirco Psalterium Virginis esse appellatum, quod eius ope tenuioris ordinis fideles ad laudis canticum et ad univer-

110 Pius XII, Epistula *Philippinas Insulas* ad Archiepiscopum Manilensem: A.A.S. 38 (1946), p. 419.

111 Sermo habitus ad eos, qui Conventui Dominicano de sacro Rosario interfuerunt: *Insegnamenti di Paolo VI*, 1 (1963), pp. 463-464.

112 Cf. A.A.S. 58 (1966), pp. 745-749.

113 Cf. A.A.S. 61 (1969), pp. 649-654.

salis Ecclesiae intercessionem sese adiungere possent; ex altera vero parte, animadvertere licuit hoc accidisse sub exitum Mediae Aetatis, eo scilicet tempore, quo, languescente germano Liturgiae spiritu, Christifideles aliquantum a liturgico cultu discesserant, cuidam faventes exteriori pietatis sensui erga Christi humanitatem ac beatissimam Virginem Mariam. Quodsi haud multos ante annos fieri potuit, ut alii vota facerent, ut mariale
157 *Rosarium* liturgicis riti/bus annumeraretur, alii vero, solliciti de praeteritae aetatis erroribus in re pastorali praecavendis, eandem precandi formam immerito neglegerent, haec quaestio hodie facile dissolvi potest, praelucente doctrina a Concilio Vaticano II tradita per Constitutionem, cui est initium *Sacrosanctum Concilium*, vi cuius celebrationes liturgicae et pium *Rosarii* exercitium neque inter se opponenda neque aequiparanda sunt[114]. Quaelibet precandi forma eo fructuosior evadit, quo magis nativam suam vim atque indolem sibi propriam tuetur. Statuta igitur praestantiore liturgicarum actionum dignitate, arduum negotium non erit in *Rosario* talem pietatis formam agnoscere, quae cum sacra Liturgia facile possit componi. Etenim haud secus ac Liturgia, *Rosarium* quoque *communitariam* prae se fert indolem, Scripturis Sacris innutritur, totumque ad Christi mysterium spectat. Etsi utrumque precandi genus ad rerum ordines pertinet, qui suapte natura inter se differunt, nihilominus sive anamnesis in sacra Liturgia sive recordatio contemplativa in mariali *Rosario* in iisdem versantur salvificis eventibus, quorum auctor est Christus. Liturgia efficit, ut sub signorum velamine repraesententur maxima nostrae Redemptionis mysteria, eademque arcana ratione operentur; *Rosarium* vero per piam mentis considerationem, haec mysteria in mentem orantis revocat eiusque voluntatem exstimulat ad vivendi normas exinde sumendas. Posito hoc discrimine, quod ad substantiam pertinet, non est quin intellegat *Rosarium* pietatis exercitationem esse, cuius origo a Liturgia sacra repetatur, quaeque, si secundum eius primigenium spiritum peragatur, ad Liturgiam suapte natura conducat, quamquam eius quasi limen non praetergrediatur. Etenim mysteriorum Christi contemplatio, quae in *Rosario* habetur, cum mentem et cor Christifidelium iisdem considerandis assuescat, optime animos componere potest ad haec ipsa mysteria in actio-
158 ni/bus liturgicis celebranda, ac postea ad eorum memoriam per diem continuandam. Attamen non sine errore est, quod pro dolor adhuc alicubi fieri contingit, mariale *Rosarium* inter actionem liturgicam recitare.

49. *Corona* Beatae Mariae Virginis, secundum traditionem a Sancto Pio V, Decessore Nostro, receptam ab eoque cum auctoritate muneris ipsius propositam, ex variis partibus constat, inter se apte dispositis atque conexis. Sunt autem hae:

a) contemplatio, animo cum Maria coniuncto peragenda, plurium mysteriorum salutis, in triplicem seriem sapienter dispertitorum, quibus et gaudium de Messiae adventu ac dolores salvifici Christi et eiusdem a mortuis suscitati gloria in Ecclesiam redundans recoluntur; quae contemplatio suapte natura animum permovet ad instituendas considerationes in ipso religionis usu vertentes et ad efficaces inde hauriendas normas pro vitae actione;

b) oratio dominica, seu *Pater noster*, in qua ob maximam eius praestantiam velut in suo fundamento tota innititur christiana precatio, ab eaque multiplices precandi formae dignitatem suam accipiunt;

c) litanica series salutationum angelicarum, *Ave, Maria*, quae verbis Angeli Virginem salutantis (cf. *Lc.* 1, 28), et sententia, obsequii plena, ab Elisabeth prolata (cf. *Lc.* 1, 42) et addita suplici precatione ecclesiali *Sancta Maria* ... efficitur. Continuatio salutationum angelicarum est propria et peculiaris *Rosario* earumque numero, qui in eiusdem *Coronae* ratione typica et plena centum quinquaginta complectitur, quaedam similitudo est cum Psalterio, idemque ab origine pii huius exercitii repetitur. Qui quidem numerus, secundum probatam consuetudinem in decades divisus, quae singulis mysteriis attribuuntur, in tres series praedictas seu cyclos digeritur; unde pernota *Corona*, e quinquaginta constans salutationibus / angelicis, est orta, quae in 159
usum recepta est ut communis ratio eiusdem exercitii atque ut talis in populi transiit pietatem et a Summis Pontificibus est sancita, qui eam multis etiam indulgentiis ditarunt;

d) doxologia *Gloria Patri* appellata, qua, ut communis fert christianae pietatis usus, preces concluduntur per glorificationem Dei Unius et Trini, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia (cf. *Rom.* 11, 36).

50. Hae sunt marialis *Rosarii* partes. Unaquaeque autem indole propria distinguitur, quae in recitationem est referenda, ut *Rosarium* totam suae virtutis ubertatem atque varietatem exprimere possit. Quare marialis *Coronae* recitatio graviter procedet in oratione dominica; elata ratione ac laudando, dum angelicae salutationes lente decurrunt; contemplando, dum intento animo mysteria considerantur; adorando, dum doxologia profertur. Idque semper eveniat necesse est, quocumque modo *Rosarium* recitari solet: sive privatim, cum Christifidelis in recessu solus orat, animo cum Domino coniunctus; sive *communitario* modo, ut in domestico convictu accidit, vel cum christiani in coetus congregantur ad peculiarem Dei praesentiam inter ipsos devocandam (cf. *Mt.* 18, 20); sive publice, nempe in conventibus, ad quos ecclesialis communitas convocatur.

51. Recentioribus temporibus nonnulla pietatis exercitia orta sunt, quae e *Rosario* vim hauriunt. Ex his ea indicare atque commendare placet, quae in suetam formam celebrationum Verbi Dei quaedam referunt elementa e Beatae Mariae Virginis *Rosario* sumpta, cuiusmodi sunt mysteriorum commentatio ac salutatio angelica litanico more repetita. Huiusmodi elementa clariore in luce sane hoc modo ponuntur, eo quod in lectionem Sacrarum Scripturarum inseruntur, per homiliam illustrantur, silentii intervallis circumdantur, cantu / denotantur. Novisse iuvat pias has exercitatio- 160
nes contulisse ad plenius percipiendas spirituales ipsius *Rosarii* divitias et ad honorem augendum huic precandi formae debitum, apud iuvenum coetus atque consociationes.

52. Nunc autem, Decessorum Nostrorum proposita persecutis, perplacet Nobis vehementer marialis *Rosarii* recitationem inter saepta domestica commendare. Concilium Oecumenicum II declaravit familiam, primam et vitalem societatis cellulam, *per mutuam membrorum pietatem et orationem in communi Deo factam, tamquam domesticum sanctuarium Ecclesiae se exhibere*[115]. Familia igitur christiana velut quandam Ecclesiam domesticam[116] se ostendit, si eius membra, pro uniuscuiusque munere et condicione, una simul iustitiam promoveant, si misericordiae opera perficiant, si ministerio se addicant fratrum, partem habeant in apostolica navitate, in quam amplior loci communitas incumbit, ejusque liturgicis celebrationibus actuose intersint[117]; denique si communes Deo precationes fundant, quod si desit, domesticus convictus illa nota, qua familia christiana distinguitur, carere dicendus est. Quare, dum theologica notio familiae qua Ecclesiae dome-

115 Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem*, n. 11: A.A.S. 58 (1966), p. 848.

116 Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium*, n. 11: A.A.S. 57 (1965), p. 16.

117 Cf. Conc. Vat. II, Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem*, n. 11: A.A.S. 58 (1966), p. 848.

114 Cf. n. 13: A.A.S. 56 (1964), p. 103.

http://www.obrascatolicas.com

sticae recuperatur, eo congruenter omnibusque viribus est annitendum, ut intra domestica saepta precationis communis usus reapse instauretur.

53. Secundum normas directorias a Concilio Oecumenico latas, in *Institutione Generali de Liturgia Horarum* domesticus convictus iure merito iis coetibus annumeratur, quos com/munis Divini Officii celebratio
161 plane addecet: *Expedit (...) ut familia, quasi domesticum sacrarium Ecclesiae, non tantum communes preces Deo fundat, sed etiam partes quasdam Liturgiae Horarum pro opportunitate persolvat, quo Ecclesiae arctius se inserat*[118]. Nihil igitur praetermittendum est, ut perspicua haec agendi norma apud christianorum familias magis magisque laetoque animo ad effectum deducatur.

54. Attamen, post Liturgiae Horarum celebrationem – in qua domestica precatio fastigium attingere potest – dubium non est, quin beatae Mariae Virginis *Corona* inter excellentissimas atque efficacissimas "communes preces" recensenda sit, ad quas fundendas christiana familia invitatur. Re quidem vera placet Nobis mentem eo intendere ac vehementer optamus, ut, cum familiae membra ad precandum una conveniant, *Rosarium* crebro libenterque eo ipso tempore adhibeatur. Probe novimus mutatas humanae vitae condiciones, quae hodie sunt, haud favere inter domestica saepta familiarum congressioni; quod si accidat, difficile est, plures ob causas, hanc congressionem in precandi opportunitatem convertere. Fatemur quidem arduum sane negotium hoc esse. At locorum morumque condicionibus prementibus, christianum est non vinci sed vincere, non succumbere, sed erigere animum. Quare christianorum familiae, quae quidem muneri, ad quod vocantur, plene satisfacere velint et pietatem christianae familiae propriam exoptent in vitae actionem traducere, omni virium contentione anniti debent, ut repagula removeantur, quae et domesticas congressiones et communes preces impediant.

55. Dum hisce considerationibus finem imponimus, quae sollicitudinem aestimationemque testantur, qui-
162 bus mariale *Rosa/rium* haec Apostolica Sedes prosequitur, hoc etiam monere cupimus, ut in tam salutari pietatis forma propaganda iusta servetur ratio, neque haec ita extollatur, ut ceterae inepte contemni videantur; *Rosarium* excellens orandi genus quidem est, Christifidelis tamen circa ipsum debet animum serenum ac liberum gerere, atque omnino expedit, ut ad illud tranquille compositeque recitandum is nativa huius precis venustate potius alliciatur.

56. Venerabiles Fratres, sub exitum Nostrae Apostolicae Adhortationis, debito in lumine summatim ponere cupimus theologicam praestantiam marialis cultus, eiusque efficacem vim pastoralem ad christianos renovandos mores compendiaria ratione revocare.

Ecclesiae pietas erga Beatam Mariam Virginem pertinet ad naturam ipsam christiani cultus. Honor semper et ubique ab Ecclesia Matri Dei tributus – a salutatione Elisabeth ei benedicentis (cf. *Lc.* 1, 42-45) usque ad hodiernas laudis supplicationisque significationes – praeclare testatur ipsius Ecclesiae legem orandi invitamento esse, ut eius lex credendi in conscientiis firmius solidetur. E contrario, lex credendi eiusdem postulat, ut eius lex orandi ubique prospere vigeat quoad Christi Matrem. Hic autem marialis cultus altas veluti agit radices in Verbo Dei revelato ac firmiter innititur in doctrinae catholicae veritatibus, quae sunt: singularis dignitas Mariae, quae est *Genetrix Dei Filii, ideoque praedilecta filia Patris necnon sacrarium Spiritus Sancti, quo eximiae gratiae dono omnibus aliis creaturis caelestibus et terrestribus longe antecellit*[119]; eius coo-

118 N. 27.

119 Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium*, n. 53: A.A.S. 57 (1965), pp. 58-59.

peratio in eventibus, qui maximi fuerunt momenti in operatione redemptionis a Filio peractae; eius sanctitas, quae, etsi plena fuit iam inde ab immaculato conceptu, nihilominus ma/gis magisque augescebat, ubi ipsa voluntati 163
patris obtemperabat et per doloris semitam procedebat (cf. *Lc.* 2, 34-35; 2, 41-52; *Io.* 19, 25-27), in fide, spe et caritate sine intermissione progrediens; eius munus eiusque singularis locus, quem obtinet in Populo Dei, cuius simul est supereminens membrum, exemplar spectatissimum atque amantissima Mater; haud intermissa atque efficax eius deprecatio, vi cuius, etsi in caelum assumpta, proxime adest fidelibus, qui eam invocant, et iis quoque, qui se filios ipsius esse ignorant; eius gloria denique, qua totum nobilitatur humanum genus, ut mirabiliter cecinit Dantes Alagherius: *Tu illa es Mulier, quae humanam naturam tantopere nobilitasti, ut eius Creator fieri illius creatura dedignatus non sit*[120]; Maria enim ad nostrum pertinet genus, vera Evae filia est, quamvis labis huiusce matris nescia, veraque soror nostra, quae, terrenam vitam in humilitate et paupertate degens, plene sortem nostram participavit.

His adicimus: cultus beatae Mariae Virginis ultimam suam rationem repetit ab inscrutabili et libera voluntate Dei, qui cum sit aeterna ac divina caritas (cf. *Io.* 4, 7-8. 16), secundum amoris consilium omnia operatur: dilexit eam et magna ipsi fecit (cf. *Lc.* 1, 49); dilexit eam propter se, dilexit eam propter nos; dedit eam sibi, dedit eam nobis.

57. Christus sola via est, quae ad Patrem perducit (cf. *Io.* 14, 4-11). Christus supremum exstat exemplum, ad cuius imaginem discipulus mores suos conformet necesse est (cf. *Io.* 13, 15), ita quidem, ut id in se sentiat, quod et in ipso (cf. *Phil.* 2, 15), vitam ipsius vivat et eius Spiritum habeat (cf. *Gal.* 2, 20); *Rom.* 8, 10-11): Ecclesia omni tempore haec docuit, ac propterea cavendum est, ne quid in actione pastorali contingat, quod huic doctrinae officiat. At Ecclesia, a Spiritu Sancto edocta atque rerum usu praedita, quem saeculorum decursu sibi com/paravit, agnoscit pietatem quo- 164
que erga beatissimam Virginem, quae quidem pietati erga Divinum Redemptorem subiciatur cum eaque conectatur, magna pollere vi atque efficacitate in re pastorali atque ad christianae vitae renovationem plurimum valere. Huius autem efficacitatis causa facile perspici potest. Ac revera multiplex munus, quo Maria erga Populum Dei perfungitur, est quiddam vere supernaturale, quod in Ecclesiae corpore exercetur, et quidem operosa et fecunda ratione. Ac iuvat singulas huius muneris partes considerare, quae omnes, pro sua quisque efficacia, in idem contendunt, ut in filios spiritualia Filii primogeniti lineamenta referantur. Materna scilicet Virginis deprecatio, eius sanctitatis exemplum ac divina gratia, quae in ipsa est, supernarum rerum sperandarum argumentum humano generi exsistunt.

Maternitatis officium Mariae concreditum Populum Dei impellit, ut filiorum more fidenter ad eam confugiat, quae promptam semper paratamque se praebet ad eius preces materno amore exaudiendas et ad ei succurrendum auxilio efficaci[121]; quare Christifideles eam invocare consueverunt ut *Consolatricem afflictorum, Salutem infirmorum, Refugium peccatorum*, ad impetrandum in aerumnis solacium, in aegritudine levamen, in peccatis robur, quod ab eorum liberat servitute; ac revera ipsa, a peccatorum labe prorsus libera, eo filios perducit, ut peccatum firmo proposito devincant[122]. Quae quidem liberatio a malo et a peccati servitute (cf. *Mt.* 6, 13) condicio habenda est – idque iterum iterumque asseverare oportet – quae christianae cuilibet morum renovationi necessario praemittatur.

120 *La Divina Commedia, Paradiso* XXXIII, 4-6.

121 Cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium*, n. 60-63: A.A.S. 57 (1965), pp. 62-64.

122 Cf. *Ibid.*, n. 65: A.A.S. 57 (1965), pp. 64-65.

Exemplum sanctitatis a Virgine praebitum Christifideles permovet, ut ad Mariam oculos suos attollant,
165 *quae toti elec/torum communitati tamquam exemplar virtutum praefulget*[123]. De firmis virtutibus agitur et quidem evangelicis, quae sunt: fides atque obsequens voluntas Verbo Dei (cf. *Lc.* 1, 26-28; 1, 45; 11, 27-29; *Io.* 2, 5); magnanima oboedientia (cf. *Lc.* 1, 39-56); sincera humilitas (cf. *Lc.* 1, 48); caritas propera (cf. *Lc.* 1, 38); considerata sapientia (cf. *Lc.* 1, 29. 34; 2, 19. 33, 51); pietas erga Deum, quae impellit ad religionis officia alacriter persolvenda (cf. *Lc.* 2, 21. 22-40. 41), ad gratum de beneficiis accceptis gerendum animum (cf. *Lc.* 1, 46-49), ad dona in templo offerenda et ad preces fundendas in Apostolorum communitate (cf. *Act.* 1, 12-14); animi fortitudo in exsilio (cf. *Mt.* 2, 13-23), in dolore (cf. *Lc.* 2, 34-35. 49; *Io.* 19, 25); paupertas dignitatis plena ac fiduciae in Deo collocatae (cf. *Lc.* 1, 48; 2, 24; 1, 48); vigil de Filio cura ab humilitate cunarum usque ad ignominiam crucis (cf. *Lc.* 2, 1-7; *Io.* 19, 25-27); provida animi suavitas (cf. *Io.* 2, 11-12); virginalis castitas (cf. *Mt.* 1, 18-25; *Lc.* 1, 26-38), fortis et castus coniugalis amor. Hisce Matris virtutibus profecto exornabuntur ii filii, qui firmo proposito in ipsius exempla intueantur, ut eadem in sua ipsorum vita imitando exprimere possint. Tunc huiusmodi in virtutibus progressus agnoscetur ut consecutio et quasi maturus fructus pastoralis illius efficaciae, quae e cultu Mariae tributo proficiscitur.

Pietas in Christi Matrem opportunitatem fidelibus praebet proficiendi in divina gratia, quo in profectu supremus cuiusvis pastoralis actionis finis ponendus est. Etenim fieri nequit, ut *Plenam gratiae* digno in honore habeat quin in semetipso honoret gratiam divinam, hoc est Dei amicitiam animi cum eo communionem et habitationem Spiritus Sancti. Quae divina gratia hominem penitus afficit et conformem efficit imagini Filii Dei (cf. *Rom* 8, 29; *Col.* 1, 18). Ecclesia catholica, rerum usu innixa, qui saeculorum suffragio comprobatur, in mariali cultu validum auxilium agnoscit oblatum homi-
166 ni, / qui ad plenitudinem vitae suae adipiscendam contendit. Maria, nova Mulier, proxima Christo adstat, novo Homini, in cuius mysterio tantummodo hominis mysterium clarescit[124], et quidem quasi pignus nobis data, ut fidem faciat divinum consilium de totius hominis salute et humani generis persona, hoc est in ipsa, iam adimpletum esse. Hominibus, qui hodie sunt, qui haud raro inter angorem et spem iactantur, qui ob conscientiam exiguitatis suae se abiciunt et infinitis percelluntur appetitionibus, qui animum perturbatum, cor divisum mentemque ob aenigma mortis incertam gerunt, qui solitudine oppressi communionem cum aliis sitienter expetunt, fastidio ac taedio plene affecti: his hominibus, dicimus, beata Maria Virgo, sive in terrestris ipsius vitae vicissitudinibus sive in caelesti beatitudine, qua iam in Civitate Dei perfruitur, consideratur, serenum praebet prospectum et verba habet ad confirmandos animos apta: spondet scilicet spem de angore triumphaturam, communionem de solitudine, pacem de perturbatione, laetitiam et pulchritudinem de fastidio ac taedio, rerum aeternarum exspectationem de temporalibus cupiditatibus, vitam de morte.

Quasi sigillum Adhortationi huic Nostrae appositum novumque testimonium pastoralis efficaciae, quae mariali cultui inest, ut homines ad Christum adducantur, sint ipsa verba, quibus Maria Virgo in nuptiis Cana ministros est allocuta: *Quodcumque dixerit vobis, facite* (*Io.* 2, 5). Haec verba, quae specie tantum solam voluntatem significant removendi incommodi a nuptiali convivio, reapse, si peculiaris quarti Evangelii ratio spectetur, veluti vox sunt, in qua resonare videtur ipsa formula a Populo Israel adhibita ad foedus sanciendum in monte Sinai (cf. *Ex.* 19, 8; 24, 3.7; *Dt.* 5, 27), vel ad fidem eidem renovandam (cf. *Ios.* 24, 24; *Esd.* 10, 12; *Neh.* 5, 12); ac / vox etiam sunt, quae mirum in mo- 167
dum concinit cum voce Patris, qui in *theophania* montis Tabor edixit: *Ipsum audite* (*Mt.* 17, 5).

58. Venerabiles Fratres, visum est Nobis fuse de cultu Dei Matri tribuendo disserere, quippe qui ad integram christiani cultus rationem pertineat. Id ipsum grave materiae momentum postulavit, quae postremis hisce annis doctorum virorum studiis pertractata et recognita est,ac nonnumquam etiam in controversiam adducta. Id autem Nobis solacio est, quod opus ab hac Apostolica Sede et a vobismetipsis susceptum ad exsequendas Concilii normas – peculiarique modo instauratio liturgica – magnopere confert ad cultum Deo Patri et Filio er Spiritui Sancto impensiore usque adorationis voluntate adhibendum et ad christianae vitae incrementum apud christifideles; item non sine fiducia animadvertimus renovatam Liturgiam Romanam exstare testimonium pietatis Ecclesiae in Mariam Virginem; spe praeterea fulcimur directorias normas, latas ad pietatem huiusmodi magis in dies fovendam roborandamque, sincero animo ad effectum deductum iri; gaudio denique perfundimur de oblata Nobis, favente Deo, opportunitate illustrandi nonnulla doctrinae capita, quibus usus marialis *Rosarii*, merito in honore habendus, restituatur et confirmetur. Hoc autem solacio, fiducia, spe, gaudio animum affecti, vocem Nostram cum Beatae Mariae Virginis voce Dominum magnificando coniungimus – quemadmodum in Liturgia Romana deprecamur[125] – atque cupimus, ut hi sensus Nostri in laudem Dei gratiarumque actionem eidem debitam traducantur.

Dum igitur exoptamus, ut vestra, Venerabiles Fratres, annitente diligentia, Deiparae Virginis cultus apud clerum populumque vestris curis concreditum salutari provehatur incre/mento, ideoque in maius Ecclesiae et 168
hominum societatis bonum vertat, vobismet ipsis et cunctis, quos pastorali sollicitudine contingitis, peculiarem Benedictionem Apostolicam amanter impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die II mensis Februarii, in Praesentatione Domini, anno MCMLXXIV, Pontificatus Nostri anno undecimo. – PAULUS PP. VI.

125 Cf. *Missale Romanum*, die 31 Maii, *Collecta*.

Adn. Auctores varii in **Seminarium** 27 (1975) 475-723; D. BERTETTO in **Salesianum** 36 (1974) 407-430; I. M. CALABUIG in **Notit.** 10 (1974) 198-216; F. CARVALHO in **Teología espiritual** 18 (1974) 89-101; J. GALOT in **Doc. cath.** 71 (1974) 319-321 et in **La civ. catt.** 125 (1974-II) 217-229; M. LLAMERA in **Teología espiritual** 18 (1974) 259-269; Y. M.-J. CONGAR in **La Maison-Dieu** n. 121 (1975) 114-121.

4268

1974 FEB 4.-SECR. STAT., RESCR. AAS 66 (1974) 89-92

RESCRIPTUM EX AUDIENTIA

Instructio de secreto pontificio, materia et obligatione accuratius definitis, congruentius observando

Secreta continere quantum hominum naturae congruat, ex eo imprimis patet quod, etsi multae res exterius agendae sunt, earum tamen ortus et meditatio in intimo corde conduntur et nonnisi post maturam cogitationem prudenter eae efferuntur.

Silere igitur, res quidem perdifficilis, perinde ac palam considerateque loqui ad perfectum hominem pertinent: tempus est enim tacendi et tempus loquendi (cf. *Eccle.* 3, 7) et ille perfectus est vir, qui linguam suam refrenare noverit (cf. *Iac.* 3, 2).

123 *Ibid.*, n. 65: A.A.S. 57 (1965), p. 64.

124 Cf. Conc. Vat. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes*, n. 22: A.A.S. 58 (1966), pp. 1042-1044.

http://www.obrascatolicas.com

Quod in ipsa contingit Ecclesia, quae est communitas credentium, qui cum iis mandatum sit munus praedicandi et testificandi Evangelium Christi (cf. *Mc.* 16, 15; *Act.* 10, 42), tamen officio tenentur sacramentum abscondendi verbaque conferendi in corde, ut opera Dei recte lateque manifestentur, eiusque sermo currat et clarificetur (cf. *II Thes.* 3, 1).

Merito igitur iis, qui Populi Dei servitio destinantur, quaedam secreto tegenda concreduntur, ea scilicet, quae revelata aut suo non tempore modoque revelata, Ecclesiae aedificationi obsunt vel publicum bonum pessumdant vel denique privatorum et communitatum inviolabilia iura offendunt (cf. Instr. *Communio et progressio*, 121).

Haec omnia conscientiam semper obligant, et imprimis secretum ob Paenitentiae sacramenti disciplinam severe servandum, ac deinde secretum officii, vel secretum commissum, quod dicitur, praeter secretum pontificium, de quo in hac Instructione est sermo. Etenim patet, cum in publica re versemur, quae totius communitatis bonum tangit, non a quovis privato, iuxta propriae conscientiae dictamen, sed ab eo, qui curam communitatis legitime habet, statuendum esse quando vel qua ratione et gravitate huiusmodi secretum imponendum sit.

Ii vero, qui tali secreto devinciuntur, non quasi exteriore lege se astrictos esse censeant, sed potius propriae humanae dignitatis imperio: honori nempe sibi ducant debita in publicum bonum servare secreta.

Quod autem ad Curiam Romanm attinet, negotia,
90 quae ab ea / in universalis Ecclesiae servitium tractantur, communi secreto ex officio obteguntur, cuius moralis obligatio vel ex superioris praescripto vel ex rei natura et momento dimetienda est. At in quibusdam rebus gravioris momenti peculiare urgetur secretum, quod *pontificium* nuncupatur et gravi semper obligatione servandum est.

De secreto pontificio Instructionem eddidit Secretaria Status die XXIV mensis Iunii anno MDCCCCLXVIII: postquam vero quaestio considerata est penes coetum Cardinalium moderatorum Dicasteriorum Curiae Romanae, eiusdem Instructionis normas quasdam immutare visum est, ut, materia et obligatione huius secreti accuratius definita, eius observatio congruentius urgeretur.

Normae igitur sunt, quae sequuntur.

Art. I. Secreto pontificio comprehenduntur:

1) Praeparatio et compositio Documentorum Pontificiorum, pro quibus huiusmodi secretum expressis verbis requiratur;

2) Notitiae ratione officii cognitae, respicientes res quae a Secretaria Status vel a Consilio pro publicis Ecclesiae Negotiis aguntur, quaeque sub secreto pontificio tractandae sunt;

3) Significationes et denuntiationes doctrinarum scriptorumque typis editorum factae S. Congregationi pro Doctrina Fidei, nec non earum examen, iussu eiusdem Dicasterii institutum;

4) Denuntiationes extra iudicium acceptae circa delicta contra fidem et contra mores, et circa delicta contra Paenitentiae sacramentum patrata, nec non processus et decisio, quae ad hasce denuntiationes pertinent, salvo semper iure eius, qui ad auctoritatem delatus est, cognoscendae denuntiationis, si id necessarium ad propriam defensionem fuerit. Denuntiantis autem nomen tunc tantum patefieri licebit, cum auctoritati opportunum videatur ut denuntiatus et is, qui eum denuntiaverit, simul compareant;

5) Relationes a Legatis Sanctae Sedis confectae circa res pertinentes ad secretum pontificium;

6) Notitiae ratione officii cognitae, quae respiciunt
91 ad creationem Cardinalium; /

7) Notitiae ratione officii cognitae, quae attinent ad nominationem Episcoporum, Administratorum Apostolicorum ceterorumque Ordinariorum episcopali dignitate praeditorum, Vicariorum et Praefectorum Apostolicorum, ac Legatorum Pontificiorum, itemque inquisitiones ad has causas spectantes;

8) Notitiae ratione officii cognitae, quae respiciunt ad nominationem Praelatorum Superiorum et Officialium maiorum Curiae Romanae;

9) Quidquid attinet ad arcanas notas (vulgo: *Cifrari*) et ad scripta arcanis notis exarata;

10) Negotia vel causae, quae a Summo Pontifice, a Cardinali alicui Dicasterio praeposito, et a Legatis Sanctae Sedis tam gravis esse momenti censentur, ut secreti pontificii tutelam postulent.

Art. II. Obligatione servandi secreti pontificii tenentur:

1) Cardinales, Episcopi, Praelati Superiores, Officiales maiores et minores, Consultores, Periti et ministri inferioris ordinis, ad quos spectat pertractatio quaestionum, quae secreto pontificio subiciuntur;

2) Legati Sanctae Sedis eorumque ministri, qui praedictas quaestiones tractant, nec non ii omnes, qui ab iisdem ad consulendum de his causis vocantur;

3) Ii omnes, quibus in peculiaribus causis secretum pontificium servandum imponitur;

4) Ii omnes, qui culpabiliter notitiam acceperint documentorum et rerum, qui secreto pontificio subiciuntur, vel etiam, accepta sine culpa huiusmodi notitia, certo sciant ea secreto pontificio adhuc contegi.

Art. III. 1) Qui secreto pontificio adstringitur, ad illud servandum gravi semper obligatione tenetur.

2) Si violatio ad forum externum delata fuerit, qui accusatur violationis secreti iudicabitur a peculiari quadam Commissione, quae constituetur e Cardinali Dicasterio competenti Praeposito, vel, si is desit, ex / Officii 92
moderatore ad quem spectat; haec Commissio congruas poenas irrogabit, pro gravitate delicti eiusve damni.

3) Si is, qui secretum violavit, Romanae Curiae operam praestat, in poenas incurrit in Ordinatione Generali statutas[1].

Art. IV. Qui ad secretum ponficium ratione muneris admittuntur, iusiurandum dare debent iuxta formulam, quae sequitur:

Ego ...
constitutus coram ...
tactis per me sacrosanctis Dei Evangeliis, promitto me fideliter "secretum pontificium" servaturum esse in causis et in negotiis quae sub eodem secreto sunt tractanda[2]*, adeo ut nullo modo, sub quovis praetextu, sive maioris boni, sive urgentissimae et gravissimae causae, secretum praefatum mihi violare liceat.*

Secretum, ut supra, me servaturum esse promitto etiam causis et negotiis finitis, pro quibus tale secretum expresse imponatur. Quod si in aliquo casu me dubitare contingat de praefati secreti obligatione, in favorem eiusdem secreti interpretabor.

Item scio huiusmodi secreti transgressorem peccatum grave committere.

Sic me Deus adiuvet, et haec Sancta eius Evangelia, quae propriis manibus tango.

Hanc Instructionem PAULUS VI, Summus Pontifex, in Audientia infrascripto concessa die IV mensis Februarii, anno MDCCCCLXXIV, approbavit et publici iuris fieri iussit, ea lege ut a die XIV mensis Martii eiusdem anni vigeret, contrariis quibuslibet non obstantibus.- Ioannes Card. VILLOT, *Secretarius Status.*

1 Cf. *Ibid.* art. 39, § 2, art. 61, n. 5 et art. 65, § 1, n. 3.

2 Pro iis, qui ad secretum pontificium admittuntur in aliqua peculiari causa *servaturum esse in causa mihi commissa.*

Adn. J. ARIAS in Ius can. 14 (1974) n. 28 p. 332-350.

4269

1974 FEB 14.-COM. INT. CONC., RESP. AAS 66 (1974) 463

Responsum ad propositum dubium:

De decreto ratihabitionis in causis matrimonialibus

Patres Pontificiae Commissionis Decretis Concilii Vaticani II interpretandis, proposito in plenario coetu quod sequitur dubium, respondendum esse censuerunt ut infra:

(De decreto ratihabitionis in causis matrimonialibus)

D. – Utrum in decreto de quo in Motu Proprio *Causas matrimoniales*, VIII § 3 et IX § 1, simpliciter declarare sufficiat collegium decisionem primi gradus ratam habere, vel ad ordinarium examen secundi gradus causam admittere; an vero requiratur ut, ad instar sententiae, rationes in iure et in facto contineat decretum.

R. – *Negative ad primum, Affirmative ad secundum*, seu, attentis principiis generalibus processus canonici (cf. cc. 1840 § 3, 1874 § 4, 1875 C. I. C.) quibus per Litteras Apostolicas *Causas matrimoniales*, Motu Proprio datas, die 28 martii 1971, non derogatur necnon momento decisionis secundae instantiae, a qua dari potest recursus ad superius Tribunal, rationes sive in iure sive in facto esse in eiusdem decreto saltem brevi seu summario modo indicandas, sive agitur de rata habenda seu confirmanda sententia affirmativa praecedentis gradus, sive de admittenda causa ad ordinarium ulterioris gradus examen.

Ss.mus Dominus Noster Paulus Pp. VI in Audientia die 14 februarii 1974 infrascripto impertita supradictam decisionem ratam habuit, adprobavit et publicari iussit. – Pericles Card. FELICI, *Praeses.*

Adn. L. Del AMO in REDC 32 (1976) 321-347; O. DI JORIO in PrM 65 (1976) 372-383; C. LEFEBVRE in PrM 64 (1975) 187-194; J. M. PINTO in PrM 64 (1975) 195-204; P. TOCANEL in Apoll 47 (1974) 400-403; S. VILLEGGIANTE in Eph. iur. can. 30 (1974) 159-193.

4270

1974 FEB 20.- SC RELIGIOSORUM, LITT. CIRC. PART.*

Condiciones quibus moniales donum Iubilaei Anni Sancti acquirere possunt

Roma, 20 febbraio 1974

Reverenda Madre, E' prossimo l'Anno Santo 1975 il quale, per disposizioni del Santo Padre, nelle chiese locali è stato inaugurato fin dalla Pentecoste del 1973, "affinché tutta la Chiesa sparsa sulla terra possa incominciare subito a godere di questa grande occasione di rinnovamento e di riconciliazione, e meglio preparare così il momento conclusivo e culminante che si celebrerà a Roma nel 1975" (Paolo VI, *Disc.* 9 maggio 1973). E' dono di misericordia offerto a tutta la Chiesa, perché, rinnovandosi in Cristo Gesù, in maniera più fedele ne possa riflettere la fisionomia di amore nel mondo.

Il Santo Padre Paolo VI, nella lettera del 31 maggio 1973 al Card. Massimiliano de Fürstenberg per l'apertura dell'Anno Santo ha tracciato le linee fondamentali di quello che deve essere il grande avvenimento, sottolineando i concetti già toccati nel discorso accennato: rinnovamento dell'uomo e sua riconciliazione, invitando distintamente anche le comunità religiose a porsi generosamente in questa via.

L'invito del Santo Padre sarà certamente accolto con filiale devozione e coerente impegno dalle claustrali le quali, seguendo una chiamata speciale, consacrano la loro vita alla contemplazione amorosa del Dio vivente. "Rinnovamento e riconciliazione" devono perciò animare in modo particolare il loro anelito contemplativo e la loro ansia apostolica in quest'anno di grazia, affinché, saldamente unite a Cristo Signore e alla sua Chiesa, nella fede e nell'amore diventino sempre più nelle loro comunità oranti un cuore solo e un'anima sola.

La conversione a Dio, infatti, risposta ogni giorno nuova all'amore che Dio in maniera nuova riversa sull'uomo, le stringerà sempre più a Cristo e tra loro, e questo a sua volta dilaterà i loro spiriti ai confini di tutto il mondo e si sentiranno impegnate ancor più ad attirare gli uomini con la preghiera e la penitenza a Cristo "nostra pace" e "nostra riconciliazione", segreto di comunione e di riconciliazione tra i fratelli.

Tra gli esercizi tipici dell'Anno Santo, come ha ricordato il Papa nella citata lettera al Card. de Fürstenberg, c'è il "pellegrinaggio". Le claustrali, che hanno consacrato la loro libertà, in una volontaria risposta di amore, per la contemplazione nella solitudine, restando nel "deserto" a cui Dio le ha chiamate, potranno spiritualmente unirsi ai fratelli che, sulle strade del mondo, affluiranno ai grandi santuari della cristianità e poi a Roma, per rinnovarsi nella loro fede a Cristo e alla Chiesa. Esse, costituite "nel cuore della Chiesa", nello spirito parteciperanno al loro cammino di penitenza con la nascosta generosa immolazione, alla loro tensione di comunione orante con Dio con la propria preghiera ininterrotta.

Sarà soprattutto nella preghiesa liturgica e nella partecipazione attiva al sacrificio eucaristico che le claustrali vivranno spiritualmente il "pellegrinaggio" del "Cammino della salvezza", proposto a tutti dal comitato centrale dell'Anno Santo come mezzo di vero rinnovamento.

Perché esse stesse possano godere del "dono dell'indulgenza", la S. Chiesa viene maternalmente incontro alla loro condizione di contemplative. Esse, perciò, potranno lucrare l'indulgenza plenaria, destinata a confermare lo spirito di rinnovamento e di riconciliazione, se riunite in gruppo, nei tempi stabiliti dalla Conferenza Episcopale, visiteranno la chiesa – chiusa agli estranei - del loro monastero ed ivi sosteranno in pia meditazione per un tempo conveniente, concludendo la visita con la recita o il canto del "Pater noster" e del Credo e con una invocazione alla Vergine Santissima. In caso che nella chiesa del monastero in quell'occasione fossero presente persone estranee, le monache potranno acquistare l'indulgenza visitando una cappella interna.

L'opera sopra indicata per l'acquisto dell'Indulgenza giubiliare vale nei giorni i cui nel luogo ove è situato il Monastero sia organizzato un pellegrinaggio parrocchiale, foraniale o di zona, diocesano.

Negli altri giorni potranno ugualmente acquistare l'Indulgenza Plenaria per sé o per le anime del Purgatorio compiendo un'altra opera, ad esempio: adorazione del Ss.mo Sacramento almeno per mezz'ora, Via Crucis, lettura della Sacra Scrittura, Santo Rosario recitato in Comunità sia in Chiesa che fuori.

Nella certezza che l'anno di benedizione, favorendo un rinnovato incontro con Cristo nella fede e nell'amore, approfondirà maggiormente il fervore religioso in tutti i monasteri, affidiamo tutte le claustrali alla particolare benedizione e protezione della Vergine Santissima, Madre della Chiesa. – Arturo Card. TABERA, *Prefetto.*

* Omnibus Antistitis monialium, Prot. N. SpR 289/74: CpR 55 (1974) 180-181.

4271

1974 FEB 23.- SIGNATURA APOST., SENTENTIA. PART.*

Factorum iuridicorum declarandorum damnorumque Incidentis: Querelae nullitatis adversus decretum Excellentissimi Decani Rotae Romanae, quo libellus reicitur

FACTI SPECIES

1. Exeunte mense iunio 1966, moderatores responsabiles trium ephemeridum (A, B et C), in Natione X., nempe domini: Philippus (C), Henricus (A), et Mauritius (B), coram ecclesiasticis tribunalibus octo dioecesium i. e. dioec. E. et aliarum, diversos exhibuerunt libellos, quibus iudicialem actionem instituere contendebant adversus nonnullas ephemerides ecclesiasticas locales nec non contra earundem responsabiles Episcopos, autumantes gravem iniuriam sibi suique ephemeridibus inlatam fuisse ob incaute editas notitias et commetaria, "sfavorevoli e infondati ..., inesatti e lesivi", occasione promulgationis cuiusdam "communicationis" Episcopatus Nationis X., die 23 iunii peractae, diurnariis scriptoribus publice illustratae in Urbe L.,

http://www.obrascatolicas.com

die 27 eiusdem mensis, in praestatuta "conférence de presse", a RR. DD. Victore "Directeur du secrétariat de l'opinion publique" et Thoma "Secrétaire Général de l'Episcopat", et expresse postulantes declarationem factorum circa meritum peractarum commentationum, nempe ut, "en raison de la publicité qu'Elle (singulus Episcopus) a voulu donner au 'Communiqué' ... dans la partie officielle de son Bulletin diocésain", vellent singuli Episcopi, ad tramitem can. 1552 § 2, n. 1, "bien déclarer, en forme légitime, les points de droit ci-joints" circa facta expresse ibidem recensita, quaeque falsa, infundata ac sibi iniuriosa denunciabant.

2. Praefata octo adita Tribunalia unanimi pronuntiatione propositos libellos reiecerunt, praesertim ob defectum competentiae, sive ratione obiecti ("il ne s'agit pas de faits juridiques, mais de faits administratifs"), sive ratione personarum (octo Episcopi, inter quos nonnulli S. R. Ecclesiae Cardinales, ipsumque Consilium Episcopatus Nationis X eiusque organa praecipua), sive denique ratione territorii ("ces faits se sont produits à L. et les siéges des organismes mis en cause sont à L.", aliis insuper additis rationibus ex iniuncto munere pastorali depromptis.

3. Adversus huiusmodi decreta, propositos libellos reicientia, ephemeridum Moderatores recursum statim instituerunt ad S. R. Rotae Tribunal, ad normam can. 1709 § 3, ab eodem postulantes "de déclarer nul et sans effet le rejet des libelles, surtout par violation du canon 1587, et par défaut des raisons fondées en fait et en droit".

4. Pendente recursu, cum per duos annos S. R. Rotae silentium produceretur, iidem tres ephemeridum Moderatores nova instantia diei 9 iunii 1967, directe apud idem S. R. Rotae Tribunal novae causae introductionem postulaverunt, i. e. *Dioecesis L. - Iurium*, directe impetentes Consilium Episcopatus Nationis X., "par ses organes, Mgr. Victor et Mgr. Thomas" repraesentatum, utpote "committente responsabile delle affermazioni false e dannose propalate dai suoi organi e da esso approvate", petita falsarum affirmationum correctione ("rettifiche dei falsi") et damnorum refectione.

Praeterea, eadem instantia expostulabant ut, ratione connexionis, novae propositae causae cumularentur recursus adversus reiectionem libellorum (*Dioecesis E. et aliarum*), iamdiu propositi sed nondum decisi, novo Turno Rotali ad hoc constituto.

5. Transacto anno quin S. R. Rota, regulariter adita, responderet, nova instantia diei 11 oct. 1968 trium actorum Patronus denuo pressius acriusque admissionem novae causae, cum *Dioecesis E. et aliarum* cumulatae, et constitutionem novi Turni Rotalis sollicitavit.

6. Decreto diei 21 octobris 1968 Exc.mus S. R. Rotae Decanus praefatam Patroni instantiam pro novae causae introductione et novi Turni constitutione reiecit, edicens: "S. R. Rotam esse indubie incompetentem in casu, proptereaque praefatam instantiam esse reiciendam ad omnes iuris effectus".

7. Adversus huiusmodi Exc.mi Decani decretum, actorum Patronus, per recursum diei 28 octobris 1968 apud Sacrum hoc Tribunal querelam nullitatis proposuit, petens, praeter declarationem nullitatis, "la decisione che il libello ha diritto della designazione del Turno *Dioecesis L.*".

8. Interim, apud S. R. Rotae Tribunal, maturata est etiam causa *Dioecesis E. et aliarum*, in qua Turnus Rotalis, decreto diei 22 ianuarii 1970, recursus reiciens ab ephemeridum Moderatoribus propositos, definitive pronuntiavit: "Recursus adversus decreta Tribunalium dioecesanorum, libellos litis introductorios reicentia, admittendos non esse, in casu".

9. Hoc decretum Turni Rotalis statim impugnatum est apud Sacrum hoc Tribunal, interposita querela nullitatis, per recursum diei 19 martii 1970, iterum atque tertio renovatum diebus 8 et 10 mensis aprilis eiusdem anni.

10. Die 1 decembris 1970, in Congressu habito coram Cardinali Praefecto, una eademque sessione super utrumque recursum, *Dioecesis L.* nempe diei 28 oct. 1968 et *Dioecesis E.* diei 9 martii 1970, distinctim decretum est: *Negative*, seu *recursum in casu non esse admittendum ad disceptationem*, addita clausula: *Attamen recurrentibus patet via administrativa.*

Postulata deinde a recurrentibus Commissione Pontificia (16 dec. 1970), ad hoc ut competens Tribunal "cognoscere valeat de tota re (falsis et damnis) iuxta dubium die 8 aprilis 1970" propositum, in Congressu diei 21 dec. 1970 decretum est: *Attentis decretis Congressus diei 1 decembris 1970, concessionem Commissionis non esse proponendam.*

11. Cum nova demum proposita sit instantia, die 4 ianuarii 1971, qua recurrentes provocabant ad Plenariam Signaturam adversus praefatorum recursuum reiectionem a Congressu pronuntiatam die 1 decembris 1970, in Congressu habito die 8 februarii 1972, auditis partibus et Promotore iustitiae decretum est: *Quaestio subiicitur Plenariae Signaturae, quae videat:*

I. *An admittendus sit recursus contra decretum Congressus diei* 1 dec. 1970; et quatenus affirmative:

II. *An admittenda sit querela nullitatis contra decretum Exc.mi Decani S. R. Rotae diei* 21 *octobris* 1968; et quatenus affirmative ad II:

III. *An constet de nullitate decreti Exc.mi Decani S. R. Rotae diei* 21 *octobris* 1968.

In iure et in facto

I - *An admittendus sit recursus contra decretum Congressus diei* 1 *decembris* 1970

12. De facultate recurrendi seu appellandi ad Plenariam Signaturam contra decisionem Congressus in causa iudiciali, scribit F. Roberti: "Congressus quoque, sicut plenum tribunal universum repraesentat Signaturam, et Cardinalis Praefectus *vice sacra* praeest, seu fungitur vice R. Pontificis, cuius nomine et auctoritate signat commissiones aliaque id genus rescripta (AadRSA a. 2). Ideo nullus datur recursus a Congressu ad plenam Signaturam (AadRSA a. 33-34" (*De processibus*, ed. 4ª, 1956, p. 376, n. 154).

Articuli qui quaestionem attingunt, sunt sequentes:

"Art. 9: Si Congressus petitionem reiiciat utpote fundamento destitutam, ille cuius interest potest ad eumdem Congressum recursum habere, ut rem in examen iterum revocet.

Art. 10: Si Congressus insistit in decisis, petitionem reiiciens, reiectio est *definitiva*.

Art. 33: Non datur appellatio nec conceditur beneficium novae audientiae adversus decisiones quae admittunt vel reiiciunt commissiones aut aliud continent eiusmodi rescriptum.

Art. 34: Nihilo secius si ex legitima causae tractatione, in sequelam decisionis H. S. Trib. instituta, sive haec habeatur per viam *iustitiae* sive per viam *administrativam*, constiterit, ex novis argumentis, documentis, et rationibus aliam viam ineundam esse ab ea quam praefixerit decisio H. S. Trib., pars cuius interest petere potest, novis explicatis et exhibitis argumentis et documentis, ut *recedatur a decisis*". (*Appendix* ad Regulas servandas in iudiciis apud Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal, *Codicis iuris canonici fontes*, vol. VIII, p. 613 ss.).

At considerandum est articulos 9 et 10 inveniri sub Tit. II qui agit "De ratione qua admittuntur et examinantur *petitiones pro impetrandis commissionibus aliisque rescriptis, et de relativis decisionibus*". Art. autem 33 respicit expresse *"commissiones aut aliud eiusmodi rescriptum"*.

Nequeunt igitur praefati articuli extendi ad *causas iudiciales* in quibus adversus decisiones Congressus admittenda est facultas adeundi Plenariam Signaturam.

Hoc confirmatur praxi Signaturae Apostolicae inde ab initio restauratae competentiae per Constitutionem Ap. *Sapienti consilio* (cfr. e. g. decretum diei 29 martii 1910 - AAS 2 [1910] p. 432; decisio diei 25 novembris 1922 - AAS 15 [1923] p. 181; *Montisregalen. Restitutionis in integrum*, diei 29 iulii 1918, prot. 1/918).

Ceterum incongruum videtur facultatem denegare recurrendi contra decisionem Congressus, quia recursus dirigitur ad Signaturam Apostolicam. Hoc autem Supremum Tribunal, sive iuxta Constitutionem *Sapienti consilio* diei 29 iunii 1908, II, n. 2, sive iuxta Codicem I. C., can. 1602, sive iuxta Constitutionem *Regimini Ecclesiae universae* diei 15 augusti 1967, n. 104 (AAS 59 a. 1967, p. 921), constat Patribus Cardinalibus.

Denegare igitur facultatem adeundi Plenariam Signaturam, idem esse ac denegare ius adeundi verum et proprium Tribunal Supremum.

Optandum sane est ut numerus recursuum seu appellationum limitetur, ne eorumdem pondere Patres Cardinales obruantur; at de hac limitatione clare constare debet; quod e *Normis* nunc vigentibus non eruitur (cfr. *Romana* diei 28 iulii 1970 Sectionis Alterius - in *Apollinaris* XLVI (1973), p. 307 ss.).

His dictis de iure recurrendi, decisio de recursu admittendo vel reiciendo, in casu, pendet ab eius fundamento, seu ex responsione ad dubium alterum.

II - *An admittenda sit querela nullitatis contra decretum Exc.mi Decani S. R. Rotae diei* 21 *octobris* 1968.

13. Attentis quae in Codice (can. 1603 § 1, n. 3) et in *Normis specialibus* Signaturae Apostolicae (art. 17 § 2, n. 3 et art. 19 §§ 1 et 3) ad rem statuuntur, querela nullitatis contra decretum Decani nequit admitti ob sequentes rationes: 1) Signatura videt, potestate ordinaria, de querela nullitatis "contra sententiam rotalem" (can. 1603, § 1, n. 3; *Normae*, art. 17, § 2, n. 1) sive definitivam, sive etiam interlocutoriam (*Normae*, art. 19, §§ 1 et 3). At in casu non agitur de "sententia rotali" a regulari Turno prolata, sed de simplici decreto Decani, quod distinguitur a sententia (can. 1868, § 2).

2) Praeterea, "querela nullitatis contra sententiam rotalem proponi potest in casibus enumeratis in cann. 1892, 1894" (*Normae Speciales*, art. 19, § 1), ius scilicet proponendi querelam nullitatis tunc tantum exsurgit, cum in prolata sententia vitia occurrunt, de quibus in cann. 1892 et 1894. In casu, agitur de decreto quod Exc.mus Decanus tulit ad normam art. 60 *Normarum* S. R. Rotae, in quo nullum occurrit vitium ex his quae in citatis canonibus recensentur, prout fusius demonstrabitur in tertia quaestione quae superest solvenda.

3) Denique, "querela nullitatis contra sententiam rotalem proponi potest in casibus enumeratis in cann. 1892 et 1894, *dummodo vitia ibidem recensita manifeste appareant. In dubio, recursus fundamento destitutus habendus est*". (*Normae*, art. 19, § 1). At in casu, non modo vitia in praecitatis canonibus enumerata manifeste non apparent, sed non exstant omnino.

14. Recursum fundamento revera destitutum esse, confirmant rationes quibus innititur decretum Exc.mi Decani S. R. Rotae; id est "attenta causa quae expresse pertractanda contenditur in prima instantia coram Hoc Apostolico Tribunali; considerata persona quae conveniri intenditur quaeque expresse significatur a cl.mo Patrono 'il Consiglio Permanente episcopale nella persona dei suoi organi i rev.mi Victor e Thomas'; perpensa causa petendi: 'falsi da dichiarare e danni da liquidare'; perspectis cann. 1601 (una cum interpretatione authentica diei 22 maii 1923); 1599, § 1 n. 1; 1557, § 1 n. 3 coll. 1558; attento art. 60 *Normarum* S. R. Rotae Tribunalis; decernit Sacram Romanam Rotam esse indubie incompetentem in casu propterea quae praefatam instantiam esse reiciendam ad omnes iuris effectus". Tribunal S. R. Rotae revera erat incompetens ad causam *Dioecesis L. - Iurium* admittendam et tractandam:

a) *ob incompetentiam absolutam ratione obiecti* (rectius, ob defectum iurisdictionis) ad normam can. 1601 et interpretationem authenticam diei 22 maii 1923 (AAS 16, 251). Re enim vera, pro sua constitutione, S. R. Rota est Tribunal apostolicum ordinarium, quod exclusive pollet iurisdictione iudiciali, nullimode autem iurisdictione administrativa. Praeclusio expresse sancitur in can. 1601: "Contra Ordinariorum decreta non datura appellatio seu recursus ad Sacram Rotam; sed de huiusmodi recursibus exclusive cognoscunt Sacrae Congregationes" et quidem, nedum quod attinet meritum eorundem recursuum, sed etiam "ratione refectionis damnorum" quae ex Ordinariorum decretis illata fuisse contendatur. In casu, "Communicatio" Consilii Permanentis Episcopatus Nationis X., cuius causa ipsum Consilium eiusque organa (RR. DD. Victor et Thomas) conveniuntur, est indubie actus administrativus, et hoc ipse Patronus concedit, ipsique actus a Rev.mis DD. Victore et Thoma positi, ob notitias publice traditas in "conférence de presse", sunt actus administrativi.

In suo novissimo restrictu cl.mus Patronus concedit quidem: " Illud 'Communiqué' est actus administrativus-pastoralis collectivus iuxta *'Christum Dominum'*", sed contendit "quod libellus impetit tantummodo 'excessus mandatariorum', non actum administrativum (Communiqué) in se et per se consideratum". Sed in suo recursu, de quo est iudicandum, contrarium Patronus clare edixerat. Actus mandatariorum distincte et directe, immo eorundem excessus quos Patronus vocat, perpendentes, Nobis visum est actus positos, ut in casu, nomine potestatis administrativae ab agentibus in exercitio muneris sibi commissi, esse actus administrativos; contra laesiones proinde iurium subiectivorum, per actus administrativos forte causatas, non datur actio contentiosa apud tribunalia ordinaria vel S. R. Rotam, sed recursus hierarchicus via administrativa;

b) *Ob incompetentiam absolutam ratione personarum*, quae conventae sunt, ad normam cann. 1557, § 1, n. 2 et 1558. In casu, personae conventae sunt: Rev.mi Victor et Thomas, ut "mandatarii", et ipsum Consilium Permanens, uti "mandans et responsabile de excessibus mandatariorum "committente responsabile delle affermazioni". Verum, in Consilio Permanenti repraesentantur omnes Episcopi Nationis X., inter quos nonnulli S. R. Ecclesiae Cardinales, ipseque Praeses Consilii est S. R. Ecclesiae Cardinalis. Ergo, cum conveniatur Consilium, conveniuntur Episcopi et Cardinales Nationis X. Ast, S. R. Rota, ratione harum personarum, indubie incompetens erat ad iudicandum in casu, nam "ipsius Romani Pontificis dumtaxat ius est iudicandi Patres Cardinales" (can. 1557, § 1, n. 2). Agitur quidem de incompetentia absoluta;

c) Item, ex alio capite, *ob incompetentiam absolutam ratione personarum* ad normam can. 1557, § 1, n. 3. Praelaudati Episcopi et Cardinales, in Consilio Permanenti repraesentati, conveniuntur ut "committenti responsabili" de "excessibus mandatariorum", non modo de damnis et de causis damnorum, de "falsis dictis, scriptis et actis", sed etiam de "gravissimis calumniis" necnon de "magna diffamatione" quae exinde obvenit actoribus ephemeridum Maderatoribus. Ergo, Consilium Permanens, idest Episcopi et Cardinales Nationis X., conveniuntur in casu, non actione tantummodo declaratoria et vindicatoria in sede contentiosa, sed etiam actione poenali ob formaliter denuntiatam publicam diffamationem quam passi sunt praedicti actores ephemeridum Moderatores, qui ideo etiam ex hoc capite ut partes laesae sistunt in iudicio (cann. 1938, § 1; 2355). Sub hoc etiam respectu, igitur, S. R. Rota incompetens est ad iudicandum de causa *Dioecesis L. - Iurium*, nam "ipsius Romani Pontificis dumtaxat ius est iudicandi ... in criminalibus Episcopos etiam titulares" (can. 1557, § 1, n. 3).

Hanc conclusionem Patronus conatur evertere, excipiens nunc in suo restrictu, secus ac dixerat in suo recursu, Consilium non conveniri quoad omnia, nam "de calumniis respondere debent personaliter" mandatarii, dum "mandans Consilium respondet de damnis a suis mandatariis illatis" tantum. Sed exceptio fallit, nam eatenus mandans Consilium conveniri poterat ut responsabile damnorum, quatenus responsabile fuerat de eorundem damnorum causis, nempe "de falsis", "de calumniis" et "de diffamatione".

15. Ob rationes allatas, igitur, S. R. Rota erat absolute incompetens ad pertractandam causam, ideoque querela nullitatis contra decretum Decani S. R. Rotae diei 21 octobris 1968 admittenda non est.

III - *An constet de nullitate decreti Exc.mi Decani S. R. Rotae diei* 21 *octobris* 1968.

Huic dubio iam responsum est. Quaedam tamen adduntur quibus uberius illustratur petitionem contrariam penitus carere fundamento.

16. Duplici ex capite vitiari potest decretum: vel ob vitium intrinsecum substantiale, idest ob intrinsecum defectum seu intrinsecam inefficaciam rationum in decidendo, ob neglectum praescriptum legis vel ob erroneam legis interpretationem et falsam eiusdem applicationem (error in decidendo), quo in casu tamen non proprie nullitas decreti datur, sed iniustitia; vel ob vitium formale extrinsecum ob violatas leges in procedendo (error in procedendo).

Neutrum admitti potest in casu.

17. *Vitium substantiale intrinsecum in decidendo revera* haberetur si nulla adessent motiva, ad normam legis, ad declarandam Rotae incompetentiam, vel quae ellegantur fundamento carerent. Hoc in casu non verificatur.

Ad normam sane articuli 60 *Normarum* S. R. Rotae Tribunalis, "si indubie constet de incompetentia S. Rotae", Decanus tenetur libellum reicere "per decretum in quo causas reiectionis indicabit". In casu, certum est constare de incompetentia S. Rotae, nam "causae reiectionis", quae in decreto Decani allegantur, sunt iuridice inoppugnabiles (cfr. supra dicta ad II quaestionem).

Ergo in casu nullum adfuit vitium in decidendo.

18. *Vitium formale extrinsecum in procedendo, nullitatem secumferens*, tunc tantum adesset si Exc.mus Decanus in edendo decreto reiectionis libelli legem aliquam processualem violasset.

At in casu servata est ratio procedendi in art. 60 *Normarum* S. R. Rotae praescripta.

19. Recurrentium Patronus in suo restrictu diserte contendit: "Nullum esse decretum Exc.mi Decani, quia constat prolatum: *a*) extra facti speciem et petita ...; *b*) sine competentia; *c*) per canones inconferentes, factorum perversionem".

Pauca ad singula!

Ad primum - Contendit Patronus decretum Decani prolatum fuisse "extra facti speciem et petita", quia thema decidendum erat "quarta (eius) instantia (diei 11 oct. 1968) pro Turno *Dioecesis L.* constituendo", non vero libellus introductorius causae *Dioecesis L.* Qui libellus causae *Dioecesis L.*, ait Patronus, utpote "unitus ex officio causae *Dioecesis E.* coram R. P.

http://www.obrascatolicas.com

D. Ferraro n. 9490, una cum instantiis, exclusive iamdudum pertinebat iusridictioni illius Turni, quapropter nullus alius Auditor, ne Decanus quidem, Turno illi extraneus, utcumque poterat sese immiscere in libello illo".

Respondetur: In memorata quarta sua instantia diei 11 octobris 1968 Patronus conqueritur de libello nondum admisso in causa *Dioecesis L.*, ideoque ad admissionem libelli denuo sollicitandam, constitutionem respectivi Turni exspostulat: "Voglia l'E. V. emettere il decreto di costituzione del Turno *Dioecesis L.*, (art. 14 et 59 *Normae* S. R. Rotae) o di rifiuto". His igitur in adiunctis, instantia pro Turni constitutione nihil aliud est nisi renovata instantia pro admissione libelli, nam admissio libelli est conditio sine qua non ut Turnus constituatur, adeo ut ipsa Turni constitutio necessario haberi debeat ut expressa libelli admissio. Exc.mus Decanus, cum in comperto haberet Tribunalis incompetentiam, logice libellum reiecit; libelli autem reiectio necessario secumferebat instantiae reiectionem.

Verum, ait Patronus, Decanus nequibat libello manus apponere, quia libellus "prostabat coram Turno *Dioecesis E.*". Respondetur in S. R. Rota libellos admittere vel reicere Decanum (art. 60 *Normae* S. R. Rotae). Decanus autem numquam decreverat connexionem causae *Dioecesis L.* cum *Dioecesis E.* et ideo Decanus nec implicite ius umquam amiserat decernendi de libelli causae *Dioecesis L.* admisione vel reiectione.

Ad secundum - Decretum, ait Patronus, est nullum, quia latum est "sine competentia", nam, cum libellus *Dioecesis L.* unitus fuerit "ex officio causae *Dioecesis E.* coram Ferraro n. 9490 una cum instantiis exclusive iamdudum pertinebat iurisdictioni illius Turni, quapropter ... (Decanus) tunc absolute incompetens factus est".

Respondetur adsertam unionem causarum ex officio numquam peractam esse, nec poterat peragi in causis ratione gradus distinctis. Ceterum, causa *Dioecesis E.* coram Ferraro nondum pendebat, quia partis conventae citatio nondum facta fuerat. Haec omnia bene noverat Patronus, qui in ipsa quarta instantia, quam reicit Decanus, scripserat: "Con istanza 19-9-1968 facevo presente a V. S. che la mia *Dioecesis L.* non può essere considerata inclusa in una causa di seconda istanza per rigetto di libelli".

Ad tertium - Ait denique Patronus: "Decretum adducit canones inconferentes factaque pervertit veluti qui dormitat". Canones qui inconferentes dicuntur, sunt:

– can. 1601 (at Patronus omittit citationem interpretationis authenticae diei 22 maii 1923): "Libellus non impetit decreta Ordinariorum, sed proponit *actionem civilem falsi et damni.* Decretum ergo facti speciem perturbat";

– can. 1599, § 1, n. 1, quo statuitur incompetentia S. R. Rotae ad iudicandum in prima instantia;

– can. 1557, § 1, n. 3, quo sancitur exclusiva competentia R. Pontificis iudicandi Episcopos in criminalibus. Arguit Patronus: "actio est civilis, non criminalis, de falsis et de damnis provocatis a mandatariis".

Agitur, ut palam est, de motivationibus in iure adhibitis in decreto Decani ad demonstrandam incompetentiam S. R. Rotae in causa *Dioecesis L. - Iurium*, ex quibus tamen Patronus omittit illam quae ex can. 1557, § 1, n. 2 deducitur (incompetentiam Rotae ad iudicandos S. R. Ecclesiae Cardinales), quia evidenter nihil in contrarium obicere potest.

Harum omnium obiectionum fallacia clare demonstrata est cum, in solvenda quaestione secunda, ostensum est, querelam nullitatis quolibet fundamento destitui.

Patronus insistit in distinctione inter "Communiqué", qui est actus administrativus, et actus mandatariorum qui, iuxta suam sententiam, non sunt actus administrativi.

Nedum "Communiqué" – ut supra dictum est ad n. 14, *a* - est actus administrativus, sed ipsi actus positi a Rev.mis Victore et Thoma sunt actus administrativi, utpote ab agentibus administrativis positi in exercitio suarum functionum administrativarum. De his igitur agi nequit coram iudice ordinario in sede contentiosa, sed agendum est coram iudice administrativo, in sede administrativa, idest per recursum hierarchicum ad competentem Sacram Congregationem pro Episcopis.

His omnibus in iure et in facto perpensis, Nos infrascripti Cardinales Membra Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, edicimus, declaramus et definitive sententiamus, propositis dubiis respondentes:

Ad I : *videbitur in II et III;*

Ad II : *negative, seu querelam nullitatis contra decretum Decani S. R. Rotae diei* 21 *octobris* 1968 *admittendum non esse, in casu;*

Ad III : *provisum in secundo.*

Romae, in sede Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae, die 23 februarii 1974. – Dinus Card. STAFFA, *Praefectus et Ponens* (*Sequuntur ceterae Cardinalium subsignationes*).

* Apoll 47 (1974) 302-313.

4272

1974 FEB 23. - SIGNATURA APOST., SENTENTIA. PART.*.

Datur sententia circa recursum contra decretum Congressus; circa querelam nullitatis decreti Rotae Romanae ob defectum legitimitatis partis et motivorum decidendi; circa incompetentiam Signaturae ad recipiendas appellationes formales a decretis rotalibus

Facti species

1. Die 23 iunii 1966 Consilium Permanens Episcopatus Nationis X. seu organum centrale repraesentativum Conferentiae Nationalis Episcoporum, momentosam quandam "Communicationem" ediderat sequentis tenoris: " Les Cardinaux et le Conseil permanent de l'Épiscopat ... considèrent comme un devoir de mettre en garde les fidèles contre des articles parus notamment dans les magazines comme C., des revues comme A. et B., des bulletins comme D., etc."; simulque mandarunt Rev.mo D.no Thomae, "Secrétaire Général de l'Episcopat" ut textum "Communicationis" mitteret "personnellement" Moderatoribus responsabilibus praedictarum ephemeridum, antequam publici iuris fieret.

Secretarius Generalis mandatum explevit per litteras diei 25 iunii 1966, in quibus, inter alia, lamentabatur quod "plusieurs Evêques avaient, à maintes reprises, cherché un dialogue avec les auteurs des articles mis en cause", colloquium postulans cum eorumdem ephemeridum Moderatoribus.

Communicatio publici iuris facta est mane feriae secundae diei 27 eiusdem mensis, in publica "conférence de presse" per Rev.mum D.num Victorem "Directeur du Secrétariat de l'opinion publique", ad quam publicam conferentiam consulto invitati erant praelaudati ephemeridum Moderatores.

Nuntium invitatorium tamen, una cum litteris Rev.mi Secretarii Generalis, revera non fuit tempestive missum. Epistula sane gerebat datam diei sabbati 25 iunii 1966, sed ex involucro constat depositam esse, apud publicos tabellarios, die dominico 26 iunii hora 18,30, ergo non poterat ad destinatarium utiliter pervenire antequam, mane insequentis die, conferentia celebraretur.

In praefata publica conferentia, Rev.mus Victor "Communicationem" praesentans, expresse lamentatus est vane conamina pluries facta esse a compluribus Episcopis, instaurandi colloquium cum auctoribus "d'articles ou des promoteurs favorisant une telle campagne"; de Episcoporum iussu postea dicit "que ce communiqué fût porté personellement et avant quiconque à la connaissance des directeurs des publications mentionnées".

2. Sequenti die, 28 iunii 1966, D.nus Henricus, Moderator ephemeridis A aperte declaravit Agentiae AFP, se numquam invitatum esse ab Ordinario loci ad dialogum habendum cum eo, Secretarium vero Generalem sero nimium epistulam misisse, quam ob rem se minime potuisse "Communicationem" recipere ante eiusdem publicationem.

3. Plures ephemerides, sive dioecesanae (Bulletins diocésains) sive laicae, notitiam "Communicationis" Episcoporum statim ample divulgarunt, additis commentationibus et explicationibus in "conference de presse" a R.mo Victore traditis, ex quibus ut plurimum deducebatur, denuntiatiatas ephemerides earumque Moderatores oppositionem aperte moliri contra decreta Concilii Vaticani II, necnon contra Episcopos, ipsumque Papam, quas interpretationes et commentationes recurrentes censuerunt "sfavorevoli e infondati ... inesatti e lesivi", iniuriosas nempe erga proprias personas suarumque ephemeridum bonam famam.

Quam ob rem, trium ephemeridum Moderatores, nempe domini: Philippus (C), Henricus (A) et Mauritius (B), coram Tribunalibus illarum octo dioecesium, quarum ephemerides locales "Communicationem" Episcopatus divulgaverant una cum haud benevolis commentariis, actionem declaratoriam proposuerunt, petentes, ad normam can. 1552, § 2, n. 1, factorum

declarationem, nempe ut, "en raison de la publicité qu'Elle (singulus Episcopus) a voulu donner au "Communiqué" ... dans la partie officielle de son bulletin diocésain", vellent, singuli Episcopi, ad tramitem can. 1552, § 2, n. 1, "bien déclarer, en forme légitime, les points de droit ci-joints", quae puncta seu facta, ibidem expresse recensita, falsa, infundata ac sibi graviter iniuriosa denunciabantur.

4. Octo adita Tribunalia unanimiter decreverunt propositorum libellorum reiectionem, praesertim ob defectum competentiae, sive ratione obiecti sive ratione personarum (octo Episcopi, inter quos nonnulli S. R. E. Cardinales, ipsum Consilium Episcopale eiusque organa praecipua), sive denique ratione territorii ("ces faits se sont produits à L. et les sièges des organismes mis en cause sont à L."), aliis insuper adiectis rationibus, praesertim ex iniuncto pastorali ministerio depromptis.

5. Adversus decreta libellos reicientia, ephemeridum Moderatores recursum instituerunt ad S. R. Rotae Tribunal, ad normam can. 1709, § 3, expresse postulantes "de déclarer nul et sans effet le rejet des libelles, surtout par violation du can. 1587, et par défaut des raisons fondées en fait et en droit".

6. Quo recursu pendente, cum silentium Tribunalis aditi produceretur, nova instantia diei 9 iunii 1967 tres ephemeridum Moderatores directe coram S. R. Rota novae causae introductionem postulaverunt, nempe *"L. - Iurium"*, directe impetentes Consilium Episcopale "par ses organes, Mgr. Victorem et Mgr. Thomam" repraesentatum, utpote "committente responsabile delle affermazioni false e dannose propalate dai suoi organi e da esso approvate", petitis falsarum notitiarum correctionibus ("rettifiche dei falsi") et dannorum refectione.

Petebatur insuper ut pro reiectione libellorum, causa *Dioecesis E. et aliarum* cumularetur, ratione connexionis, cum nova causa *Dioecesis L. - Iurium* cuius introductio iamdie postulata erat. Sed Exc.mus Decanus S. R. Rotae, decreto diei 21 octobris 1968, edixit: "Sacram R. Rotam esse indubie incompetentem in casu, proptereaque praefatam instantiam esse reiciendam ad omnes iuris effectus".

Recursu instituto die 28 octobris 1968 adversus Decani decretum, propositaque querela nullitatis, Supremum hoc Tribunal, in Congressu diei 1 decembris 1970, decrevit: *Negative,* seu *recursum in casu non esse admittendum ad disceptationem.*

7. Interim, post duos tamen annos, maturata est etiam causa *Dioecesis E. et aliarum,* in qua Turnus Rotalis, die 22 ianuarii 1970, decrevit: "Recursus adversus decreta Tribunalium dioecesanorum libellos litis introductorios reicientia, admittendos non esse, in casu".

8. Hoc decretum impugnatum est apud S. H. Tribunal recursu diei 19 martii, iterum atque tertio renovato diebus 8 et 10 mensis aprilis eiusdem anni, interposita querela nullitatis

Die 1 decembris 1970, in Congressu habito coram Cardinali Praefecto, eadem nempe sessione in qua decisum est de recursu in causa *Dioecesis L. - Iurium,* distinctim decretum est: *Negative,* seu *recursum in casu non esse admittendum ad disceptationem,* addita clausula: *Attamen recurrentibus patet via administrativa.*

Postulata deinde Commissione Pontificia, die 16 decembris 1970, ad hoc ut competens Tribunal "cognoscere valeat de tota re" (de declaratione factorum, de falsis et damnis) iuxta dubium die 8 aprilis 1970 propositum", in Congressu diei 21 decembris 1970 decretum est: *Attentis decretis Congressus diei* 1 *decembris* 1970, *concessionem Commissionis Pontificiae non esse Ss.mo proponendam.*

9. Nova demum proposita instantia, die 4 ian. 1971, qua recurrentes provocabant ad Signaturam Plenariam adversus praefatorum recursuum reiectionem, a Congressu pronuntiatam die 1 dec. 1970, in Congressu habito die 8 februarii, auditis partibus et Promotore iustitiae, decretum est: *Quaestio subicitur Plenariae Signaturae, quae videat:*

I. *An admittendus sit recursus contra decretum Congressus diei* 1 *decembris* 1970; et quatenus affirmative:

II. *An admittenda sit querela nullitatis contra decretum rotale diei* 22 *ianuarii* 1970; et quatenus affirmative ad II^{um}:

III. *An constet de nullitate decreti rotalis diei* 22 *ianuarii* 1970.

In iure et in facto

I - *An admittendus sit recursus contra decretum Congressus diei* 1 *decembris* 1970

10. Hic ad verbum repetenda sunt quae diximus, de eadem quaestione, in *Dioecesi L. Iurium*, pariter hodie tractata. Quibus dictis de iure recurrendi, decisio de recursu admittendo vel reiciendo, in casu, pendet ab eius fundamento.

II - *An admittenda sit querela nullitatis contra decretum S. R. Rotae diei* 22 *ianuarii* 1970

11. Contendit patronus praefatum decretum rotale duabus nullitatibus laborare ex his quae in cann. 1892, 1894 recensentur, nempe ex can. 1892 n. 2 ob defectum legitimitatis passivae in parte conventa, et e can. 1894, n. 2 quatenus decretum rationibus in decidendo est destitutum.

Ait patronus: " nullum est decretum latum in personam destitutam legitimatione passiva ad causam (can. 1892, n. 2), siquidem incapax est citationis ... Atqui octo Ordinarii, citati a Ponente Rotali, erant destituti legitimitate passiva ad causam, et (ideo) incapaces erant citationis (can. 1559). Decretum rotale ergo nullum est".

Respondetur quaestionem decidendam a S. R. Rota non fuisse de merito causae, quae nondum erat introducta, sed quaestionem praeliminarem de admissione vel reiectione libellorum, in qua requiritur quidem citatio partis actricis (can. 1709, § 3: "audita parte"), sed non citatio partis conventae, nam examen libelli, etiam apud "tribunal superius" (can. 1709, § 3), non fit in contradictorio partium. Prorsus ergo otiosum est de legitimitate passiva inquirere.

Idem responderi debet iis quae obiicit Patronus ex eo quod "citati fuere tamquam conventi Exc.mi Archiepiscopi Bertrandus et Carolus, qui munere iudicis functi erant in prima instantia". Eadem est enim quaestio: nec citatio duorum Archiepiscoporum nec eorum praesentia in iudicio appellationis requirebatur a iure. Quapropter, si haec facta sunt, aliquid inutile factum est, quod legitimitatem et validitatem iudicii non afficit.

Nullitatem ex can. 1894, n. 2 contendit Patronus adesse ex eo quod "Decreta appellata (apud Rotam) ... sunt destituta motivis in iure et in facto, siquidem *de alia re agunt"*, unde ipsum decretum, quod eadem decreta confirmavit sua faciens eorum motiva, habendum est destitutum "motivis in iure et in facto" quatenus de alia re agit. Immo, ipsas rationes quae in decreto allegantur, Patronus autumat pertinentes non esse ("Decretum, ait Patronus, adducit eosdem canones quibus usus est Exc.mus Decanus in reiectione libelli *Dioecesis L.* qui sunt: can. 1557, can. 1558, can. 1601, cum Resp. Comm. 22.V.1923, can. 1708"), quia "l'action engagée par moi était une action "déclaratoire" et dont ni contentieuse, ni criminelle contre quiconque". Unde, concludit Patronus, "decretum impugnatum *omnino nihil* intellexit de eis quae eidem proposita sunt: idcirco iudicat de re extranea".

Respondetur actionem declaratoriam esse vel contentiosam vel criminalem (can. 1552, § 2, nn. 1-2). Quaestio decidenda non erat de merito actionis propositae, sed de admissione vel reiectione libellorum tantum. S. R. Rota decrevit, innixa canonibus citatis, quin meritum causae attingeret. S. R. Rota ergo iudicavit non "de alia re", "de re extranea", sed de re circa quam eius exquirebatur iudicium, nempe de admissione vel reiectione propositorum libellorum. In decreto, septem expenduntur paginae ad illustranda et confirmanda motiva reiectionis in iure et in facto evidenter fundata.

12. Motiva reiectionis quae in decretis Tribunalium dioecesanorum adducta sunt, quaeque in decreto Rotali confirmantur, sunt plura. Praecipua autem haec sunt:

a) *Incompetentia absoluta ratione personarum*, ad normam can. 1557, § 1, n. 2, nam inter octo Episcopos conventos nonnulli sunt Patres Cardinales, de quibus "ipsius Romani Pontificis dumtaxat ius est iudicandi" (can. 1557, § 1, n. 2, et can. 1558);

b) *Incompetentia absoluta item ratione personarum*, ad normam can. 1557, § 2, n. 1, nam octo Episcopi conventi sunt Episcopi residentiales, qui in contentiosis iudicio Tribunalis Sedis Apostolicae sunt exclusive obnoxii (can. 1557, § 2, n. 1 et can. 1558);

c) *Incompetentia absoluta ratione obiecti* (rectius: *defectus iurisdictionis*), ad normam can. 1601 et interpretationis authenticae diei 22 maii 1923 (AAS 16, 251), nam sive "Communicatio" Episcopatus Nationis X., sive actus qui imputantur Episcopis dioecesanis (divulgatio "Communicationis" etc.), sunt procul dubio actus administrativi-pastorales, qui ideo subsunt, via administrativa, iudicio Sacrarum Congregationum, et quidem nedum quoad meritum quaestionis, sed etiam ratione refectionis damnorum quae ex iisdem actibus consequantur (cfr. interpret. auth. diei 22 maii 1923, AAS 16, 251). Damna

http://www.obrascatolicas.com

in casu de quibus actores conqueruntur, praesertim ex errore profluerent mandatariorum, prout ex factispecie eruitur; et, cum asserta damna non procedant nisi ex officiali divulgatione actus administrativi ("Communicationis"), de eisdem videre non potest iudex ordinarius, actione iudiciali instituta, sed competens Sacra Congregatio per recursum hierarchicum regulariter adita.

Decretum ergo Sacrae Romanae Rotae adeo rationibus in iure et in facto fundatis innititur, ut ex hoc solum proposita querela nullitatis quolibet prorsus fundamento destituta dicenda sit.

Ob easdem rationes nec ipsa restitutio in integrum invocari potest in casu, nam remedium hoc extraordinarium conceditur tantum "contra sententiam ... dummodo de evidenti iniustitia rei iudicatae manifesto constet" (can. 1905, § 1). In casu enim de iniustitia decreti rotalis minime constat, eoque minus evidenter et manifesto.

Concludendum est ergo querelam nullitatis contra decretum rotale diei 22 ianuarii 1970 admittendum non esse.

III - *An constet de nullitate decreti rotalis diei* 22 *ianuarii* 1970

13. Huic tertio dubio provisum est in responso ad secundam quaestionem. Nonnulla tamen uberius explicari valent.

14. Adversus praefatum rotale decretum, Patronus indebite querelam nullitatis cumulavit cum appellatione, expresse contendens ipsum decretum aperte affici nedum nullitatibus simpliciter formalibus, sed compluribus etiam vitiis intrinsecis substantialibus, ob intrinsecam inefficaciam rationum in decidendo, ob perversionem, erroneam interpretationem et falsam canonum applicationem et ob neglectum legis praescriptum.

Verum, pro sua competentia Signatura Apostolica videt tantummodo de querela nullitatis (can. 1603 § 1 n. 3; *Normae Speciales*, art. 17 § 2 n. 1), non de appellatione, quae in casu proponi debuerat exclusive coram Turno superiori ipsius Tribunalis Sacrae Romanae Rotae (*Normae Speciales*, art. 19 § 5).

Utcumque, neutrum admitti potest in casu, nec vitium intrinsecum evincitur, nec vitium formale valet demonstrari.

15. *Vitio substantiali* afficitur sententia quoties allatae rationes non sunt in iure et in facto fundatae, vel canones quibus decisio innititur sunt aperte detorti et erronee interpretati seu falso applicati, vel denique quoties in decisione neglectum fuit legis praescriptum. Hoc non verificatur in casu.

Decretum S. R. Rotae libellos reicit ab ephemeridum Moderatoribus prolatos, validis omnino rationibus, nempe, praecipue, ob incompetentiam absolutam ratione personarum vi can. 1557 § 1, n. 2 et § 2, n. 1, ac praesertim ob incompetentiam absolutam ratione obiecti, vi can. 1601 et interpretationis authenticae diei 22 maii 1923 (AAS 16, 251). Patronus, qui nisus est decreti validitatem infirmare, vim citatorum canonum (1557, § 1, n. 2 et § 2, n. 1, 1601 una cum interpretatione authentica 22 maii 1923) explicite negare non potuit, sed a quaestione divertere conatus est, asserens hos canones non pertinere ad quaestionem, quatenus actio proposita "était une action 'déclaratoire' et donc ni contentieuse ni criminelle contre quiconque", quam rationem distinguendi actionem declaratoriam et actionem contentiosam superius refutavimus una cum conclusione, prorsus gratuita, quam exinde infert ipse Patronus: "Decretum impugnatum omnino nil intellexit de eis quae eidem proposita sunt; idcirco iudicat de re extranea", velut si iudices octo tribunalium dioecesanorum et ipse iudex rotalis adeo inepti sint in eorum munere fungendo, ut nec ipsam quaestionis naturam intelligere valeant.

16. *Vitio formali* seu *processuali* tunc tantum sententia laborat et nulla efficitur cum lex expresse nullitatem comminatur ob violationem normae in procedendo.

Plures legum violationes denuntiat Patronus, quae tamen, vel falso nituntur supposito (praesertim, quod decretum debuerit iudicare de proposita actione declaratoria factorum seu de merito causae, dum e contra in phasi praeliminari pro admissione vel reiectione libellorum hoc fieri non poterat), vel falsam praebent legum interpretationem.

De his adsertis violationibus, merito Iudices Rotales in decreto scripserunt: "Neque appellatorum decretorum validitati (id obiter adnotamus) quidpiam vel a longe detrahere valent futiles, distortae, extravagantes, necnon quandoque subobscurae argumentationes, a cl. Auctorum Patrono in Memoriali congestae; quae ideo, ullo absque veritatis et iustitiae detrimento, prorsus posthabendas ducimus".

17. Quia nonnullae adsertae violationes viderentur nullitates secumferre sive processuales sive etiam substantiales, paucis respondemus:

a) Ait Patronus: "Praeprimis dicendum, impugnatum decretum in facti specie, detorquere in toto facta exposita, nisum probare, quod libelli habendi sint directi contra dictam Communicationem". Respondetur libellos apud tribunalia dioecesana introductos proposuisse actionem declaratoriam de factis seu de promulgatione et divulgatione "Communicationis" et suis iuridicis effectibus. Merito proinde tenuit S. R. Rota, quaestionem propositam indolem induere administrativam.

b) Contendit insuper Patronus defuisse contradictorium: "Veritate factorum subversa, patronique voce penitus suffocata, iam valedices contradictorio iudiciali, sine quo decisio consistere nequit". Huic assertioni (negatum nempe fuisse in casu naturale ius defensionis, quod absque contradictorio non subsistit) respondendum est: examen libelli, sive coram iudice a quo, sive coram iudice ad quem, non fit in contradictorio partium (can. 1709 § 1) et, pars actrix tantum audienda est in gradu appellationis apud superius tribunal (can. 1709 § 3). In casu, pars actrix audita est, quemadmodum audita est in omnibus gradibus iurisdictionis, et amplissima facta est ei facultas se defendendi, sive coram Rota, sive coram S. H. Tribunali.

c) Patronus instat *petitum iudiciale esse, non administrativum*: "Obiectum litis declaratoriae hoc est, ut Tribunal dignetur quattuor facta iuridica declarare ... In hisce quattuor declaratoriis agitur tantum de factis iuridicis, et in eas non intrat officium et ius Ecclesiae gubernandi et docendi fideles. Fallit igitur tota superconstructio de re administrativa, supposita a Tribunalibus". Et huic quaestioni iam responsum est. Petitum est "declaratio factorum" respicientium promulgationem et divulgationem actus administrativi, idest "Communicationis" Episcopatus Nationis X. Petitum igitur est indolis administrativae.

d) Patronus autumat *decretum esse contradictorium quoad competentiam*, quia iudices suam competentiam declarant quoad propositam actionem declaratoriam; at "simul visi sunt adprobare Patrem Ponentem, qui tenuit se competentem ad citandos octo Ordinarios ut venirent in iudicium, in quo Auditores intendebant declarare suam incompetentiam". Respondetur Iudices pro sua competentia oblatos libellos reiecisse, confirmantes eorumdem libellorum reiectionem a iudicibus dioecesanis iam factam. Ponens, in phasi praeliminari admissionis libellorum, antequam suum promeret votum, voluit adire Episcopos conventos. En totum. Ubinam est contradictio quoad competentiam?

e) Patronus tenet *decretum esse innovatorium quoad partem conventam*: "Libelli haud proponunt partem conventam iuxta naturam actionis declaratoriae. Petunt a iudice: sintne vera asserta in urbe L. et amplificata hoc in territorio. Iudex rotalis partem conventam excogitat, eamque citat, ad hoc, ut audiat suam incompetentiam. Innovatio per excessum potestatis, ad quid?". Respondetur in actione declaratoria partem conventam esse personam adversus quam petitur a iudice declaratio. In casu, declaratio factorum petita est etiam contra personam singulorum Episcoporum, praeterquam adversus Consilium permanens eiusque repraesentantes R. D. Victorem et R. D. Thomam, nam petita est "en raison de la publicité qu'Elle (singulus Episcopus) a voulu donner au "Communiqué" dans la partie officielle de son bulletin diocésain". Non ergo Iudices Rotales partem conventam excogitaverunt, sed eam aperte significaverunt actores. Ceterum quaestio est prorsus inutilis, cum causa nondum introducta sit et Turnus Rotalis Decretum ediderit in sede praeliminari admissionis vel reiectionis libelli, iudicio nondum inchoato.

f) Patronus lamentatur quod *decretum non iudicat de factis iuridicis neque de querela nullitatis*. Respondetur praeliminare obiectum controversiae non fuisse nisi admissionem vel reiectionem libellorum. Quod autem attinet, in specie, omissionem Promotoris iustitiae, bene novit Patronus eiusdem praesentiam non requiri initio quaestionis de admissione libelli (can. 1609 § 1 et can. 1709 § 1), requiri autem, ad normam can. 1709 § 3, in gradu appellationis contra libelli reiectionem.

His omnibus in iure et in facto perpensis, Nos infrascripti Cardinales Membra Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, edicimus, declaramus et definitive sententiamus, propositis dubiis respondentes:

Ad I : *videbitur in II° et III°*;

Ad II : *negative, seu querelam nullitatis contra decretum rotale diei* 22 *ianuarii* 1970 *admittendam non esse, in casu;*

Ad III : *provisum in secundo.*

Romae, in sede Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae, die 23 februarii 1974. – Dinus Card. STAFFA, *Praefectus et Ponens* (*Sequuntur ceterae Cardinalium subsignationes*).

* Apoll 47 (1974) 313-323.

4273

1974 FEB ... - SC pro CULTU DIVINO, EPISTULA. PART.*

De calendariis particularibus dioecesium et Familiarum religiosarum, atque Missarum et Officiorum Propriis quamprimum recognoscendis

E.me Domine, Reverende Pater, Novo Calendario Romano Generali promulgato, quod in Missali Romano instaurato insertum invenitur, Sacrum hoc Dicasterium normas edidit in exarandis Calendariis Propriisque cuiuscumque nationis, regionis, dioecesis vel familiae religiosae servandas, prout habentur in "*Instructio de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis*" diei 24 iunii 1970.

Calendaria et Propria Missarum atque Officiorum, ad normam n. 4 praedictae Instructionis, "*intra quinquennium* a novo Missali novoque Breviario evulgatis" apparanda sunt.

Cum Missale Romanum et Liturgia Horarum iuxta editionem typicam die 16 aprilis 1971 publici iuris facta sint, Calendaria et Propria exarari debent intra diem 16 aprilis 1976. Nihilominus Sacra haec Congregatio confidit fore ut opus properetur atque intra annum 1974 omnia Calendaria et Propria sive dioecesium sive familiarum religiosarum recognoscantur ac confirmentur.

Ad opus perficiendum, sacrum hoc Dicasterium regulas observandas in mentem revocare utile esse ducit:

1) In Calendario et Proprio recognoscendo revisores normas in "*Institutione generali*" Missae et Liturgiae Horarum contentas necnon "*Normas universales de Anno Liturgico et de Calendario*" ac normas supradictae "*Instructionis de Calendariis particularibus*" prae oculis habebunt.

Praeterea quaedam consuetudo cum libris liturgicis instauratis necessaria videtur ut intellegatur quodam modo normas illas in libris apparandis ad effectum deductas fuisse, maxime ad textus euchologicos quod attinet.

2) Calendarii et Proprii recognitioni accuratam investigationem theologicam, historicam, pastoralem anteire oportet, quae a Commissione virorum in his disciplinis versatorum ad hoc instituta peragatur.

3) Quoad Officia et Missas, quae communia sunt pluribus dioecesibus vel familiis religiosis aut dioecesibus et familiis religiosis, convenit ut textus a dioecesi vel familia religiosa, cuius directe interest, exarentur ac deinde ab aliis recipiantur, novis praetermissis, nisi peculiares rationes aliter suadeant.

4) Calendaria et Propria redacta consilio habito cum clero, fidelibus et sodalibus familiarum religiosarum, ad quos spectat, a competenti auctoritate territorii approbentur (Calendaria et Propria nationis a Conferentia Episcopali nationali, Calendaria regionalia a Conferentia Episcopali regionis, Calendaria dioecesana ab Ordinario loci, Calendaria familiarum religiosarum a Supremo Moderatore). Deinde huius Sacrae Congregationis pro Cultu Divino confirmationi proponentur, tribus transmissis exemplaribus textus latini ac vulgaris, atque additis: – relatione de labore confecto; – rationibus, quae in labore conficiendo servatae sunt; – nominibus peritorum, qui laboribus interfuerunt; – exemplari Calendarii et Proprii praecedentis.

Tuae benevolae ac festinanti sollicitudini confidens de labore inchoando vel explendo, qui directe ad vitam liturgicam Ecclesiae localis et familiarum religiosarum spectat, pergratum mihi est sensus venerationis meae pandere atque me profiteri Tibi in Domino add.mum. - A. Bugnini, Archiep. tit. Diocletianen., *a Secretis.*

* Epistula ad Episcopos et Moderatores Supremos religiosorum: Notit. 10 (1974) 87-88.

4274

1974 FEB ... - SC pro CULTU DIVINO, RESPONSA. PART.*

Responsa ad proposita dubia circa:

1 - Missam in nocte Nativitatis Domini celebrandam vespere vigiliae. 2 - Benedictionem cinerum, palmarum et candelarum extra Missam. 3 - Homiliam ab Episcopo sedendo habendam. 4 - Materiam cerei seu candelarum pro Missae celebratione

DUBIUM: 1. *Utrum Missa "in nocte Nativitatis" celebrari possit vespere vigiliae eiusdem sollemnitatis.* Resp. - Missa "in nocte Nativitatis" celebranda est ad mediam circiter noctem, ut veritas temporis servetur. Ad Missam vero, quae ad satisfaciendum praecepto vespere vigiliae anticipatur, adhibendum erit formularium Missae in vigilia, prout a rubrica Missalis indicatur (p. 153: "Haec Missa adhibeatur vespere diei 24 decembris sive ante sive post I Vesperas Nativitatis").

2. *Utrum benedictio et impositio cinerum (feria IV cinerum), benedictio et distributio palmarum (dominica in palmis) et candelarum (in Praesentatione Domini) peragi possit sine Missa.* Resp. - Benedictio et impositio cinerum, ob rationes pastorales, fieri potest etiam sine Missa (v. *Missale Romanum*, p. 180). Ceterae benedictiones stricte conectuntur cum Missae celebratione ad modum processionis seu sollemnis introiti.

3. *Utrum homilia facta ab Episcopo in celebratione Missae haberi possit ab ipso ad sedem et quidem sedendo.* Resp. - Ad normam n. 97 *Institutionis generalis Missalis Romani* homilia in Missae celebratione fit ad sedem vel in ambone. Nihil obstat quominus Episcopus, iuxta traditum morem, sedens homiliam habeat.

4. *Utrum cerei seu candelae, quae in celebratione Missae super candelabra accensae ponendae sunt, congrua parte cerae apum vel olei olivarum aliarumque plantarum confici debeant.* Resp. - *Institutio generalis Missalis romani* cereos pro Missa praescribit "venerationis et festivae celebrationis causa" (nn. 79, 169), attamen nihil pressius determinat circa materiam quibus confici debent, nisi pro lampade iuxta tabernaculum ponenda, quae oleo vel cera nutrienda est (cf. *De sacra Communione et de cultu mysterii eucharistici extra Missam*, Praenotanda generalia, n. 11). Ergo valet pro cereis durante Missa accendendis facultas qua gaudent Conferentiae Episcopales seligendi materias aptas pro sacra supellectile, dummodo sint nobiles ac dignae iuxta mentem cuiusvis populi et usui sacro apte respondeant. In cereis usui liturgico destinatis conficiendis materiae adhibeantur quibus obtineri possit flamma viva, non fumosa nec faetida neque tobaleae aut stratus maculentur. Insuper ut rei veritas et plenior significatio lucis habeatur, vitandae sunt lampades vi electrica accensae.

* Notit. 10 (1974) 80.

4275

1974 MAR 2.-SC RELIG., DECR. AAS 66 (1974) 215-216

De dimissione religiosorum qui vota perpetua nuncupaverunt in religione clericali exempta

Processus iudicialis, ad normam canonum 654-668 Codicis iuris canonici instituendus in dimissione religiosorum, qui vota perpetua sive sollemnia sive simplicia nuncupant in religione exempta, non paucis scatet difficultatibus ac saepe pluribus et damnosis dilationibus locum dare experientia satis compertum est.

Frequenter ergo Moderatores Supremi harum Religionum, dispensationem, iam nonnullis Religionibus concessam, petierunt, experimenti causa, ad normam Motu Proprio "Ecclesiae Sanctae", II, 6 ab obligatione processum huiusmodi in casibus dimissionum conficiendi disciplinam administrativam tantum servando pro dimissione religiosorum statutam (can. 649-653) qui vota perpetua nuncuparunt in religione clericali non exempta vel in religione laicali, quae aliunde disci/- 216
plina iustitiae exigentiis, aequitatis canonicae ac respectui personae debito satis consulit.

Omnibus mature perpensis, Patres huius Sacrae Congregationis, in Coetu plenario dierum 23-25 mensis Octobris a. 1973, quae sequuntur unanimiter statuerunt:

Ordines religiosi et Congregationes clericales exemptae, de quibus in can. 654, in dimittendis religiosis a

http://www.obrascatolicas.com

votis sollemnibus vel simplicibus perpetuis, sequantur procedendi rationem in canonibus 649-653 pro dimissione religiosorum virorum a votis perpetuis in Congregationibus clericalibus non exemptis statutam.

Infrascriptus Cardinalis Praefectus, Patrum deliberationem, in Audientia diei 16 Novembris 1973 detulit Summo Pontifici Paulo VI, qui sententiam Coetus plenarii ratam habet, confirmat et promulgari iubet.

Quapropter Sacra Congregatio pro Religiosis et Institutis Saecularibus, praesentis Decreti tenore, praedictam resolutionem publici iuris facit.

Haec autem quae decreta sunt statim vigere incipiunt, neque formula indigent quam exsecutoriam appellant.

Praesentibus valituris donec iuris canonici Codex recognitus vim obtineat.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, die 2 Martii 1974. – Arturus Card. TABERA, *Praefectus.* Augustinus Mayer O. S. B., *a Secretis.*

Adn. M. CABREROS DE ANTA in REDC 31 (1975) 99-102; A. GUTIERREZ in CpR 55 (1974) 222-243, 313-322; G. LOBINA in Apoll 47 (1974) 404-415.

4276

1974 MAR 18.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 66 (1974) 243-249

Allocutio Em.mis Patribus, Exc.mis Patriarchis, Praesulibus atque Membris Pontificiae Commissionis Codici Iuris Canonici Orientalis recognoscendo, Romae plenarium coetum habentibus:

De patrimonio disciplinae orientalis tuendo ac hodiernae vitae postulatis aptando

Venerabiles Fratres ac dilecti Filii, Dum hic praesentes Nobis conspicimus venerabiles Fratres Patriarchas, qui Ecclesiis Orientalibus praesunt, Metropolitas ceterosque Hierarchas Communitatum Orientalium, qui cum hac Apostolica Sede perfectam communionem
244 habent, facere non possumus, quin summo affi/ciamur gaudio de hoc novo pulcherrimoque catholicae unitatis in multiplicitate spectaculo.

Hic, apud Apostolorum Principis sepulcrum, Ecclesiae Orientis et Occidentis una conveniunt, ut, haud secus ac Sanctus Ignatius Antiochenus, Familiam Dei contemplentur in mysticum congregatam Convivium, cui praeest haec Romana Ecclesia, *προκαθημένη τῆς ἀγάπης*, cuius ministerium eo spectat, ut *praesideat in regione Romanorum*[1].

Ad ministerium igitur huius Romanae Ecclesiae, *unde unitas sacerdotalis exorta est*[2], hoc pertinet, ut praesto sit Fratribus, ubicumque caritas id postulet, ea ipsa caritas, quae una cum Christo Ecclesiam Syriae regebat, cum antiquus eius Episcopus gaudens ad martyrium duceretur[3]. Hoc non dominatum, non principatum significat, sed primatum in ministrando, in sollicitudine adhibenda, in auxilio ferendo, in Fide integra profitenda, et quidem ita, ut haec omnia coniuncte fiant cum Apostolorum successoribus.

Cum haec animo perspiceret, iure merito praeclarus ille Edessae Diaconus, Sanctus Ephraëmus, cuius memoria haud ita pridem celebrata est, sexto decimo expleto saeculo ab eius obitu, elatis verbis canebat: *O te beatum (Simeon Petre), qui veluti caput atque lingua exstitisti corpori fratrum tuorum! Corpus equidem istud componebatur ex discipulis, filiique Zebedaei ei tamquam duo oculi inerant. O ambos illos beatos, qui poposcerunt a Magistro thronos, postquam ipsius thronum adspexerint! Attamen revelatio a Patre audita fuit per Simeonem, qui est petra inconcussa*[4].

Nos autem hodie, vobiscum unicae Christi Fidei professione coniuncti, gaudio implemur Christi resuscitati, atque una vobiscum, Venerabiles Fratres ac dilecti Filii, integram eandem Fidem mundo atque futuris aetatibus proclamamus.

Cum autem miram exhibeat unitatem compaginis suae, Sancta Mater Ecclesia voluntatem Christi palam ostendit, simulque tutum demonstrat iter, quod ad contemplandam Patris gloriam perducit.

Ac dum vos conspicimus, dilecti ac Venerabiles Fratres, placet Nobis haec verba proferre, in quibus antiqua vox resonat "Didascalia Apostolorum": *Vos (episcopi) pro vestro populo constituti estis sacerdo/tes,* 245 *prophetae, principes ... mediatores inter Deum et christifideles ... Vos estis praecones atque praedicatores ...*

Audite, Laici, Ecclesia Dei electa, Ecclesia Catholica ... honorate Episcopum veluti Deum, quia pro vobis Dei omnipotentis vicem gerit[5].

Dum hodie effrena libertatis novitatisque cupiditas passim omnia, quae ad praeteritam aetatem pertinent, in debito honore non habet, haud sine magno solacio praeclaras Orientis Ecclesias cernimus sacras Patrum traditiones fideliter servantes; quae quidem traditiones pertinent ad commune patrimonium universae Ecclesiae Dei, atque hanc ob causam de iis scribens ad Petrum Hierosolymitanum episcopum, Decessor Noster Agapitus I hisce verbis hortabatur, ut eaedem custodirentur incolumes: *Voluissemus quidem, fratres dilecti, propter coniunctionem nostrae caritatis, omnes Domini sacerdotes, iuxta Apostolicam traditionem irreprehensibiles invenire et neminem aut per gratiam aut metum ab ecclesiaticis canonibus declinare*[6].

Ac merito Patres VII Concilii Oecumenici opportunum duxerunt declarare: ... *divinos canones amplectabiliter in pectore recondimus, exultantes in eis sicut qui invenit spolia multa ... tam scilicet illorum qui ab almis et laudabilissimis Apostolis sancti Spiritus tubis editi sunt, quam eorum qui a sex sanctis et universalibus Synodis, atque his Conciliis quae localiter collecta sunt, in expositionem huiusmodi decretorum promulgati sunt, necnon et eorum qui a sanctis Patribus nostris prolati fuisse probantur. Ab uno eodemque Spiritu illustrati definierunt quae expediunt.*

Haec legimus in primo canone praedicti Concilii, quo summatim exponitur illa traditio, quam Ecclesiae Orientales magna ex parte semper communem habuerunt et adhuc habent, quamvis inter se multiplicitate traditionum distinguantur.

Fidelitas erga sacrum hoc ecclesiasticae disciplinae patrimonium effecit, ut, inter tot tantasque vexationes atque res adversas quas Orientales Ecclesiae sive antiquis sive recentioribus temporibus perpessae sunt, nihilominus proprius Orientis vultus integer servaretur; quod profecto non sine magno animarum emolumento fieri contigit.

Haec autem fidelitas erga idem venerandum traditionum vestrarum protrimonium – quae persistat necesse est, quoniam ab ea vim suam / haurit opus recognitio- 246
nis Iuris Canonici Orientalis vobis demandatum[7] – minime prohibet, quominus hoc ipsum opus pateat atque obsecundet salutari illi novaeque impulsioni ad vitam christianam instaurandam, quam Concilium Vaticanum Secundum pro Ecclesia universa exoptavit atque promovit. Etenim, cum finis supremus universarum Ecclesiae legum positus sit in salute animarum, ecclesiasticae normae, utpote quae perenni incremento Populi Dei eiusque novis semper orientibus necessitatibus consulere debeant, inertes atque immotae, quasi res mortua, nullo pacto esse possunt. Quare tunc praesertim vestrum canonicae disciplinae patrimonium ubertate vitae pollere dicendum est, si dum integra servat, quae potissima ac venerabilia sunt, simul etiam hodiernae vitae postulatis respondeat ac veris aptari valeat condicionibus singulorum populorum, quae celerrime continenterque mutantur.

Quanta autem in hoc opere explendo prudentia atque sapientia vobis necessaria sit, nemo est qui non videat.

Id enim postulat, ut quaecumque sunt caduca ac superflua in antea latarum legum regione, inde tollantur; ut dum in earum locum aliae novaeque substituuntur, id a vobis exquiratur quod reapse melius est, potius quam id quod est novum; ut denique in novis afferendis caveatur, ne haud satis habeatur aut omnino praetermittatur ratio patrimonii traditi. Quaelibet, enim, renovatio semper cohaerentiam et concordiam cum sana traditione prae se ferre debet, ita ut novae normae appareant non quasi corpus extraneum violenter defixum in ecclesiastica compagine, sed e normis iam exstantibus quasi sua sponte efflorescant.

Quod quidem iam Nobismet ipsis curae fuit declarare, cum alteram aperuimus sessionem Concilii Vaticani Secundi, in qua haec protulimus verba: *Renovatio, ad quam Concilium spectat, neque praesentem Ecclesiae vitam subvertere dicenda est, neque eius traditiones interscindere ... sed potius his ipsis traditionibus honorem habere, caducis et mendosis formis exutis, atque easdem sinceras feracesque efficere velle*[8].

Constitutio autem ac forma huius Nostrae Commissionis in tuto ponit, quantum fieri potest, eius orientalem indolem, cum ex Ecclesiarum multiplicitate constet, eodemque tempore manifesto confirmat cupere Nos ut Orientales ipsi Codicem conficiant; qui Codex ad eam caritatem perducet, qua fiet ut in hodierno
247 mundo magis magis/que ipsorum Ecclesiae *floreant et novo*[9] *robore apostolico concreditum sibi munus absolvant*[9].

Praeterea, cum hanc Commissionem Codici Iuris Canonici Orientalis recognoscendo instituimus, precibus obsequi voluimus, quae a pluribus Hierarchis Orientalibus et ab ipsa demum Sacra Congregatione pro Ecclesiis Orientalibus erant admotae: ut videlicet partes sive iam editae sive nondum foras datae Codicis Iuris Canonici Orientalis, recognoscerentur secundum mentem Patrum Concilii Vaticani II atque germanam orientalem traditionem. Duplex huiusmodi cura, servandae scilicet congruentiae sive cum Concilio Vaticano II sive cum Orientis traditione, cum tertia pariter animadversione componatur oportet, quae gravis esse momenti videtur atque non solum pro ista, sed etiam pro Commissione Codici Iuris Canonici recognoscendo valet. Utraque enim Commissio eo praecipue est instituta, ut *Codicem conficiat* recteque, legibus insertis, disponat, non autem ut leges ipsas, pro sua auctoritate, ferat et condat. Stant enim normae, dumque ipsa principia legum ex fontibus hauriuntur, neque illae neque haec immutari possunt. Ut aliis verbis utamur, viri Commissioni addicti ipsarum legum sunt ordinatores, non auctores seu factores.

Haec cum dicimus, nullo modo opus Commissioni concreditum extenuatur vel parvipenditur, verum pressius definitur in sua natura, quippe cum sit frugiferum ministerium quod ab Ecclesia committitur, ad eius bonum directe spectat et legitimae auctoritati fideliter obsequitur.. Equidem Nos omnino fore confidimus, ut vos propositum illud assequi valeatis et pro impensissimo vestro erga Ecclesiam amore opus perficiatis recte compositum, etsi arduum atque implexum, quo quidem magis magisque corroboretur coniunctio atque consensio diversarum traditionum, salvis tamen uniuscuiusque Ecclesiae proprietatibus. Codex enim qui, praeclare confectus atque ab omnibus receptus, in cotidianae vitae actionem feliciter traducatur, germanum praebet testimonium reverentiae atque amoris erga ecclesiasticam legem; idque multum certe ipsi hominum societati conferet, in qua saepius videmus conatus fieri ad labefactandam hanc legum observantiam, quae ut firma maneat, postulat nuntii evangelici excelsa veritas ipsaeque sincerae ecclesiasticae traditiones.

Ut autem aptus componatur Orientalis Codex, nullo modo praetereundum est peculiare munus quod ad Ca-
Catholicos Orientales spectat, / munus scilicet omnium 248
christianorum unitatem, orientalium praesertim fovendi iuxta principia decreti ... De Oecumenismo[10]. Magnopere quidem Nos consolamur, cum inter Ecclesiam Catholicam et sorores Orthodoxas Ecclesias contrahi cernimus, impellente Spiritu Sancto, vinculum verae unitatis, hoc est communionem ecclesialem iam valde profectam.

Cuius rei documenta et comprobationes sunt: liber Tòmos Agàpis, necnon salutationes in Urbe non solum Patriachae Oecumenici Athenagorae, verum etiam Sanctitatum Catholici patriarchae supremi armenorum Vasken I ex Ecmiadzin, Catholici Khoren I ex Cilicia, patriarchae Maris Ignatii Yacub III ex Antiochia et Papae Shenoudae III ex Alexandria, necnon aliquorum hierarcharum ex aliis orthodoxis Ecclesiis.

Probe Nobis comperta sunt alia incepta, quae his proximis annis inita sunt ab Ecclesiis Orthodoxis, eo spectantia, ut consociatis viribus leges communes conficerentur, ad huius aetatis necessitates accommodatae, integris tamen servatis, ut par est, earum peculiaribus traditionibus.

Meminisse quoque iuvat Nos, ex communi consilio cum desideratissimo Patriarcha Oecumenico Athenagora, in universum iam assensos esse *omni conatui consociatae operae inter doctores catholicos et orthodoxos in regione studiorum quae attinent ad historiam, traditiones ecclesiasticas, disciplinam patristicam, sacram liturgiam atque expositionem Evangelii quae congruat cum vero Domini nuntio et cum spe ac necessitatibus mundi huius temporis*[11].

Magnopere quidem laetamur, quod iuris orientalis periti, tam catholici quam orthodoxi, iam clarum specimen dant communis huiusmodi adiutricis operae; cuius rei gratia apud Nostrum Institutum Studiorum Orientalium constituimus Facultatem Iuris Canonici Orientalis omnibus patentem Ecclesiis, exoptantes ut, cooperando etiam cum aliis Institutis, laetos fructus ferat.

Particulares autem Ecclesiae, – ut ait Concilium –, *tum Orientis tum Occidentis, licet ritibus, ut aiunt, nempe liturgia, ecclesiastica disciplina et patrimonio spirituali partim inter se differant, aequali tamen modo concreduntur pastorali gubernio Romani Pontificis, qui Beato Petro in primatu super universam Ecclesiam divinitus succedit. / Eaedem proinde pari pollent dignitate,* 249
ita ut nulla earum ceteris praestet ratione ritus, atque iisdem fruuntur iuribus et tenentur obligationibus, etiam quod attinet ad Evangelium praedicandum in universum mundum[12], *sub moderamine Romani Pontificis*[13], qui, cum omnes in corde suo gerat, iure cum Sancto Paulo dicere valet: *Omnibus omnia factus sum*[14], quoniam liquet ad Nostrum ministerium in primis spectare illam *sollicitudinem quam habemus pro vobis coram Deo*[15].

Venerabiles Fratres et dilecti Filii, Dominus Noster Iesus Christus – via, veritas et vita – vestris benedicat operibus, ad quae porsperanda accedant preces Sanctissimae ipsius Matris, omnium Sanctorum caelitum, atque paterna Nostra et fraterna Apostolica Benedictio.

1 Cfr. S. Ignatius Ant., *Ep. ad Romanos*, Inscr.; Cfr. Guarducci M., *L'Iscrizione di Abercio e Roma*, in *Ancient Society*, 2 (1971) 174-203: v. pp. 198-199.
2 S. Cyprianus, *Ep. 59*, C. 14, 1.
3 Cfr. S. Ignatius Ant., *Ep. ad Rom.* 9, 1.
4 S. Ephraëmus, *Hymni de Virginitate*, XV, 7, ed. I. E. Rahmani, 1906, p. 45.
5 Didascalia Apostolorum VIII, 25, 7; IX, 26, 1, in *Fontes Codificationis Orientalis*, Series II, fasc. 26, p. 169.
6 *Fontes Codificationis Orientalis*, Series III, vol. I, p. 430.
7 Cfr. Decr. *Orientalium Ecclesiarum*, nn. 5-6.
8 A.A.S. 56 (1963), p. 851.
9 Decr. *Orientalium Ecclesiarum*, n. 1.
10 *Ibid.*, n. 24.
11 *Déclaration commune*: die 18 oct. 1967.
12 Cfr. *Mc.* 16, 15.
13 *Orientalium Ecclesiarum*, n. 3.
14 *1 Cor.* 22, 9.
15 *2 Cor.* 7, 12-13.

4277

1974 MAR 21.-PAULUS VI, RESCRIPTUM. PART.*

Rescriptum ex Audientia Sanctissimi quo facultas tribuitur Signaturae Apostolicae videndi via administrativa causas nullitatis matrimonii in nonnullis casibus et condicionibus

PRECES – 1. Il can. 249 § 3 del C. J. C. prevede soluzioni amministrative per quelle cause 'de validitate matrimonii'

http://www.obrascatolicas.com

che non esigono 'accuratiorem disquisitionem aut investigationem'. La competenza ad emettere decisioni del genere, che fino a pochi anni fa spettava alla S. C. per la disciplina dei Sacramenti, è passata con la Costituzione *Regimini Ecclesiae universae* alla Segnatura Apostolica.

2. Arrivano ora a questo Supremo Tribunale varie cause del genere, provenienti specialmente dai paesi di missione.

3. Pare opportuno che le decisioni in materia siano prese dal Congresso, con un previo voto 'pro rei veritate', principalmente per due ragioni: *a*) perché si tratta di casi semplici ed evidenti; *b*) perché tali casi esigono in genere una procedura rapida.

RESCRIPTUM. – Pro gratia iuxta preces. PAULUS Pp. VI. 21 – III – 1974.

* Prot. N. 5374/74 VAR.

4278

1974 MAR 21.- SC pro RELIGIOSIS, RESPONSUM. PART.*

Numerus annorum curriculi studiorum pro Ordinibus sacris recipiendis manet immutatus, ita tamen ut alunni, expleto tertio theologiae anno, recipere valeant Diaconatum

Roma, 21 marzo 1974

Reverendo Padre, Questa Sacra Congregazione ha esaminato attentamente il quesito da Lei presentato il 30 gennaio ultimo scorso concernente gli anni di studi ecclesiastici necessari per ricevere gli Ordini sacri.

Al riguardo me pregio comunicarLe che la legislazione circa gli studi occorrenti prima del conferimento degli Ordini sacri non è stata cambiata, anche se la *Ratio fundamentalis institutionis sacerdotalis* ammette la possibilità di organizzare un corso di studi di tre anni, riservando il quarto anno di teologia alla specializzazione o alla pastorale.

Conseguentemente l'interpretazione che tende a ridurre il numero degli anni di studio in vista dell'ordinazione sacerdotale è priva di fondamento giuridico.

Tuttavia, siccome i documenti conciliari consigliano l'esercizio del diaconato prima del sacerdozio ed essendo stato abolito il suddiaconato, questo Sacro Dicastero non avrebbe nulla in contrario a concedere che il diaconato venga conferito alla fine del terzo anno di teologia.

Profitto volentieri della circostanza per porgerLe i miei rispettosi ossequi. - Agostino Mayer, O. S. B., *Segretario.*

* Procuratori Generali O. F. M. Conv., Prot. N. SpR 74: COFMConv. 72 (1975) 27. Adn. L. CAVA in COMFConv. 72 (1975) 26-27.

4279

1974 MAR 26.-SECRETARIA ST., FACULTATES. PART.*

Nonnullae facultates tribuuntur Signaturae Apostolicae circa prorogationem competentiae in prima, secunda et tertia instantia

PRECES

14 Febbraio 1974
Prot. n. 5374/74 VAR

Eminenza Reverendissima, Mi è pervenuta la lettera del 6. c. m. (N. 247972) con la quale l'Eminenza Vostra Reverendissima mi invitava a specificare i casi di proroga di competenza per i quali si desidera che la Segnatura Apostolica possa concedere la grazia senza ricorrere al Santo Padre.

In ossequio alla giusta riserva fatta dall'Eminenza Vostra al terzo capoverso della Sua lettera, i casi si potrebbero raggruppare in due categorie.

La prima categoria abbraccerebbe le proroghe più rilevanti, da rimettere all'esame e all'approvazione del Santo Padre, quali, oltre il caso accennato dall'Eminenza Vostra, le proroghe di competenza in quarta e ulteriore istanza, le proroghe generali in qualsiasi istanza, le proroghe basate su motivi di prevalente interesse pubblico ecc.

La seconda categoria comprenderebbe i casi meno rilevanti, ma più numerosi, quali le proroghe di competenza per cause singole in prima, seconda e terza istanza, richieste da una delle parti con il consenso dell'altra parte, e basate su una seria motivazione (agevolazione dell'istruttoria, possibilità di evitare traduzioni che comporterebbe perdita di tempo e danaro, urgenza della definizione della causa ecc.).

Per questa seconda categoria sarebbe opportuna una semplificazione dell'attuale prassi, nel senso che la Segnatura Apostolica possa concedere le relative proroghe senza sottoporre i singoli casi all'approvazione del Santo Padre.

Mi valgo della circostanza per confermarmi con sensi di profonda venerazione dell'Eminenza Vostra Reverendissima – Dino Card. Staffa (*A Sua Eminenza Reverendissima il Sig. Card. Jean Villot, Segretario di Stato*).

RESCRIPTUM

Dal Vaticano, 26 marzo 1974

Signor Cardinale, Mi riferisco allo stimato Foglio dell'Eminenza Vostra Reverendissima, in data 14 febbraio ultimo scorso, relativa ai casi di domande di proroga di giurisdizione.

Mi è gradito di significarLe che il Santo Padre ha "ad biennium" concesso a cotesto Supremo Tribunale le speciali facoltà, di cui al n. III dell'Appendice della Costituzione Apostolica *Regimini Ecclesiae universae*, nei limiti specificati nella citata lettera e nella lettera di questa Segreteria di Stato all'Eminenza Vostra, in data 6 febbraio ultimo scorso.

Profitto volentieri della circostanza per confermarmi con sensi di profonda venerazione di Vostra Eminenza Reverendissima dev.mo in Domino – G. Card. VILLOT.

* Cardinali Praefecto Signaturae Ap., Prot. N. 248137.

4280

1974 MAR 28.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 66 (1974) 253-256

Allocutio die 28 Martii 1974 habita ad Illustrissimos Viros Antonium Carrillo-Flores et Raphaëlem Salas, praesidentes celebrationibus mundialis Anni de expendendis populorum quaestionibus:

De principiis quae multitudinis hominum populationisque incrementum regere ac solvere debent

Signori! Desideriamo anzitutto ringraziarvi di essere venuti a farci visita. Voi avete auspicato questo incontro per attirare la nostra attenzione circa le alte responsabilità a voi affidate dall'Organizzazione delle Nazioni Unite in ordine alla celebrazione dell'Anno Mondiale della Popolazione e della Conferenza Mondiale della Popolazione. Profittiamo di questa occasione che ci viene offerta, per assicurarvi dell'interesse, col quale la Santa Sede segue gli sforzi della comunità internazionale a favore della giustizia e della pace.

Le numerose attività, che si stanno organizzando nel quadro dell'Anno Mondiale della Popolazione ed in vista alla relativa Conferenza, che si terrà a Bucarest nel prossimo mese di agosto, non possono lasciare indifferente la Santa Sede. Benché la ricerca della soluzione dei problemi posti dalla crescita della popolazione richieda, per molti anni ancora, un impegno di tutti gli uomini di buona volontà, l'Anno e la Conferenza Mondiale della Popolazione costituiscono occasioni particolarmente importanti per sensibilizzare l'opinione pubblica mondiale ai bisogni dei singoli e delle comunità.

Quando la Chiesa si interessa ai problemi della popolazione, lo fa per dovere di fedeltà alla sua missione. Questa sollecitudine discende dal suo impegno per la promozione del bene integrale, sia materiale che spirituale, di tutto l'uomo e di ogni uomo. La Chiesa sa bene che popolazione significa *uomini, essere umani.* Essendo depositaria di una Rivelazione, nella quale l'Autore della vita ci parla dell'uomo, dei suoi bisogni, della sua dignità, del suo destino umano e spirituale, la Chiesa ha grandemente a cuore tutto ciò che può servire l'uomo. E in pari tempo, ella si preoccupa per tutto ciò che può compromettere l'innata dignità e libertà della persona umana.

Siamo consapevoli che il crescente numero degli uomini nel mondo / in generale e in alcuni paesi in parti- 254

colare pone alla comunità dei popoli ed ai governi una sfida. I problemi della fame, della sanità, dell'educazione, della casa e dell'impiego diventano sempre più difficili da risolvere, allorché la popolazione cresce con ritmo più intenso di quello della disponibilità delle risorse.

Alcuni si lasciano trasportare dalla tentazione di credere che non vi sia altra soluzioneal riguardo che quella di frenare la crescita della popolazione mediante misure radicali, non raramente in contrasto con le leggi scritte da Dio nella natura dell'uomo e poco rispettose della dignità della vita umana e della giusta libertà degli uomini. Tali misure sono fondate, in certi casi, su una concezione materialistica del destino dell'uomo.

Le vere soluzioni di questi problemi – e noi vorremmo dire le uniche – saranno quelle che tengono in debito conto tutti i fattori concreti nel loro insieme: le istanze della giustizia sociale e insieme il rispetto delle leggi divine che governano la vita; la dignità della persona umana e la libertà dei popoli; il ruolo primordiale della famiglia e la responsabilità propria degli sposi[1].

Non vogliamo ripetere qui nei particolari i princìpi che regolano la posizione della Chiesa nel campo della popolazione, espressi chiaramente nella Costituzione *Gaudium et Spes* del Concilio Vaticano II e nelle nostre Encicliche *Populorum Progressio* e *Humanae vitae.* Questi documenti, il cui contenuto è a voi ben noto, dimostrano come l'insegnamento della Chiesa riguardo alla popolazione sia insieme fermo ed accuratamente enunziato, rispettoso dei princìpi e nel contempo profondamente umano nel suo ministero pastorale.

Nessuna pressione deve far deviare la Chiesa verso compromessi dottrinali e soluzioni miopi. Certamente non spetta alla Chiesa proporre soluzioni di ordine puramente tecnico. Il suo ruolo è quello di testimoniare la dignità e il destino dell'uomo, di permettergli di elevarsi moralmente e spiritualmente. L'insegnamento della Chiesa, che noi non cessiamo di riaffermare, aiuta i fedeli a comprendere meglio la propria responsabilità e il contributo che essi sono chiamati a portare alla soluzione di questi problemi. In tale ricerca, essi non devono lasciarsi influenzare dalle affermazioni di singole persone o di gruppi, che pretendono di presentare la posizione della Chiesa, omettendo certi asptetti essen- 255
ziali del Magistero autentico. /

La Chiesa ha sempre sottolineato, e continua a farlo tuttora, la necessità di trattare i problemi della popolazione nella obiettiva realtà dei loro vari aspetti, che sono senza dubbio economici e sociali, ma anche e soprattutto umani.

Difatti, la discussione dei problemi della popolazione coinvolge la stessa finalità della persona umana. La volontà creatrice e redentrice di Dio nei confronti dell'uomo può essere riconosciuta, confermata o rifiutata in un dibattito che tocca l'esistenza stessa dell'uomo. Questa esistenza dell'uomo è solo veramente umana nella misura in cui "padrone delle proprie azioni e giudice del loro valore, diventa egli stesso autore del proprio progresso, in conformità con la natura che gli ha dato il suo creatore e di cui egli assume liberamente le possibilità e le esigenze"[2].

Qualunque programma relativo alla popolazione deve dunque mettersi al servizio della persona umana. Esso deve "ridurre le disuguaglianze, combattere le discriminazioni, liberare l'uomo dalle sue servitù, renderlo capace di divenire lui stesso attore responsabile del suo miglioramento materiale, del suo progresso morale, dello svolgimento pieno del suo destino spirituale"[3]. Pertanto esso deve escludere tutto ciò che si oppone alla vita in se stessa o che nuoce alla libera e responsabile personalità dell'uomo.

Qualunque politica sulla popolazione deve garantire altresì la dignità e la stabilità dell'istituzione familiare, assicurando i mezzi che le permetteranno di svolgere il suo vero ruolo. Il nucleo familiare è al servizio di una vita pienamente umana; esso è il punto di partenza per una vita sociale equilibrata, nella quale il rispetto di sé è inseparabile dal rispetto per gli altri. Gli sposi devono, per ciò, esercitare le loro responsabilità con piena consapevolezza dei loro doveri verso Dio, verso se stessi, verso la famiglia e verso la società, in una giusta gerarchia di valori. La decisione circa il numero dei figli, che essi vogliono avere, dipende dal loro retto giudizio e non può essere lasciato alla discrezione delle pubbliche autorità. Ma poiché questo giudizio presuppone una coscienza ben formata, è importante che siano realizzate tutte le condizioni che permettano ai genitori di raggiungere un livello di responsabilità conforme alla morale, una respon/sabilità che sia veramente umana e 256
che, senza trascurare l'insieme delle circostanze, tenga conto della legge divina[4].

Uno dei grandi temi che deve essere esaminato è dunque quello della giustizia sociale. Una vita pienamente umana, dotata di libertà e di dignità, sarà assicurata a tutti gli uomini ed a tutti i popoli quando le risorse della terra saranno state ripartite più equamente, quando i bisogni dei meno privilegiati avranno avuto una effettiva priorità nella distribuzione delle ricchezze del nostro pianeta, quando i ricchi – sia individuali che gruppi – si saranno impegnati in un nuovo sforzo di aiuto e di investimento a favore dei più sprovveduti.

L'Anno della popolazione dovrebbe annunziare una rinascita dell'impegno di tutti a favore di una piena giustizia nel mondo, al fine di contribuire all'edificazione dell'avvenire comune dell'umanità[5].

Si sente spesso dire che la crescita della popolazione deve essere frenata radicalmente, per rendere possibile lo sviluppo dei paesi meno privilegiati e per garantire alle generazioni future condizioni ambientali sane, una vita degna dell'uomo, e che ciò spetta ai pubblici poteri occuparsene.

Le autorità pubbliche, nei limiti della loro competenza, possono certamente intervenire, favorendo una appropriata informazione e soprattutto adottando idonee misure per lo sviluppo economico e per il progresso sociale, a condizione che queste misure rispettino e promuovano i veri valori umani, individuali e sociali, e che siano osservate le leggi morali[6].

Signori! L'atteggiamento fondamentale della Chiesa in questo Anno della popolazione è quello della speranza. La storia del mondo prova – e la Chiesa ne è stata testimone nel corso dei secoli – che l'uomo può riuscire a trovare delle risposte giuste alle istanze a lui poste quando egli applica tutta la sua capacità creativa, tutti i doni dell'intelligenza e del cuore nella collaborazione sincera a favore dei suoi fratelli, per assicurare a tutti una vita veramente umana in libertà e responsabilità.

La speranza della Chiesa è fondata sul realismo, senza dubbio, ma anche sulla certezza che la sfera di ciò che è possibile può sempre crescere, quando uno va avanti con Dio.

1 Cfr. Litt. Encycl. *Populorum progressio,* 37; *Humanae vitae,* 23, 31.
2 Litt. Encycl. *Populorum progressio,* 34.
3 Litt. Encycl. *Populorum progressio,* 34.
4 Cfr. Litt. Encycl. *Humanae vitae,* 10; Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* nn. 50, 87.
5 Cfr. Litt. Encycl. *Populorum progressio,* 43.
6 Cfr. Litt. Encycl. *Mater et Magistra* in A.A.S. 53 (1961), p. 447; *Populorum progressio,* 37; *Humanae vitae,* 23.

(Sermo haud est habitus, sed supramemoratis viris traditus est ab E.mo Card. Villot, Secretario Status).

http://www.obrascatolicas.com

4281

1974 MAR ... - SC RELIGIOSORUM, NOTIFICATIO. PART.*

Criteria proponuntur circa habitum, praesertim religiosarum, proprium induendum vel deponendum

Rome, Mars 1974

Le vêtement religieux demeure signe de consécration pour ceux qui ont embrassé de manière publique la profession des conseils évangéliques (*Perfectae caritatis*, n. 17); cette conception est réaffirmée de nouveau dans l'Exhortation Apostolique *Evangelica testificatio*, n. 22 et dans les invitations du Saint-Père, lors des audiences aux Religieuses ou au Cardinal Préfet de ce Dicastère.

D'autre part, il faut reconnaître que, depuis plusieurs années, bien des Instituts font l'experience des effets regrettables sur la mentalité, la vie spirituelle et religieuse des soeurs, de l'abandon du vêtement religieux, lorsque ce changement ne correspond pas vraiment à une nécessité réelle.

Bien entendu, il ne saurait être question pour la Sacrée Congrégation, d'en régler les normes détaillées. Il appartient aux Instituts de traiter cette affaire dans ses applications pratiques, tenant compte en toute loyauté des directives de l'Eglise, et, par dessus tout, dans une volonté d'exprimer ainsi une vie religieuse authentiquement vécue. Dans cette ligne, les Chapitres généraux ont dont la faculté d'apporter à l'habit religieux les diverses modifications nécessitées par les exigences de temps et de lieux et des besoins de l'apostolat. A cette fin, il leur faut déterminer certains éléments qui doivent caractériser le vêtement propre de l'Institut.

Pour ce qui regarde le voile, son port a été considéré dès les débuts du christianisme, comme une expression particulièrement forte de la consécration au Seigneur. Ce n'en est pas le seul signe, et, comme tout signe, il n'a de valeur que si la réalite vécue témoigne des valeurs qu'elle entend rappeler: amour de préférance du Seigneur, charité fraternelle, service des frères.

Il convient enfin d'examiner avec grand soin les cas où le port de l'habit civil peut se révéler nécessaire pour certaines soeurs. Il importe de préciser qui doit accorder les autorisations utiles à ce sujet, quelles sont les raisons valables les motivant, dans quelles circonstances le concéder. Surtout, il est de la plus haute importance que les intéressées aient la ferme volonté de respecter les exigences de la pauvreté, de la modestie; qu'elles revêtent des habits simples, de prix modique; que elles évitent le snobisme ou la coqueterie; que leur vestiaire soit réduit en nombre, comme il convient à des pauvres. Les Supérieures aux divers niveaux, ne peuvent se désintéresser de cette question; elles ont le devoir de rappeler aux soeurs leur responsabilité à cet égard et de veiller à prévenir des abus éventuels, source d'étonnement et même de scandale pour ceux qui en seraient témoins.

* CpR 58 (1977) 275.

4282

1974 APR 1. - SIGNATURA APOST., DECRETUM. PART.*

Recursus ad Rotam contra decretum Tribunalis inferioris vim suspensivam amittit ob desertionem partis recurrentis et ob terminos legales iam elapsos

FACTI SPECIES

1. Libello diei 27 ianuarii 1968 d.na Alberta petiit a Tribunali Tolosano declarationem nullitatis sui matrimonii, celebrati in ecclesia paroeciali Lourdensi in Gallia die 8 decembris anni 1937 cum Germano, ex capite vis et metus actrici a viro convento incussi.

Causa fuit diffuse lateque instructa. Vir conventus, qui pluries citatus noluit accedere ad Tribunal Tolosanum, iudicialiter auditus est in sua sede, apud Tribunal Flaviobrigense ab ipso Officiali Tolosano, qui ibidem interrogavit quoque quattuordecim testes ab eodem convento inductos.

Post publicationem actorum, Tribunal admisit perlongum memoriale viri conventi, quo ipse conatus est refutare asserta actricis eiusque testium, cuique adnexa erant acta causae separationis, frustra ab actrice promotae.

Post causae discussionem Iudices Tolosani die 14 iunii 1971 decisionem tulerunt: *Constare de nullitate matrimonii, in casu, ex capite metus gravis et iniuste mulieri a viro incussi.*

2. Ab huiusmodi sententia appellationem interposuerunt: Defensor vinculi, die 19 iunii 1971 ad Tribunal Ruthenense; vir autem conventus die 26 iunii 1971 hac indeterminata formula: "pido que la causa sea expedida a la Curia de Roma".

Officialis Tolosanus acta transmisit die 9 iulii 1971 ad Sacram Romanam Rotam, quae, constituto turno, iners necessario mansit, quia vir appellans numquam suam appellationem est prosecutus.

Tandem, die 8 decembris 1971, patroni actricis apud S. R. Rotam ita instabant: "quinque mensibus et amplius iam elapsi ab interposito gravamine ..., vir conventus nullo modo appellationem est prosecutus ... Consequenter, cum sustineatur una solummodo appellatio, illa nempe a vinculi Defensore Tolosano facta ad Tribunal Regionale Gallicum 2ae instantiae, acta eidem Tribunali remittenda videntur".

Tantummodo die 18 decembris 1971 vir conventus scripsit Defensori vinculi S. Romanae Rotae: "le ruego haga cuanto le sea posible ante ese Alto Tribunal para que yo pueda obtener una nueva causa".

In longa, quae secuta est, disceptatione, patroni actricis iurisprudentiam Signaturae Apostolicae circa necessitatem prosecutionis appellationis urgebant, dum vinculi Defensor S. Romanae Rotae adducebat terminum unius anni ad peremptionem inducendam adhuc elapsum non esse.

Denique, die 7 iulii 1972, Turnus Rotalis, rationibus insistens a Defensore vinculi adductis, decrevit: *Tribunal S. Romanae Rotae competens esse, in casu.*

3. Contra huiusmodi decretum recursum interposuerunt patroni actricis ad Hoc Supremum Tribunal "ob violatum legis praescriptum". Recursus notificatus est die 25 septembris viro convento, ut suas animadversiones proponeret: quas ipse exhibuit die 8 novembris 1972.

Praehabito voto Promotoris iustitiae, Supremum Tribunal Signaturae Apostolicae, in Congressu coram Em.mo Cardinali Praefecto die 21 novembris 1972, ad normam can. 1612 § 2, decrevit: *Causam prosequendam esse in secunda instantia apud Tribunal Ruthenese, ad quod tempore utili Defensor Vinculi appellavit, dum vir conventus appellationem ad S. Romanam Rotam interposuit quidem, sed prosecutus non est tempore utili* (cfr. *Decisiones* Signaturae Apostolicae diei 24 ianuarii 1972 et diei 26 aprilis 1972).

4. Turnus Rotalis, recepta notificatione huius decreti Signaturae Apostolicae, quamvis iam S. Romana Rota iurisdictione careret, ea nihilominus uti veritus non est, die 26 februarii 1973 iterum declarando suam competentiam ad causam pertractandam in secunda instantia. Inter alias, hanc quoque miram adduxit rationem, quod nempe " in Motu proprio *Causas matrimoniales*, nulla fit mentio de tempore utili ad quamcumque appellationem prosequendam"

Ideo Normae, datae a Summo Pontifice "ad processus matrimoniales expeditius absolvendos" (Motu proprio *cit.*, inscriptio), iuxta Turni opinionem terminos abstulissent, eos arbitrio partium relinquendo.

5. E contra Tribunal Ruthenense Appellationis, innixum decisione Signaturae Apostolicae, die 7 martii 1973, considerata sententia primi gradus, visis litteris viri conventi, ac perpensis animadversionibus Defensoris vinculi, decretum edidit ratihabitionis decisionis Tolosanae.

Contra huiusmodi decretum ratihabitionis vir conventus, die 29 martii 1973, usus est iure suo recurrendi ad tribunal tertii gradus (nempe ad S. Romanam Rotam), idque ad normam n. IX § 1, Motu proprio *Causas matrimoniales*. Recursum vir conventus prosecutus est apud S. Romanam Rotam die 27 aprilis 1973.

6. Receptum recursum in tertio gradu Turnus Rotalis considerare omisit, pertinax in suo asserto iure causam examinandi in secundo gradu, contra decretum Huius Supremi Tribunalis diei 21 novembris 1972 (cfr. supra, n. 3). Imo, decreto diei 3 iulii 1973, idem Turnus statuit: "causam hanc ad ordinarium *secundi gradus* examen remittendum esse".

7. Tandem, die 28 iulii 1973, patroni eiusdem partis actricis instantiam proposuerunt Signaturae Apostolicae, petentes "che questo Supremo Tribunale, in base alla cui decisione il Tribunale di Rodez ha emesso il decreto di ratifica, *voglia dichiarare esecutivo detto decreto*, per essere ampiamente tramscorsi i termini fissati dal n. IX, § 2, del Motu proprio *Causas matrimoniales*".

Haec instantia communicata est cum Adv. Henrico Serafini, patrono viri conventi, qui suas protulit animadversiones die 18

octobris 1973. Super eadem instantia Supremum Tribunal decisionem poferre debet.

IN IURE ET IN FACTO

8. Status huius causae, qui simplex esset, complexus consulto factus est, et in talem condicionem adductus, ut solutionem e sese non habeat.

Nam: *a*) unica via quae patet viro convento, quamque ipse personaliter aperuit (nempe tertia instantia apud S.Romanam Rotam ad examinandum eius recursum contra decretum ratihabitionis), ab eius patrono non percurritur, et a S. Romana Rota non attenditur; *b*) altera via, in qua S. Romana Rota insistit, nempe examen causae in secundo gradu, amplius non patet, quia iam exhausta est apud Tribunal Ruthenense. Positiones ideo, sunt absque exitu, nisi ex superiori interventu.

9. Ex alia parte, novissima lex iubet expeditiorem fieri matrimonialem processum, praesertim post duplicem decisionem pro nullitate. Motu proprio *Causas matrimoniales*, in n. IX praecipit: "Adversus decretum Collegii, sententiam primi gradus ratam habens, defensor vinculi vel pars quae se gravatam putet, ius habent recurrendi ... ad superius Tribunal, sed tantummodo prolatis novis et gravibus argumentis, quae tamen praesto sint ... Si pars recurrat, Tribunal, perpensis argumentis allatis, *intra mensem* ... vel recursum reicit per decretum, vel causam admittit ad ordinarium tertii gradus examen".

10. Notandum est quod vir conventus recursum in tertia instantia interposuit quidem, et prosecutus est tempore utili apud S. Romanam Rotam: ast *dein eundem recursum deseruit*, cum, transacto termino unius mensis a lege statuto pro decisione, nihil egerit, imo acquieverit decreto eiusdem S. Romanae Rotae diei 3 iulii 1973, quod, seposito recursu, causam remittebat ad ordinarium examen secundi gradus. Viro recurrenti, enim, onus incumbebat impugnandi hanc decisionem, quae non respondebat eius recursui.

11. Ex hac aequivoca positione, in qua ipse insistit, ex una parte in tertia, ex alia in secunda instantia, vir conventus utilitatem sibi procurat, afferens alteri parti detrimentum spirituale et insimul materiale, cum ipse, ob causam numquam conclusam, pergat, iuxta leges hispanicas, in administranda re oeconomica mulieris.

Ceterum ex actis iam constat virum conventum in exercenda sua tenaci oppositione actioni nullitatis matrimonii ab actrice promotae, unice ductum esse rationibus oeconomicis. Rev. P. Gregorius, Professor in Universitate "de D.", testatur seipsum fuisse tramitem minarum viri de damnis mulieri et filiis inferendis, si eius placitis non obtemperavissent: "ce que demandait Mr. Germain était un arrangement économique: répartition de biens, une pension pour sa mère et, semble-t-il, quelqu'autre exigence d'ordre économique ... Je me rappelle qu'il m'a commenté, au passage, la question de l'annulation du mariage, indiquant que cette instance était inutile, parce qu'il était nullement intéressé ..."

12. Quibus omnibus, tum in iure tum in facto, rite perpensis; cum huiusmodi status causae nequeat ulterius protrahi, cumque nefas sit duplicem decisionem pro nullitate in indefinitum tempus, ad libitum unius partis, exsecutione privari contra expressum iuris praescriptum brevissimos terminos statuentis; audito Promotore Iustitiae; Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal decernit:

a) *recursum interpositum ad S. Romanam Rotam a viro convento adversus decretum Tribunalis Ruthenensis diei 7 martii* 1973, *quo rata habetur sententia pro nullitate lata a Tribunali Tolosano die* 14 *iunii* 1971 *in causa de qua supra, vim suspensivam amisisse ob desertionem ex parte viri recurrentis et terminos legales iamdiu elapsos;*

b) *ideoque praefatum decretum ratihabitionis Tribunalis Ruthenensis exsecutioni, sine mora, demandandum esse.*

Et notificetur.

Datum Romae, e sede Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae, die 1 aprilis 1974. – Dinus Card. STAFFA, *Praefectus.* Aurelius Sabattani, *a Secretis.*

* Apoll 47 (1974) 332-336.

4283

1974 APR 8.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 66 (1974) 263-265

Allocutio habita Radiotelevisificarum stationum moderatoribus e tota Europa atque America Septemtrionali Romae coadunatis, annitente Pontificio Consilio instrumentis communicationis socialis praeposito:

De momento mediorum communicationis socialis in mente et iudicio hominis moderni recte instituendo

En vous accueillant aujourd'hui, Messieurs, malgré le programme particulièrement lourd de la Semaine Sainte, Nous voulons donner un nouveau témoignage de l'intérêt du Saint-Siège pour les instruments de la Communication sociale, et vous redire combien Nous sommes conscient de leur immense importance pour la formation de la mentalité de l'homme d'aujourd'hui. Nous voulons aussi vous dire notre estime personnelle, notre confiance, et faire un appel à votre responsabilité et à votre compétence en vue de la toute proche Année Sainte.

I

Quiconque réfléchit tant soit peu aux transformations du monde moderne ne peut manquer d'être frappé par celle que saute aux yeux de tous: la place prise, dans la vie des hommes, en quelques années, par les techniques audio-visuelles. Non seulement les appareils de radio et de télévision ne sont plus un article de luxe, réservé à un public d'une certaine élévation sociale et culturelle, ils sont devenus le bien de tous, un objet qui fait partie, pour ainsi dire, du mobilier de la famille de celle de l'ouvrier comme de celle du dirigeant d'entreprise, un instrument dont le langage est accessible à l'illetré aussi bien qu'à l'homme de haute culture. Dans les vastes zones recouvertes par la civilisation industrielle, ces techniques font partie de la vie, s'y intègrent, influent sur son déroulement. Ceux qui les dirigent sont devenus, en quelque sorte, les docteurs et les maîtres de ce monde de l'audition et de l'image, ils constituent désormais une nouvelle catégorie parmi les "pédagoques" de l'humanitè. / 264

Quelle responsabilité cela entraîne, tout le monde le voit sans peine. Nos prédécesseurs immédiats et Nous-même y avons insisté dans de multiples documents, dont les principaux vous sont dans doute connus. Mais on peut se demander si cette responsabilité ne se trouve pas devoir faire face aujourd'hui à un fait nouveau. Il semble que l'accélération du rythme des sensations audio-visuelles amène une sorte de saturation, engendre une certaine lassitude, aboutit à une certaine déconvenue. L'exploration de toutes les possibilités imaginables en ce domaine fait prendre conscience qu'elles n'apportent pas à l'homme une satisfaction totale, qu'elles n'apaisent pas ses aspirations les plus profondes. C'est qu'elles laissent, hélas ! trop souvent de côté – et parfois offensent gravement – les exigences morales et religieuses. Et c'est sans doute ce qui explique le succès de certaines émissions où est présenté, dans un relief saisissant, l'aspect tragique de la destinée humaine; où sont abordés les problèmes fondamentaux pour l'homme: celui de son origine et de sa fin, le mystère du gouvernement du monde – hasard ou Providence? –, le problème du mal. L'homme se sent alors concerné, non dans une zone superficielle de son être, mais dans sa réalité profonde.

II

En vous invitant à considérer au point de vue des "mass media" la perspective de l'Année Sainte, Nous vous suggérons, par le fait même, d'être attentifs à cette exigence profonde de l'homme moderne, et aux moyens de la satisfaire. Et Nous croyons répondre au véritable bien de l'humanitè – qui est, vous le savez, le grand souci de l'Eglise - en vous invitant à faire une large place, dans vos émissions, au grand événement social et religieux que va constituer l'Année Sainte 1975.

Vous en étudierez les modalités avec notre Commission pontificale pour les Communications sociales.

http://www.obrascatolicas.com

Pour notre part Nous voudrions insister seulement sur l'entiére disponibilité du Saint-Siège, sur son désir de favoriser au maximum votre travail, sur son intention de vous fournir toute l'aide et la collaboration que vous êtes en droit de nous demander.

Il est facile, pensons-Nous, de discerner dans cette collaboration une convergence d'intérêts: c'est l'intérêt de l'Eglise que les mass media fassent un large écho aux
265 finalités de l'Année Sainte et à ses princi/pales manifestations; c'est votre intérêt que la collaboration la plus ouverte vous soit assurée dans ce but; c'est encore et surtout, pensons-Nous, l'intérêt de l'homme moderne, en proie à tant d'angoissants problèmes, à tant d'insatisfaction et d'incertitudes, c'est l'intérêt de toute la société, que lui soient largement ouvertes les sources d'un renouveau spirituel, auquel elle aspire sans en avoir toujours conscience, et que l'Année Sainte se propose de lui apporter.

L'événement, vous le voyez, dépasse de beaucoup, dans notre intention, les frontières de l'Eglise catholique. Il concerne et voudrait atteindre le plus grand nombre possible d'hommes de bonne volonté: cela dépendra, après la grâce de Dieu, de l'efficacité des mass media qui son entre vos mains !

C'est vous dire, Messieurs, de quel coeur Nous vous accueillons aujourd'hui. En formant des voeux fervents pour qu'ensemble nous puissions travailler utilement au véritable bien de l'humanité, Nous invoquons sur vos personnes, sur vos familles, et sur vos activités en vue et au cours de l'Année Sainte, l'abondance des divines bénédictions.

4284

1974 APR 14.-SC pro CULTU DIVINO, EPISTULA. PART.*

Volumen Iubilate Deo inscriptum, in quo Cantus Missae et Cantus varii praebentur, ad Ordinarios mittitur

In Paschate Domini 1974

Eminentissime Domine, Excellentissime Domine, Voluntati obsequens Summi Pontificis, qui saepius ac nuper etiam desiderium patefecit, ut omnium nationum christifideles noscant aliquot saltem cantus gregorianos latina lingua canendos – cuiusmodi sunt *Gloria, Credo, Sanctus, Pater noster, Agnus Dei* – (1) haec Sacra Congregatio apparavit hoc libellum, cui titulus *Iubilate Deo*, et in quo continetur et proponitur parva quaedam collectio horum sacrorum cantuum gregorianorum.

Nunc autem mihi honori et curae est tibi exemplar huius voluminis mittere, quod tamquam donum ipsius Sanctitatis Suae excipias. Praeterea oblatam occasionem nanciscor, ut pastorali sollicitudini tuae enixe commendem hoc novum inceptum, quod quidem eo etiam spectat, ut aptius consulatur executioni praescripti a Concilio Vaticano Secundo dati: "Providetur ut christifideles etiam lingua latina partes Ordinarii Missae quae ad ipsos spectant possint simul dicere vel cantare"(2).

Quoties enim fideles una atque communiter precantur, ostendunt simul et multiplicem varietatem alicuius populi collecti "ex omni tribu, lingua et natione", et suam unitatem in fide et caritate. Varietatem illam clare demonstrant plures linguae, quas usurpari licet a ritibus sacris, et congruentes linguae vernaculae cantus. His namque modis religiosus sensus certi cuiusdam populi una cum eadem fidei doctrina transmittitur, ac musicae formae declarantur quae culturae traditionique eiusdem populi respondent. Unitas vero in fide effertur et ostenditur sensibili quodam modo per usum linguae Latinae cantusque Gregoriani, qui, ut notum est, tot saecula comitatus est liturgicas Romani ritus celebrationes, qui fidem aluit pietatemque nutrivit, qui talem et tantam assecutus est perfectionem ut iure et merito ab Ecclesia existimatus sit proprium patrimonium incomparandae praestantiae, qui denique ab ipso Concilio Vaticano Secundo agnitus est atque acceptus uti "cantus liturgiae Romanae proprius" (3).

Inter renovationis liturgicae praecipua proposita, illud certe est ponendum, ut cantus coetuum vel congregationum fidelium provehatur, quo tandem melius significetur indoles festiva, communitaria atque fraterna rituum sacrorum. Et quidem "formam nobiliorem actio liturgica accipit cum in cantu peragitur, ministris cuiusque gradus ministerio suo fungentibus et populo eam participante" (4). De negotio enim agitur, quod magnopere cordi est illis institutis, ad quos spectat liturgica renovatio, quodque suis non caret difficultatibus et impedimentis. Qua de causa, ut crebrius antehac factum est, Sacra Congregatio pro Cultu Divino rursus adhortatur, ut fidelium cantus foveatur et augeatur.

Ad vernaculae autem linguae cantus quod attinet, eadem liturgica renovatio "occasionem offert temptandarum animi facultatum probandique ingenii proprii ac studii pastoralis" (5). Musici ergo artifices et poetae excitandi sunt et confirmandi ut huic praestabili causae suis viribus opibusque deserviant; ita enim confici poterit popularis cantus, qui reapse dignus sit Deo laude, ritu liturgico vel religioso cui additur, fide ipsa quam patefacit, et veri nominis arte. Incohata igitur a Concilio liturgica instauratione, nova spes novaque meta etiam proponitur musicae disciplinae Ecclesiae et ipsi cantui sacro. "Novus flos et splendor musicae artis religiosae exspectatur hodie, dum unaquaque in natione vulgaris sermo inducitur in ritus sacros. Ei autem deeesse non debet omnis pulchritudo et dicendi vis, quae recondita est in musica vere religiosa et cantu rite accommodato" (6).

Verumtamen, id dum feliciter fit, renovatio liturgica non reicit nec spernere potest omnem anteactam aetatem, sed eam "maxima diligentia custodit" (7); ipsa magni aestimat quidquid boni continet praeteritum tempus, quidquid momenti prodit in provincia religionis, culturae et artis, atque simul tutatur omnia illa elementa, quae utilia esse possunt ad arctam credentium coniunctionem, vulgo quoque et palam declarandam. Haec ergo collectio parva cantuum Gregorianorum, quam tibi mitto, satis facere debet eidem necessitati atque efficere, ut fideles sese facilius socient et iungant animi quadam consensione cum universis in fide fratribus cumque viventi saeculorum superiorum traditione. Quapropter studium promovendi cantus in ipsis fidelium congressionibus rationem habeat oportet etiam cantus Gregoriani in lingua Latina.

Quae quidem necessitas eo magis urget, quod Annus Sacer MCMLXXV impendet, quo scilicet christifideles – lingua, natione, origine – diversi conglobabuntur ad Dominum coniunctim venerandum.

Postremo peculiaris opera danda est ut sana conservetur aequabilitas inter linguae vernaculae cantum et ipsum Gregorianum praesertim ab eis, qui ob peculiare munus colligantur propius cum Ecclesiae vita eiusque magis conscii esse debent. Quam ob rem suadet Sua Sanctitas "ut Gregorianus Cantus servetur atque adhibeatur in coenobiis, domibus religiosis, seminariis tamquam excellentior forma cantus precandi et sicut elementum summi ponderis ad culturam et ad artem paedagogicam quod attinet" (8). Insuper studium et usus Gregoriani cantus "ob peculiares eius notas, fundamentum magni momenti est cultus musicae sacrae" (9).

Cum igitur Tibi hoc Beatissimi Patris donum traderem, opportunum duxi iterum explicare Eius mentem et voluntatem saepius iam indicatam, ut Constitutio conciliaris de Sacra Liturgia plenius accuratiusque deduceretur in effectum. Tuum demum ipsius erit – consiliis collatis cum legitimis institutis dioecesis et nationis, quae liturgiam, musicam sacram, operam pastoralem et educationem catecheticam curant – statuere, qua magis idonea via et ratione fideles doceantur et exsequantur cantus Latinos, qui in libello *"Iubilate Deo"* continentur, et quo etiam modo conservatio et exsecutio Gregoriani cantus in eisdem illis institutis promoveatur. Haec erit nova ratio ac via, qua liturgica renovatio conferet ad totius Ecclesiae emolumentum.

(1) Cfr. Allocutio Summi Pontificis Pauli VI in Audientia publica, die 22 mensis augusti a. 1973; Allocutio ad sodales Consociationis Internationalis Musicae sacrae, die 12 mensis octobris a. 1973; Epistula Em.mi Card. I. Villot, Secretarii Status, ad Conventum Nationalem Consociationis Italicae a S. Caecilia, data die 30 mensis septembris a. 1973.
(2) Const. *Sacrosanctum Concilium*, 54.
(3) Cfr. *ibid.*, 116.
(4) S. Congr. Rituum, Instr. *Musicam sacram*, 5 martii 1967, 5.
(5) Cfr. *ibid.*, 54; Allocutio Pauli VI ad sodales Consociationis Italicae a S. Caecilia, habita die 23 mensis octobris, an. 1973.
(6) Cfr. Allocutio ad sodales Consociationis Internationalis Musicae Sacrae, die 12 mensis octobris a. 1973.
(7) Cfr. Const. *Sacrosanctum Concilium*, 117.
(8) Cfr. Epistula Em.mi Card. I. Villot, Secretiarii Status ad Conventum Nationalem Consociationis Italicae a S. Caecilia, data die 30 mensis septembris a. 1973.
(9) C. Congr. Rituum, Instr. *Musicam sacram*, 5 martii 1967, 52.

Volumen, de quo agitur, libere foras emitti poterit atque, ad textus latinos plenius intellegendos, addi poterit etiam eorum translatio in lingua vernacula.

Quibus omnibus ita prescriptis, convenienti cum observantia libenter Tibi in Domino me deditissimum esse profiteor. – James Robert Card. KNOX, *Praefectus.* A. Bugnini, Archiep. tit. Diocletianen., *a Secretis.*

* Ad Ordinarios locorum et Supremos Moderatores Religiosorum: **Notit.** 10 (1974) 123-126. **Adn. GP in Notit.** 11 (1975) 47-53; **Notit.** 10 (1974) 122.

4285

1974 APR 26.-SC pro DOCTRINA FIDEI, DECR. PART.*

Solvitur in favorem fidei matrimonium inter duas partes non baptizatas initum in Gallia, absque praevia conversione oratricis ad fidem catholicam, additis nonnullis notandis pro diversitate casuum

In Curia Pampilonensi confectus est processus ad obtinendam dissolutionem, in favorem fidei, matrimonii contracti inter Ioannam M. Boireaux non baptizatam [1] et Petrum Roland probabiliter non baptizatum.

Actis maturo examini subiectis, expletisque omnibus in casu explendis, quaestio proposita est in hac Sacra Congregatione, quae ad dubium: "An consilium praestandum sit Ss.mo pro dissolutione, in favorem fidei, matrimonii, de quo supra, ut pars oratrix, post dispensationem ab impedimento Disparitatis cultus coram Ecclesia valide ac licite novas nuptias inire valeat cum parte catholica", re iuxta certas statutas regulas discussa, respondendum decrevit: *"Affirmative"*.

Ss.mus D. N. D. Paulus divina Providentia Pp. VI, die 26 aprilis 1974 de omnibus habita relatione benigne adnuere dignatus est pro gratia iuxta supra relatum Decretum.

In praesenti concessione includitur quoque, quatenus opus sit, dispensatio ab impedimento criminis, de quo in can. 1075, n. 1.

Pro diversitate casuum, haec quae sequuntur notanda

1. Paenitentia congrua imponenda erit parti catholicae quae cum parte, nondum ad fidem conversa, matrimonium attentavit; eadem paenitentia gravis atque salutaris esse debebit pro utraque parte quandocumque matrimonium attentaverint post baptismum vel conversionem partis olim acatholicae.

2. Gratia Pontificia communicanda est, si fieri poterit, cum parte conventa, praesertim vero si haec iam matrimonium attentaverit parte cum catholica.

3. Pars conversa monenda est de obligatione curandi, pro posse, conversionem universae prolis natae ex matrimonio soluto. Quae, si adhuc minor sit aetate et penes eandem partem educetur, ad fidem amplectendam praeparetur post convenientem institutionem. Si vero proles parti acatholicae concredita sit, pars conversa enixe curet pro viribus, eiusdem conversionem; haec obligatio eo gravior erit quo proles in minore aetate adhuc est constituta.

Servatis de iure servandis, contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, die 26 aprilis 1974.

[1. In precibus diei 9 febr. 1974, qua pars oratrix exposuerat]: "Santísimo Padre, La abajo firmante Marinette Jeanne Boireaux, de nacionalidad francesa, nacida en Cours (Deux-Sévres), hija de Raymond y de Jacqueline, a los pies de V. Santidad manifiesta:

Que no es bautizada; que estuvo casada civilmente en Francia con Piérre Maurice Roland, también sin bautizar; obtuvo el divorcio civil en Francia.

Posteriormente conoció en España al joven Miguel Angel Iturri Arriaga, con el que quiere casarse. Al comprobar en la Curia de Pamplona que además del impedimento de disparidad de cultos tenía el de ligamen, por ser considerado su matrimonio como legítimo y válido por parte de la Iglesia, el día 19 de agosto de 1971 pedí a V. Santidad la disolución de mi matrimonio para poder contraer nuevo matrimonio católico con Miguel Angel Iturri. Pero obtuve la contestación: "Cum desit favor fidei, pro nunc non expedire". Pero recientemente me han comunicado que es factible la dispensa entonces denegada.

Por lo cual acudo nuevamente a V. Santidad pidiendo ardientemente la dispensa, renovando mis deseos anteriormente manifestados, por perdurar las mismas razones que entonces me asistían, agravadas si cabe. Pues ante la negativa, nos vimos precisados a contraer matrimonio civil en Francia, habiendo tenido después un hijo. Mi marido sigue creyendo y esta dispensa contribuirá a aquietar su conciencia. Y aunque yo sigo sin creer ni bautizar, respeto profundamente las creencias de mi marido y prometo respetarlas, así como dejarle libertad para que eduque a nuestros hijos según su conciencia.

Agradeciendo las atenciones recibidas por la Iglesia, firmo la presente en Pamplona (España) a 9 de febrero de 1974".

* Ordinario Pampilonensi in Hispania, Prot. N. 68/72m: **REDC** 30 (1974) 543-544. **Adn.** sub die 6 dec. 1973: **LE** 4244

4286

1974 APR ..-SC pro CULTU DIVINO, RESPONSUM. PART.*

Responsa ad proposita dubia:

De Missis ad diversa et Votivis et de Missis defunctorum

Recenter quidam petierunt interpretationem eorum, quae *Institutio generalis Missalis Romani* (IGMR) de Missis ad diversa et votivis et de Missis defunctorum earumque celebratione enuntiat. Agitur de quattuor quaesitis:

1. *Quaenam intellegantur feriae Adventus, Nativitatis et Paschae, in quibus, "si vera necessitas vel utilitas id postulet, in celebratione cum populo adhiberi possunt Missae huic necessitati vel utilitati respondentes, de iudicio rectoris ecclesiae vel ipsius sacerdotis celebrantis" (IGMR n .333).* Resp. - Sunt feriae quae in n. 13 Tabulae dierum liturgicorum enumerantur, i. e. "feriae Adventus usque ad diem 16 decembris inclusive, feriae temporis Nativitatis a die 2 ianuarii ad sabbatum post Epiphaniam, feriae temporis paschalis a feria II post octavam Paschae ad sabbatum ante Pentecosten inclusive". Cum IGMR in n. 333 non loquatur de feriis Quadragesimae, nec intendit loqui de feriis adventus a die 17 ad 24 decembris inclusive et de diebus infra octavam Nativitatis, quae in n. 9 tabulae dierum liturgicorum feriis Quadragesimae aequiparantur.

2. *Utrum in feriis per annum celebrari possit Missa cuiuslibet Sancti.* Resp. *Affirmative.* IGMR n. 316c dicit: "In feriis per annum sacerdos eligere potest aut Missam de feria, aut Missam de memoria ad libitum forte occurrente, aut Missam de aliquo Sancto eo die in Martyrologio inscripto, aut Missam ad diversa vel votivam". "Missae votivae" nominantur "de mysteriis Domini aut in honorem B. Mariae Virginis et Sanctorum". (IGMR, n. 329c). Etsi n. 316c quandam praecedentiam dat illis Sanctis, qui eo die in Martyrologio sunt inscripti, idem numerus in fine concedit Missam votivam "pro pietate fidelium libere eligendam" cuiuslibet Sancti et omnium Sanctorum. Textus pro Missis votivis in honorem Sanctorum celebrandis eliguntur iuxta n. 4, p. 514, Missalis Romani.

3. *Utrum Missa exsequialis celebrari possit Feria V Hebdomadae Sanctae et Triduo Sacro.* Resp. *Negative.* Valent indicationes Missalis Romani: Mane Feria V Hebdomadae Sanctae de more celebratur Missa Chrismatis (pp. 239-242). Praeter Missam vespertinam in Cena Domini "loci Ordinarius alteram Missam in ecclesiis et oratoriis publicis vel semipublicis permittere poterit, horis vespertinis celebrandam et, in casu verae necessitatis, etiam horis matutinis, sed tantummmodo pro fidelibus qui nullomodo missam vespertinam participare valent" (p. 243). Aliae celebrationes eucharisticae Feria V Hebdomadae Sanctae omnino prohibentur. Feria VI in Passione Domini, "Ecclesia, ex antiquissima traditione, sacramenta penitus non celebrat" (p. 250). "Sabbato sancto Ecclesia ad sepulcrum Domini immoratur, ... a sacrificio Missae ... abstinendo" (p. 265). Pro Dominica Paschae in Resurrectione Domini iam n. 336 IGMR prohibet Missam exsequialem, quia est sollemnitas de praecepto.

4. *Utrum Missa defunctorum post acceptum mortis nuntium, vel in ultima sepultura defuncti, vel in primo anniversario die, celebrari possit etiam diebus infra octavam Nativitatis.* Resp. *Affirmative.* Iuxta n. 337 IGMR permittuntur hae Missae in feriis a die 17 ad 24 decembris inclusive et in feriis Quadragesimae. Ideoque celebrari possunt etiam diebus infra octavam Nativitatis, qui in n. 9 tabulae dierum liturgicorum his feriis aequiparantur. Ad melius intellegendam totam materiam de Missis ad diversa et votivis et de Missis defunctorum adiuvare potest tabella quae sequitur. Numeri in parenthesibus indicati se referunt ad IGMR.

Sigla

V1 = Missae ad diversa et votivae de mandato vel licentia Ordinarii "occurrente graviore necessitate vel utilitate pastorali" (n. 332). Missae rituales (IGMR, 330).
V2 = Missae ad diversa et votivae de iudicio rectoris ecclesiae vel ipsius celebrantis "si qua vera necessitas vel utilitas pastoralis id postulet" (n. 333).
V3 = Missae ad diversa et votivae "pro pietate fidelium libere eligendae" a sacerdote celebrante (n. 329 b et c).
D1 = Missae exsequiales (n.336).
D2 = Missae post acceptum mortis nuntium, vel in ultima sepultura defuncti, vel in primo anniversario die (n.337).

http://www.obrascatolicas.com

D3 = Missae "cotidianae" (n. 337).
\+ = permittitur
– = prohibetur

1. Sollemnitates de praecepto	V1 –		
	D1 –		
2. Dominicae Adventus, Quadragesimae, et Paschae	V1 –		
	D1 –		
3. Triduum paschale et Feria V Hebdomadae Sanctae	V1 –		
	D1 –		
4. Sollemnitates non de praecepto. Commem. omnium fidelium defunctorum	V1 –		
	D1 +		
5. Feria IV Cinerum, Feriae II, III, IV Hebdomadae Sanctae	V1 –		
	D1 +		
6. Dies infra octavam Paschae	V1 –		
	D1 +		
7. Dominicae temporis Nativitatis et "per annum"	V1 +	V2 –	
	D1 +	D2 –	
8. Festa	V1 +	V2 –	
	D1 +	D2 –	
9. Feriae Adventus a 17 ad 24 decembris	V1 +	V2 –	
	D1 +	D2 +	
10. Dies infra octavam Nativitatis	V1 +	V2 –	
	D1 +	D2 +	
11. Feriae Quadragesimae	V1 +	V2 –	
	D1 +	D2 +	
12. Memoriae obligatoriae	V1 +	V2 +	
	D1 +	D2 +	
13. Feriae Adventus usque ad 16 dec.	V1 +	V2 +	
	D1 +	D2 +	
14. Feriae temporis Nativitatis a 2 ian.	V1 +	V2 +	
	D1 +	D2 +	
15. Feriae temporis paschalis	V1 +	V2 +	
	D1 +	D2 +	
16. Feriae "per annum"	V1 +	V2 +	V3 +
	D1 +	D2 +	D3 +

* Notit. 10 (1974) 145-147.

4287

1974 MAI 4. - SIGNATURA APOST., DECRETUM. PART.*

Nova causae propositio conceditur ob facta non satis considerata, ob dolum partis, ob motiva sententiarum inter se differentia, atque ob errorem facti et perversionem factorum

FACTI SPECIES

1. Marcellus declarationem nullitatis matrimonii cum Laura initi petivit, at Tribunal Flaminium sententiam negativam tulit, quam iudices appellationis reformarunt. Quaestio in tertio iurisdictionis gradu apud S. Romanam Rotam sententia negativa die 17 decembris 1964 dimissa est. Die vero 26 iunii 1971 actor, putans se nova atque gravia argumenta et documenta habere, ulteriorem causae propositionem ab eodem tribunali expetivit; at tribunal decreto diei 17 iulii 1972 edixit: "Novam causae propositionem non esse concedendam, in casu". Actor nihilo secius die 16 ianuarii 1973 novum causae examen apud Signaturam Apostolicam vi canonis 1603, § 1, n. 5 imploravit.

IN IURE

2. Novitas et gravitas argumentorum, quae canone 1903 requiruntur ut ulterior causae propositio admitti queat, erui potest e depositionibus partium vel testium:

a) quando facta iam adducta minus quam meruissent a iudicibus considerata sunt. Ita in sententia Tribunalis Signaturae Apostolicae in *Paderbornen.* 10 maii 1919 (AAS 11, a. 1919, 295-299) et in iurisprudentia S. Romanae Rotae;

b) quando sententia ex dolo partis prolata est, e. g. ob iuramentum falsum circa aliquod factum in iudicio assertum;

c) quando motiva sententiarum inter se differunt. Revera conformes dici nequeunt sententiae quae, licet in parte dispositiva materialiter concordent, motivis inducuntur ita substantialiter diversis ut iudices, qui eas in successivis instantiis tulerunt, prorsus aliter de re proposita sensisse dicendi sint (cf. S. R. Rota decis. in *Matriten.* c. Felici, 5 augusti 1950, et *Romana* c. Heard, 29 ianuarii 1955, n. 2);

d) quando adest error facti et perversio factorum. At non quilibet error in quem iudices inferiores, in factis percipiendis et aestimandis inciderint, attenditur, sed talis tantum qui iudicum mentem in edenda sententia a veritate agnoscenda prorsus abduxerit.

Obiectum examinis circa ulteriorem causae non est ipsum meritum eiusdem causae (de quo videbunt iudices, si ulterior propositio admittatur), sed qualitas argumentorum, scilicet utrum exsistant, ac revera nova sint et gravia.

IN FACTO

3. Nova eaque gravia argumenta in actis prostant. Etenim sufficiens habetur demonstratio *causae simulandi* actoris nubentis, quem causa socialis et oeconomica impediebat quominus sponsam derelinqueret, cum ipse et pater suus a patre eius dependerent. Propterea vir matrimonium contraxit, sed bonum sacramenti exclusit. Haec sane causa in inferioribus iudicii gradibus perpensa quidem est, novitas tamen et gravitas in hoc consistunt quod actor graviter aegrotans, qui brevi se divino sistet iudicio, iterum et ex intima conscientia se simulasse affirmat. Hoc vero maiorem fidem actori eiusque testibus immo et uxori conventae praestari permittit et cogit, ita ut novum causae examen viro petenti merito concedatur.

Dein testimonium Rev. P. Adalberti, quod, in decreto S. Rotae vix memoratum, sufficienter indagatum non est. Hic enim secretum utriusque partis accepit. Mulier conditionem a viro appositam memoravit, sc. ut ipsa, iudicio periti, parturiendi capax esset; se vero sponsum mentiendo decepisse confessa est. Vir voluntatem contrahendi negavit, nimis enim timebat sponsam fore sterilem, se tamen contraxisse asseruit ne pater, a patre sponsae oeconomice dependens, damnum grave pateretur. Rev.dus Adalbertus propterea novum causae examen proposuit, quia: iudices appellati testes fide indignos esse perperam iudicarunt, dolum sponsae perspectum non habuerunt, et altera contrahendi causa eos quodammodo latebat.

De hoc R. P. Adalberti testimonio decretum S. Rotae notat: "P. Adalbertus quoque nihil tradit novi. Narrat quae a partibus audivit, haud ignota iudicibus". At testis est qualificatus, qui confessionem utriusque coniugis, nulli dubitationi obnoxiam, accepit.

Praeterea motiva sententiarum formaliter inter se differunt, et actor dominam Mariam, quacum nunc vivit, nonnisi post annum ab hac causa intentata cognovit.

Propterea error facti et perversio factorum, circa motivum impugnandi matrimonium, in sententia impugnata apparent, necnon dubitationes quousque fides actori eiusque testibus sit praestanda, quae omnia mentem iudicum in veritate agnoscenda prorsus averterunt. Nova ergo partium et testium depositionum aestimatio fiat oportet.

DECISIO

Proposito recursu a domino Marcello, actore in causa de qua supra, die 16 ianuarii 1974 interposito adversus Decretum S. R. Rotae die 17 iulii 1972 latum, quo nempe denegata est nova causae propositio, Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal, mature perpensis rationibus a recurrente allatis, decrevit: "*Novam causae propositionem concedendam esse, in casu*".

Romae, e sede Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae, die 4 maii 1974 - Dinus Card. STAFFA, *Praefectus.* A. Sabattani, *a Secretis.*

* Apoll 47 (1974) 336-339.

4288

1974 MAI 15.-SC SACRAMENTORUM, INSTR. PART. *

Instructio de canonica celebratione matrimonii coram solis testibus, in casibus particularibus

Sacramentalem indolem matrimonii christianorum eiusdemque sanctitatem et dignitatem fidelibus semper

inculcavit Ecclesia simul praecavens ne clandestina instituerentur coniugia, unde gravia consequi assolent mala.

Quibus nimirum de causis canonica celebrandi matrimonii forma statuta est, in qua et ritus sacri, cum adsistentis sacerdotis benedictione, divinam matrimonii originem profitentur supernamque gratiam propitiant, et requisitae legitimae condiciones cum publica *qualificati* testis deputatione publicam pariter initarum nuptiarum faciunt fidem.

Contingit autem, hodiernis praesertim temporibus, ut, ubi sacerdotum diaconorumve penuria Ecclesia laboret, obstaculum interdum oriatur ne congruum intra tempus nupturientes coram *qualificato* teste in sacris ordinato ad normam canonis 1094 C. I. C. se sistant consensum matrimonialem declaraturi et benedictionem recepturi; sed et haud aperta sacramentalis significatio extraordinariae illius formae de qua in can. 1098, id efficit ut christifideles ab ipsa abstinendum censeant.

Quapropter nonnulli sacrorum Antistites preces ad Apostolicam Sedem adhibuerunt ut, cum in canonicis certis circumscriptionibus, adeundi sacerdotis vel diaconi copia desit, laico fideli, apte ad id muneris instructo, facultas concedatur qualificati testis officio fungendi in matrimoniorum celebratione.

Has porro preces, utpote quae eamdem illam sollicitudinem praeseferant qua permota canonicam formam inducere decrevit Ecclesia, attente perpendi Summus Pontifex iussit. Quod pro suo munere haec Sacra Congregatio de disciplina Sacramentorum sedulo praestare nisa est, iterum atque iterum consulens alia Dicasteria et Officia quorum quavis ratione interesset, et exquirens vota Commissionis Codici Iuris canonici recognoscendo.

Omnibus nunc accurate cribratis, sequentes instructiones, de mandato Summi Pontificis, edere visum est:

1) Firma manente, donec novus C. I. C. promulgetur, disciplina statuta vigente, quae scilicet continetur cc. 1094 - 1113 C. I. C., Sacris Congregationibus competentibus, pro suo cuiusque territorio, conceditur potestas permittendi Ordinariis locorum qui propriae Conferentiae Episcopalis favorabili obtento voto, argumentis fultam de hoc petitionem miserint, ut catholico fideli a se nominatim selecto facultatem tribuant officio fungendi testis *qualificati* in celebratione canonici matrimonii.

2) modo memorata facultas ad definitum tempus, non ultra biennium, concedatur;

3) ante definiti temporis expirationem, Ordinarius loci ad Apostolicam Sedem distincte referat de concessa facultate deque adiunctis memoratu dignis quae eiusdem facultatis usum sint comitata vel ex eodem consecuta.

In adhibendo autem indulto, hae sunt ad amussim observandae clausulae:

a) Attendendum est officium quo parochi adstringuntur consensum exquirendi et benedictionem impertiendi matrimoniis suorum fidelium, ita scilicet ut, etiam indulto impetrato, ipsi animarum rectores omnibus modis curare debeant personaliter adesse nuptiarum celebrationi, vel saltem in suum ipsorum locum substituere, ubi prorsus hoc fieri possit, sacerdotem alium vel diaconum. Immo vero, de hoc monendus est sacerdos sibi incumbere officium aptam institutionem nupturientibus tradendi. His positis, facultas, de qua agitur, exceptionis ambitum praetergredi non debet, ac propterea ipsa concedenda non est nisi post prudens examen circumstantiarum, et concedi potest tunc solum cum reapse parochus, aliusve sacerdos vel diaconus a parocho delegatus, matrimonii celebrationi adstare non potest.

b) Fidelem catholicum ad id muneris praestandum ipse per se eligat Ordinarius, quavis exclusa delegatione. Porro eligi potest solus fidelis qui undequaque sit dignus, opportuna pollens scientia, et nullo proprii commodi adipiscendi desiderio impulsus; qui insuper ad institutionem nupturientibus tradendam sit capax, et ritui, iuxta ordinem per competentem S. Congregationem pro Cultu Divino statutum persolvendo, ita interesse valeat, ut spiritualis eiusdem significatio pie prodatur.

Curae autem erit electo fideli ut confecti actus – scilicet celebrationis nuptiarum – legitimum conficiatur instrumentum, subsignationibus sponsorum, testium ipsiusque adsistentis fidelis muniendum; illas etiam civiles sollemnitates peragendas ipse curabit, quae observandae sunt vel observari solent cum matrimonium celebratur coram loci Ordinario vel parocho, vel coram sacerdote sive diacono delegato.

Electus tamen catholicus fidelis, quamvis officio fungatur testis *qualificati* Ecclesiae, non gaudet facultate de qua in can. 1044 C. I. C., dispensandi scilicet ab impedimentis matrimonialibus.

Firmum demum esto extraordinaria hac Apostolicae Sedis dispositione nullatenus abrogari can. 1098 C.I.C., qui pergit vigere.

Haec Instructio, de mandato Summi Pontificis Pauli VI composita, die XXIII mensis martii a. 1974 rite idem Pontifex approbavit, mandans ut normae eiusdem Instructionis ad usum tantum internum Sacrarum Congregationum, quarum interest, pro nunc permanerent.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis de disciplina Sacramentorum, die 15 m. Maii a. 1974.-Antonius Card. SAMORÉ, *Praefectus.* Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis.*

* Prot. N. 23/73 A-g II. Adn. in Doc. Cath. 72 (1975) 609-610.

4289

1974 MAI 22.-CONSILIUM NEG. ECCL., EPIST. PART.*

Facultates peculiares Tribunalibus ecclesiasticis Statuum Foederatorum Americae Septemtrionalis prorogantur usque dum novus Ordo procedendi in causis matrimonialibus promulgetur

Eminentissime ac Reverendissime Domine, In Audientia diei 23 elapsi mensis Februarii a Beatissimo Patre Eminentiae Tuae Reverendissimae aliisque nonnullis Eminentissimis et Excellentissimis Praesulibus istius Nationis concessa, ab Eodem Vos petistis, nomine quidem Conferentiae Episcopalis USA, ut facultates tributae die 28 aprilis 1970 ad expeditiorem reddendum processum matrimonialem, atque ad annum die 20 iunii 1973 renovatae, iterum, ob graves urgentesque rationes pastorales prorogarentur.

Summus Pontifex, maturius re considerata, atque omnibus iis quae Conferentia Episcopalis mandavit Eidem patefieri perspectis, sive de bono animarum quod ex rite applicatis facultatibus procuratum est, sive de cautelis ulterius adhibendis ut pericula in superioribus meis litteris diei 20 iunii 1973 denuntiata vitarentur, censuit precibus istius Conferentiae indulgere, adeo ut praedictae facultates (eae videlicet quae in ius commune per litteras Apostolicas Motu proprio datae quibus initium *Causas matrimoniales*, diei 28 martii 1971, inductae non sunt) in vigore maneant usque dum novus Ordo procedurae in causis matrimonialibus pro Ecclesia latina promulgetur. Statuit tamen idem Summus Pontifex ut ad cognoscendas instantias sibi porrectas, prout habetur in articulis 3° et 23°, n. II, facultatum supra memoratarum, Conferentia Episcopalis designet et constituat parvum coetum Sodalium, cuius examini et iudicio eaedem instantiae subiciendae erunt, antequam responsio petentibus detur. Quod ut expeditius agatur, Conferentia praeparet et post approbationem Signatu-

http://www.obrascatolicas.com

rae Apostolicae edat normas, quibus eaedem instantiae, aptis documentis communitae, Conferentiae porrigendae sint.

Confidit autem Summus Pontifex fore ut, quem ad modum promisistis, Tribunalia quae personis opibusque abundant iis subveniant Tribunalibus quae eisdem deficiunt, adeo ut ad quarumdam facultatum usum, praesertim ad dispensationem a prescripta Defensoris Vinculi appellatione, nonnisi ubi gravis vere necessitas postulet recurratur.

Optime insuper egeretis si penes principaliora studiorum domicilia instituta excitaveritis ad parandos edocendosque eos, qui Tribunalium iudices vel administri erunt: quod sane vos in animo habere Sanctus Pater cum gaudio ex vobismetipsis accepit.

Commemorare, denique, opus est adhuc vigere clausulam primo concessionis Rescripto appositam, nimirum Praesidi Conferentiae curae esse debere ut quotannis Supremo Tribunali Signaturae Apostolicae relatio mittatur de causis in unoquoque Tribunali propositis, vel desertis, vel appellatis; expresse autem determinetur numerus causarum sive per ordinarium iudicum collegium definitarum, sive per iudicem singularem, et numerus causarum quae absque appellatione vim executionis consecutae fuerint. Ideo Tribunalium officiales tempore utili quotannis ad Praesidem Conferentiae Episcopalis, rationarium (seu "indicem statisticum") complectens enuntiata elementa sollicite mittant.

Hanc occasionem nactus, impensos obsequii mei sensus Tibi ex animo obtestor meque qua par est reverentia profiteor Emientiae Tuae Reverendissimae addictissimum in Domino Fratrem - J. Card. VILLOT.

* **Documenta recentiora circa rem matrimonialem et processualem**, vol. I, Romae 1977, p. 254-256. Adn. T. J. GREEN in **Studia can.** 8 (1974) 317-347; Z. GROCHOLEWSKI in **ME** 104 (1979) 139-161; F. POTOTSCHNIG in **Oesterr. Archiv für Kirchenrecht** 29 (1978) 52-81.

4290

1974 MAI 23.-PAULUS VI, LITT. AAS 66 (1974) 289-307

Litterae Apostolicae sub plumbo datae:

Universale Iubilaeum Anni Sacri Millesimi nongentesimi septuagesimi quinti indicitur

PAULUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei, universis christifidelibus praesentes Litteras inspecturis, salutem et Apostolicam Benedictionem

Apostolorum limina, Romana loco dicimus sacra, ubi sepulchra Apostolorum Petri et Pauli digne asservantur pieque coluntur, per quos *sanctos patres* Urbs facta est non solum *discipula veritatis*[1], sed etiam veritatis magistra et catholicae unitatis sedes, nunc, appropinquante universali Iubilaeo ibi celebrando, quasi expetendae metae fidelium animis clarius effulgent.

Quae quidem limina saeculorum decursu christianum populum semper impellebant, ut fide ferveret et communionem ecclesialem testaretur, siquidem Ecclesia quae et qualis ipsa sit agnoscit et causam unitatis suae habet in fundamento Apostolorum, a Iesu
290 Christo constituto[2]. Iam a saeculo II fideles / Romam se conferebant, ut *trophaea* Apostolorum Petri et Pauli in ipsis locis, ubi custodiuntur[3], viderent atque venerarentur, necnon ad Ecclesiam Romanam accedebant, ut eius *basileian*, id est regiam maiestatem, contemplarentur[4]. Saeculo vero IV peregrinatio, qua Roma petitur, efficitur praecipua eiusmodi pii itineris forma in occidente, similis et ad unum eundemque religionis finem conspirans ac peregrinatio, qua in orienligionis finem conspirans ac peregrinatio, qua in orien-
te Ierusalem aditur, ubi Sepulchrum Domini exstat[5]. Prioribus medii aevi temporibus Romam sacrae peregrinationis causa confluunt ii, qui, *devincti cathedrae Petri*[6], e variis Europae partibus atque etiam ex orien-
te, praesertim monachi, adveniunt, ut fidem orthodoxam ad sepulchra Apostolorum profiteantur[7].

Idem peregrinandi propositum a saeculo XII ad saeculum XIII auctibus crevit, utpote uberius redditum novis rationibus rei spiritualis pietatisque populatum, quae totam Europam pervagabantur. His enim ipsis rationibus ditior effecta est vetus illa notio, quam Ecclesia traditione acceperat quaeque aliis etiam religionibus propria fuit, scilicet conceptus *peregrinationis pro Deo*[8]. Tunc enim exortum est Iubilaeum, quasi quidam fructus maturationis effectae in re doctrinali, biblica, theologica[9], quae primum palam apparuit anno 1220, Iubilaeo indicto per Honorium III, Decessorem Nostrum, propter pe/regrinationem, quae fie- 291
bat ad sepulchrum S. Thomae Becket[10]; ac deinde, ut notum est, Romam dirigebatur ad basilicas SS. Petri et Pauli, magno illo motu populari et paenitentiali anno 1300 a Bonifatio VIII, item Decessore Nostro[11], confirmato, quo animi veniae a Deo impetrandae et paci hominibus impertiendae inhiabant. Qui motus ad hunc altiorem finem spectabat: *ad honorem Dei et exaltationem fidei*[12].

Iubilaeum Romae anno 1300 actum initium fuit et exemplum Iubilaeorum, quae exinde sunt subsecuta (a saeculo XV singulis viginti quinque annorum spatiis, nisi interdum ob vicissitudines exteriores haec series fuit turbata); quod quidem documento est venerandam hanc institutionem continuatione et vigore vitali commendari, quibus comprobetur eam ad quamvis aetatem salubriter pertinere.

Asseverari etiam licet Iubilaea, recentioribus hisce temporibus celebrata, hanc praestabilem virtutem servasse, quippe quibus unitas et renovatio Ecclesiae peculiari modo affirmarentur et universi homines excitarentur, ut se fratres agnoscerent viamque pacis ingrederentur. Hoc ipso saeculo ineunte eiusmodi desiderium est significatum, cum Iubilaeum, anno 1900 a Leone XIII, Decessore Nostro, perageretur; haec fuit exspectatio humanae familiae, quae post quinque lustra exacta non levis periculi et contentionis causis exagitabatur; haec proposita sunt Anno Sacro, undevicesimo exeunte saeculo a peracta humani generis redemptione, anno 1933 extra ordinem indicto; haec fuerunt nobilia optata circa iustitiam et pacificum hominum convictum, quae Pius XII, Decessor Noster, postremo Iubilaeo anni 1950 praestituit. / 292

I

In hoc vero Anno Sacro omnes causae primariae et praecipuae praeteritorum Iubilaeorum Nobis inesse vi-

1. Cf. S. Leo Magnus, *Sermo* LXXXII, 1: PL 54, 422.
2. Cf. *Apoc.* 21, 14.
3. Cf. testimonium Gaii, viri ecclesiastici, qui vixit temporibus Zephyrini Pp., apud Eusebium, *Historia Ecclesiastica*, II, 25, 7.
4. Cf. Inscript. Abercii, episcopi Hierapolitani in Phrygia (saec. II): M. Guarducci, *L'iscrizione di Abercio*, "Ancient Society" 2 (1971), pp. 176-177.
5. Cf. S. Maximus Taurinensis, *Homilia* 72: PL 57, 405 B.
6. Verba in epistula continentur, quam S. Columbanus anno 613 ad Bonifatium Pp. IV dedit: *Sancti Columbani opera*, ed. G. S. M. Walker, Dublin 1957, p. 48.
7. Circa hanc consuetudinem cf. F. M. Mignanti, *Istoria della sacrosancta basilica Vaticana ...*, Roma-Torino 1867, p. 180.
8. Cf. universe B. Kötting, *Peregrinatio religiosa. Wallfahrten in der Antike und das Pilgerwesen in der alten Kirche*, Regensburg 1950.
9. R. Foreville, *L'idée de Jubilé chez les théologiens et les canonistes (XII-XIII s.) avant l'institution du Jubilé romain (1300)*: "Revue d'Histoire Ecclésiastique" LVI (1961), pp. 401-423.
10. P. Pressuti, *Regesta Honorii III*, Roma 1888 - 95, 1840; textus apud R. Foreville, *Le Jubilé de Saint Thomas Becker du XIII au XV siècle (1220-1470). Etudes et documents*, Paris 1958, pp. 163-164.
11. Litterae Ap. sub plumbo datae *Antiquorum habet fida relatio*, 22 Febr. 1300: Extravagantes, comm. V, IX, 1.
12. Cf. *Glossa* Ioannis Card. Monaco circa easdem Litteras Apostolicas.

dentur atque summatim contineri illis argumentis, quae statuimus, cum Annum Sacrum, oratione die 9 mensis Maii anno 1973 habita, primum annuntiavimus[13]; quae quidem argumenta sunt: *renovatio* et *reconciliatio*. Haec profecto argumenta proposuimus, ut pastores et fideles ea potissimum meditarentur, dum Iubilaeum in Ecclesiis localibus celebraretur; iisdemque Nostra addidimus hortamenta Nostramque catechesim. Sed animi appetitiones, quae ambobus argumentis enuntiantur, et res altae ac praeclarae, quae iisdem exprimuntur, plenius ad effectum deducentur Romae, ubi peregrinatores ad sepulchra beatorum Apostolorum Petri et Pauli et ad aliorum martyrum memorias facilius antiquos fidei vitaeque Ecclesiae fontes contingent, eo consilio ut paenitentia ad Deum convertantur, caritate solidentur arctiusque cum fratribus per gratiam Dei nostri coniungantur.

Quae renovatio et reconciliatio imprimis ad interiorem pertinent vitam, siquidem in intimis animi penetralibus radix est cuiusvis boni et, pro!, cuiusvis mali: ibi ergo oportet perficiatur conversio, vel *metanoia*, id est mutatio cursus, quem quis tenet, habitus mentis, optionum, vivendi generis.

Sed etiam ad universam quod attinet Ecclesiam, decem annis a Concilii Oecumenici Vaticani II exitu completis, Annus hic Sacer Nobis videtur quasi quidam terminus temporis, ponderationi et reformationi tributi, et initium novi spatii, quo oportet aedificetur elaborando in re theologica, spirituali, pastorali; quae actio innitatur in fundamentis, praeteritis annis magno cum labore iactis et firmatis secundum principia
293 vitae / novae in Christo et communionis omnium in ipso, qui sanguine suo nos Patri reconciliavit[14].

Quod vero ad totum pertinet mundum, haec admonitio de renovatione et reconciliatione peragenda congruit cum iis, quae homines – ubicumque conscii redduntur quaestionum maxime sollicitantium et ubicumque conflictantur calamitatibus, quae e discidiis ac bellis quasi fratrum caedibus sunt exortae – sincerius sitiunt, videlicet libertatem, iustitiam, unitatem, pacem. Itaque Ecclesia Annum Sacrum annuntians cunctis hominibus bonae voluntatis illam rationem vitae, veluti ad verticem directam, ostendit, qua omnes appetitiones et experientiae ad bonum quoddam Absolutum vereque Universale referuntur, sine quo vanum est sperare fore, ut homines iterum mutuae necessitudinis facultatem veraeque libertatis tutelam inveniant. Etiamsi multis hodiernae consortionis humanae partibus id proprium sit, ut saeculares induant formas, tamen Ecclesia, non quidem iis rebus se interponens, quae ad competentem ipsius dicionem non pertinent, homines inducere cupit, ut sentiant postulatum efficiendae conversionis ad Deum, qui unus est necessarius[15], ac necessitatem omnes actiones eius timore et amore imbuendi: fides enim in Deum est praevalidum humanae conscientiae praesidium et solidum fundamentum illarum necessitudinum, in iustitia et fraternitate vertentium, quas mundus exoptat.

Cum ergo pastores et fideles, Ecclesias omnes locales repraesentantes, piae peregrinationis causa Romam accedent, id signum erit novi cuiusdam cursus animorum, quo scilicet christiani conversioni et reconciliationi fraternae se dedent.

Hos intuentes indices interni animorum habitus, quo peregrinatores afficiuntur, necnon laboris, quo populus christianus, quem illi repraesentant, vires suas spirituales redintegrare nititur, Nos ut dispensatores
294 verbi et gratiae reconciliationis / largimur, quantum in Nobis est positum, donum indulgentiae sacri Iubilaei universis, qui Romanam peregrinationem instituunt, et cunctis, qui, impediti ne iter faciant, illis mente sociantur.

13. Cf. Paulus Pp. VI, *Allocutio qua christifidelibus in Basilica Vaticana coram admissis nuntiat Se universale Iubilaeum in annum MCMLXXV indixisse*, 9 m. Maii a. 1973: A.A.S. 65 (1973), pp. 322-325.
14. Cf. *2 Cor.* 5, 18-20; *Rom.* 5, 10.
15. Cf. *Luc.* 10, 42; *Mt.* 6, 33.

II

Constat, ex antiquisssimo Ecclesiae more, indulgentiam, pluribus, christianae paenitentiae operibus atque usibus adnexam, peculiari modo dono esse datam occasione peregrinationis ad loca, quae per Redemptoris nostri Iesu Christi vitam, mortem ac resurrectionem necnon Apostolorum fidei professionem sancta sacraque reddita sunt. Quam quidem venerandam traditionem nunc quoque persequimur, secundum principia ac normas, quae in Constitutione Apostolica a verbis incipiente *Indulgentiarum Doctrina*[16], Nosmetipsi statuimus atque hic breviter commemorare placet.

Quoniam Christus "Iustitia" nostra est idemque nostra "Indulgentia" convenienter est appellatus, Nos, qui eiusdem Christi Redemptoris ministros agimus, iuxta traditum Ecclesiae morem, doni indulgentiae libenter participes efficimus christifideles qui, animo ad Deum penitus conversi, sincere et actuose per paenitentiae, pietatis et fraterni auxilii opera profitentur se permanere velle caritate coniunctos cum Deo et fratribus, immo et in ipso proficere[17]. Nam huiusmodi participatio profluit e plenitudine bonorum salutis, quae primum posita est penes ipsum Christum Redemptorem *in quo sunt et vigent satisfactiones et merita redemptionis eius*[18]. Qua in Christi plenitudine, unde nos omnes accepimus[19], elucet *per antiquum communionis Sanctorum dogma, qua vita singulorum / filiorum Dei in Christo et per Christum* 295
cum vita omnium aliorum fratrum Christianorum mirabili nexu coniungitur in supernaturali unitate Corporis Mystici Christi, quasi in una mystica persona[20].

Etenim, *ex arcano ac benigno divinae dispositionis mysterio, homines supernaturali necessitudine inter se coniunguntur, qua sicut peccatum unius etiam ceteris nocet, ita etiam sanctitas unius beneficium ceteris affert*[21]. In indulgentia autem Ecclesia, sua potestate utens ministrae redemptionis Christi Domini, fidelibus participationem communicat huius plenitudinis Christi in Communione sanctorum[22], instrumenta salutis ipsis amplissime suppeditando.

Ita Ecclesia materno quasi complexu et adiumento debiles infirmosque sustinet filios, qui fulcimen inveniunt in Mystico Christi Corpore, quod totum eorum conversioni caritate, exemplo, precibus allaborat. Ita fidelis paenitens validum auxilium invenit in hac singulari caritatis ecclesialis forma, ut veterem exuat hominem novumque induat, in quo revera consistit conversio et renovatio[23]. *Finis enim, quem* Ecclesia *sibi proponit in indulgentiis elargiendis, in hoc est positus*

16. Const. Apost. *Indulgentiarum Doctrina*: A. A. S. 59 (1967), pp. 5-24.
17. Cf. Nostr. Epist. ad E.mum P. D. Maximilianum S. R. E. Cardinalem de Fürstenberg ob indictum universale maximumque iubilaeum in annum MCMLXXV, *Iniziandosi ufficialmente*, 31 m. Maii a. 1973: A.A.S. 65 (1973), pp. 357-360.
18. Const. Apost. *Indulgentiarum Doctrina*, n. 5: A.A.S. 59 (1967), p. 11.
19. Cf. *Io.* 1, 16.
20. Const. Apost. *Indulgentiarum Doctrina*, n. 5: A.A.S. 59 (1967), pp. 10-11; cf. S. Thomas, *Summa Theologiae*, III, q. 48, a. 2 ad 1 et q. 49, a. 1.
21. Const. Apost. *Indulgentiarum Doctrina*, n. 4: A.A.S. 59 (1967), p. 9.
22. Cf. Const. Apost. *Indulgentiarum Doctrina*, n. 8: A.A.S. 59 (1967), p. 16.
23. Cf. Epist. ad Rev. Constantinum Koser, Ordinis Fratrum Minorum Vicarium Generalem, septingentesimo anno volvente ab "Indulgentia Portiunculae" per Honorium Pp. III Sancto Francisco concessa, *Sacrosancta Portiunculae ecclesia*, d. 14 m. Iulii a. 1966: A.A.S. 58 (1966), pp. 631-634.

http://www.obrascatolicas.com

ut non solum adiuvet christifideles ad poenas debitas luendas, sed etiam eosdem impellat ad pietatis, paenitentiae et caritatis opera peragenda, ea praesertim quae fidei incremento et bono communi conducunt[24]. /

296

III

Quare, quasi interpretes effecti materni Ecclesiae sensus, omnibus christifidelibus apte dispositis, qui, per paenitentiae sacramentum expiati et sacra Communione refecti, ad mentem Summi Pontificis et Collegii Episcopalis oraverint, indulgentiae plenariae donum dilargimur:

1) si sacram peregrinationem susceperint ad unam ex Basilicis Patriarchalibus (hoc est ad Basilicam S. Petri in Vaticano, vel S. Pauli ad Viam Ostiensem, vel Lateranensem Archibasilicam SS.mi Salvatoris, vel Basilicam Liberianam in Exquiliis) vel ad aliam ecclesiam aut locum urbis Romae a competenti auctoritate designatum, ibique devote interfuerint celebrationi liturgicae, praesertim Missae Sacrificio, vel pio alicui exercitio (ex. gr. *Viae Crucis, Rosarii Marialis*);

2) si visitaverint, turmatim vel singuli, unam ex quattuor Basilicis Patriarchalibus, ex iisque solis, piis considerationibus vacaverint per congruum temporis spatium, concludendis oratione Dominica, fidei professione qualibet legitima formula et invocatione Beatissimae Virginis Mariae;

3) si, morbo vel alia gravi causa impediti quominus intersint, loco in quo versantur, piae ad Urbem peregrinationi, eidem spiritualiter se adiunxerint, preces suosque dolores Deo offerentes;

4) si, cum Romae versentur et morbo vel alia gravi causa impediantur quominus intersint celebrationi liturgicae vel pio exercitio vel visitationi suae ipsorum communitatis (ecclesialis, familiaris vel socialis), de quibus supra in nn. 1 et 2, eidem communitati spiritualiter se adiunxerint, preces suas suosque dolores Deo offerentes.

Vertente Iubilari Anno, praeterea, vigent ceterae indulgentiarum concessiones, firma tamen norma qua
297 indulgentia ple/naria semel tantum in die acquiri potest[25]; omnes autem indulgentiae semper defunctis applicari possunt in modum suffragii[26].

Iisdem de causis, nempe ur christifidelibus largissima praebeatur copia subsidiorum salutis et ut pastorum, maxime confessariorum, commodis consulatur, statuimus, ut confessarii, qui iubilari peregrinationi intersint, uti possint facultatibus, quibus a legitima auctoritate instructi sunt in sua quisque dioecesi[27] ad audiendas, in itinere et in Urbe, confessiones christifidelium secum peregrinantium, necnon aliorum qui cum iisdem ad ipsos accesserint, salvo iure Paenitentiariorum Basilicarum Patriarchalium circa confessionum sedes iis reservatas[28]. Quibus quidem peculiares facultates a Sacra Paenitentiaria Apostolica tribuentur.

IV

Supra significavimus hos duos praecipuos fines Anno Sacro esse propositos: spiritualem in Christo renovationem et reconciliationem cum Deo; quos fines non solum ad vitam interiorem uniuscuiusque, sed etiam ad Ecclesiam universam, necnon ad totam quodammodo hominum consortionem spectare. Quare cunctos, ad quos pertinet, enixe adhortamur ad haec ipsa proposita consideranda, ad suscipienda incepta, ad mutuam conferendam operam, ita quidem ut per Annum Sacrum reapse fiant progressus in Ecclesiae renovatione efficienda atque etiam in itinere properando ad quasdam veluti metas, quae, secundum spiritum Concilii Oecumenici Vaticani II, ad futurum tempus prospicientis, Nobis peculiari ratione cordi sunt: scilicet / paenitentia, animi purificatio et conversio 298
ad Deum consequenter efficiant oportet, ut actio apostolica Ecclesiae incrementis augeatur.

Post Annum igitur Sacrum studia generosa excitentur ad promovendam evangelizationem, quae in eiusmodi navitate ut primum opus est certissime ponendum. Etenim *ad gentes divinitus missa ut sit universale salutis sacramentum*[29], Ecclesia peregrinans *natura sua missionaria est*[30] eademque in terrestri rerum humanarum cursu eatenus renovatur, quatenus ad excipiendum ac penitius per fidem cognoscendum Evangelium Christi, filii Dei, paratam se praebet, itemque ad eius salutiferum nuntium verbo vitaeque testimonio afferendum.

Iam vero, ipsa proxime celebranda Episcoporum Synodus, cui cum Anno Sacro haud extrinseca tantum ac fortuita ratio intercedit – ex contrario, ut iam monuimus, *enitendum est ut ambo ecclesiales eventus apte inter se cohaereant arcteque colligentur*[31] – sacris Pastoribus circa Christi Vicarium congregandis directorias normas suasionesque proponet, ut *evangelizationem mundi huius temporis*, fidei lumine ducti, studiose considerent, ad vota spectando Ecclesiae universae atque ad urgentiores nostrae aetatis necessitates, ratione habita caritatis Christi.

Religiosa igitur verbi Dei ausculatio una cum catechetica institutione christifidelibus cuiusvis ordinis et cuiusvis aetatis impertienda, ipsos christianos homines ad morum purificationem et ad altiorem fidei cognitionem conducat, dubios illuminet ac neglegentes ad evangelicum nuntium laeto animo in vitae suae actionem traducendum permoveat; praeterea omnes impellat ad consciam fructuosamque Sacramentorum / par- 299
ticipationem; communitates denique ac singulos incitet ad fidem sincere ac fortiter vivendo testandam, ita ut mundo ratio reddatur spei, quae est in nobis[32].

Post decennium ex quo a Concilio Vaticano II magnum salutareque inchoatum est renovationis opus ad pastoralis ministerii, paenitentiae exercitationis et sacrae liturgiae campos quod attinet, opportunum omnino arbitramur, ut id ipsum opus recognoscatur novisque incrementis augeatur; ita quidem ut, iis ante oculos habitis quae Ecclesiae auctoritate firmiter comprobata sunt, inter multa ac diversa experimenta ubique peracta, illa perviderì ac discerni possint, quae reapse valida ac legitima habenda sint, eademque ad rem deducantur alacriore usque studio, secundum normas ac rationes quae pastorali prudentia veraeque pietatis afflatu suadeantur.

Frequentissimus autem peregrinatorum concursus – Pastorum scilicet christifideliumque – e christianis totius terrarum orbis communitatibus, qui fraterno studio coniuncti ad vera bona gratiae et amoris Christi consequenda Romam se conferent, praeclaras sine dubio suppeditabit occasiones proponendi, communicandi, comparandi perpendendique varii generis experimenta, studia et opiniones; quod quidem praesertim eveniet, si congressiones conventusque celebrabuntur, qui ad varios ecclesialis communitatis ordines et ad

24. Const. Apost. *Indulgentiarum Doctrina*, n. 8: A. A. S. 59 (1967), p. 17.
25. Cf. *Ench. Indulg.*, norma n. 24, § 1.
26. Cf. *Ench. Indulg.*, norma 4.
27. Cf. Litt. Apost. *Pastorale munus* motu proprio datae, I, n. 14: A.A.S. 56 (1964), p. 8.
28. Cf. *Prima Synodus Romana*, a. D. MCMLX, art. 63.
29. Conc. Oecum. Vat. II Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus*, n. 1: A.A.S. 58 (1966), p. 947.
30. Conc. Oecum. Vat. II Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus*, n. 2: A.A.S. 58 (1966), p. 948.
31. Sermo ad membra Secretariae Generalis Synodi Episcoporum habitus: A.A.S. 66 (1974), p. 259.
32. Cf. *1 Petr.* 3, 15.

peritorum coetus spectent, et in quibus precandi usus et firma voluntas apostolatus exsequendi inter se coniungantur.

Peculiarique modo hic necessitatem commemorare cupimus inveniendi aequam iustamque rationem, quae, haud secus ac in sacra liturgia mirum in modum factum est, inter diversa postulata hodierni ministerii pastoralis intercedere debet: scilicet inter traditionem atque renovationis opus; inter indolem apostolatus christiani suapte natura religiosi atque eius efficacem
300 vim in omnibus socialis vitae campis; inter liberam / eiusdem apostolatus sponte agendi rationem, quam charismaticam quidam appellare solent, et fidelitatem erga leges mandato Christi et Ecclesiae Pastorum innixas; quae quidem, ab Ecclesia latae indesinenterque variis temporibus accommodatae, sinunt ut singularia experimenta intra christianam communitatem ita recipiantur, ut aedificationi prosint Corporis Christi, quod est Ecclesia, minime vero obsint[33].

Monere quoque volumus de necessitate, quae magis magisque urget, promovendi illud apostolatus genus, quod ad peculiares loci condiciones et hominum coetus spectat; ita quidem ut, nedum officiat necessariis traditis Ecclesiae institutis, nempe dioecesibus et paroeciis, ex contrario ingrediatur fermentumque evangelicum afferat in illas hodiernae vitae socialis formas – spectantes praesertim ad opifices, ad doctos homines et ad iuvenes – quae saepe differunt a formis vitae ecclesialis a maioribus traditis, atque extraneae videntur communitatibus, in quibus fideles precibus, fide et caritate coniuncti congregantur.

Ipsas quoque rationes catecheseos tradendae sacraeque praedicationis verbi Dei habendae, quae nostrae aetatis necessitatibus respondeant, attento studio perpendere oportebit eo quidem proposito, ut hac in re efficacia consilia capiantur, peculiari adhibita ratione curae quae ponenda est ut instrumenta communicationis socialis humanae christianaeque progressioni inserviant cum singulorum hominum tum communitatum.

Agitur de quaestionibus maximae quidem gravitatis atque momenti, quas aggredi debebimus et ad quas solvendas gratia Anni Sacri supplicibus precibus atque
301 inclinato capite est imploranda. /

V

Quemadmodum notum est, id potissimum recentioribus hisce annis Ecclesia expetivit curavitque, ut nuntium caritatis, socialis sensus ac pacis quoquoversus pervulgaret, itemque, quantum esset in ipsa, opera iusitiae et mutuae inter homines necessitudinis foveret ad ipopes, segregatos, exsules, vexatos sublevandos, ad hos omnes – dicimus – sive sunt personae sive coetus sive populi. Quapropter vehementer optamus, ut Annus Sacer, per ea caritatis opera quae fidelibus suggerit et deposcit ab illis, peropportunum etiam tempus sit ad confirmandam fulciendamque moralem conscientiam in cunctis fidelibus et in ipsa ampliore omnium hominum communitate, quo nempe nuntius Ecclesiae poterit dedito studio pervenire.

Antiquissimae Iubilaei origines, si ad leges institutaque Israelis attendas, haud obscure testantur in eodem, vi propriae naturae, huiusmodi socialem indolem inesse. Revera, ut scriptum legimus in Libro *Levitici*[34], Annus Iubilaeus, quippe cum esset Deo peculiariter dicatus, novam quandam ordinationem secum ferebat illarum rerum omnium, quae ut ad Deum pertinentes agnoscebantur: terrae scilicet, quae inculta quasi quietura relinquebatur prioribusque reddebatur possessoribus; et opum, quoniam oeconomicis ipsis rationibus remissio aeris alieni inscribebatur; et in primis hominis, cuius dignitas ac libertas servorum manumissione vindicabatur. Dei Annus igitur fuit etiam Annus Hominis, Annus Terrae, Annus Pauperum, in eoque universalium humanarumque rerum prospectu novum quoddam lumen fulgebat, ex eo radians, quod absoluta Dei dominatio in cunctam creaturam palam agnosceretur.

Sane etiam in mundo nostri temporis quae maxime quaestiones praesens genus humanum perturbant et affligunt – quaestiones sunt de re oeconomica et sociali, de oecologia, / de fontibus *energeticis*, maxime 302
vero de liberandis oppressis cunctisque hominibus ad pleniorem vitae dignitatem attollendis – eaedem videntur hoc ipso Anni Sacri nuntio illustrari.

Sed iuvat omnes Ecclesiae filios ac praesertim peregrinos, qui Romam petent, cohortari, ut onus quarundam rerum definite faciendarum suscipiant, quas quidem ut beati Petri successor et caput Ecclesiae, *quae praeest coetui caritatis*[35], nunc publice ostendimus atque commendamus. Nam agitur de caritatis et fidei operibus, quae in bonum fratrum egentiorum, tum Romae tum in ceteris orbis Ecclesiis, sunt exsequenda. Non erunt profecto illustris magnificentiae opera, quamvis haec nullo pacto sint reicienda; plerisque in adiunctis sat erit parva, vel minima – ut nunc dici solet – opera efficere, quae tamen cum indole evangelicae caritatis apte cohaerent. Fieri enim potest, ut in hac provincia Ecclesia magis magisque in dies sese continere debeat nihilque offerat hominibus nisi viduae pauperculae aera minuta[36], adeo tenues ac modicae sunt eae, quibus utitur, facultates. Verum ipsa bene novit et docet bonum, quod plurimum valeat, illud esse quod humiliore saepiusque incognita via parvis subvenit necessitatibus, parvis medetur vulneribus, quae plerumque in amplis consiliis socialis rei renovandae nullum obtinent locum.

Attamen Ecclesia necessarium esse ducit maxima huiusmodi incepta provehendae iustitiae populorumque progressionis incitare, ideoque invitationem iterum adhibet iis omnibus, qui et possunt et pro munere debent perfectiorem humanarum socialiumque necessitudinum ordinem in mundo constituere, id monens ne a suo opere cessent ob hodierni temporis difficultates neve partium studiis sese superari patiantur. In quo vehementer denuoque vocem attollimus Nostram, ut causam commendemus regionum ad pleniorem cultum civilem enitentium et populorum, qui fame et bello adhuc conflictantur. / Curas intendant in 303
tot necessitates, quibus homines his temporibus saepe premuntur, velut in opus illis comparandum, qui eo vitae rationibus consulere debent, in habitationem, qua multi indigent, in scholam, cui multiplici modo est subveniendum, in auxilia socialia et ad salutem pertinentia, neque omittant, quominus honestatem morum publicorum promoveant et in tuto collocent.

Liceat demum mente humili et sincera votum promere, ut per hunc etiam Annum Sacrum – quemadmodum in praeteritis Iubilaeis evenit – legitimae Nationum auctoritates secum reputent, num fieri possit, pro cuiusque prudentia, ut concedatur indultum, quasi clementiae et aequitatis testimonium, iis praesertim captivis qui satis ostenderint sese in re morali et civili esse emendatos quive misere inciderint in turbas et conversiones politicas et sociales, eo graviores quam ut ipsis omnino possint imputari.

Iam nunc gratum petefacimus animum et effusiorem a Domino benedictionem expetimus illis omnibus operam navaturis, ut hic nuntius caritatis, sensus socialis, libertatis, qualem Ecclesia publice affert, probe

33. Cf. *Rom.* 15, 2; *1 Cor.* 14, 3; *Eph.* 4, 12.
34. *Lev.* 25, 8 spp.
35. Cf. S. Ignatius Antiochenus, *Epist. ad Romanos*, Inscr.: Funk 1, 252.

http://www.obrascatolicas.com

confisa a cunctis se intellectum et auditum iri, libenter excipiatur atque in usum rerum politicarum et socialium traducatur. Quae cum dicimus bene ominantes, persuasum habemus Nos mirabilem persequi traditionem, quae, Israelitica ab lege incipiens, celsissimam sui ostensionem adepta est in Christo Iesu Domino nostro, qui ab ipsis sui ministerii exordiis se praebuit effectorem antiquarum promissionum atque figurarum, cum Anno Iubilaeo conexarum: *Spiritus Domini super me: propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde: praedicare captivis remissionem, et caecis visum, dimittere confractos in remissionem, praedicare annum Domini*
304 *acceptum*[37]. /

VI

Si vero aliquod est spirituale commodum, quod cupimus Nos praecipue, ut ex Anni Sacri celebratione reportetur, id quidem incrementum est numeri eorum, qui ex peculiari vitae munere deserviunt Ecclesiae, sacerdotum videlicet imprimis atque sodalium religiosorum. Etenim ut vitae gratiae rationesque salutis, quas Annus Sacer universis christifidelibus ostentat et suppeditat, rite recteque explicentur et adhibeantur, opus semper erit ipsis sacrorum ministris atque etiam Evangelii Christi testibus, qui fratribus suis, id est hominibus huius atque posterae aetatis, indicent per plenam Domini sequelam ipsam viam paenitentiae atque sanctitatis.

Percipienda itaque diligenter vox Dei est, qui numquam desinit electos homines excitare et invitare, ut, sacerdotio ministeriali fungentes ac fidele vitae religiosae testimonium reddentes, famulatui Ecclesiae totiusque generis humani se dedicent et devoveant: alii quidem a Deo rogabuntur, ut, per oboedientiam sacrumque caelibatum sese ipsi offerentes, qua sacerdotes Christi doceant et sanctificent et ducant populum fidelem ubicumque terrarum; alii pariter, viri et mulieres variae aetatis vel condicionis ad religiosam vitam attrahentur, ut, baptismatis promissa altiore vitae ratione implentes, plane vivant in Spiritu vereque proficiant ipsi Ecclesiae hominumque societati. Exoptamus quidem vehementer, ut horum lectissimorum christifidelium multitudo magis magisque augescat et efflorescat, ut per sacerdotium suum vitaeque religiosae actionem Christi laetificum nuntium perferant ad
305 terras extremas gloriamque dent omnes Patri caelesti. /

VII

Postremo autem efferre ac praedicare volumus christianorum reconciliationem unum esse potissimorum Anni Sacri propositorum. Etenim, prius quam homines universi reducantur aliquando et restituantur in Dei *Patris nostri* gratiam, communionem inter eos redintegrari omnino oportet, qui fide iam agnoverint ac receperint Iesum Christum uti Dominum misericordiae, qui homines liberet et amoris veritatisque consociet Spiritu. Hac quidem ratione Annus Iubilaeus, quem catholica Ecclesia sibi in consuetudines suas ac mores adscivit, peropportunum adferre potest tempus renovandorum recte animorum atque etiam christianorum provehendae coniunctionis.

Praeterea commonefacimus ipsum Concilium Vaticanum II docere omne studium et opus huius reconciliationis christianorum sicut et omnem verum oecumenismum necessario proficisci debere ex interiore aliqua animi mutatione, quoniam ipsa communionis christianae cupiditas nascitur ac maturescit ex spiritus renovatione, ex sui ipsius abnegatione, ex plena amoris exercitatione, ex fidelitate, quae veritati revelatae servatur[38].

Illa autem ipsa in re prorsus agitur verissimeque efficitur totus oecumenicus motus, ad quem catholica Ecclesia, quantum potest, adhaeret et per quem Ecclesiae et Communitates cum Apostolica Sede nondum plane coniunctae conquirunt et appetunt perfectam eam communionem, quam exoptaverat Christus. Munus namque atque officium Ecclesiae totius est iunctionem hanc restituere in integra Ecclesiarum communione[39]. *Annus gratiae* ergo hoc sensu prae se fert opportunitatem peculiaris paenitentiae ob christianiorum discidia, occasionem renovationis tamquam altioris experientiae ipsius vitae sanctimoniae in
306 Christo, progressionem ad optatam illam recon/ciliationem per crebriores collocutiones atque solidam adiutricem christianorum operam in procuranda orbis salute: *ut et ipsi in nobis unum sint, ut credat mundus*[40].

Quid itaque Nostri consilii sit, quaeve Nostra vota de Anni Sacri celebratione in hac Urbe Roma, iterum ostendimus. Nunc vero Fratres Nostros Episcopos omnesque Pastores ac fideles Ecclesiarum toto orbe dispersarum, earum etiam quae cum Romana Ecclesia non omnino communicant, quin immo omnes credentes in Deum hortamur, ut saltem animo hanc gratiae atque redemptionis mensam pie participent, in qua Christus se praebet ipse magistrum vitae. Quorum sane cum fidelibus, ad sepulchra Apostolorum antiquorumque Martyrum peregrinantibus, fidem in Deum Patrem omnipotentem atque misericordem et in Iesum Christum, Redemptorem nostrum, profiteri optamus.

Ad Nos quod attinet ipsos, velimus profecto, ut omnes Romam petentes Petri videndi gratia[41] id apertius in Sacro Anno per Nos verum experiantur, quod S. Leo Magnus scripsit: *In universa namque Ecclesia, Tu es Christus, Filius Dei vivi, quotidie Petrus dicit, et omnis lingua quae confitetur Dominum magisterio huius vocis imbuitur*[42].

Hoc etiam velimus optemus: fore nempe ut ingens fidelium multitudo, ministerio Nostro atque fratrum Nostrorum sacerdotum ad fontes Salvatoris accedat[43]; sanctaque Porta, quam ipsi in vigiliae Nativitatis nocte aperiemus, certum huius novi aditus ad Christum indicium sit, qui solus est Via[44] idemque Porta[45], atque etiam paternae illius dilectionis, qua animum omnibus patefacimus, amoris plenum et pacis cupidum. /
307

Beatissimam Virginem Mariam, interea, precamur, almam Redemptoris parentem eandemque Ecclesiae, gratiae ac misericordiae Matrem atque reconciliationis ministram novaeque vitae exemplar fulgidissimum, ut intercessione sua cunctis fratribus filiisque Nostris gratiam Sacri huius Anni a Filio suo impetret, quae eos renovet atque servet; eiusque manibus atque cordi Matris tanti negotii initium, incrementum ac perfectionem absolutam permittimus.

Has vero Litteras Nostras plane efficaces esse et fore volumus, adeo ut quae per eas exposita ac decreta sunt, ab illis omnibus, ad quos res pertinet, religiose serventur atque igitur vim suam obtineant, contrariis quibusvis nihil obstantibus. Si quis autem, sciens vel

38. Cf. Decr. de Oecumenismo *Unitatis redintegratio*, n. 7: A.A.S. 57 (1965), p. 97.
39. Cf. Decr. de Oecumenismo *Unitatis redintegratio*, n. 5: A.A.S. 57 (1965), p. 96.
40. *Io.* 17, 21.
41. Cf. *Gal.* 1, 18.
42. *Sermo* III: PL 54, 146.
43. Cf. *Is.* 12, 3.
44. Cf. *Io.* 14, 6.
45. Cf. *Io.* 10, 7.9.

insciens, secus egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXIII mensis Maii, in sollemnitate Ascensionis Domini, anno MCMLXXIV, Pontificatus Nostri undecimo. – Ego PAULUS Catholicae Ecclesiae Episcopus.

Adn. M. NOIROT in **Esprit et vie** 85 (1975) 241-255; **ME** 100 (1975) 261-278.

4291

1974 MAI 23.-SC pro RELIGIOSIS, DECRETUM. PART.*

Conferentia mundialis Institutorum saecularium canonice erigitur

Il felice sviluppo degli Istituti secolari, creati dal Sommo Pontefice Pio XII con la Costituzione *Provida Mater* del 2 febbraio 1947, ha reso evidente quanto la loro approvazione sia stata utile alla Chiesa e al mondo.

Queste associazioni sono nate "dall'ansia profonda di una sintesi", cioè "dall'anelito alla affermazione simultanea di due caratteristiche: la piena consacrazione della vita secondo i consigli evangelici e la piena responsabilità di una presenza e di una azione trasformatrice al di dentro del mondo per plasmarlo, perfezionarlo e santificarlo". Queste nuove associazioni attuano "quella che è stata una delle linee più importanti e più chiare del Concilio: la presenza della Chiesa nel mondo", del quale "dev'essere anima e fermento, perché chiamata a santificarlo e a consacrarlo, e a riflettere su di esso i valori supremi della giustizia, dell'amore e della pace" (Paolo VI, nel XXV anniversario della "Provida Mater", 2 febbraio 1972).

Secolari consacrati, i loro membri sono "impegnati nei valori del mondo per orientare esplicitamente le cose umane secondo le Beatitudini evangeliche", e nel mondo essi sono "testimoni della supremazia dei valori spirituali ed escatologici, cioè del carattere assoluto della carità cristiana" (Paolo VI, ai Responsabili generali degli Istituti secolari, 20 settembre 1972).

Più di cento Istituti sono già stati approvati dalla Santa Sede o dai Vescovi in molte parti del mondo. Poiché dai loro incontri per mettere in comune i doni dello Spirito divino hanno tratto grande vantaggio, i detti Istituti hanno espresso il proposito di formare tra di loro una più stretta unione. Per questo motivo, l'Assemblea dei Responsabili generali ha auspicato che la Santa Sede approvi ed eriga la Conferenza Mondiale da loro costituita.

Dopo attento esame della questione, questa Sacra Congregazione dà il suo assenso e:

1. - Erige la Conferenza mondiale degli Istituti secolari a norma del n. 23 del decreto conciliare *Perfectae caritatis* e degli art. 74 e 73 § 5 della Costituzione apostolica *Regimini Ecclesiae*, e ad essa attribuisce personalità morale nella Chiesa;

2. - Approva *ad sexennium* gli Statuti annessi.

Nonostante qualsiasi cosa in contrario.

Roma, 23 maggio 1974, festa dell'Ascensione del Signore.-Arturo Card. TABERA, *Prefetto.* Agostino Mayer, *Segretario.*

* Prot. N. P. G. 0/72-7: **Vita consacrata** 10 (1974) 509-510. **Adn. E. TRISALTI** in **Vita cons.** 10 (1974) 501-509; **ISCRIS** 1 (1975) 29.

4292

1974 MAI 24. - SC pro CULTU DIVINO, RESP. PART.*

Denegatur facultas celebrandi Missam Tridentinam iuxta Missale Romanum a S. Pio V probatum

Rome, le 24 mai 1974

Excellence, Nous avons bien reçu votre lettre du 3 avril 1974 et nous avons examiné attentivement votre demande pour le maintien d'une 'messe tridentine' dominicale en faveur d'un groupe de fidèles.

Depuis la Constitution apostolique *Missale Romanum* du 3 avril 1969, le Missel romain révisé selon les principes établis par la Constitution liturgique du IIe Concile du Vatican est devenu obligatoire comme le seul Missel du rite latin dans l'Eglise catholique romaine. Le Saint-Siège a rappelé plusieurs fois cette obligation, par des instructions et des documents divers, depuis la publication du nouveau Missel romain en 1970.

Pour cette raison, il nous a paru impossible d'approuver la prolongation demandée. Par contre, il est nécessaire et urgent de faire comprendre à ces fidèles, et d'abord aux prêtres qui animent leur groupe, le grave devoir d'obéissance qui leur incombe, en acceptant filialement les directives de l'Eglise, comme l'ont fait tous leurs frères.

En vous remerciant d'employer les moyens les mieux adaptés pour mener à bien cette tâche délicate, je vous prie d'agréer, Excellence, l'expression de mes sentiments religieux et tout dévoués en Notre-Seigneur.–James Robert Card. KNOX, *Préfet de la Congrégation pour le Culte divin.*

* Ordinario Ottaviensi: **Doc. Cath.** 73 (1976) 242. **Adn. in Doc. Cath.** 73 (1976) 241-243.

4293

1974 MAI 25. - SC pro DOCTRINA FIDEI, NOTIF. PART.*

Confirmantur praecedentes declarationes quae fideles a cultu erga "Dominam omnium populorum" retrahebant

In merito alle pretese apparizioni e rivelazioni della "Signora di tutti i popoli", avvenute ad Amsterdam, la Sacra Congregazione per la Dottrina della Fede ritiene opportuno dichiarare quanto segue:

Il 7 maggio 1956 il Vescovo della diocesi de Haarlem (Olanda), a seguito di un attento esame della causa riguardante le pretese apparizioni e rivelazioni della "Signora di tutti i popoli" dichiarava che "non constava della soprannaturalità delle apparizioni", e, conseguentemente, proibiva la venerazione pubblica dell'immagine della "Signora di tutti i popoli", come pure la divulgazione di scritti che proponevano le suddette apparizioni e rivelazioni come di origine soprannaturale.

Il 2 marzo 1957 lo stesso Ordinario ribadiva la sopraddetta dichiarazione, ed il Santo Uffizio, con lettera del 13 marzo dello stesso anno, lodava la prudenza e la sollecitudine pastorale dell'Ecc.mo Vescovo approvandone i provvedimenti. Inoltre in risposta ad un ricorso del Vescovo di Haarlem del 29 marzo 1972, la S. Congregazione per la Dottrina della Fede, il 24 maggio dello stesso anno, confermava la decisione già presa al riguardo.

Ora, a seguito di ulteriori sviluppi e dopo un nuovo e più approfondito esame del caso, la S. Congregazione per la Dottrina della Fede conferma con la presente notificazione la fondatezza del giudizio già espresso dalla competente autorità ecclesiastica e invita sacerdoti e laici a cessare qualsiasi propaganda circa le pretese apparizioni e rivelazioni della "Signora di tutti i popoli", esortando tutti ad esprimere la loro devozione verso la Vergine Santissima, Regina dell'Universo (cfr. Litt. Encycl. *Ad Caeli Reginam*, A.A.S. 1954, 625-640), con forme riconosciute e raccomandate dalla Chiesa.

Roma, 25 maggio 1974.

* **L'Osservatore Romano,** 14-15 iunii 1974.

4294

1974 MAI 29.- SC RELIGIOSORUM, RESPONSUM. PART.*

Criteria nonnulla et normae proponuntur circa religiosorum absentiam legitimam a domo, iuxta diversos subiectorum casus ordinandam

Rome, le 29 mai 1974

Ma Soeur, Voici les réponses à votre lettre du 24 avril exposant certaines difficultés rencontrées pour faire observer les règles de la vie commune.

http://www.obrascatolicas.com

Tout d'abord, il faut rappeler que la résidence dans une maison de l'Institut reste la règle de base de la vie commune pour tout religieux. Les cas d'absence de la maison, prévus par le droit (can. 606 § 2) ou par le décret *Religionum laicalium*, n. 4, sont, et doivent toujours être, considérés comme des exceptions, même si ces cas se multiplient.

Il rentre dans les attributions de la supérieure de veiller à restreindre ces exceptions et de faire en sorte qu'elles ne deviennent pas la règle commune. En outre, les Ordinaires des lieux ont certainement, eux aussi, le pouvoir d'exiger des supérieures qu'elles fassent observer cette loi (*Christus Dominus*, 35 § 2).

En ce qui concerne le document du Conseil des "16", en date du 27 février 1973, voici les éclaircissements que vous demandez.

P. 1 - *Religieux 'hors-communauté'.* Le document avait pour but uniquement de donner quelques explications sur les différents cas de religieux qui vivent habituellement (même pour une période restreinte) en dehors des maisons de l'Institut.

Il est assez difficile de dire si l'exemple que vous soumettez doit être considéré comme un cas de religieuse vivant 'hors-communauté'. Comme vous le présentez, la supérieure compétente est certainement habilitée à l'autoriser. En effet, d'une part, le travail de la religieuse semble conforme à la fin de l'Institut; d'autre part, la Congrégation ne semble pas avoir de maison dans la localité; enfin, la religieuse vit effectivement sous la dépendance des Supérieures, puisqu'elle retourne en communauté pour les fins de semaine.

P. 2 - *Motifs qui justifient une* absence, *etc.* Il s'agissait d'une ou plusieurs années, avec la permission des supérieurs religieux ou du Saint-Siège, suivant les cas. Voyez le document de travail présenté. Les permissions d'absence données pour des motifs d'études, de santé ou d'apostolat sont valables pour tout le temps que durent ces motifs.

b) *Motifs familiaux.*. La supérieure compétente peut donner une permission d'absence d'un an; au-delà, il faut recourir au Saint-Siège.

P. 3 - n. III, 2°: *...Maladie psychique..* Il ne s'agissait pas seulement de maladies qui nécessitent l'internement. On avait en vue le cas de religieuses qui, par exemple, rendent la vie de communauté impossible aux autres, mais il n'est pas équitable de les renvoyer parce qu'elles ne sont pas tout à fait responsables de leurs actes.

QUELQUE CAS. Avant de répondre à chaque question, une remarque préliminaire s'impose. Il est très difficile de donner une réponse par "oui" ou "non" avec certitude. Nous sommes ici dans le domaine de la morale; il y a l'évaluation des faits à donner par les personnes compétentes. De plus, il serait bon, pour porter un jugement équilibré, d'entendre les deux parties.

Premier cas (Soeur A). Si la religieuse n'a pas l'intention de revenir en communauté, il vaudrait miex, dès maintenant, qu'elle demande la dispense de ses voeux. D'autre part, si, sans cette affaire, la Supérieure Générale doit prendre une position différente de celle du Conseil provincial, il serait plus prudent qu'elle insiste seulement pour que soit demandée une exclaustration assortie d'une période de temps bien déterminée. De cette façon, pendant cette période, un cheminement pourrait se faire en vue de la sécularisation définitive.

Deuxième cas (Soeur B). D'après l'exposé, il n'y a aucune obligation pour la supérieure de demander une exclaustration. Il existe deux motifs valables pour une permission d'absence: apostolat et santé (ce dernier motif surtout semble bien fondé). D'ailleurs la permission, dit la supérieure, ne sera accordée que pour le temps que la religieuse exercera sa tâche, ce qui est conforme au décret *Religionum laicalium*.

Troisième cas (Soeur C). "Que dois-je faire?". Exposer à la religieuse les principes que la Supérieure Générale tend à mettre en vigueur dans la Congrégation. Puis, peut-être, patienter un an, pour permettre à la religieuse de faire une option définitive.

Quatrième cas (Soeur D) On peut permettre que la Soeur continue encore un an, sous la condition de se joindre, peut-être, deux fois par mois, à un des groupes communautaires de votre Congrégation. Plus tard, elle devra faire un choix définitif.

En terminant, je me permettrais deux remarques:

1.- Il est certain que l'intérêt bien compris de tous, Institut et religieuses elles mêmes, exige que les cas de religieuses vivant hors communauté n'augmentent pas trop. Sinon, on arrivera facilement, et sans aucune nécessité, à la situation dont se plaignent quelques Congrégations, où le nombre des religieux qui vivent en dehors des communautés est plus grand que le nombre de ceux qui vivent en communauté.

2.- L'expérience prouve également que les religieux "hors-communauté", à moins qu'ils n'aient des motifs vraiment sérieux d'être dans cet état, ne sont plus que *nominalement* membres de leur Congrégation.

En vous souhaitant d'arriver à une solution heureuse de vos problèmes, et en souhaitant vous y avoir aidée, je vous prie, ma Soeur, de croire à mon religieux dévouement en Notre-Seigneur. – B. Heiser, *Subsecrétaire.*

* Cuidam Antistitae Generali Instituti sororum, Prot. N.52781/74: CpR 56 (1975) 185-186.

4295

1974 MAI 31.-SC pro GENTIUM EVANG., DECR. PART.*

Erigitur canonice in Urbe "Centrum internationale animationis missionariae"

Il Cardinale Prefetto della Sacra Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli o "de Propaganda Fide", viste le deliberazioni della Congregazione Plenaria dello stesso Sacro Dicastero tenutesi dal 25 al 29 marzo 1974 e in seguito approvate dal Santo Padre; visto l'Articolo 39 del Decreto Conciliare *Ad gentes*; pluries facto verbo cum Sanctissimo; con il presente Documento, *istituisce*, presso il Collegio San Pietro Apostolo e quale organo dipendente dalla Pontificia Università Urbaniana, il "Centro Internazionale di animazione missionaria" (CIAM), che avrà un proprio Direttore, che verrà nominato con apposito Biglietto dallo scrivente Cardinale Prefetto, e un proprio Regolamento da approvarsi dalle suddetta Sacra Congregazione.

Roma, dal Palazzo di Propaganda, 31 Maggio 1974. – Agnelo Card. ROSSI, *Prefetto.*

* Prot. N. 2703/74: Bibliogr. missionaria 41 (1977) 304.

4296

1974 MAI .- SC pro CULTU DIVINO, RESPONSUM. PART.*

Responsa ad proposita dubia:

De Missa diei Dominicae et Festi de praecepto vespere diei praecedentis anticipata

Instructio *Eucharisticum mysterium*, n. 28 statuit: "Sicubi ex concessione Apostolicae Sedis permittitur ut vespere sabbati praecedentis satisfieri possit praecepto de Missa participanda die dominica ... celebretur Missa sicut in Calendario pro die dominica assignatur, homilia et oratione fidelium minime exclusis. Quae omnia dicenda sunt etiam de Missa quae, eadem de causa, ad vesperam pridie diei festi de praecepto alicubi celebrari permittitur".

Haec est norma generalis. Dubium tamen exurgit quando quaedam sollemnitas de praecepto sabbato vel feria II occurrit. Nam vespere primi diei festivi (sabbato vel dominica) occurrentia habetur inter duos dies liturgicos quia "celebratio dominicae et sollemnitatum incipit iam vespere diei praecedentis" (cf. *Normae generales de anno liturgico et de calendario*, n. 3), et in eadem celebratione alii conveniunt fideles ad satisfaciendum praecepto de die currenti et alii de die sequenti. Ita, v. gr., evecidit die 24 decembris, insimul habeatur Missa vespertina dominicae et Vigiliae Nativitatis Domini. Eodem modo, quando Nativitas Domini sabbato incidit, vespere concurrentia habetur inter Missam Nativitatis et Missam anticipatam de Sacra Familia.

Hi et similes casus solvi pon possunt per normam generalem, quia necessitates pastorales et consuetudines fidelium diversae inveniuntur. Quapropter sequentes indicationes dari possunt:

1. Principium generale pro celebratione Missae festivae diei de praecepto anticipatae vespere diei antecedentis illud est quod invenitur in n. 28 Instructionis *Eucharisticum mysterium.*

2. In casu occurrentiae inter dominicam et sollemnitatem, integritas celebrationis totius diei liturgici generatim melius obtineri potest applicando celebrationi Missae vespertinae ea quae statuuntur pro Vesperis, scilicet: "Si eodem die celebrandae sint vesperae Officii currentis et I Vesperae diei sequentis, praevalent vesperae celebrationis quae in tabula dierum liturgicorum superiorem obtinent locum; in casu autem paritatis vesperae diei currentis" (cf. *Normae generales de anno liturgico et de calendario*, n. 61).

3. In vigilia sollemnitatum in quibus peculiaris Missa vigiliae habetur (Nativitas Domini, Nativitas S. Ioannis Baptistae, SS. Petrus et Paulus, Assumptio B. Mariae V.), haec dicatur etiamsi die dominica incidat.

4. Attentis adiunctis naturae pastoralis, praxis sequenda in ambitu diocesano indicetur initio anni ab Ordinario loci in Calendario liturgico proprio, etiam si casus fert derogando iis quae supra dicta sunt, cum, ob rationes pastorales, praeferenda videtur celebratio unius alteriusve Missae.

* Notit. 10 (1974) 222-223.

4297

1974 IUN 1. - SIGNATURA APOST., SENTENTIA. PART.*

Violatio legis affirmatur ob arbitrarie mutatam dimissionem sororum in saecularizationem, et ob inobservantiam legum quae cum dimissionem tum saecularizationem Sororum regunt

DIOECESIS D. – *Dimissionis sororis a religione*

FACTI SPECIES

1. Litteris diei 24 iulii 1970 S. C. pro Religiosis munus committebat Delegato Apostolico in Natione X. ut decem Religiosae Missionariae a S. C. formaliter monerentur ut ad rectam oboedientiam vitae religiosae et legitimae Superiorissae redirent; si autem monitio inutilis fuisset, eaedem religiosae demittendae erant a Congregatione religiosa.

Quia vero quattuor ex ipsis iam extra claustra degebant, ideoque monitio certe vana fuisset, S. C. pro Religiosis, litteris diei 30 octobris 1970, mandavit Delegato Apostolico in Natione X. ut eaedem quattuor religiosae, id est: Catherina, Elisabeth, Gertrudis et Rosa, dimitterentur a Congregatione religiosa; ceterae autem sex, id est: Barbara, Irene, Pelagia, Theophila, Valeria et Natalia, monerentur, ut supra dictum est. Delegatus Apostolicus mandatum exsecutus est per P. Franciscum.

2. S. C. pro Religiosis die 11 augusti 1971 transmisit Delegationi Apostolicae rescripta quibus religiosae sive primi sive secundi coetus dispensabantur a votis. At septem sorores, id est: Gertrudis, Natalia, Valeria, Irene, Pelagia, Barbara, Theophila, recursum interposuerunt ad Summum Pontificem. Sacra tamen Congregatio litteris diei 6 octobris 1971 declaravit sibi non esse recedendum a suis decretis, facultatem esse autem praedictis religiosis "di raggrupparsi insieme sotto forma di Pia Unione ... purché vi sia un Vescovo benevolo che sia disposto ad accoglierle". Idem responsum datum est quibusdam sacerdotibus Archidioecesis D.

Die 17 aprilis 1972 septem Sorores, per suos legitimos Procuratores P. Eliam et P. Lucianum iterum recurrerunt ad Summum Pontificem contra dimissionem et dispensationem a votis perpetuis decretam a S. C. pro Religiosis.

Postea, dispensatione obtenta a terminis praescriptis in art. 105 *Normarum Specialium* Signaturae Apostolicae, interposuerunt recursum ad Sectionem Alteram H. S. Tribunalis.

In Congressu diei 15 maii 1973 decisum est: *Recursum esse admittendum ad disceptationem.* Quapropter nunc hodie decidendum est: *"An constet de violatione legis in procedendo vel in decernendo* in casu".

IN IURE

3. Professione religiosa quis definite religioni incorporatur. Attamen, hac definitiva incorporatione non obstante, religiosus potest quandoque legitime a religione separari; haec autem separatio potest esse voluntaria vel involuntaria seu coacta.

Separatio voluntaria ad tempus vocatur exclaustratio; perpetua dicitur saecularizatio. Saecularizatio definitur: "lo scioglimento perpetuo ed assoluto dei vincoli che provengono dalla professione religiosa in virtù di un indulto concesso dai Superiori competenti, con la conseguente separazione totale dalla Religione e ritorno alla vita secolare ...; si richiede necessariamente l'indulto pontificio ... Per concedere l'indulto di secolarizzazione ... si richiedono cause gravi ... Non solo è necessaria in modo assoluto la concessione della esecuzione dell'indulto, ma si richiede ancora, affinché la secolarizzazione abbia valore giuridico e produca i suoi effetti canonici, che il religioso accetti il rescritto concesso ... L'indulto non ha nessun valore se il religioso non accetta il rescritto con atto positivo e posteriore alla sua concessione, non essendo sufficiente l'assenso prestato per sollecitare la grazia. Il religioso, di conseguenza, può respingere l'indulto con cui viene secolarizzato o dispensato dai voti, quando gli viene comunicato dai suoi Superiori, anche se il rescritto è stato già eseguito dal Superiore Generale. In tal caso il rescritto perde tutto il suo valore e il religioso continua nella pienezza dei suoi diritti ed obblighi" (A. Tabera, *Il diritto dei religiosi*, Roma 1961, pp. 527-529).

Eadem scribit S. Goyeneche: "Si vero dispensatio votorum petita fuit, vel petitum beneficium saecularizationis, hoc debet a postulante acceptari ita ut, non obstante petitione et Superioris exsecutione rescripti, integrum illi sit acceptare vel reiicere" (*Quaestiones canonicae de iure religiosorum*, II, p. 184, can. 654; cfr. S. C. Rel. 1 aug. 1922: AAS XIV, p. 501).

Separatio involuntaria seu coacta vocatur dimissio seu expulsio; potest esse a iure (cfr. can. 646) vel ab homine (cfr. cann. 649-653). Dimissio religiosae cum votis perpetuis regitur cann. 651-652 quorum prior substantiam respicit, alter modum procedendi: "Ad dimittendas religiosas professas a votis perpetuis sive sollemnibus sive simplicibus exiguntur graves causae exteriores una cum incorrigibilitate, experimento prius habito ita ut spes resipiscentiae evanuerit, iudicio Antistitae". Religiosae "ius est suas rationes libere exponendi; eiusque responsiones in actis fideliter referendae sunt" (can. 650 § 3 coll. 651 § 2). Si agatur de religiosis iuris pontificii "suprema religionis Moderatrix rem totam ad Sacram Congregationem ... deferat cum omnibus actis et documentis" (can. 652 § 3).

De incorrigibilitate scribit S. Goyeneche: " ... si quaeras cuiusnam generis debeat esse haec incorrigibilitas, respondeo requiri et sufficere *incorrigibilitatem iuris;* hoc est requiritur et sufficit incorrigibilitas probata per media iuridica seu per duplicem monitionem factam in casu a competente Superiore maiore vel ab eius delegato (c. 659) et in adiunctis relatis in c. 661 iubente: " § 1. Monitionibus Superior addat opportunas exhortationes et correctiones, praescriptis insuper poenitentiis aliisque remediis poenalibus, quae apta censeantur ad emendationem rei et scandali reparationem". Unde "liquido patet poenam dimissionis unis religiosis incorrigibilibus minari ius canonicum et quidem iuridice demonstratis, paucis casibus extraordinariis exceptis" (*op. cit.*, II, can. 662, pp. 187 et 189).

Item Matth. a Coronata: 'Requiritur dein incorrigibilitas de qua constare poterit per monitiones non stricte canonicas, de quibus tamen aliquo modo constare possit in actis ad S. Congregationem mittendis". Ad legitimitatem dimissionis requiritur insuper ut religiosae facultas concedatur suas rationes libere exponendi et haec fideliter referantur in actis: "Dimittendam ius ad suam defensionem habere, ius naturale determinat" (*Institutiones iuris canonici*, I, p. 858).

In casu dimissionis non requiritur acceptatio dispensationis a votis ex parte religiosae dispensatae; requiritur e contra in casu saecularizationis.

IN FACTO

5. In phasi praeliminari quaestionis unice actum est de religiosarum dimissione ad normam can. 651. Legimus enim in litteris S. C. pro Religiosis diei 24 iulii 1970 ad Delegatum Apostolicum in Natione X.: "Questa Sacra Congregazione ... è venuta nella seguente determinazione, che affida all'Eccellen-

http://www.obrascatolicas.com

za Vostra Reverendissima: 1) Sr. Barbara; 2) Sr. Catherina; 3) Sr. Elisabeth; 4) Sr. Gertrudis; 5) Sr. Irene; 6) Sr. Natalia; 7) Sr. Pelagia; 8) Sr. Rosa; 9) Sr. Theophila; 10) Sr. Valeria, di cui si unisce, rispettivamente, un foglio con opportune indicazioni, siano formalmente ammonite che, se entro un mese dalla data della ammonizione non avranno ripreso la vita di osservanza, di sottomissione e di obbedienza alle legittime Superiore dell'Istituto, saranno da questo Sacro Dicastero senz'altro dimesse e rinviate nel secolo".

Item in litteris eiusdem S. Congregationis diei 30 octobris 1970: " ... mi reco a premura di comunicarLe le disposizioni che questa Sacra Congregazione, tenendo conto delle proposte fatte, ha stimato necessario adottare:

1) Le Suore esclaustrate, appresso notate, per mandato di questo Sacro Dicastero, siano *dimesse* dall'Istituto da parte dell'Eccellenza Vostra. Si tratta di: 1) Sr. Catherina, 2) Sr. Elisabeth, 3) Sr. Gertrudis, 4) Sr. Rosa.

2) Le Suore della Casa di T.: Sr. Barbara, Sr. Irene, Sr. Pelagia, Sr. Theophila, Sr. Valeria, cui si può aggiungere anche Sr. Natalia, siano formalmente ammonite che se, entro un mese dalla data dell'ammonizione non si ravvederanno, riprendendo la vita di osservanza, di obbedienza e di sottomissione alle legittime Superiore dell'Istituto, saranno *dimesse* e rimandate al secolo".

6. Postea vero, cum a phasi praeliminari et dispositiva, ad exsecutionem fit transitus, non agitur de dimissione, sed de dispensatione a votis perpetuis, ad normam can. 640. Delegatus enim Apostolicus ita respondit S. Congregationi: "In primo luogo il P. Francesco ha cercato di indurre le Suore: Catherina, Gertrudis, Rosa, Elisabeth a chiedere di loro spontanea volontà la dispensa dai voti. Dopo pazienti ed inutili insistenze, ho fatto avere loro per il tramite del P. Francesco la *dispensa dai voti* a norma del dispaccio del 30 ottobre 1970... In secondo luogo il P. Francesco ha trattato con le seguenti religiose: 1) Barbara, 2) Irene, 3) Pelagia, 4) Theophila, 5) Valeria, 6) Natalia, invitandole a sottomettersi alla dovuta disciplina o a chiedere la dispensa dai voti ..., ma esse si sono rifiutate tutte quante ... Il parere del P. Francesco è che anche queste sei religiose siano *dispensate dai voti* per il bene superiore della Congregazione. Condivido pienamente quel parere".

S. Congregatio pro Religiosis rata habet quae Delegatus Apostolicus peregerat: " ... questo Sacro Dicastero *ratifica* la dispensa dai voti, da Lei concessa in esecuzione delle facoltà concesse con lettera del 30 ottobre 1970, nei confronti delle seguenti quattro Suore: Sr. Catherina, Sr. Elisabeth, Sr. Gertrudis, Sr. Rosa. Quanto alle altre sei Suore ... questo Sacro Dicastero La prega di voler emettere il decreto di dispensa dai voti, se Vostra Eccellenza e il P. Francesco giudicano che persistano tuttora le condizioni per tale provvedimento".

Denique, respondens litteris Delegati Apostolici diei 29 iulii 1971, idem S. Dicasterium scribit: "Questa Sacra Congregazione, dopo aver attentamente esaminata la questione, ha ritenuto opportuno che non si possa negare di concedere per iscritto la dispensa dai voti. Pertanto mi pregio allegare qui undici rescritti (in realtà sono dieci, perchè Natalia è la stessa che L. M.), che Vostra Eccellenza è pregata di consegnare alle interessate".

Textus rescriptorum est sequens: " ... *vigore facultatum* a Summo Pontifice concessarum, praedicta soror per praesens rescriptum solvitur a votis ceterisque obligationibus suae professionis ad normam can. 640, servatis, prout casus ferat, cann. 551 § 1 et 643 § 2 C. I. C. - Dispensatio vim habeat a die in quo cum ea, cuius interest, communicata fuerit".

Rogata quaenam essent hae facultates a Summo Pontifice concessae, S. Congregatio die 20 maii 1974 respondit: "in questo ed altri simili rescritti, si faceva uso di una vecchia dizione usata impropriamente, in quanto la Sacra Congregazione nell'esercizio delle competenze ordinarie non gode di facoltà speciali all'infuori di quelle derivanti dalla legge, e cioè dalla *Regimini Ecclesiae Universae*. Nel caso, invece, che i rescritti riguardino materie riservate espressamente al Santo Padre, il dispositivo di concessione della grazia contiene la precisazione "*vigore facultatum specialium* ...". Allo scopo di evitare, in avvenire difficoltà d'interpretazione al Supremo Organo Amministrativo, negli eventuali ricorsi in via contenziosa per l'esame di legittimità dei provvedimenti definitivi, impugnabili presso codesta Sectio Altera, mi affretto a comunicarLe che si *provvederà quanto prima a sostituire la vecchia dizione*".

7. Instructiones comparando S. Congregationis cum ratione eas exsequendi ex parte Delegati Apostolici, animadvertitur in illis agi de dimissione, in hac autem de saecularizatione.

Iuxta ea quae vidimus in iure, ad legitimitatem saecularizationis duo requiruntur, id est libera indulti petitio atque libera eiusdem acceptatio. Utrumque defuit in casu.

Defuit primum, prout eruitur e relatione Delegati Apostolici: "Il P. Francesco ha cercato di indurre le Suore Catherina, Gertrudis, Rosa, a chiedere di loro spontanea volontà la dispensa dai voti ... in un secondo tempo egli (il P. Francesco) le ha invitate a richiedere la dispensa, ma *esse si sono negate tutte quante*".

Defuit et aliud requisitum, nam ipse Delegatus Apostolicus refert: "Le prime due (del primo gruppo) *si sono rifiutate di accettare la dispensa* ed hanno manifestato il proposito di ricorrere alla Santa Sede"; "La reazione di queste Suore (secondo gruppo) è stata negativa e violenta ...; tutte sono d'accordo nell'esigere la dispensa per iscritto, pur dicendo di *non accettarla*".

Si vero dicatur in casu agi de separatione religiosarum coacta, seu de dimissione a Religione, lex violata est in procedendo relate ad quattuor religiosas pro quibus omissae sunt monitiones in can. 651 § 1 praescriptae; lex violata est in decernendo relate ad omnes recurrentes, quia praeclusum eisdem fuit "ius suas rationes libere exponendi" statutum a can. 650 § 3, coll. can. 651 § 2.

His omnibus in iure et in facto perpensis, Nos infrascripti Cardinales membra Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae, pro tribunali sedentes et Deum solum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, edicimus, declaramus et definitive sententiamus: *Constare de violatione legis sive in procedendo sive in decernendo relate ad actum S. Congregationis pro Religiosis et Institutis Saecularibus diei* 11 *augusti* 1971, *ideoque praefatum actum irritum esse in casu.*

Romae, in sede Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae, die 1 iunii 1974. - Dinus Card. Staffa, *Praefectus et Ponens* (*Sequuntur ceterae Cardinalium subsignationes*).

* Apoll 47 (1974) 384-390.

4298

1974 IUN 2-SC INST.CATH.,DECR. AAS 67 (1974) 149-150

Facultati sacrae Theologiae Cracoviensi (Kraków) titulus 'Pontificius' confertur

Sacra Congregatio pro Institutione Catholica, prae oculis historia habita inclytae Facultatis Theologiae Cracoviensis, quae, ab Hedvige Regina a. D. MCCCXCVII condita canonicequae a Bonifatio Pp. IX consti/tuta, per ultra DL annos in ce- 150
leberrima Cracoviae Jagellonensi studiorum Universitate ad ecclesiasticarum scientiarum in primis Sacrae Theologiae progressum indesinenter operam navavit; scientifica didacticaque attentis eiusdem Facultatis ordinatione electoque Professorum coetu scite adlaborante necnon scientificis inquisitionibus ab ipsis publici iuris factis; petitionem Caroli S. R. E. Cardinalis Wojtyla, Archiepiscopo Cracoviensis Facultatisque Magni Cancellarii, benigne excipiens; potestate ab Augusto Pontifice Paulo div. Prov. Pp. VI sibi facta; ut Apostolicae Sedis existimationis dilectionisque peculiare signum promat, Facultatem Theologicam Cracoviensem titulo Pontificio exornatam hoc Decreto *constituit declaratque*, omnibus ipsi agnitis tributisque officiis iuribus ac honoribus huic titulo de more adnexis; integris equidem manentibus Facultatis iuribus ad laudatam Universitatem quod attinet.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis, d. II m. iunii, in sollemnitate Pentecostis, a. D. MCMLXXIV. - Gabriel Maria Card. GARRONE, *Praefectus.* Iosephus Schröffer, Archiep. tit. Volturnen., *a Secretis.*

4299

1974 IUN 2.-SC INST. CATH., DECR. AAS 67 (1975) 150-151

Titulus 'Pontificius' Facultati Theologicae Vratislaviensi (Wroclaw) conceditur

Sacra Congregatio pro Institutione Catholica, prae oculis historia habita inclytae Facultatis Theologicae Vralislaviensis

quae, in Vratislaviensi studiorum Universitate a. D. MDCCII constituta, ad scientiarum ecclesiasticarum in primis Sacrae Theologiae progressum admodum contulit; didactica scientificaque attenta eiusdem Facultatis ordinatione, quae, calamitosis postremi belli casibus superatis, in pristinum feliciter restituta est, electo Professorum coetu scite adlaborante optimisque scientificis inquisitionibus publici iuris factis; petitionem piae memoriae Boleslai S. R. E. Cardinalis Kominek, Archiepiscopi Vratislaviensis Facultatisque Magni Cancellarii, benigne suscipiens; potestate ab Augusto Pontifice Paulo div. Prov. Pp. VI sibi facta; ut Sedis Apostolicae existimationis dilectionisque peculiare signum promat, Facultatem Theologicam Vratislaviensem titulo Pontificio exornatam hoc Decreto *constituit declaratque*, omnibus ipsi agnitis tributisque iuribus officiis ac honoribus huic titulo de more adnexis; integris
151 equi/dem manentibus Facultatis iuribus ad laudatam Universitatem quo attinet.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis, d. II m. iunii, in sollemnitate Pentecostis, a. D. MCMLXXIV. - Gabriel Maria Card. GARRONE, *Praefectus.* Iosephus Schröffer, Archiep. tit. Volturnen., *A secretis.*

4300

1974 IUN 2.-SC INST. CATH., DECR. AAS 67 (1975) 151-152

Canonice erigitur Facultas Theologica in Seminario Metropolitano Posnaniensi (Poznań) et titulo 'Pontificio' decoratur

Posnaniensis urbs merito incunabula catholicae fidei in Polonia haberi potest: in ipsa enim anno Domini CMLXVI primus Poloniae princeps baptismali unda est lustratus, in ipsa post paucos inde elapsos annos prima prae ceteris Poloniae urbibus erecta est dioecesis, in ipsius denique cathedrali ecclesia priscorum – ut fertur – Poloniae regum exuviae custodiuntur.

Nihil tamen mirum si inclyta hac in urbe Ioannes Lubrański episcopus saeculo XVI ineunte Athenaeum, Academiam Lubranscianam nuncupatum, erexerit, ut iuvenes in studio tum humaniora tum philosophico-theologica naviter incumberent. Anno Domini MDLXIV, secundo a promulgato Decreto Concilii Tridentini de Reformatione (can. XVIII, de seminariis in dioecesibus condendis; cf. *Ench. Cleric.* nn. 97-103), Maius Posnaniense Seminarium constitutum est eidemque statim Academiae adnexum; quod volventibus saeculis tamquam pupilla oculi ab Archiepiscopis Posnaniensibus semper habitum est atque ita auctum ut, in adiunctis praesertim secundioribus, vere fax ignisque ardens in patria regione exstiterit, ad sacrarum disciplinarum intelligentiam ac amorem indefesse diffundendos.

Civili libertate a Polonica Gente fauste recuperata, Archiepiscopi Posnanienses de Facultate Theologica erigenda Sanctam Sedem iterate rogaverunt; quod vero gravibus ex causis ad effectum adduci nunquam potuit. At terrificis postremi belli casibus superatis Seminarioque ex novo constituto, Sacra Congregatio pro Institutione Catholica, petitionem Excmi Archiepiscopi Metropolitae Posnaniensis benevole excipiens, litteris diei XXIII m. iulii a. D. MCMLXIX in Posnaniensi Seminario Maiori Institutum Theologicum condidit, iure pol-
152 lens, ad quin/quennium et ad experimentum, Sacrae Theologiae Baccalaureatus ac Licentiae gradus conferendi.

Quibus nunc feliciter persolutis, attentis imprimis florentibus ecclesiasticis studiis quibus eiusdem Archidioecesis sacra iuventa iamdudum in theologica doctrina instituebatur, electis professoribus strenue adlaborantibus ad sacras disciplinas uberius pleniusque edocendas excolendas atque illustrandas, prae oculis habita favorabili Conferentiae Episcopalis Poloniae sententia, Sacrum Dicasterium pro Institutione Catholica, laudati Praesulis precibus libenter annuens, rem totam pro munere Augusto Pontifici Paulo div. Prov. Pp. VI diiudicandam detulit. Quo benigne paterneque adprobante ac instante, Sacra eadem Congregatio, in Dei Omnipotentis gloriam ac Ecclesiae in primis Polonicae decus ac incrementum, Facultatem Sacrae Theologiae in Seminario Metropolitano Posnaniensi hoc Decreto *erigit erectamque declarat*, iure in perpetuum ditatam gradus academicos conferendi Baccalaureatus seu Magisterii, Licentiae, Doctoratus; omnibus ipsi agnitis tributisque officiis iuribus privilegiis atque honoribus quibus Facultates a Sede Apostolica erectae merito fruuntur.

Sacra praeterea Congregatio Archiepiscopum Posnaniensem pro tempore, Ordinarium loci, Facultatis Magnum Cancellarium *constituit renuntiatque*, qui fidei orthodoxiam morumque disciplinam tutetur, docentibusque quibuslibet missionem canonicam conferat revocetque omnia nitendo ut Facultas continuo augeatur, cum ceterisque Theologicis Facultatibus Conferentia Episcopali Nationali moderante volenter cooperetur, ad Ecclesiae Patriaeque Reipublicae bonum augescendum.

Sacrum insuper Dicasterium, ut peculiarem Sedis Apostolicae dilectionem patefaciat, Posnaniensem Facultatem titulo Pontificio *condecorat*, eidem Facultati praestituens ut iuxta Documentum "Normae quaedam" inscriptum (20. V. 1968) aliasque Sanctae Sedis academicas leges ad amussim ordinetur regaturque, necnon secundum peculiaria Facultatis Statuta ab eadem Sacra Congregatione hac ipsa die adprobata; servatis ceteris de iure servandis, iis quoque quae a Commissione Episcopatus Polonici de studiis superioribus promovendis manata sunt vel manabuntur; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis, die II m. Iunii, in sollemnitate Pentecostis, a. D. MCMLXXIV. - Gabriel Maria Card. GARRONE, *Praefectus.* Iosephus Schröffer, Archiep. tit. Volturnen., *a Secretis.*

4301

1974 IUN 13.-PAULUS VI, MOT. PR. AAS 66 (1974) 308-311

Litterae Apostolicae motu proprio datae

Quaedam capita de facultatibus ad Missarum stipendia pertinentibus statuuntur

PAULUS EPISCOPUS

Firma in traditione Ecclesiae positum est, ut fideles, religioso et ecclesiali sensu ducti, Sacrificio Eucharistico, quo actuosius hoc participent, quoddam quasi sacrificium sui ipsorum adiungant, hoc modo consulentes, pro sua parte, necessitatibus Ecclesiae, maxime vero eiusdem ministrorum sustentationi. Quod idem fit secundum spiritum verborum Domini *Dignus est* (.....) *operarius mercede sua* (*Lc.* 10, 7), quae Paulus Apostolus in prima Epistula ad Timotheum (5, 18) et in prima Epistula ad Corinthios (9, 7-14) memorat.

Qui quidem sensus, quo fideles Christo, se hostiam offerenti, arctius sociantur et abundantiorem fructuum copiam inde percipiunt, non solum probatus est ab Ecclesia, sed etiam promotus, quae eum esse existimat veluti signum coniunctionis hominis baptizati cum Christo, necnon fidelis cum sacerdote, qui in eiusdem fidelis bonum suum obit ministerium.

Ut autem eiusmodi sensus integer semper servaretur et adversus quamvis deformationem, quae fieri posset, tutus praestaretur, saeculorum decursu aptae normae sunt constitutae, eo spectantes, ut cultus, quem fideles Deo liberaliter tribuere cuperent, non minore cum observantia et magnanimitate reapse celebraretur. Quoniam vero, singularia ob temporum humanaeque societatis adiuncta, interdum moraliter fieri nequit – ideoque minus aeque contingit – ut onera exquisita et accepta integre impleantur, Ecclesia hisce in casibus necessario cogitur eadem onera congruenter recognoscere; simul autem annititur, ut sibi
ipsi hac in re constet et fidem erga oblatores servet. / 309

Eo praesertim ducti consilio, ut normae, quibus Missarum stipendia – res sane gravis multumque postulans prudentiae – reguntur, pari quadam ratione conficerentur, statuimus per notificationem, a Secretaria Status seu Papali die 29 mensis Novembris, anno 1971 (*AAS*, 63, 1971, p. 841) vulgatam, Nobismet ipsis, interim et ad tempus, reservare omnem deliberationem circa expetitas reductiones, condonationes et commutationes stipendiorum Missarum, suspendentes a die 1 mensis Februarii, anno 1972, cunctas facultates, cuilibet et quoquo modo concessas.

http://www.obrascatolicas.com

Nunc vero, adeptis quoad praecipua finibus, quorum causa dispositio illa est inducta, tempus advenisse censemus reservationi illi finem imponendi. Ut autem apta huius rei ordinatio novis fulciretur fundamentis neque interpretationibus minus rectis quomodolibet impediretur, innixis in iis, quae praeterita aetate legitima agnosci potuerunt, visum est quidquid de antehac facultatibus superesset, nunc auferre.

Attamen, ut necessitatibus aliquo modo occurramus, quibus Nostri in episcopatu Fratres interdum consulere debent, et rationem habentes probatae experientiae, quam haberi contigit usu facultatum iisdem concessarum per Litteras Apostolicas "Pastorale munus" (*AAS*, 56, 1964, pp. 5-12) et "De Episcoporum muneribus" (*AAS*, 58, 1966, pp. 467-472), motu proprio datas, expedire arbitrati sumus iis, qui Nobiscum ministerium pastorale in Ecclesia participant, nonnullas facultates impertire.

Itaque, re mature perpensa, motu proprio ac de Apostolicae potestatis Nostrae plenitudine, haec, quae sequuntur, pro universa Ecclesia constituimus atque decernimus:

I. A die prima mensis Iulii, anno 1974, reservatio praedicta, de qua in notificatione Secretariae Status diei 29 mensis Novembris anni 1971 agitur, cessat. Ab eodem ergo die Sacrae Congregationes Romanae Curiae ea resumere valent, quae ipsis circa hanc rem competunt, exercitium tamen eorum ad novas / et 310
accuratius definitas normas, sibi seorsum iniunctas, accommodantes. Itaque petitiones, quas circa eandem rem fieri contingat, iisdem Sacris Congregationibus erunt deinceps admovendae.

II. Ab eodem die modo terminali revocantur, quod ad Missarum stipendia attinet, omnes, quae antea viguerunt, facultates, quomodocumque concessae aut quaesitae. Esse igitur desinunt facultates tum cuivis personae, physicae vel morali, concessae a Nobis, aut a Decessoribus Nostris, etiam vivae vocis oraculo, a Curia Romana, vel ab alia qualibet auctoritate, vi privilegii, indulti, dispensationis, vel qualicumque alia ratione, particulari lege haud excepta; tum facultates quaesitae vi communicationis, consuetudinis, etiam particularis, centenariae vel immemorabilis, praescriptionis, vel qualicumque alia ratione.

Huiusmodi facta revocatione, has tantummodo facultates in posterum vigere statuimus:

a) facultates nunc Sacris Romanae Curiae Congregationibus, de quibus in n. I agitur, concessas;

b) facultates, quae in Litteris Apostolicis "Pastorale munus" motu proprio datis et in "Indicibus Facultatum", quae Ordinariis locorum et Legatis Pontificiis tribui solent, continentur;

c) novas facultates Episcopis, per has Litteras Apostolicas motu proprio datas, impertitas, de quibus infra, n. III, fit sermo.

III. Iis namque personis, quae in Litteris Apostolicis "Pastorale munus" motu proprio datis, memorantur, iisdem quibus servatis condicionibus ibidem statutis, a die item prima mensis Iulii has facultates tribuimus:

a) facultatem permittendi sacerdotibus, qui Missas *binatas* vel *trinatas* in dioecesi celebrant, eas appli- 311
candi, stipe percepta, / quae in necessitates ab Episcopo dioecesano praefinitas erit eroganda, aut applicandi secundum illas intentiones, quarum causa secus postulanda esset condonatio aut sola reductio. Quae facultas non extenditur ad Missas binatas concelebratas, de quibus agitur in Declaratione Sacrae Congregationis pro Cultu Divino, die 7 mensis Augusti, anno 1972 edita, n. 3, b (*AAS*, 64, 1972, pp. 561-563), pro quibus stipendium quolibet titulo percipi vetatur;

b) facultatem reducendi, pro ratione reditibus imminutis congruenti, onus quo Capitula cathedralia vel collegialia gravantur, Missam conventualem cotidie pro benefactoribus applicandi, excepta tamen, singulis mensibus, una saltem Missa conventuali;

c) facultatem transferendi, congrua de causa, onera Missarum in dies, ecclesias vel altaria diversa ab illis, quae in fundationibus sunt statuta.

Has normas vigere incipiunt a die prima insequentis mensis Iulii.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibusvis, etiam specialissima mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XIII mensis Iunii, in Sollemnitate SS. Corporis et Sanguinis Christi, anno MCMLXXIV, Pontificatus Nostri undecimo. - PAULUS PP. VI.

Adn. G. CAPRILE in La Civ. Catt. 125 (1974-III) 137-143; T. GARCIA BARBERENA in REDC 31 (1975) 86-98; C. GORRICHO in CpR 56 (1975) 86-89; L. de NAUROIS in Esprit et vie 85 (1975) 449-457; P. TOCANEL in Apoll 47 (1974) 292-296; P. TUCCI in Doc. Cath. 71 (1974) 652-653.

4302

1974 IUN 13.-SECRETARIA STATUS, FACULT. PART.*

Facultates circa Missarum stipendia a Summo Pontifice Sacris Romanae Curiae Congregationibus concessae et normae de earum usu

Summus Pontifex, eo praesertim consilio, ut normae quibus Missarum stipendia – res sane gravis multumque postulans prudentiae – reguntur, pari quadam ratione conficerentur, per notificationem a Secretaria Status seu Papali die 21 mensis Novembris, anno 1971, vulgatam (1) interim et ad tempus, sibimet ipsi reservavit omnem deliberationem circa expetitas reductiones, condonationes et commutationes stipendiorum Missarum, suspendens a die 1 mensis Februarii, anno 1972, cunctas facultates, cuilibet et quoquo modo concessas.

Constituens vero per Apostolicas Litteras *Firma in traditione*, motu proprio datas, ut reservatio illa nunc finem capiat, Sanctitas Sua decernit, ut per triennium, initio sumpto a die 1 Iulii huiusce anni, Sacrae Congregationes pro Episcopis, pro Ecclesiis Orientalibus, pro Clericis, pro Religiosis et Institutis Saecularibus, pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, pro Institutione Catholica, secundum competentiam, quae praescriptionibus canonicis circa hanc rem singulis tribuitur, dumtaxat, quae hic recensentur, normas sequantur, cum de petitionibus ad stipendia Missarum attinentibus deliberant.

I. - Imprimis principia fundamentalia inculcantur, quibus haec res innititur quaeque continentur in CIC canone 838 (*Tot celebrandae et applicandae sunt Missae, quot stipendia etiam exigua data et accepta fuerint*) et canone 840, § 1 (*Qui Missarum stipes manuales ad alios transmittit, debet acceptas integre transmittere, nisi aut oblator expresse permittat aliquid retinere, aut certo constet excessum supra taxam dioecesanam datum fuisse intuitu personae*). Quorum canonum vi nulla reductio Missarum numeri (2) aut stipendiorum est legitima, nisi facta sit ab Apostolica Sede, aut ex peculiari facultate per eandem concessa. Quaevis autem concessio, etiam vivae vocis oraculo tributa, documento scripto debet comprobari.

Quod ad Sedem Apostolicam attinet, memoretur oportet hoc principium: ... *Decisiones quaevis pontificia approbatione indigent, exceptis iis pro quibus Dicasteriorum Moderatoribus speciales facultates tributae sint* ... (3).

(1) AAS, LXIII (1971), 841.
(2) Reductio numeri Missarum non est putanda conglobatio oblationum, quibus plena stips dioecesana efficiatur, dummodo rite de ea certiores reddantur oblatores (veluti per tabulam in loco illis patente propositam).
(3) n. 132, eiusque pars 2, Constitutionis Apostolicae *Regimini Ecclesiae Universae*, AAS, LIX (1967), 928.

II. - Hoc servato principio, a Summo Pontifice, Sacris Congregationibus hae, quae sequuntur, speciales facultates conceduntur:

1) Facultas reducendi numerum stipendiorum manualium et quasi-manualium, cum stips dioecesana ab Ordinario legitime augetur.

Quae quidem reductio potest concedi, dummodo: *a*) ne agatur de facultate habituali, sed de reductione solum ad numerum certum ac definitum stipendiorum spectante, quae reapse iam sint accepta; *b*) stipendium, ex eadem reductione proveniens, vigens stipendium dioecesanum ne excedat; *c*) ne agatur de Missis iam reductis, sive quoad numerum sive quoad eleemosynam; *d*) ne agatur de intentionibus Missarum, quae, inferiores quoad stipendium, ultro sint acceptae; *e*) ne agatur de oneribus Missarum, quae non impleta ultra annum apud Curias asservantur.

Non licet reducere Missas, quarum intentiones una cum stipe dioecesana in territoria ecclesiastica transmissae sunt, ubi superior viget eleemosyna, nisi ad condiciones supra recensitas expressus consensus Ordinarius loci, in cuius territorio sunt congestae, accesserit.

Non expedit, ut reductio concedatur, cum sacerdotes stipendiis carent; tunc enim distributio intentionum Missarum, quarum stipendium sit mediocre, praeferenda est reductioni eiusmodi Missarum, qua sacerdotes indigentes quavis intentione privarentur.

2) Facultas reducendi, quoad eleemosynam, Missas, pro quibus aliquibus in locis, praesertim in sanctuariis, plurima numero offeruntur stipendia eleemosynam dioecesanam excedentia, ea mente ut pars eleemosynae eiusmodi retineatur, cum Missarum stipendia alio mittuntur. Haec vero concessio referri debet ad certum ac definitum numerum Missarum, quarum eleemosyna sit superior; quae quidem iam revera acceptae sint oportet ab oratore. In precibus fines perspicue sunt indicandi, quibus id, quod in his stipendiis superest, destinetur; qui fines congruant oportet intentioni, saltem praesumptae, oblatorum, quippe qui in sanctuarium eiusmodi, vel ecclesiam, vel sacerdotes indigentes, vel pium institutum beneficia velint conferre. Eiusmodi finibus peculiariter addendus est ille, qui spectat ad coaequandas eleemosynas, quae inferiores sunt eleemosyna dioecesana vigente.

3) Facultas condonandi, ex toto aut ex parte, onera Missarum, cum agitur: *a*) de morte sacerdotis, qui non reliquerit neque stipendia Missarum neque alia bona sufficientia; *b*) de impossibilitate physica vel morali implendi onera; *c*) de dubio, in re innixo, circa applicationem peractam; *d*) de amissione, quae sine culpa evenit, stipendiorum (cuius generis sunt: furtum, terrae motus, incendium, etc.). Quodsi oneribus ex parte satis fieri potest, congruus numerus Missarum imponatur, etiam tempore ad earum impletionem prorogato.

4) Facultas commutandi, congrua de causa, Missas cum cantu in Missas lectas; quarum numerus congruenter augeatur, ratione habita stipis dioecesanae in loco vigentis, quae vicesima quinta parte ex centum (25%) poterit ampliari, sicubi peculiaria rerum adiuncta interveniant (veluti cum Missae sunt fundatae vel legatae, die ac tempore praefenito celebrandae, aperta est voluntas sacerdotem beneficio afficiendi, et similia), salvis semper variis, si quae sunt, praescriptis iuris particularis.

5) Facultas permittendi, servatis tamen piorum suffragiorum fructibus, intermissionem continuae seriei Missarum Gregorianarum (aliis etiam de causis ab iis, quae in declaratione Sacrae Congregationis Concilii, die 24 mensis Februarii anno 1967 edita, continentur (4), item novenarum et triduorum Missarum, cauto tamen, ut eorum numerus una saltem Missa augeatur.

6) Facultas exstinguendi onera Missarum, cum reditus annui singulorum legatorum, quae sint per se stantia, non sufficiant ad applicationem ne unius quidem Missae, hac tamen condicione, ut tota summa, ad legata pertinens, impendatur ad celebrandas Missas secundum stipem dioecesanam vigentem.

(4) "Tricenario Gregoriano, quod ex improviso impedimento, (e. g. superveniente morbo), aut ex alia rationabili causa (e. g. celebratione Missae funeris vel sponsalium), interrumpitur, ex dispositione Ecclesiae, fructus suffragii servantur, quos eidem Tricenario praxis Ecclesiae et pietas fidelium hucusque agnoverunt, firma obligatione Sacerdotis celebrantis quamprimum complendi celebrationem triginta Missarum. Ordinarius vero opportune invigilet ne in re tanti momenti abusus irrepserint" (AAS, LIX (1967), 229-230).

7) Facultas redimendi aut eximendi gravaminibus, congrua de causa, bona, quibus onera Missarum sunt adnexa, dummodo apud Curiam pecuniae summa constituatur, quae satis sit ad onera integre, quantum fieri possit, implenda.

8) Facultas sanandi, servatis terminis harum, quae conceduntur, facultatum, irregularitates, quae forte in persolvendis oneribus acciderint, imposito, secundum peculiarem indolem casuum, congruo numero Missarum celebrandarum.

III. - Praeter facultates supra recensitas, vigere pergunt solum eae, de quibus agitur in Litteris Apostolicis "Pastorale munus" motu proprio datis, nn. 11 et 12 (5), necnon in "Indicibus facultatum", sive Episcopis sive Legatis Pontificiis tributarum. Novae autem quaedam facultates adduntur per Apostolicas Litteras *Firma in traditione*, motu proprio hoc ipso die datas.

Quodsi casus, quos illa Documenta complectuntur, a Sacris Congregationibus fuerint soluti, approbatio Summi Pontificis non requiritur.

IV. - Si quid petitur, quod facultates, de quibus supra in nn. II et III agitur, egrediatur, dummodo huiusmodi sit, ut peculiaris ratio eius sit habenda, Sacrae Congregationes ad Summum Pontificem per Secretariam Status seu Papalem recurrant.

V. - In expendendis petitionibus non solum vigilanter attendatur, ne cuivis speciei negotiationis vel mercaturae et cuivis studiosae collectioni eleemosynarum, ne beneficientiae quidem causa, indulgeatur, sed etiam curae habeatur: – ut voluntas oblatorum, saltem praesumpta, religiose observetur, ita ut fideles de qualibet concessione, quam forte fieri contingat, sine dedecore certiores reddi possint; – ut necessitudo mutuumque auxilium inter sacerdotes, dioeceses, instituta religiosa, missiones foveantur, quatenus stipendia Missarum, quae in promptu sunt, mittuntur iis, qui iisdem carent, maxime si in egestate versantur; – ut Missae, quam primum celebrentur, eae praesertim, de quibus in n. II, 1, e) agitur.

Tali profecto ratione fiet, ut quaevis concessio ad meliorem observantiam, quoad substantiam, sacrorum canonum conducat, concretis temporum ac locorum adiunctis applicandorum.

VI. - Triennio transacto, Sacrae Congregationes relationem de usu facultatum hoc ipso Documento concessarum, componendam curabunt, quae Summo Pontifici exhibeatur.

Ex aedibus Secretariae Status seu Papalis, d. XIII m. Iunii a. 1974.

(5) "11. Reducendi ob diminutionem redituum, quamdiu causa perduret ad rationem eleemosynae in dioecesi legitime vigentis, Missas legatorum quae sint per se stantia, dummodo nemo sit qui obligatione teneatur et utiliter cogi possit ad eleemosynae augmentum faciendum.

12. Item reducendi onera seu legata Missarum gravantium beneficia aliave instituta ecclesiastica, si reditus beneficii aut instituti insufficientes evaserint ad honestam beneficiarii sustentationem et ad implenda opera sacri ministerii forte beneficio adnexa, vel ad finem proprium eiusdem instituti ecclesiastici congruenter consequendum" (AAS, LVI (1964), 7).

* CpR 56 (1975) 90-91. Adn. C. GORRICHO in CpR 56 (1975) 86-89.

4303

1974 IUN 14.-COMM. ARTIS SACR., LITT. CIRC. PART.*

Normae dantur pro tutela et conservatione patrimonii historico-artistici ecclesiarum Italiae

Norme per la tutela e la conservazione del patrimonio storico-artistico della Chiesa in Italia

1. La dignità dell'arte sacra è stata riaffermata dal Concilio Vaticano II per la sua natura di nobile attività dell'ingegno umano, per la relazione con la bellezza divina espressa dalle opere dell'uomo e per il contributo prestato alle menti degli uomini indirizzandole religiosamente a Dio (1).

Dalla storia risulta anche il valido apporto dell'Arte sacra alla vita della comunità cristiana, perché in ogni tempo l'Arte sacra ha testimoniato la teologia della fede, il rapporto tra vita e religione, l'adesione della realtà umana a quella divina.

Ciò spiega perché la Chiesa non solo ha promosso sempre l'Arte, ma anche ha emanato norme opportune per la tutela e

1. Cfr. Conc. Vat. II, *Sacrosanctum Concilium*, Const. de Sacra Liturgia, sub) n. 122, AAS, 1964, 97 ss.

http://www.obrascatolicas.com

la conservazione di tanto patrimonio, facendone obbligo di rigorosa osservanza sia ai pastori di anime sia ai responsabili degli enti, che hanno a qualsiasi titolo in custodia le opere d'arte.

2. Pertanto i Vescovi d'Italia, riuniti nella X Assemblea plenaria e preoccupati per l'aggravarsi di spisodi e fatti relativi alle indebite alienazioni, ai furti, alla dispersione delle opere d'arte e ad alcuni incongrui interventi negli edifici sacri, in conformità ed adesione alle superiori disposizioni – particolarmente a quelle recenti (2) – e d'intesa con la Pontificia Commissione Centrale per l'Arte Sacra in Italia, hanno ritenuto necessario di deliberare le seguenti norme nell'intento di porre rimedio ai danni perpetrati contro il patrimonio storico ed artistico della Chiesa.

Aspetti giuridici del problema

3. I Vescovi sono consapevoli, per ragioni obiettive, quanto i problemi della tutela esigano la collaborazione di tutti gli organi preposti alla salvaguardia dei beni culturali in genere e, in specie, delle arti.

A tal fine l'Autorità ecclesiastica intende promuovere una maggiore intesa con le Autorità statali, nel rispetto della reciproca autonomia tra la normativa canonica e quella civile.

La tutela, invero, per lo Stato ha dimensione umana e storica, per la Chiesa anzitutto tende al maggior bene delle anime.

4. La Chiesa e lo Stato nell'adozione dei loro urgenti provvedimenti, che riguardano l'Arte Sacra, devono procedere in armoniosa intesa e mutua collaborazione, stando in mezzo il comune interesse. Però non deve essere elusa la reale proporzione delle rispettive sfere di competenza.

Se lo Stato, infatti, interviene in un ambito, nel quale i diritti della Chiesa sono universalmente riconosciuti, l'osservanza della legislazione predisposta da parte civile a favore e tutela del patrimonio culturale è doverosa, perché lo Stato ha la responsabilità della conservazione di esso di fronte alla società.

Nella collaborazione si devono riconoscere anche le competenze dell'Ente Regione, ora in continuo sviluppo, e delle organizzazioni internazionali, che operano nel campo storico ed artistico.

Inventario e catalogo

5. Per l'efficace tutela dei beni dell'Arte sacra attualmente non basta la semplice ricognizione di essi e del relativo gravame di responsabilità nei confronti della legge, ma urge la conoscenza globale del patrimonio artistico sotto l'aspetto storico, tecnico e conservativo.

Pertanto, sorge la necessità dell'inventario (3) e catalogo, che sono due momenti strettamente complementari nelle rispettive specifiche metodologie.

Ma da parte degli enti ecclesiastici non sempre è possibile di procedere ad un generale ed adeguato inventario del patrimonio, di cui sono custodi, in quanto esso richiede notevoli fondi e personale qualitativamente e numericamente preparato.

Per questo motivo si confida nell'Amministrazione delle Antichità e Belle Arti e negli altri competenti organi dello Stato, perché concedano, oltre le spese, il loro contributo di scienza e di organizzazione per istituire presso gli enti, che hanno fini di religione e di culto, ove mancassero, gli Archivi inventariali dei beni storico-artistici posseduti.

Ovviamente, anche da parte ecclesiastica si terrà presente quanto riguarda la consegna – senza spese, ai rettori di chiese o ai responsabili degli edifici e alle Curie diocesane, nella cui circoscrizione i beni inventariati sono siti – di copia delle schede di inventario, già redatte dalle Sovrintendenze in passato ed aggiornate, e di quelle in corso di redazione (4).

Queste schede devono prevedere la possibilità di temporanea rimozione delle opere per motivi di culto, compatibilmente con lo stato di conservazione, a giudizio dell'Ordinario, e siano sottoscritte dal rappresentante della Sovrintendenza competente per territorio, dalla persona designata dall'Ordinario in sua rappresentanza e dai singoli rettori delle chiese o degli edifici sacri, che detengono i beni (5).

Per i quadri, le statue, gli oggetti d'arte normalmente esposti al pubblico, della temporanea rimozione sarà data sollecita notizia alla competente sovrintendenza.

6. Ai rettori di chiese ed ai responsabili degli edifici, in cui si trovano opere d'arte, anche se pertinenti a comunità reli-

2. Cfr. Sacra Congregatio pro Clericis, *De cura patrimonii historico-artistici Ecclesiae*, Litt. circul. ad Praesides Conferentiarum Episcopalium, 11 aprilis 1971, AAS, 1971, 315 ss.

3. Cfr. CJC, can. 1522, parr. 2 e 3; Sacra Congregatio pro Clericis, Litt. circul. 11 aprilis 1971, cit., sub) n. 3.

4. La consegna di copia delle fotografie e delle schede di catalogo, redatte a cura delle Sovrintendenze, ai parroci e rettori di chiese e conventi è già esplicitamente disposta dal R. D. 16 luglio 1923, n. 1889. Inoltre, nelle Norme per la redazione delle schede di catalogo, diramate dalla Direzione Generale delle Antichità e Belle Arti, è disposto che altre copie di tali documentazioni siano fornite gratuitamente alla Amministrazioni diocesane.

5. Cfr. R. D. 14 giugno 1923, n. 1889 in G. U. 10 ottobre 1923, n. 213.

giose, si raccomanda di collaborare, previa intesa sia con l'Ordinario diocesano sia, per quanto occorre, con il proprio Sudinario diocesano sia, per quanto occorre, con il proprio Superiore, nella iniziativa dello Stato rivolta alle ricognizioni fotografiche degli oggetti di arte.

La sensibilità dei Superiori religiosi comprende quanto sia utile di estendere possibilmente l'inventario anche agli oggetti di notoria importanza artistica conservati nei monasteri, nei conventi e nelle dimore delle singole comunità.

Occorre, altresì, identità di procedura nello svolgimento delle operazioni di schedatura.

A questo fine le Autorità ecclesiastiche locali prendano accordi con le Sovrintendenze, affinché l'inventario sia realizzato sulla base di direttive da precisare e sotto la vigile cura di persone, che hanno rinosciuta competenza.

Urge che alla schedatura dei monumenti, delle opere e dei cimeli si giunga con la massima sollecitudine.

Manutenzione e custodia

7. Ai fini degli inventari ordinari e straordinari per riparazioni, ripuliture, rifacimenti e restauri, l'Autorità ecclesiastica – dopo aver effettuato gli adempimenti richiesti dalla norme canoniche (6) e sentito, ove necessario, la Commissione diocesana di Arte sacra – si rivolga alle competenti Sovrintendenze, a seconda dei beni artistici sui quali si deve operare(7).

Allo scopo di prevenire in tempo utile il deterioramento degli edifici di culto, nonché ai fini degli interventi da effettuare con le modalità anzidette, una visita annuale di controllo dell'edificio, eseguita da esperti, giova, nel caso di lesioni, a una corretta diagnosi delle cause dei dissesti statici e all'adeguata progettazione della terapia di consolidamento. La stessa diligenza va usata nel caso di umidità nei muri o di sinistri accidentali, nonché nella previsione di nuovi impianti, compreso quello di riscaldamento.

Si confida, a proposito, nella disponibilità degli esperti delle Sovrintendenze ogni qualvolta queste saranno richieste o interpellate dall'Ordinario.

1. Quaeri potest privilegium si orator acatholicus, baptizatus vel non, nolit se convertere ad fidem catholicam? Si affirmative, dispensatio ab impedimento disparitatis cultus concedenda est a S. Congregatione vel ab ipso Ordinario loci?

2. Quaeri potest privilegium si orator catholicus sit et inire velit novas nuptias cum acatholico baptizato qui non se convertit?

3. Si conversio necessaria non sit, quomodo explicetur art. 9 § 2 Normarum proceduralium, ubi affirmatur "Preces ad S. Congregationem pro Doctrina Fidei Ordinarius numquam dirigat, nisi quaevis rationabilis suspicio sinceritatis amota fuerit?

4. Quo tempore hae normae vigere coeperunt?

Haec Sacra Congregatio propositis dubiis respondendum esse censuit, ut infra, ad singula:

Ad 1: *Affirmative*, et dispensatio ab impedimento disparitatis cultus concedenda est ab hac Sacra Congregatione.

Ad 2: *Affirmative*, dummodo baptismus partis acatholicae validus sit.

Ad 3: Art. 9 § 2 Normarum proceduralium vim habet solummodo si agatur de parte non catholica quae parata sit ad fidem catholicam amplectendam. Paragraphus 2, enim, est consectarium art. 8 et art. 9 § 1.

Ad 4: Normae integros effectus obtinuerunt a die 26 octobris 1973.

Hanc occasionem nactus impensos aestimationis meae sensus Tibi obtestor ac permaneo Excellentiae Tuae Rev.mae addictissimus - Franc. Card. SEPER, *Praefectus*.

* Delegato Apostolico in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis, Prot. N. 1225/75m: A. ABATE, **Il matrimonio nell'attuale legislazione canonica**, Roma-Brescia 1979, p. 247 nota 16. Adn. A. ABATE, op. cit. p. 242-248.

4314

1974 SEP 17.-SC pro DOCTRINA FIDEI, RESP. PART.*

In dissolutione matrimonii in favorem fidei contracti cum dispensatione ab impedimento disparitatis cultus, pars oratrix est pars catholica

Romae, 17 septembris 1974

Eminentissime ac Reverendissime Domine, Litteris Tuis die 20 augusti datis, Eminentia Tua Rev.ma huic Sacrae Congregationi dubium circa normam V Instructionis pro solutione matrimonii in favorem fidei, ut infra proposuit:

"Pars catholica quae petit dissolutionem matrimonii contracti cum dispensatione ab impedimento disparitatis cultus estne pars oratrix, vel conventa, matrimonii in casu, vel tertia pars quae inire vult matrimonium cum persona non baptizata?"

Proposito dubio, haec Sacra Congregatio respondendum esse censuit:

"Pars catholica", de qua in norma V Instructionis pro solutione matrimonii in favorem fidei, spectat ad partem catholicam oratricem, quae petit solutionem sui matrimonii".

* Archiepiscopo S. Ludovici, Prot. N. 1200/74m. Adn. A. ABATE, **Il matrimonio nell'attuale legislazione canonica**, Roma-Brescia 1979, p. 242-248.

4315

1974 SEP 26. - SC CULTUS DIVINI, RESPONSUM. PART.*

Sanctissima Eucharistia asservari nequit in tabernaculo transparenti, materia vitrea vel vitro simili confecto

Signor Cardinale, Giungono di frequente a questa Sacra Congregazione lamentele e richieste di spiegazione a riguardo di tabernacoli di vetro, che alcune Ditte ancora costruiscono e reclamizzano.

Questo Dicastero, proprio in seguito a interpretazioni non del tutto esatte fatte in Italia su questo punto, ha pubblicato una nota sulla rivista "Notitiae" (7, 1971, pp. 414-415).

Nel rituale "de sacra Communione et de cultu mysterii eucharistici extra Missam" è chiaramente detto: "Sanctissima Eucharistia asservetur in tabernaculo solido, *non transparenti* atque inviolabili" (n. 10).

Le sarei vivamente grato se volesse fare presente questa norma agli Eccellentissimi Vescovi della Conferenza Episcopale Italiana affinché, tramite i loro Bollettini diocesani, vogliano dare oportune istruzioni in materia.

Mi valgo dell'occasione per esprimerLe i sentimenti del mio più distinto ossequio, con il quale mi confermo di Vostra Eminenza dev.mo – James Robert Card. KNOX, *Prefetto*. A. Bugnini, *Segretario*.

* Praesidi Conferentiae Episcopalis Italiae, Prot. N. 2125/74: **Rivista diocesana di Roma** 15 (1974) 1176. Adn. G. CAPRILE in **La Civ. Catt.** 126 (1975-I) 485.

4316

1974 SEP 27. - PAULUS VI, ALL. AAS 66 (1974) 557-564

Allocutio habita Em.mis Patribus Cardinalibus et Exc.mis Praesulibus, cum prima haberetur congregatio tertii generalis Coetus Synodi Episcoporum:

De necessitate, universalitate et finibus evangelizationis, quae recentiora et valida apostolatus incepta prosequi etiam debet

Venerabiles Fratres, Postquam liturgicum Sacrum hodie mane celebravimus, ecce iam iterum praesentes simul adsumus in hac Aula Synodali, ut inter nos colloquamur et secundum ordinem statutum faciamus initium illius operis, in quo hic Coetus diligenter elaborabit proximis hisce diebus. Quae tunc diximus, et tamquam precem supplicem direximus ad ipsum Dominum Iesum, quia persuasum habuimus hoc praestantissimum argumentum evangelizationis, quod ex ipsa rei natura divinoque consilio dependeret ex Patris amore, Christi mandato et Spiritus Sancti missione, primum proponi debuisse tam excelsa et sublimi ratione, ut deinde a nobis hic altius investigaretur atque intellegeretur.

Nunc ergo, Fratres carissimi, vos omnes cupimus ex imo pectore salutare, qui difficulter reliquistis hanc ob causam cotidiana munia et gravia negotia in dioecesibus vestris; sed nominatim et singulariter salvere iubemus coadiutorem venerandi Archiepiscopi Hanoiensis qui, / cum Oecumenico Concilio 558
et prioribus Synodis interesse non potuerit, neque ob infirmam valetudinem hunc ipsum quidem coetum participare valeat, nunc primum, misso coadiutore suo Iosepho Maria Trinh-Van-Can, nobis vivam reddit ac praesentem inter nos partem egregiam Nobisque adeo dilectam Ecclesiae Sanctae, id est Vietnamiae Septentrionalis. Dum vero iterum a Deo flagitamus potens eius auxilium et lumen super hoc nostrum inceptum, volumus simul vobis singulis confirmare plenissimam nostram fiduciam, vobis singulis gratias ex animo agere, vobis singulis exoptare "in osculo sancto" copiam et abundantiam optimorum bonorum.

Liceat tamen Nobis – per pauca temporis momenta – vobis sincere affirmare quantopere consoletur Nos et animum nostrum recreet atque confirmet hoc spectaculum, quod vos ipsi praesentes efficitis: vos estis parati, sollertes, periti, instructi atque aperti necessitatibus Ecclesiae universalis; et hoc iam eximium documentum est – si quaerimus aliquod testimonium – viventis Ecclesiae communionis. Liceat igitur nobis verba Psalmi iam nota, sed gratissima semper repetere: *Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum* (1). Haec enim communitas nostra et coniunctio mentes no-

1. *Ps.* 132, 1.

http://www.obrascatolicas.com

stras et animos arctissime consociat, immo conglutinat in hoc ministerio tantae gravitatis et tantae hodie necessitatis; praeterea haec communio nostra affert optimam condicionem et aptissimam affectionem, qua fraternum nunc colloquium incipiamus. Quoniam vero huc convenistis *ex omni tribu et lingua et populo et natione* (2) ut clare et efficaciter ostentaretis communitatem ecclesialem per orbem terrarum diffusam, dialogus vester secum infert maiorem quandam vereque intimam necessitudinem, vel, si vultis, *conversationem*, quae nunc declarari et comprobari debet collocutione fideli et reverenti et – sic enim speramus – frugifera de quaestione evangelizationis in mundo huius temporis.

Iterum iterumque dictum est hoc argumentum summi ponderis esse maximaeque amplitudinis, attamen – addendum est statim – argumentum illud simul esse severum et audax. Etenim nos cogit et impellit, ut cognoscamus quae sint verae condiciones societatis et culturae in quibus homines hodie vivunt et in quibus etiam versatur et operatur Ecclesia, his annis profecto tumultuosis; idem tangit cor ipsum et centrum totius nostri officii ac muneris pastoralis; idem acutam nobis
559 et, / ut ita dicamus, provocatricem ponit interrogationem de tota ratione nostrae vitae atque industriae inter homines. Quinam sumus nos? Quidnam facimus hic? Quidnam facere debemus? Sumus quidem *pusillus grex* (3), non tantum ut paucissimi revera episcopi hic congregati, sed etiam ut expressio contracta nostrarum communitatum christianarum: quomodo audere possumus responsionem plenam reddere illis interrogationibus adeo necessariis, atque convenienter et efficienter exsequi munus afferendae salutis omnibus hominibus, quod nobis concreditum est?

In hodierna actione liturgica iam vobiscum participavimus primam nostram cogitationem, quae dux simul esset, lumen et firmamentum. Etenim illustravimus aspectum primigenium, efficacem et theologicum huius missionis nostrae; nam indicavimus, ut aiunt, *terminum a quo*. Ego mitto vos (4): ita est. His verbis semper monet nos Dominus, quamdiu in mundo versemur, nos semper esse missos, legatos, apostolos et praecones nempe missionales. Nunc igitur explere et perficere volumus illam imaginem et cogitationem, dum videlicet alterum aspectum evangelizationis explicamus, id est ultimum, ecclesialem, humanum: respicimus nempe *terminum ad quem*. Ad quos tandem missi sumus? Hi duo termini apte et utiliter circumscribere possunt totum ambitum evangelizandi muneris, de quo sermo in hac Synodo fiet.

Patet iam Nos nullo modo cupere responsiones vestras anticipare; pauca potius dicemus de argumento nostro in universum, ut saltem notae eius et proprietates generales comprehendantur, atque adiumentum quoque nostrum afferatur deliberationibus vestris.

Et quidem prima evangelizationis qualitas Nobis esse videtur ipsa eius *necessitas*. Ad vim et auctoritatem sacerdotii catholici, de qua hodie mane locuti sumus, quantum manat ex sacerdotio Christi idque directe participat, refertur et respondet auctoritas et vis nostri officii, quod scilicet complecti debet augescentes necessitates spirituales hominum hodie. Evangelizatio non est nobis libera quaedam optio, sed necessarium officium atque obligatio. Ita quidem suam condicionem descripsit Gentium Apostolus, qui flagrantissimus fuit evangelizationis magister atque minister, cum sibimet ipsi fere minatur: *Necessitas ... mihi incumbit: vae enim mihi est, si non e-*
560 *vangelizavero* (5). Hoc "vae", / tam durum et rigidum, prima fortasse specie alienum videtur esse et longe remotum a suavitate ac lenitate nuntii evangelici; sed revera maxime salutare est et opportunum, quia nos compellit, nos compellere debet ad ponderandum perpetuum illud mandatum, immo imperium operis evangelizandi, atque respondens ei grave officium eorum omnium qui, intra bene ordinatam compagem Populi Dei, participes sunt, variis quidem modis, unius et indivisi ministerii apostolici. Quam ob rem evangelizatio non est opus, quod fit tantum "ad tempus" vel datis occasionibus, sed obligatio stabilis et necessitas ex constitutione Ecclesiae profluens. Mandatum incipit a verbo illo *Euntes docete omnes gentes* (6) divini ipsius Conditoris, et pergens ad doctrinam claram Sancti Pauli, ac tangens etiam verba, aequabiliter valida ac firma, Petri et Ioannis (*Non enim possumus quae vidimus et audivimus non loqui*) (7), omnia deinceps tempora percurrit, constans et urgens, usque ad recentissimum Conci-

2. *Apoc.* 5, 9.
3. *Lc.* 12, 32.
4. *Io.* 20, 21; cfr *Lc.* 10, 3.
5. *1 Cor.* 9, 16.
6. Cfr. *Mt.* 28, 18-20; *Mc.* 16, 15.
7. *Act.* 4, 20.

lium. Neque vero necesse est Nos afferamus haud ambiguos locos conciliares coram vobis, qui actores, maxima ex parte, fuistis in eo salutari eventu.

Sic ergo advenimus ad secundam notam, vel proprietatem evangelizationis, quae arcte cohaeret cum prima quaeque accuratius et subtilius definire potest iam memoratum *terminum ad quem*. Loquimur scilicet de *universalitate* evangelizationis. Haec *universalitas* significat nuntium evangelii esse perferendum ad omnes prorsus homines, sine ullo discrimine loci, stirpis, nationis, historiae, societatis quemadmodum factum est die Pentecostes: *ex omni natione quae sub caelo est* (8). Etiam hic aspectus convenienter componitur cum alia ratione, quae ad ipsam essentiam et constitutionem Ecclesiae pertinet, scilicet cum opera missionalia eamque dirigit ad propositum et finem, qui in eodem loco Sacrae Scripturae assignatus est ei: *Euntes docete* refertur ad omnes populos. Hic autem quoque magisterium conciliare mentes nostras iam aptavit ad talem Ecclesiae comprehendendam imaginem, quae *ex intimis propriae catholicitatis exigentiis, mandato sui Fundatoris oboediens, ... peregrinans natura sua missionaria est* (9). Ex alia vero parte, studium illud et industria, ut nempe omnis lingua confiteatur Christum solum esse Dominum et omnium Redemptorem ad gloriam / Patris (10), semper con- 561
stituit actionem perseverantem Ecclesiae, propter quam etiam nomen christianum tam celeriter disseminatum est et stabilitum ubique primis illis saeculis.

Sed contemplantibus nobis hanc evangelizationis universalitatem cito quidem occurret quaestio tantae gravitatis, quantae prudentiae, videlicet oecumenismus, cui in praesenti Ecclesia summa studia tribuit fraternamque observantiam. Talis profecto quaestio secundum indolem legesque ipsi proprias erit expendenda, sed etiam cum renovata caritate speque numquam deficiente. Sed simul facere non possumus, quin mentionem iniciamus de religionibus non christianis: has enim adhuc non licet rivales putare, neque evangelizationis veluti impedimenta, sed quasdam quasi regiones attenta prorsus et humaniore consideratione dignas atque amicitiae futurae, immo vero iam inchoatae, patentes. Quid demum de locis terrarum ac societatibus dicemus, ubi nulli religioni aliquid relinquitur spatii? Id etiam immensam paene facit quaestionem ! Quo enim hodie mare istud incredulitatis, religionis incuriae atque etiam hostilitatis non pervasit? Qua tamen re minime impediemur, quominus evangelizationis opus constanti nisu prosequamur; contra, illud nostra spe, precatione, sapientia et patientia corroborabimus. Quibus enim finibus contineri potest evangelica caritas? *Aquae multae non potuerunt extinguere caritatem* (11). Etiamsi evangelizare quiddam insanum videatur, at semper testificatio eius inexpugnabilis erit! Quantae hinc quaestiones ! Ne timore umquam langueamus inertes, sed ad illa potius Domini Iesu verba redeamus: *Omnia traham ad meipsum* (12).

Sine dubio difficultas, quae impellat, ut studium diffundendi luminis Christi in mundo imminuatur vel ut aperta evangelii nuntiatio omittatur, sustinetur rationibus vere suasoriis: ex una parte, videtur temerarium et futtile consilium proponere Evangelium in rerum adiunctis et condicionibus, quae humanitus tam adversae sunt et contrariae; ex altera parte, non intellegitur quomodo servari possint ipsa libertas, necnon praestantia bona religiosa et moralia, quae inveniuntur etiam apud populos non christianos, bona dicimus, in quibus tamen discernitur providentissimi Dei praeparatio ad revelationis christianae plenitudinem. Curae propterea erit Synodo investigare quomodo haec observantia et reverentia erga singulos homines eorumque culturam, ac sincerum cum eis colloquium – quae una est ex primis condicionibus animi ve-
re / christiani – componi possint et conciliari cum natura u- 562
niversali illius muneris, quod Christus suae commisit Ecclesiae.

Tertia restat nota evangelizationis, nempe proprium eius propositum, seu *finalitas*. Oportebit melius et subtilius definire rationem necessitudinis inter proprie dictam evangelizationem et universum hominum nisum ad progressionem, cui merito exspectatur Ecclesiae subsidium et adiumentum, etiam si istud minime pertinet ad proprium eius opus. Probe scimus quibus difficultatibus implicentur hac in re filii Ecclesiae, qui sese dedunt apostolicis inceptis. Hi enim saepius hodie incitantur et invitantur, ut rerum potiorum ordinem deserant, quem sequi debet salutis nuntius, atque ut propriam indu-

8. *Act.* 2, 5.
9. Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus*, nn. 1, 2.
10. Cfr. *Phil.* 2, 11.
11. *Cant.* 8, 7.
12. *Io.* 12, 32.

striam redigant in actuositatem philanthropicam tantum, sociologicam vel politicam, et opus Ecclesiae circumscribant doctrina quadam anthropocentrica et terrena. Hinc liquido patet quam sit necessarium iterum confirmare et clarissime inculcare finem proprie religiosum evangelizationis. Etenim omnem suam amitteret significationem, si dimoveretur a fulcro illo religioso, quo sustentatur, quod videlicet est Regnum Dei ante omnia alia, Regnum Dei secundum sensum plane theologicum, quod nempe homines a peccatis liberat eisque proponit amorem Dei tamquam primum praeceptum et vitam aeternam velut novissimam sortem.

Attamen hoc minime significat opus evangelizationis posse vel debere gravitatem maximam neglegere illarum quaestionum, quae hodie tantopere agitantur et quae respiciunt iustitiam, liberationem, progressionem et pacem in mundo. Si enim istud fieret, etiam ignoraretur doctrina evangelii de amore erga proximum patientem et egentem (13), quam Apostoli quoque tradiderunt (14). Quin immo hoc argumentum pertractavimus tamquam singulare quoddam officium nostrum in Litteris Encyclicis, *Populorum Progressio* inscriptis.

Et quidem si verum fateri volumus, Ecclesia, sequens exemplum ac praeceptum sui divini Servatoris, numquam destitit evehere ipsam dignitatem et condicionem populorum, ad quos attulit Christi fidem. Doctrina namque eius et moralis pariter disciplina semper conversae sunt in res et institutiones solidas, quae homines impellent ad progredientem semper auctum et incrementum in omni vitae provincia, vel proprie religiosa, vel politica, sociali et civili. Quemadmodum docet Concilium Vaticanum Secundum: *Missio quidem propria,*
563 *quam Christus Ecclesiae / suae concredidit, non est ordinis politici, oeconomici vel socialis: finis enim quem ei praefixit ordinis religiosi est. At sane ex hac ipsa missione religiosa munus, lux et vires fluunt, quae communitatis hominum secundum Legem divinam constituendae et firmandae inservire possunt* (15). Haec doctrina, cum refertur ad laicos praesertim, maius etiam pondus accepit, quoniam eorum est *ex vocatione propria, res temporales gerendo et secundum Deum ordinando, regnum Dei quaerere* (16), et quia ipsi debent *etiam quando curis temporalibus occupantur, pretiosam actionem ad evangelizandum mundum exercere* (17).

Nullo igitur modo inter se opponuntur nec seiunguntur, sed contra complentur evangelizatio et humana progressio, quae, etsi distinctae et subordinatae inter se, eodem communiter tendunt, scilicet ad hominis salutem.

Haec omnia procul dubio subtiliorem investigationem iubent de variis formis, quas evangelizationis opus potest suscipere. Verum quidem est mundum, qui hodie est, maxime arduas quaestiones solvendas Ecclesiae proponere; at obliviscendum non est immensas etiam agendi opportunitates, quae olim ne cogitari quidem poterant, iis hodie praeberi, qui Christi nomine *evangelizant bona* (18). Ac revera recte iudicare quis potest, quam late aperti iam patefacti sint aditus ad diffusionem universalem et subitam Verbi salutis per instrumenta communicationis socialis? Si praetermittamus has praeclaras opportunitates vel tempus conteramus in reprehensionibus quae tantum nocent, periculum reapse est, ne in horam a Deo constitutam conveniamus et futurae christianae religionis sorti immensa inferamus detrimenta.

Id postulat, ut evangelizationis actio hodie animo concipiatur, qui late pateat ad nostrae aetatis necessitates, quod attinet ad methodos, ad opera, ad aptam rerum ordinationem, et ad Evangelii operariorum institutionem. De opere agitur, quod in hac Synodo vos, egregia officii vestri conscientia permoti, aggressuri estis; utinam, Deo dante, vestri labores iustis omnium exspectationibus plane satisfaciant!

Manifestum est, numquam fas esse vias ingredi, quae contra Evangelii spiritum aperte pugnent: non vis, igitur, non civilis seditio, non colonica dominatio quavis specie imposita, tamquam nuntiandi Evangelii instrumenta ab Ecclesia adhiberi poterunt, ac ne ars quidem / politica per se ipsa, etsi pro- 564
prium christianorum officium est suam conferre operam ad publicam rem recte administrandam.

Vobis vero curae erit comparationem quandam instituere inter traditas evangelizandi formas et recentiora apostolatus incepta, quae a Concilio et a mutatis temporis condicionibus ortum suum deducunt. Anteponenda profecto erunt instituta

13. *Mt.* 25, 31-46.
14. Cfr. *1 Cor.* 4, 20; *Iac.* 2, 14-28.
15. Const. past. de Ecc. in mundo huius temporis *Gaudium et spes*, n. 42.
16. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 31.
17. *Ibid.*, n. 35.
18. Cfr. *Rom.* 10, 15.

ac structurae Ecclesiae saeculorum experientia iam comprobata; attamen, praeterita aetate minime denegata ac salvis eius veri nominis bonis, enitendum erit, ut sereno atque aperto animo consideretur quidquid boni ac validi nova experimenta attulerint, apte componendo "nova ac vetera", praesertim cum agitur de fidelium consociationibus, qui sacrae Hierarchiae coniunctim ferunt operam. Quidquid est, vestram facite S. Pauli sententiam: *Omnia probate ...; quod bonum est, retinete* (19).

Ac tandem in bonam spem animum erigite vestrum, dupliciter freti fiducia, qua, veluti geminis subvecti alis, per studia vestra ad novas Evangelii metas pertingere valeatis: fiducia scilicet in laboribus vestris, quia Ecclesiae bono atque incremento operam navatis; ac fiducia in Christo praesertim, qui vobiscum est, vobiscum vivit, ac vestra adiutrice opera vestroque utitur rerum usu, ut in terris proferat fines Regni sui, quod est Regnum iustitiae et sanctitatis, amoris et pacis.

Haec vota deprecationi Beatissimae Virginis Mariae committimus, quae a Nobis Ecclesiae Matris titulo decorata est, quaeque semper, iam a primaeva Ecclesiae aetate, ut Apostolorum Regina, hoc est praeteritorum nostrorumque temporum Pastorum, est honorata; eademque vota Apostolica Benedictione confirmamus.

19. *1 Thess.* 5, 21.

4317

1974 OCT 1.-SECRETARIA STATUS, FACULTAS. PART.*

Facultas datur Signaturae Apostolicae permittendi ut viri laici assumantur ad munus iudicis assessoris vel instructoris in causis ecclesiasticis non matrimonialibus

Dal Vaticano, 1 Ottobre 1974

Signor Cardinale, Col pregiato Foglio n. 4801/73 V. T., del 7 settembre 1973, cotesto Supremo Tribunale ha chiesto alla Segreteria di Stato di voler impetrare dal Santo Padre la facoltà di permettere agli Ordinari, in casi singoli di cause non matrimoniali e per giustificati motivi, l'assunzione di laici, sotto la presidenza di un giudice sacerdote, per i compiti che formano già oggetto degli art. V e VI del Motu proprio *Causas matrimoniales*.

In proposito mi onoro di significarLe che Sua Santità ha benignamente concesso la facoltà nei termini richiesti, fino alla promulgazione del nuovo Codice.

Nel pregarLa di voler scusare l'involontario ritardo della risposta, mi valgo volentieri della circostanza per confermarmi con sensi di profonda venerazione dell'Eminenza Vostra Reverendissima dev.mo in Domino – G. Card. VILLOT.

* Cardinali Praefecto Signaturae Apostolicae, Prot. Num. N. 264921. Litterae diei 7 sept. 1973, Prot. N. 4801/73 V.T. Cardinali Secretario Status datae, quibus Signatura Apostolica praedictas exoptabat facultates, sequentis erant tenoris: "*Eminenza Reverendissima*, Sono pervenute a questo Supremo Tribunale richieste dirette ad ottenere l'affidamento di compiti giusrisdizionali a laici particolarmente qualificati per religiosità, onestà e preparazione giuridica in cause non matrimoniali, sempre sotto la presidenza di un giudice sacerdote.

Il motivo addotto è la difficoltà di trovare tra il clero persone adeguatamente preparate a tali compiti.

Questo Supremo Tribunale, considerato il motivo addotto ed attese le nuove norme date in proposito, per lo stesso motivo, dalla recente legislazione sulle cause matrimoniali, ritiene opportuno permettere agli Ordinari, in casi singoli di cause non matrimoniali, per giustificati motivi, l'assunzione di laici per i compiti che formano già oggetto degli articoli V e VI del Motu proprio *Causas matrimoniales*.

Prego l'Eminenza Vostra Reverendissima di voler impetrare dal Santo Padre la suddetta facoltà per questo Supremo Tribunale.

Mi valgo della circostanza per confermarmi con sensi di profonda venerazione dell'Eminenza Vostra Reverendissima devotissimo. - Dino Card. STAFFA, *Prefetto*. Aurelio Sabattani, *Segretario*". Adn. Z. GROCHOLEWSKI in PrM 66 (1977) 271-295.

4318

1974 OCT 1.-VICARIATUS URBIS, NORMAE. PART.*

Facultates conceduntur sacerdotibus, qui Romam peregrinantur, Anno Sancto Iubilaei 1975 perdurante

Tutti i sacerdoti secolari e religiosi, liberi da impedimenti canonici, che, durante l'Anno Santo 1975, guidino o assistano

http://www.obrascatolicas.com

pellegrinaggi a Roma o ve ne facciano parte o vi siano associati nelle celebrazioni comunitarie, per Indulto Apostolico possono ascoltare la confessioni in tutta la Diocesi di Roma, anche nelle Basiliche – preavvisato nell'ambito di una Chiesa od Oratorio un rappresentante del clero locale –, salvo l'uso dei confessionali riservati ai Penitenzieri nelle quattro Basiliche Patriarcali.

La facoltà di ascoltare le confessioni si intende concessa negli stessi limiti di quella che i suddetti sacerdoti posseggono in atto nella Diocesi da cui provengono. I sacerdoti devono portare almeno qualche segno distintivo che li faccia rinonoscere come tali.

E' pure concessa a tutti i sacerdoti confessori di Roma, sia della Diocesi che forestieri, la facoltà di assolvere anche dai peccati e dalle censure riservate all'Ordinario, eccettuate le censure "ab homine". Godranno pure della facoltà di dispensare dai voti privati, anche riservati alla S. Sede (cfr. can. 1309 C. D. C.) commutandoli con moderazione e prudenza in altre opere buone.

I sacerdoti poi che visitassero Roma privatamente durante l'Anno Santo, possono pure usufruire delle sopraddette facoltà, qualora fossero invitati ad ascoltare le confessioni dei fedeli.

Tutti i sacerdoti, nell'ambito della Dioecesi di Roma, possono essere assolti da qualunque confratello, anche se non approvato per le confessioni, purché non sia canonicamente impedito.

Per la Santa Messa, i sacerdoti secolari e religiosi, purché non siano canonicamente impediti, potranno celebrarla in tutte le Chiese di Roma e nelle Cappelle degli Istituti o Pensionati religiosi; dovranno tuttavia esibire volentieri un documento ecclesiastico di riconoscimento valido, quando ne fossero richiesti e annotare il loro nome nell'apposito registro in sacrestia.

Dal Vicariato di Roma, 1 ottobre 1974.

* Rivista diocesana di Roma 15 (1974) 1039.

4319

1974 OCT 2.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 66 (1974) 567-570

Allocutio habita Moderatoribus et Membris e "Consilio de Laicis", qui plenario Coetui Romae interfuerunt:

De officiis Consilii de Laicis in testimonio vitae obtinendo ab iis qui baptizati sunt in Ecclesia

Chers Fils, Chaque audience du mercredi est pour Nous une joie toujours nouvelle, un réconfort toujours apprécié. Aujourd'hui, la présence des membres et consulteurs du Conseil des Laïcs nous invite à donner à cette rencontre un ton et un langage particuliers: c'est en quelque sorte à l'ensemble des laïcs dans l'Eglise que Nous nous adressons. Vous êtes bien ce Peuple de Dieu que l'Apôtre Jean voyait monter vers la Jérusalen céleste, de toute race, de toute nation, de toute langue! Nous vous saluons tous et chacun avec la même affection. Nous nous devons de féliciter spécialement les membres du Conseil des Laïcs qui ont choisi, cette année, d'être accueillis en même temps que les participants à l'audience générale. Il y a là un signe exemplaire de leur volonté de proximité et de service de tous les baptisés. Est-il besoin de rappeler à toute l'assistance de ce matin que le Conseil des Laïcs est l'organisme institué par Nous, le 6 janvier 1967, afin
568 de promouvoir et de coordon/ner l'apostolat des laïcs dans l'Eglise universelle, avec le souci d'écouter la voix des autres laïcs et la voix des Pasteurs de l'Eglise? Dans ce contexte, et sans nous éloigner des travaux du Synode qui vient de s'ouvrir, il Nous a paru très opportun de Nous entretenir avec vous de deux aspects fondamentaux de l'apostolat des laïcs, qui s'estompent plus ou moins dans l'esprit des chrétiens de ce temps: l'importance du témoignage personnel et l'unité des divers témoins de l'Evangile entre eux et avec leurs Evêques.

L'homme contemporain écoute plus volontiers les témoins que les maîtres, ou s'il écoute les maîtres, c'est parce qu'ils sont des témoins. Il éprouve en effet une répulsion instinctive pour tout ce qui peut apparaître mystification, façade, compromis. Dans un tel contexte, on comprend l'importance d'une vie qui résonne vraiment de l'Evangile!

On pourrait ramener à quatre les motifs de cet attrait du monde actuel pour le vrai témoin du Christ. L'homme moderne, engagé dans la conquête et l'utilisation de la matière, éprouve une faim d'autre chose, une solitude étrange. Le chrétien tout donné à Jésus-Christ connaît un autre mystère plus insondable que la matière: le mystère de Dieu qui invite

l'homme à un partage de vie dans une communion sans fin avec le Père, le Fils et l'Esprit Saint. Mystère de transcendance et de proximité! En vérité, l'homme du vingtième siècle aspire à cette plénitude de dialogue personnel que lui refuse la matière. Il faut aujourd'hui plus que jamais des témoins de l'invisible.

Les hommes de ce temps sont des êtres fragiles qui connaissent facilement l'insécurité, la peur, l'angoisse. Combien se demandent s'ils sont acceptés par leur entourage! Nos frères humains ont besoin de rencontrer d'autres frères qui rayonnent la sérénité, la joie, l'espérance, la charité, malgré les épreuves et les contradictions qui les atteignent eux aussi. Etre le témoin de la Force de Dieu opérant dans l'étonnante et renaissante fragilité humaine, ce n'est pas aliéner l'homme, mais lui proposer des chemins de liberté.

Les générations montantes sont spécialement assoiffées de sincerité, de vérité, d'authenticité. Elles ont horreur du pharisaïsme sous toutes ses formes. Dès lors on conçoit qu'elles s'attachent au témoignage d'existences pleinement engagées au service du Christ. Elles courent le monde pour trouver des disciples de l'Evangile, transparents à Dieu et aux hommes, demeurés jeunes de la jeunesse de la grâce divine. Les jeunes générations voudraient rencontrer davantage de témoins de l'Absolu. Le monde attend le passage des saints. / 569

L'homme moderne se pose aussi, et souvent douloureusement, le problème du sens de l'existence humaine. Pourquoi la liberté, le travail, la souffrance, la mort, la présence des autres? Or voici que dans les ténèbres celui qui essaye de vivre l'Evangile apparaît comme celui qui a trouvé un sens, un achèvement à sa vie, bien loin des systèmes anthropocentriques et oppressants.

Ce témoignage personnel doit être celui de tout baptisé, de tout confirmé, laïc, religieux ou prêtre. Mais les laïcs sont invités à le vivre de façon particulière, au sein même du monde, en oeuvrant selon leur foi dans les affaires temporelles de leurs familles, de leur cité, du monde international, pour bâtir avec tous les hommes, croyants ou incroyants, un monde plus digne de fils de Dieu. C'est en travaillant avec les autres qu'ils découvrent souvent toutes les dimensions de l'apostolat. Ils se garderont d'oublier qu'ils sont aussi appelés à favoriser chez leurs frères la rencontre directe de Jésus-Christ. Leur témoignage n'est pas un témoignage muet.

Nous savons bien d'ailleurs tout ce que les laïcs ont fait pour l'Eglise du Christ dans les siècles passés et depuis les vigoureux appels des Papes en faveur de l'Action catholique. Cependant, malgré l'apparition et le développement de nouvelles formes d'apostolat et l'usage de techniques de plus précises, le témoignage de l'Evangile ne s'impose pas au regard contemporain avec l'éclat suffisant. Or l'Eglise rendrait stérile l'Evangile et se rendrait elle-même stérile si elle proclamait seulement un idéal abstrait, si bien présenté fût-il, sans que les laïcs ne concrétisent cet idéal, comme un levain enfoui dans la pâte. Nous espérons que nos convictions sur ce point fondamental du témoignage personnel trouveront beaucoup d'écho en vos coeurs.

Mais c'est devenu une nécessité, et c'est une chance de notre temps, de rechercher aussi un témoignage collectif des chrétiens, adapté à l'âge, au voisinage, aux milieux sociaux, aux milieux professionnels, bref aux multiples réalités de la vie. De là sont nés de nombreux mouvements qui soutiennent l'apostolat de leurs membres, grâce à des échanges, à une révision de vie commune, à des objectifs mûris et réalisés ensemble. Bien plus, ces mouvements ont pris, plus récemment, la note universelle qui sied à l'Eglise catholique et répond aux besoins d'un monde de plus en plus unifié: ils sont devenus internationaux. Notre Conseil des Laïcs est précisément à l'écoute de toute cette vitalité personnelle et communautaire. / 570

Dans cet immense corps du Christ qu'est l'Eglise, les dons et les besoins sont très variés, très diverses les tendances de l'apostolat. Il doit cependant y avoir une unité dans l'inspiration et une convergence dans le but. C'est non seulement une nécessité pour l'efficience de l'apostolat; c'est un critère de son authenticité: le Christ a prié pour que ses disciples soient un. Tous ces mouvements doivent donc témoigner d'une volonté sans équivoque de se rencontrer, de coopérer ensemble sur les objectifs fondamentaux, de prier ensemble, de célébrer ensemble l'eucharistie, de faire leurs les orientations majeures de l'Eglise, dans cette période de mise en oeuvre du Concile Vatican II. Au niveau du Saint-Siège, qui est celui de l'Eglise universelle, le Conseil des Laïcs constitue un lieu privilégié de cette confrontation et de cette collaboration. Et l'Année Sainte doit être une heure providentielle pour effectuer, à

tous les échelons, ce rapprochement nécessaire et vivre cette communion.

L'apostolat des baptisés aura cette authenticité et cette unité s'il est accompli en communion avec les Pasteurs responsables du Peuple de Dieu, quelle que soit la diversité des opinions concernant le mode de coopération avec la hiérarchie. Le mot célèbre de saint Ignace d'Antioche, au sujet de la célébration de l'eucharistie, Nous revient en mémoire: "Rien en dehors de l'Evêque". Nous l'appliquons sans hésitation à l'apostolat des laïcs. Nous savons comment nos Frères dans l'épiscopat essayent de vivre l'autorité qui leur a été confiée: dans un souci de servir! Nous savons aussi combien sont nombreux les laïcs chrétiens qui donnent à leurs Evêques des témoignages exemplaires de confiance, de loyauté, de soutien, de coopération. En ce moment même, plus de deux cents Evêques sont réunis pour le quatrième Synode de notre Pontificat. S'ils étaient ici même, il Nous semble qu'ils vous diraient, en toute sincérité, en reprenant le mot de saint Augustin: "Frères, avec vous je suis chrétien, pour vous je suis évêque".

Chers Fils, cet entretien vous dit assez la confiance que Nous mettons en vous. Nous invitons toute l'assemblée à implorer du Seigneur les apôtres dont l'Eglise et le monde d'aujourd'hui ont besoin. Avec notre Bénédiction Apostolique.

4320

1974 OCT 10.-SIGNATURA APOST., LITT. CIRC. PART.*

Signatura Apostolica ea tantum decreta ratihabitionis sententiarum primi gradus causarum matrimonialium transmittet ad effectus civiles obtinendos in Italia, quae motiva decisionis exprimant

Città del Vaticano, 10 ottobre 1974

Eminenza Reverendissima, Questo Supremo Tribunale è in dovere di attirare l'attenzione del Tribunale Ecclesiastico Regionale, di cui Ella è Moderatore, sulla risposta della Pontificia Commissione per l'interpretazione dei decreti del Concilio Vaticano II, pubblicata sugli *Acta Apostolicae Sedis*, n. 8 del corrente anno, che reca la data del 31 agosto 1974, p. 463.

Si tratta dell'obbligo di dare una motivazione, almeno sommaria, ai decreti dei Tribunali di seconda istanza, che ratificano una sentenza di primo grado dichiarante la nullità di un matrimonio, o che, negando la ratifica, ammettono la causa all'esame ordinario di secondo grado.

A tale proposito la Segnatura Apostolica rende noto che, a norma dei can. 9 e 34, § 3, n. 4, non potrà accettare, per la trasmissione agli effetti civili, i decreti di ratifica privi di motivazione, che risultino emessi in data posteriore al 30 novembre 1974.

Mi valgo della circostanza per confermarmi con sensi di profonda venerazione dell'Eminenza Vostra Reverendissima devotissimo – Dino Card. STAFFA, *Prefetto.* Aurelio Sabattani, *Segretario.*

* Ad Moderatores Tribunalium regionalium Italiae, Prot. N. 5966/74 VAR.

4321

1974 OCT 18.-RATIHABITIO CONV. AAS 66 (1974) 619

Ratihabitio conventionis die 4 septembris 1974 initae inter Sanctam Sedem et Bavariam

Vide textum supra sub die 4 sept. 1974: LE 4312.

4322

1974 OCT 22. - PAULUS VI, NOTIFICATIO. PART.*

Constituuntur Commissiones singulae pro relationibus religiosis curandis cum populis Islamicis et hebraeo

Tenendo conto dello sviluppo dei rapporti religiosi della Chiesa Cattolica con l'Ebraismo e con l'Islam, e nella linea della Dichiarazione *Nostra aetate*, il Santo Padre ha deciso la creazione di due Commissioni per le relazioni con ciascuna di dette religioni.

Le due Commissioni fanno capo, rispettivamente, al Segretariato per l'unione dei Cristiani e al Segretariato per i non cristiani.

Ogni Commissione, della quale faranno parte otto Consultori, ha per Presidente e per Vice-Presidente il Cardinale Presidente ed il Segretario del rispettivo Segretariato; ha inoltre un proprio Segretario, che è membro dell'ufficio del Segretariato corrispondente.

* Textus proponitur quo notificatio data est die 23 oct. 1974 a **L'Osservatore romano**, 23 ott. 1974 "Nostre informazioni", p. 1.

4323

1974 OCT 25.-SYNODUS EPISC., DECLARATIO. PART.*

Declaratio quam Patres Synodales fidelibus praebent, circa Evangelizationem Ecclesiae in huius temporis societate et mundo

1. In Spiritu Sancto gaudemus de iis quae Dominus hac in Synodo nobiscum fecit, et hoc gaudium cum integro Populo Dei, at imprimis cum fratribus nostris in episcopatu quorum partes egimus participare volumus, et etiam cum illis omnibus qui seipsos Evangelio Christi quocumque modo moveri senserunt.

2. In mutua fraternaque nostrarum experientiarum communicatione, quam una cum Paulo VI Petri Successore fidenter congregati habuimus, intimam validamque unitatem experti sumus quam Spiritus Sanctus iugiter operatur in multiplici condicionum varietate qua vita Ecclesiae ditatur. At simul experti sumus foecunditatem varietatis, quae exprimitur diversis nostris conatibus integrum Evangelium apud varias culturas populorum firmiter stabiliendi: illam rationem incarnationis ita quodammodo ulterius producimus quam Deus in opere salutis per Christum adhibere voluit. Sic bonus nuntius Salvatoris efficacius elucet.

3. Uberrimae divitiae, quas in mutua huiusmodi communicatione experti sumus, non poterant facile ad unum redigi quin earum integritas pessumdaretur. Quapropter divitiores certissime nos effecti maluimus eosdem communicationis fructus Summo Pontifici integros magna cum fiducia et simplicitate offerre, et ab ipso novos impulsus exspectare. At simul cupimus fructuosam experientiam a nobis in Synodo factam in nostris Ecclesiis particularibus ulterius prosequi, in spiritu dialogi, praesertim cum presbyteris, cum religiosis utriusque sexus, cum theologiae cultoribus cumque ceteris nostris fidelibus. Nunc autem solummodo quasdam primarias suasiones atque graviores orientationes hac nostra declaratione pandere volumus ad opus nunc initum ulterius ac profundius promovendum.

4. Fide nostra in Christum pro nostra salute mortuum et resuscitatum suffulti et experientia nostra paschali in sinu Ecclesiae roborati, denuo confirmare volumus munus evangelizandi omnes homines essentialem missionem Ecclesiae constituere. Imo, quo profundiores amplioresque nobis apparent hodiernae mutationes, sive in religionibus et ideologiis, sive in culturis et vivendi modis, eo evidentior et urgentior manifestatur necessitas proclamandi Evangelium omnibus nationibus et singulis hominibus, at iis praesertim ad quos notitia boni nuntii Christi nondum allata est, ubicumque terrarum ipsi inveniuntur, ita ut evangelizatio et plantatio Ecclesiae in populis vel coetibus in quibus nondum radicata est ad effectum perducantur.

5. Amor Christi eiusque mandatum omnes omnino fideles impellunt ad eius divitias, gratis receptas, aliis dispensandas. Ideoque opus Evangelii proclamandi ad integrum Populum Dei in Ecclesia per Dei verbum et Eucharistiam a Spiritu Christi coadunatum pertinet, ita ut nullus veri nominis christianus ab hoc munere, modo utique sibi consentaneo atque in communione cum suis pastoribus, adimplendi eximatur. Confidimus hanc Synodum, una cum iterata Summi Pontificis pro die mundiali missionum adhortatione, novam opportunitatem omnibus omnino Ecclesiae filiis praebuisse renovandi intimam et efficacem conscientiam propriae participationis in munere evangelizandi. Speciali modo nos ad iuvenes vertimus, quos nolumus tantummodo ut evangelizandos considerare, verum etiam uti peraptos ad alios, praesertim coaevos, evangelizandos. Insuper persuasum habemus iuvenes,quippe qui valores fundamentales Evangelii exquirant et veram authenticitatem postulent in fide intellegenda et testificanda, nos adultos provocare et compellere ad nos in munere evangelizationis iugiter renovandos.

http://www.obrascatolicas.com

6. At simul intime persuademus nobismet ipsis sine gratia Christi in cordibus nostris a Patre per Spiritum Sanctum diffusa ad opus evangelizationis rite perficiendum omnino impares esse (cfr. *Rom.* 5, 5). Huiusmodi enim opus continuatam conversionem internam singulorum christianorum requirit, necnon iugem renovationem nostrarum communitatum atque institutionum. Ita fides firmior, purior ac interior redditur, nosque aptiores et credibiliores efficimur fidei testes cohaerentia nostrae integrae vitae individualis ac socialis cum Evangelio quod praedicare debemus; et rite prompteque perpendere et discernere valemus "signa temporum", atque actionem Spiritus Christi detegere et fideliter prosequi, in vita ipsius Ecclesiae et in tota historia humana incessanter operantis ut omnes vitam abundantius habeant.

7. Unde patet necessitas arctae cum Deo coniunctionis, assidua oratione, meditatione verbi Dei ac contemplatione necnon frequenti sacramentorum participatione sustentatae ac roboratae, ut nempe Populus Dei efficacius testimonium reddat communitatis vere fraternae, expectationibus hominum bonae voluntatis prompte respondentis, evangelica solidarietate cum illorum angoribus quaestionibusque intime coniunctae. Ita Ecclesia credibilior testis evadit laetifici nuntii Salvatoris generis humani atque aptius instrumentum Spiritus Sancti in ministerio Evangelii Christi proclamandi.

8. In nostris disceptationibus oculos nostros minime clausimus coram difficultatibus et obstaculis, antiquis et novis, quae operi evangelizationis obstare videntur. Imo, valde attento examini quaedam subiecimus nostri temporis res et eventa: uti saecularizationem quae, quamvis per se adspectus positivos in se ipsa habeat, tamen saepe usque ad ideologiam saecularismi perducitur, Deum a regione vitae humanae prorsus excludentis et ideo etiam sensum ultimum existentiae; uti atheismum in multiplicibus eius formis, qui in diversis regionibus late diffunditur. Haec omnia attento animo perpendenda sunt et eorum causae profundius investigandae, ita ut et in illis appellatio Domini detegi possit, qui a nobis maiorem puritatem in nostra fide profitenda et testificanda hodie postulat. Neque nos fugit alia ingens difficultas quae provenit ex consiliis ac moliminibus, sive subdola ratione sive haud raro violenta manu inductis, coarctandi libertatem religionis et vitam Ecclesiae necnon eam ad silentium reducendi. Nec oblitі sumus illorum qui aerumnis premuntur, praesertim omnium qui Evangelii causa persecutiones patiuntur: bonum nuntium crucis in seipsis portantes praeclarum opus evangelizazionis persolvunt atque sublimius auxilium toti Ecclesiae ad eius munus adimplendum afferunt.

9. Conscii sumus etiam difficultatum quae oriuntur ex condicionibus tam rapide et radicaliter mutatis nostri temporis quoad nuntium evangelicum hominibus nostrae aetatis intellegibiliorem reddendum. Sed scimus insuper Evangelii communicationem processum dynamicum esse. Haec communicatio verbo, opere et vita perficitur, inter se intime connexis, et variis elementis determinatur quibus ipsi verbi Dei auditores quasi constituuntur: nempe eorum necessitatibus ac desideriis, modo loquendi et sentiendi, cogitandi et iudicandi, cum aliis relationes instituendi. Hae omnes condiciones, pro varietate locorum et temporum multum inter se diversae, Ecclesias particulares provocant ad aptam "traductionem" nuntii evangelici et, secundum principium incarnationis, ad semper novas sed fideles "radicationes" inveniendas. Praeterea progressus instrumentorum communicationis socialis novas vias evangelizationi aperit, modo cogitandi et agendi hominum huius temporis omnino consentaneas.

Simulque firmiter credimus Spiritum Sanctum incessanter in Ecclesia Christi operari ad hanc renovationem promovendam et in tuto collocandam, ope omnium qui testimonium vitae sanctae praebent, atque per experientiam pastoralem illorum quos Deus posuit regere Ecclesiam ceterorumque eorum collaboratorum in ministeriis Ecclesiae, per sua dona inter fideles late diffusa, per fecundam collaborationem inter pastores et theologos.

10. In his absolvendis cum fratribus christianis quibuscum nondum plena communione iungimur eorumque Ecclesiis et Communitatibus ecclesialibus, fundamento baptismi et illius fidei patrimonio quod nobis commune est innixi, impensius collaborare cupimus, eo animo ut possimus iam nunc amplius quoddam commune testimonium in ipso opere evangelizandi Christo reddere coram mundo, dum adhuc adlaboramus ad plenam unionem a Domino obtinendam. Ad hoc enim mandato Christi cogimur; hoc postulat ipsum opus Evangelii praedicandi atque testificandi.

11. Actioni Spiritus Sancti fidentes, quae latius quam fines communitatum christianarum patet, cum aliis religionibus non christianis in dialogo procedere volumus ita ut novitatem Evangelii et plenitudinem Revelationis profundius intellegere valeamus et salvificam amoris Dei veritatem, quae in Christo impletur, eis amplius ostendere possimus.

Sed etiam collaborationem exquirere cupimus omnium hominum bonae voluntatis qui, diversis utique rationibus at corde sincero, altiorem vitae humanae significationem expetunt, vel qui sese impendunt pro suis fratribus ad humaniores vitae condiciones illis procurandas.

12. Inter multa quae in Synodo pertractavimus, peculiari diligentia egimus de mutuis relationibus inter evangelizationem et hominum sive populorum salutem integralem seu plenam liberationem. In hac tanti momenti quaestione profundam unitatem experti sumus in iterum asserenda intima connexione inter opus evangelizationis et huiusmodi liberationem. Ad hoc autem nos excitavit non solum intima cum nostris fidelibus ceterisque hominibus habitudo, quorum vitae et communis sortis ipsi participes sumus, sed imprimis Evangelium ipsum nobis misericorditer concreditum, quod bonus nuntius salutis integro homini et universae societati humanae est, iam nunc in terris inchoandae atque manifestandae, licet tantummodo ultra praesentis vitae fines suam plenam adimpletionem assequi possit.

Caritate Christi compulsi ac lumine Evangelii collustrati confidimus Ecclesiam, opus evangelizationis fidelius adimplentem, integram salutem hominis seu plenam eius liberationem nuntiare et iam nunc inchoative producere. Ipsa enim, ut communitas tota in evangelizatione implicata, Christo se conformet necesse est qui suam ipsius missionem his explicavit verbis: "Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, praedicare captivis remissionem et caecis visum" (*Lc.* 4, 18.)

Fidelis suo muneri evangelizandi Ecclesia, uti communitas vere pauper, orans et fraterna, multum ad salutem integralem seu plenam liberationem hominum conferre potest. Nam ipsa profundiora argumenta et semper novos impulsos ex ipso Evangelio haurire potest ad promovendam generosam dedicationem in servitium omnium hominum, et praesertim pauperum, debiliorum et oppressorum, et ad consectaria socialia peccati in iniustis structuris socialibus atque politicis amovenda. Imo Ecclesia, Evangelio Christi innixa, eiusque gratia roborata, ipsos nisus ad liberationem ab errationibus salvare potest, ita ut ipsa non maneat intra limites mere politicos, sociales et oeconomicos, quos utique attendere debet, sed ducat ad libertatem plenam a peccato, ab egoismo individuali vel collectivo, et ad transcendentiam plenae communionis cum Deo et cum hominibus uti fratribus. Ita Ecclesia, suo proprio modo evangelico, veram et plenam liberationem omnium hominum, coetuum et populorum promovet.

In hoc spiritu humanae et evangelicae solidarietatis hisce diebus nuntium mittere voluimus de iuribus hominum et de reconciliatione.

13. Ad nostram missionem pertinet hominibus huius temporis adesse ut inter eos Christi, Verbi Incarnati, praesentiam protrahamus. Itaque, dum ad nostras Ecclesias particulares revertimur, nos, sicut olim discipuli sua resuscitati Domini experientia confortati, novas opportunitates conspicimus ad totius mundi evangelizationem et authenticam liberationem efficacius promovendam. Conscii quidem sumus permultarum difficultatum quae nobis obstant. Attamen, proxime futura tempora magna cum spe ingredimur, quae ex nostra intima coniunctione cum Christo crucifixo oritur, nos ad participationem suae resurrectionis efficaciter perducenti. Ita fiet ut pro Ecclesia, magis radicata in perenni vi et potentia Pentecostes, nova oriantur tempora evangelizationis. Dum fidelior esse conatur erga suum munus in mundo huius temporis, Ecclesia seipsam penitus dedicat servitio mundi aetatis venturae. Etenim, etsi sortes futurae nostrae aetatis nobis ignotae sunt, Christus qui est Dominus et centrum historiae humanae nos urget ut ultra progrediamur. Tempus quod inter Pascha Domini et Parousiam intercedit, tempus est tensionis et adspirationis ad finem venturum. Illo temporis spatio Ecclesiae onus est ultimam adimpletionem Regni Dei praefigurare et praepadesse (cfr. *Mt.* 28, 20), nos suae gratiae donis confortans, per suum Spiritum in omnem veritatem gradatim nos adducens (cfr. *Io.* 16, 13), et sermonem nostrum signis confirmans (cfr. *Mc.* 16, 20), dum confitemur quia Iesus Christus Dominus est ad gloriam Dei Patris (cfr. *Phil.* 2, 11).

In hac vigilia Anni Sancti Romae celebrandi, firmiter confidimus fore ut Populus Dei universus, hanc singularem gratiae opportunitatem nactus, per conversionem cordis et perfectam renovationem necnon profundam reconciliationem, munus evangelizandi efficacius adimplere valeat et Ecclesia ipsa clarius apparere possit tamquam ad gentes divinitus missa ut sit universale salutis sacramentum.

Nostra opera in Synodo absolventes, oculos et corda ad Beatam Virginem Mariam, Matrem Ecclesiae, erigimus ita ut, eius exemplo, Verbum Dei mente aperta et cum docilitate recipiamus, illudque meditantes et fideliter servantes mundo offeramus.

E Civitate Vaticana, die 25 octobris 1974.

* **L'Osservatore Romano**, 26 ott. 1974. **Adn.** Autores varii in **Confer** 13 (1974) 165-329; G. CAPRILE, **Il Sinodo dei Vescovi. Terza Assemblea generale (27 settembre - 26 ottobre 1974)**, Roma 1975; Ph. DELHAYE in **Esprit et vie** 84 (1974) 737-741; A. DESCAMPS in **Revue théol. de Louvain** 6 (1975) 113-123; D. GRASSO in **PrM** 64 (1975) 27-60; R. LAURENTIN, **L'évangélisation après le IVème Synode**, Paris 1975; A. SANCHIS in **Confer** 15 (1976) 426-448; B. SORGE in **La Civ. Catt.** 127 (1976-IV) 11-24, 142-157; vide etiam sub die 8 dec. 1975.

4324

1974 OCT 26.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 66 (1974) 631-639

Allocutio Em.mis Patribus Cardinalibus et Exc.mis Praesulibus e Synodo Episcoporum, cum tertius generalis Coetus exitum haberet:

De fructibus e Synodo ortis pro Ecclesia nostrae aetatis deque nonnullis observationibus in sententias aliquas durante Synodo prolatas praemittendis ut doctrina Synodi recte intellegatur

Venerabiles Fratres, Ecce ad nostrae Episcoporum Synodi terminum iam pervenimus. Sed priusquam dimittatur praestantissimus hic congressus, omnes iam intimis sensibus cupimus iudicium aliquod de ipso ferre ac summam quandam operis eius subducere. Atque dum coram Christo, qui corda nostra scrutatur, animos et cogitationes colligimus, ut communiter et coniuncte hanc rationem postremam reddamus, facere non possumus, quin vera perfundamur laetitia speque bona erigamur, qua suffulti res ipsas universas in optimam partem interpretamur. Revera, quis nostrum non summi aestimat hanc experientiam, quam quarto iam tempore simul in Episcoporum Synodo viximus, cum videlicet perspicuam voluntatem exsequeremur et unanimam Concilii Vaticani Secundi optationem, a nobismet ipsis confirmatam Synodi institutione?

Rursus Episcopi, mandato Christi innixi: *Euntes docete omnes gentes* (1), persuasum habentes verba eius esse *spiritum et vitam* (2), congregati sunt una Nobiscum *in Nomine Domini*, ut gravissimas Ecclesiae quaestiones ponderarent, et nominatim hoc anno ipsam Evangelizationem. Sed ubinam in Ecclesia aptior inveniri potest locus – ut superioribus hisce diebus vidimus – ad frugiferam collocutionem et tractationem inter Ecclesiarum localium praefectos eorumve legatos de rebus et argumentis tanti ponderis ad universam Ecclesiam Catholicam spectantibus, et quidem in ambitu tam fraterno, tam simplici, tam digno? Synodus haec comprobavit, quod scilicet Episcopi cupiunt magis magisque certiores fieri de difficultatibus nec non de vera significatione et amplitudine singularum quaestionum, ac propterea intellegunt se posse cum amore et humilitate, cum moderationis sensu sed etiam cum acri rerum conscientia suum munus explere.

Latissimum quidem et implicatum hoc argumentum non permisit, ut totum adeo brevi tempore pertractaretur, neque
632 ut omnes exop/tatae conclusiones inde traherentur. Nihilominus, pro statu praesenti Ecclesiae, haec quarta Synodus rursus effecit, ut vox Ecclesiarum localium audiretur, ut condiciones rerum melius iudicarentur, ut praecipua evangelizationis elementa reperirentur, atque ut tandem deliberaretur quibus viis ac rationibus evangelizatio ad nostri temporis homines dirigi deberet. Quapropter summam totius Synodi iam hinc frugiferam esse putamus. Ipsa enim praebet et suppeditat Petri Successori, in commodum universae Ecclesiae, abundantem numerum et copiam solidam consiliorum ac monitorum et propositorum. Iam nunc autem concredimus has doctrinae ac sapientiae pastoralis divitias ipsi gratiae adiuvanti Dei: *Deus est enim, qui operatur in vobis et velle et perficere pro bona voluntate* (3). Dominum igitur toto ex pectore laudamus ob plurima illa et optima, quae nobis haec Synodus dedit.

Gratissima namque memoria tenemus omnia, quae in hac Synodo experti sumus, tamquam in experimento quodam cotidiano et certo veritatis Ecclesiae, eiusque admirandarum potestatum et facultatum, sicut etiam gravissimorum eius onerum et officiorum. Quemadmodum prisca illa communitas Hierosolymitana, circa Petrum et Apostolos collecta, etiam nos fuimus *perseverantes in doctrina apostolorum, et communicatione fractionis panis et orationibus* (4). Consideravimus quam necesse esset altius perscrutari et disseminari doctrinam apostolorum, quam Ecclesia per saeculorum decursum et per omnes humanarum opinionum morumque mutationes integram semper servavit. Intime et acriter sensimus ipsam *Koinoniam*, sive in mirabili colloquiorum ac multiplicium congressionum fraternitate, sive in singularum sessionum tranquillo processu, sive in multiformi eorum praesentia, qui huc protulerunt diversorum humanorum cultuum voces in veritate unius Catholicae consociatas. Convenimus pariter ad *fractionem panis*, cum sollemni ritu Synodum aperientes sacrum concelebravimus; precati sumus unanimi ante omnes sessiones atque in permagna illa et perpulchra congressione apud Collegium "De Propaganda Fide" ibique perspeximus, quam vera esset promissio Christi: *ubi ... sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum* (5).

Qua de causa possumus – iam hinc fraterno cum affectu profecturi – aperte confiteri Synodum fuisse manifesto frugiferam. /
633

Frugiferam dicimus, in primis quoniam singuli Episcopatus sese plane conscios ostenderunt de necessitate explendi sine ulla mora apostolicum officium sibi commissum, nempe praedicandi *Iesum Christum et hunc crucifixum* (6), atque maxima cum diligentia ipsi huic mundo occurrendi.

Synodus praeterea frugifera fuit, potissimum quia omnes sententiae congruerunt circa plura quae maximi momenti sunt habenda: *1)* In sua luce collocata est ratio, qua humanus progressus et Christi mysterii evangelizatio oportet distinguantur, mutuoque perficiantur, atque prior alteri subiciatur; quod mysterium complectitur Sanctissimae Trinitatis cognitionem, participationem naturae divinae, sempiternamque salutem mundi qui nunc est et qui futurus erit. *2)* Clare illustratum est, ad quos pertineat officium evangelizationis, quod a Christo concreditum est Apostolis, nunc autem eorum Successoribus: hoc est Episcopis, communionem habentibus cum Romano Pontifice, qui quidem, una cum peculiari mandato sibi commisso largiorem effusionem donorum Spiritus Sancti receperunt. Iisdem sociam quidem praestant operam sacerdotes, tamquam proximi cooperatores eorum obnoxii auctoritati; attamen etiam probe declaratum est huiusmodi evangelizationis officium pertinere quoque ad religiosos sodales atque ad laicos homines, quorum in numero recensentur iuvenes, pecularique modo parentes. *3)* Visum est palam ostendere arctam conexionem inter evangelizationem et rectam eorum institutionem, qui in hoc opus incumbunt, inculcata necessitate atque momento congruae spiritualis atque doctrinalis praeparationis, nec non christianae vitae plane cum nuntio evangelico conformis, ut huic fides tribuatur, neve impedimentum afferatur, quominus non credentes eidem adhaereant. *4)* Omnium omnino observantia patuit erga veri nominis bona humana atque religiosa, quae exstant penes religiones non christianas et confessiones non catholicas, una cum debita eorum aestimatione, opportunitate agnita eadem bona inserendi in obiectum evangelizationis et in precandi formas, atque simul affirmata necessitate servandi puritatem unitatemque fidei catholicae et doctrinae ecclesialis. *5)* Manifestum fuit Ecclesiam Christi, quae in Ecclesia Catholica subsistit, simul esse *obiectum et subiectum* evangelizationis; extra eam quoque, si Deo placuerit, haberi posse illuminationem Verbi Dei, plenam tamen atque integram Evangelii nuntiationem, una cum omnibus ei coniunctis / salutis subsidiis – quae sunt sacramenta, 634
liturgia, plena Evangelii Christi explicatio, nullis admixtis erroribus – nonnisi in Ecclesia Catholica hierarchica haberi posse, hoc est in communione cum Summo Pastore, Petri Successore, qui constitutus est perpetuum atque aspectabile principium et fundamentum unitatis sive Episcoporum sive christifidelium; quae Ecclesia plene est *in Christo veluti sacramentum seu signum et instrumentum intimae cum Deo unionis*

1. *Mt.* 28, 19.
2. *Io.* 6, 63.
3. *Phil.* 2, 13.
4. *Act.* 2, 42.
5. *Mt.* 18, 20.
6. *1 Cor.* 2, 3; 1, 23.

http://www.obrascatolicas.com

totiusque generis humani unitatis (7). *6*) Recte conclusum est in Ecclesias locales recidere onus et officium operis evangelizationis, communione servata cum Ecclesia universali, quia universa Ecclesia in statu missionis est constituta, sicut missionaria est. *7*) In sua denique luce posita est actio Spiritus Sancti in opere evangelizationis, quia Ipse, utpote "anima Ecclesiae" effundit gratiam et caritatem in corda credentium, Apostolorum praesertim, Episcoporum atque sacerdotum. Haec omnia sunt maximi momenti argumenta ad meditandum proposita; quod si fiat, valde frugiferam celebrationem huius Episcoporum Synodi profecto reddere potest.

Sed in hoc etiam ponenda est utilitas huius Synodi, quod Episcopi, immensam horum munerum amplitudinem respicientes, aperte agnoverunt difficultatem per documentum in praesenti edendum illustrandi omni ex parte evangelizationem eiusque munera omnia definiendi. Dolemus quod aliqui id perperam interpretati sunt, quasi res Synodi feliciter non successerint, cum e contra id minime detrahat de maxima excellentia operis exacti ac de eius vera efficacitate. Praeterea id etiam commodi exinde profectum est, quod in luce est posita opportunitas perficiendi methodum laboris, qui novo huic instituto post Concilium orto est proprius; quod quidem ultro libenterque facturi sumus, vestris animadversionibus usi atque auxilio freti novi Consilii Secretariae Generalis, nuper electi.

Post haec Synodus frugifera fuit, quia Episcopi, una cum Maria, Matre Iesu (8), atque circa Petrum congregati, ut in novo quodam Cenaculo, percipere annisi sunt vocem atque impulsionem Spiritus Sancti; atque plane persuasi sibi in docendi munere implendo praesentem eiusdem Spiritus assistentiam numquam defuturam esse, *sub umbra alarum suarum* (9) ad meditandum et ad consilia capienda ingressi
635 sunt. Nemo / aliis dat, quod non habet. *Nulla ars doceri praesumitur, nisi intenta prius meditatione discatur* (10).

Frugifera deinde haec Synodus fuit, quoniam rectis doctrinarum motibus Ecclesia tacta est in eosque intentior effecta, qui attingunt *munus docendi* Episcopatus, cum supremo huius Apostolicae Cathedrae Magisterio intima coniuncti necessitudine.

Frugifera etiam fuit, quoniam est iterum confirmatum priores partes tribuendas esse officio hominibus praedicandi Verbum Dei, iucundum vitae aeternae nuntium, qui animos in Paschale inserit Mysterium, cuiusque nos, Pastorum qui fungimur munere, humilis quidem et impar sed verus certusque trames sumus constituti: *Quod fuit ab initio* (...), *testamur et adnuntiamus vobis vitam aeternam, quae erat apud Patrem et apparuit nobis; quod vidimus et audivimus, adnuntiamus vobis, ut et vos societatem habeatis nobiscum, et societas nostra sit cum Patre et cum Filio eius Iesu Christo* (...), *ut gaudeatis et gaudium vestrum sit plenum* (11).

Frugifera denique fuit, quoniam hodie in Ecclesia conscientia quaedam inest, acer sane et acutus sensus muneris etiam explendi, quo adigimur ad omnia etiam exteriora adhibenda subsidia, nobis sive arte, sive vita technicorumque inventis in praesenti suppeditata, ut laetum nuntium usquequaque proferendo evulgemus.

Ut brevi dicamus, synodalis hic coetus nobis omnibus communis exstitit vocatio ad officia et onera impensius exsequenda, ad altius excolendum studium precandi, ad vitam interiorem magis alendam, magisque item fovendum spiritum paupertatis, abnegationis, germanae in Ecclesiam et animas caritatis, pleniorem demum erga Verbum Dei fidelitatem. Idem exstitit una, in modum veluti musici concentus, collaudatio Sanctissimae Trinitatis, homines ad cognoscendam et participandam intimam sui vitam in Christo advocantis, itemque collaudatio personae et mandati Salvatoris. Ita fit, ut quo sensu hac hora praecipue perfundimur, is reconditam sapiat spiritus laetitiam, quae statim in hymnum redundet ad grates Deo agendas.

Verumtamen, haud aequo res iudicio aestimari videntur, nisi advertimus nonnulla disceptationum capita accuratiore quadam explicatione indigere. In tot enim argumentis, quae sunt pertractata, facere non possumus, quin et liberam simpli-
636 citatem et apertam sinceritatem com/mendemus; sed non omnia, inde emergentia, elementa retinenda sunt. Eorum alia, quamvis iusta de causa significanter expressa, absoluta suapte vi, quibusdam ex partibus, exuantur oportet; alia vero, ea praesertim quae ex opera *Circulorum minorum* eminere visa sunt, oportet melius definiantur, tenuentur, suppleantur, penitiore investigatione illustrentur. Quorum aliqua nunc placet memorare, quippe quae nullo pacto tacere possimus.

In primis, ad eas attendimus necessitudines, quae Ecclesiis particularibus cum Apostolica Sede intercedunt. Sincero prorsus animo gaudemus de augescente vigore et alacritate Ecclesiarum particularium deque earum manifestiore usque voluntate omnia sibi congruentia munera suscipiendi. Eodem tamen tempore exoptamus, ut sedulo caveatur ne altior pervestigatio essentialis huius aspectus rerum, quae Ecclesiae sunt, ullo modo noceant firmitati "communionis" cum ceteris particularibus Ecclesiis et cum Petri Successore, cui Christus Dominus grave, perenne atque amoris plenum hoc officium commisit, ut *agnos et oves pasceret* (12), *ut fratres confirmaret* (13), ut fundamentum esset et signum unitatis Ecclesiae (14). Eius igitur muneris perfunctio circumscribenda non est extraordinariis tantum adiunctis. Non ita esse Nos dicimus animo trepidi pro muneris gravitate, qua premimur: Is, Petri Successor, est et permanet Pastor ordinarius omnium ovium, totius corporis: *Vi muneris sui, Vicarii scilicet Christi et totius Ecclesiae Pastoris, plenam, supremam et universalem potestatem habet, quam semper libere exercere valet* (15). Neque vero hic agitur de compositione vel oppositione potestatum, sed unum potius adest propositum, quo videlicet omnes – pro suo quisque munere suscepto fideliterque impleto – Dei voluntati respondeant, maxima impulsi dilectione.

Pariter, aliquid esse dicendum arbitramur de necessitate inveniendi eam uberiorem fidei significationem, quae cum condicionibus stirpis, societatis animique culturae apte conveniat. Id sane pernecessarium esse videtur, ut verum et efficax evadat ipsum opus evangelizandi; in quo, tamen, neque tutum neque a periculis vacuum est loqui de theologiis, quae tot ac diversae esse debeant, quot ac variae sint continentes terrae hominumque culturae. Etenim, quod fide continetur aut / ca- 637
tholicum est aut amplius non est. Ceterum, nos omnes fidem accepimus per continuatam planeque constantem traditionem: Petrus et Paulus minime aliena fidem veste contexerunt, ut eam antiquo Iudaeorum, vel Graecorum, vel Romanorum mundo accommodarent, sed vigilantissima usque cura consuluerunt germanae eius sinceritati, id est unius eiusdemque nuntii veritati.

Praeterea, causa humanae liberationis est iusta in luce collocata, cum et ipsa sit pars illius amoris, quo christiani suos fratres complecti tenentur. Sed tota et integra causa salutis iam non est cum hac vel illa liberatione confundenda; atque idcirco elaborandum est, ut Evangelium propriam indolem omnino servet, qua nempe Deus inducitur a peccato et a morte hominem redimens, et in vitam divinam illum introducens. Sic non est profecto plus aequo, in temporalium rerum ordine, hominum provectus eorumque socialis progressus extollendus, cum detrimento significationis essentialis, quae evangelizatio seu totius Evangelii nuntio ab Ecclesia tribuitur.

Animadvertimus insuper, idque non sine animi gaudio, parvas christianorum communitates Ecclesiae multum spei afferre, easque ab opera Spiritus Sancti tamquam a capite initium suum repetere; quae tamen spes infirma sane erit, si vita harum communitatum ecclesialis in ordinata compagine unius corporis Christi languescat, ac, per immoderatam libertatem a legitima Auctoritate ecclesiastica, arbitrio singulorum permittatur.

Ad haec vero omnia quod attinet et ad alia minora, quae in praesens Nos tempus deficit ut commemoremus, Sancta Synodus certa ad respondendum indicia dedit luculenta; quae tamen oportet in unum reducere, atque altius perscrutari. Quod si praecipua indicamus, id profecto ob eam causam fit, quod munus officiumque Nostrum excubantis est, id est eius proprium, qui in initio viarum vigilat, per quas Ecclesia iter facit, ut doctrinam, quam de se habet, aptius usque exprimat. Qua re non sinimus itinera falsa ingredi christifideles; quod si fieret, officio nostro principi deesse nos putaremus, confirmandi videlicet fratres.

Aliquid tamen est, in iis quae exposuimus, quod particularia exsuperet omnia: voluntatem dicimus omnium atque singulorum, novum atque universalem impulsum dandi, uno et alacri animo, evangelizationis operi. Etenim – ut fortasse simili modo atque perspicuitate alias numquam factum erat – Ecclesia cognitionem acquirit huiusce muneris, sane inter om-

7. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 1.
8. Cfr. *Act.* 1, 14.
9. Cfr. *Ps.* 16, 8; cfr. 46, 2.
10. S. Gregorius Magnus, *Regula*, pars I, 2; PL 77, 14.
11. *1 Io.* 1, 1-4.
12. Cfr. *Io.* 21, 13-17.
13. Cfr. *Lc.* 22, 32.
14. *Mt.* 16, 18-20.
15. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 22, 2.

638 nia praecipui. Dicas hoc idem esse omnino / tempus Concilii Vaticani II dignum, Ecclesiae naturae et vocationi congruens, necessitatibus hominum par, ad iis vitiis huius temporis medendum aptum, quae bene novimus.

Fratres Venerabiles et amatissimi, Ecclesia iter denuo arripit, magno sane animo magnaque spe, humilis aeque ac generosa, planeque confisa Christi auxilium se obtinere posse per Mariae Virginis intercessionem; iter ingreditur summa caritate atque studio se convertendi acerrimo, operam dans omnimodam animorum reconciliationi, ad huius Sacri Anni postulata, seu universalis Iubilaei.

Quam ob rem, omnium Episcoporum memor nunc subit ac grata cogitatio, qui in universo terrarum orbe huic regenerationi operi instant; subit eorum Auxiliarium, Sacerdotum, Religiosorum, Religiosarum, qui sunt apta ad hominibus aetatis nostrae evangelizandum instrumenta; atque praeterea parentum, qui et ipsi sunt primi Ecclesiae socii in sua ipsorum familia, id est in "Ecclesia domestica" (16) Evangelii proferendi; et mulierum, quae in exemplum piae et fideles adiutrices sunt, iuvenum, puerorum, spei laetae futuri, et praesertim doctorum virorum, quos Ecclesia benevolentia, exspectatione, fiducia prosequitur.

Singulas tandem singulorum locorum Ecclesias salvere iubemus, eas paterno animo in spem erigentes, praedicando Evangelio intentas; et Evangelii sacros ministros, maxime qui nominis Christi causa in non paucis regionibus persecutiones patiuntur: sed *Verbum Dei non est alligatum* (17).

Incitamentum denique Nostrum ad dilectos ac strenuos catechistas dirigimus, et praecipue ad missionarios, qui humiles et heroici sunt evangelizationis mundi auctores: *Gaudete et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis* (18). Omnes complectimur Nostros filios et filias, omnes quidem adhortantes, ut instrumenta esse velint atque conscii operis missionalis Ecclesiae socii: Dei Verbum, cunctis ferentibus opem, *currat et clarificetur* (19), *ut credat mundus* (20) atque *sit Deus omnia in omnibus* (21).

Iam hinc discessuri, iterum illud, quo omnes confirmemur,
639 ut reso/net volumus Christi invitamentum *Euntes, docete omnes gentes* (22); et item illud: *Levate oculos vestros et videte regiones, quia albae sunt iam ad messem* (23). Dei sane voluntati nobis est obsequendum, qui nos ipse misit. Universus mundus, tam late patens tamque splendide, nuntium exspectat liberationis a peccato ab iisque, quae peccatum invehit, malis; nuntium nempe salutis, a Christi Cruce partae. Equidem, *verbum crucis ... stultitia est* (24); sed *placuit Deo per stultitiam praedicationis salvos facere credentes* (25); uni propterea Dei auxilio confidimus. Summae difficultates exstant, multae ac variae sunt hominum exspectationes, gravissima nobis explenda munia, at *Confidite* – ait Dominus – *ego vici mundum* (26). Christus nobiscum est, immo in nobis est; in nobis et per nos ipse loquitur. neque umquam necessarium nobis auxilium suum denegabit.

Domine Christe Iesu, Verbum Patris, Cruci affixe Salvator, hac hora, qua peracta dimittitur Synodus, ad Te iterum convertimur, sicut antea, ea ineunte, Te imploravimus. Nobis praesens affuisti, et *cor nostrum ardens erat in nobis, cum loquereris in via et aperires nobis Scripturas* (27); Tu nostra fovebis proposita, nostrum in Ecclesiam fulcies ministerium, mentibus lucem et verbis inicies vigorem, labores confirmabis gressusque nostros diriges, ut aptiores inveniamus ad Evangelium tuum nuntiandum vias et rationes, nostrae denique ignosces debilitati. Tui nos famuli, iidemque pauperes, sumus, unaque promissionis tuae certitudine firmamur. Petrum sustenta atque Episcopos tuos, eorumque animum adde gregibus. En, magna paupertas est nostra, sed non in nobis, in Te uno, fiduciam collocamus: nostrae divitiae in hac sistunt spe. Tu nobis robur infunde, Tu nos confirma, Tu nos tua auge benedictione, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas in nobis et in Ecclesia Tua, in saecula saeculorum. Amen.

16. Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 11.
17. *2 Tim.* 2, 9.
18. *Mt.* 5, 12.
19. *Thess.* 3, 1.
20. *Io.* 17, 21.
21. *1 Cor.* 15, 28.
22. *Mt.* 28, 19.
23. *Io.* 4, 35.
24. *1 Cor.* 1, 18.
25. *Ibid.* 1, 21.
26. *Io.* 16, 33.
27. Cfr. *Lc.* 24, 32.

Adn. vide sub diebus: 25 oct. 1974 et 8 dec. 1975.

4325

1974 OCT 28.–SC pro CULTU DIV., NOTIFICATIO. PART.*

De obligatione adhibendi novum Ordinem Missalis Romani in celebrationibus cum populo, relicta tamen facultate permittendi usum veteris Missalis in celebrationibus sine populo

Conferentiarum Episcopalium munera de conficiendis popularibus interpretationibus librorum liturgicorum necnon normae de earundem confirmatione a Sede Apostolica debite exquirenda antea ab hac S. Congregatione definita sunt, approbante Summo Pontifice, per *Notificationem* diei 14 iunii 1971. Quae quidem gradatim ubique terrarum ita in usum sunt deducta, ut, sufficienti temporis spatio transacto, id operis iam fere perfectum esse constet. Quod autem ad Missale Romanum attinet, quoties Conferentia Episcopalis statuit Missale Romanum in lingua vernacula, vel etiam quandam eius partem, v. gr. *Ordo Missae*, in sua regione assumi debere, tunc sive lingua latina sive lingua vernacula Missam celebrare licet *tantummodo* iuxta ritum Missalis Romani auctoritate Pauli VI promulgati, die 3 mensis aprilis 1969.

Circa normas vero, quae ab hac S. Congregatione editae sunt in bonum sacerdotum, qui ob provectam aetatem vel infirmitatem graves experiuntur difficultates in novo Ordine Missalis Romani vel Lectionarii Missae servando, patet facultatem ab *Ordinrio* concedi posse Missale Romanum iuxta editionem typicam anni 1962, per Decreta annorum 1965 et 1967 accommodatum, sive ex parte sive ex toto retinendi, sed *rantummodo* pro celebratione Missae *sine populo*. Nequeunt tamen Ordinarii huiusmodi facultatem tribuere pro celebratione Missae cum populo. Invigilent potius iidem Ordinarii, tum locorum tum religiosorum, ut, salvis ritibus liturgicis non Romanis, ab Ecclesia legitime agnitis, et non obstante praetextu cuiusvis consuetudinis ritus etiam immemorabilis, Ordo Missae novi Missalis Romani ab omnibus ritus Romani sacerdotibus et fidelibus recte accipiatur et maiore usque studio ac pietate comprehendatur in iis, quos continet, thesauris sive divinorum Verborum sive liturgicae pastoralisque doctrinae.

Ex aedibus Sacrae Congregationis pro Cultu Divino, die 28 octobris 1974. - Iacobus Robertus Card. KNOX, *Praefectus*. A. Bugnini, Archiep. tit. Diocletianen., *a Secretis*.

* Ad omnes Ordinarios: Notit. 10 (1974) 353. Adn. G. CAPRILE in La Civ. Catt. 126 (1975-I) 479-487; H. SCHNIZER in Oester. Archiv f. K. R. 27 (1976) 310-322.

4326

1974 OCT 31.-SC pro RELIGIOSIS, NOTIFICATIO. PART.*

Nulla apparet valida ratio ad ritum professionis religiosae mutandum, ita ut vota acceptentur a celebrante, non vero a Superiore religioso interno

I - NOTIFICATIO "MENTIS" S. CONGREGATIONIS

Roma, 31 ottobre 1974

Signor Cardinale, Ho l'onore di notificare per iscritto all'Eminenza Vostra Reverendissima la "mens" di questa Sacra Congregazione in merito alla modificazione del rito della professione religiosa, presentata da Sua Eccellenza Mons. Enrico Bartoletti, Segretario Generale della Conferenza Episcopale Italiana (C. E. I.).

In sostanza, questo Dicastero non ritiene validi e cogenti i motivi proposti per giustificare la modificazione del suddetto rito, proprio nel momento più significativo in cui i Superiori qualificati accettano i voti religiosi del candidato, in nome della Chiesa, ed incorporano i professi nel rispettivo Istituto.

In tale senso si è pronunciato il Congresso di questa Sacra Congregazione, di cui mi pregio allegare, in succinto, le principali motivazioni.

Peraltro, questo Dicastero si dichiara ben disposto a concordare, qualora se ne veda l'utilità, con codesta Congregazione del Culto Divino, a cui Ella degnamente presiede, una risposta da inviare al Segretario Generale della Conferenza Episcopale Italiana.

Con sensi di profonda stima e venerazione, ho il piacere di confermarmi dell'Eminenza Vostra Reverendissima devotissimo in Domino – Arturo Card. TABERA, *Prefetto*.

II - MOTIVA QUIBUS "MENS" INNITITUR

1. *Diritto comune e giurisprudenza*

a) In virtù del can. 572, § 1, 6° la validità della professione è condizionata all'accettazione del legittimo Superiore.

http://www.obrascatolicas.com

Deve trattarsi di *Superiore o di Superiora interna all'Istituto*, meglio specificato dalle rispettive Costituzioni, i quali accettando *per se vel per alium* i voti pubblici, agiscono in nome della Chiesa e del proprio Istituto.

b) La professione è il primo momento, l'atto costitutivo di un rapporto tra l'Istituto ed il professo che durerà tutta la vita: è logico quindi che non sia un estraneo ad intrommettersi nel punto preciso che questo rapporto viene instaurato.

c) La dottrina canonica è unanime nel riservare il diritto di accettazione della professione ai Superiori interni: perfino negli Istituti di diritto diocesano, che sono particolarmente soggetti all'Ordinario del luogo, non è il Vescovo che riceve la professione, bensì le rispettive Superiore o Superiori.

2. *Documenti recenti della Santa Sede*

a) *L'Ordo professionis religiosae* stabilisce esplicitamente che i voti dei religiosi vengono emessi dinanzi al Superiore, anche se non sacerdote, qualunque sia il celebrante (Vescovo o semplice sacerdote). La stessa norma è ribadita per la professione delle religiose.

b) Nel rito della Consacrazione delle Vergini, allorché è abbinato alla professione perpetua, si prescrive che sia la Superiora a ricevere i voti, anche quando è il Vescovo a presiedere alla cerimonia.

Tali riti specificano molto bene la parte del Superiore che accetta la professione dei voti e la parte del Vescovo (o sacerdote celebrante) al quale è riservata la prece di consacrazione del neo professo. Una cosa è presiedere la celebrazione eucaristica e i riti concomitanti lo sviluppo di tutta la cerimonia, altra cosa è l'accettazione stessa dei voti.

3. *Rilievi sulla proposta della C. E. I.*

a) Non si vede il motivo perché si debba introdurre una simile modifica soltanto nella versione italiana. Semmai tale "novità" bisognerebbe estenderla a tutte la nazioni.

b) Non si riesce a comprendere perché dovrebbero essere escluse le professioni emesse *extra Missam*.

c) Non è messa affatto in questione la dottrina sulla struttura sacramentale e gerarchica della Chiesa, perché i Superiori legittimi, ai sensi del can. 572, agiscono proprio in nome dell'Istituto approvato dalla Chiesa stessa.

Roma, 31 ottobre 1974.

* Cardinali Praefecto S. C. pro Cultu Divino, Prot. N. SR 5898/69. Adn. in **ISCRIS** 1 (1975) 40-42; **Notit.** 11 (1975) 62. Vide infra documentum S. C. pro Cultu Divino sub data: 1975 FEB ... positum: LE 4361.

4327

1974 NOV 1.- SECRETARIA STATUS, RESCR. PART.*

Rescriptum Pontificium quo Conferentiae Episcoporum Canadiensi facultates tribuuntur circa processus instruendos in causis matrimonialibus

Sanctissimus Dominus Noster Paulus VI, precibus a Conferentia Episcoporum Canadiensi die 30 augusti 1974 oblatis benigne annuens, me subsignato Cardinali a Publicis Ecclesiae Negotiis die 31 octobris 1974 coram admisso, eidem has quae sequuntur facultates, usque ad novarum processus legum promulgationem, concessit, si id vere requirant causarum matrimonialium numerus imparque copia iudicum aliave, iudicio ipsius Conferentiae, gravia temporis et loci adiuncta:

1. firmis manentibus quae in Litteris Apostolicis Motu Proprio datis *Causas matrimoniales*, d. 28 martii a. 1971, n. IV § 1, statutae sunt normis de competentia ad iudicium in causis matrimonialibus ferendum, facultatem ad tempus determinatum concedendi ut in iisdem causis, iis quidem exceptis ad eos spectantes de quibus in C. I. C. can. 1557, § 1, n. 1, competens quoque sit Tribunal loci in quo pars actrix residentiam habet non precariam, ea tamen lege ut singulis in casibus consensus accesserit tum Ordinarii loci commorationis habitualis partis conventae tum Ordinarii loci et praesidis Tribunalis aditi;

2. firma manente lege de constitutione Tribunalium, ad normam Litterarum Apostolicarum *Causas matrimoniales*, n. V, § 1, facultatem ad tempus determinatum concedendi ut, si in Tribunalibus sive dioecesanis sive regionalibus, ubi erecta sint, collegium trium iudicum, ad normam supradicti n. V, § 1, efformari non possit, iudicium de causa nullitatis in priore instantia unico iudici committatur, dummodo nulla ante sententiam definitivam expressa intercesserit oppositio ab ipso iudice, nec a vinculi defensore nec a promotore iustitiae, nec ab alterutra parte in causa;

3. in casibus exceptionalibus, si gravia adiuncta id revera requirant, facultatem concedendi ut, si de iudicio defensoris vinculi necnon Ordinarii loci appellatio a priore sententia superflua appareat, defensor vinculi non teneatur ad appellandum contra sententiam Tribunalis prioris instantiae, dummodo haec sententia a Collegio trium iudicum prolata sit, ita ut hisce in adiunctis eadem sententia statim, ad normam iuris, exsecutioni mandari valeat.

4. Facultatibus, de quibus supra, Episcoporum Conferentia utatur, iuxta propria statuta, aut per membrorum coetum aut saltem per membrum Conferentiae, quae ad id eligantur.

5. Conferentia Episcoporum, quotannis relationem conficiat, ad Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal transmittendam, de causis quae, concessis praedictis facultatibus, tractatae sint.

Ex Aedibus Vaticanis, die 1ª novembris 1974. – Joannes Card. VILLOT, *a publicis Ecclesiae Negotiis.*

* E foliis eiusdem Secretariae Status. **Adn. apud Documenta recentiora circa rem matrimonialem et processualem**, vol. I, Romae 1977, p. 259; F. POTOTSCHING in **Oesterr. Archiv f. K. R.** 29 (1978) 52-81.

4328

1974 NOV 1.- SC pro CULTU DIVINO, NORMAE. PART.*

Preces eucharisticae approbantur pro Missis cum pueris et de reconciliatione

I - DECRETUM CUM NORMIS

Postquam de Precibus eucharisticis litterae circulares ab hac Sacra Congregatione die 27 maii 1973 editae sunt, nonnullae Conferentiae Episcopales et Episcopi e diversis orbis regionibus Apostolicae Sedi petitiones attulerunt ad novas Preces eucharisticas obtinendas pro Missis quae cum pueris celebrantur et pro Missis de reconciliatione.

Etenim *Directorium de Missis cum pueris*, die 1 novembris 1973 editum, generatim postulat ut orationes praesidentiales compositae pro fidelibus adultis, in Missis cum pueris ita adaptentur, ut a pueris tamquam expressio vitae propriae religiosae considerari possint (1). At ad nobilissimam orationem praesidentialem quod attinet, id est Precem eucharisticam, idem documentum statuerat solas quattuor Preces eucharisticas approbatas etiam cum pueris adhibendas esse "donec Apostolica Sedes pro Missis cum pueris aliter provideat" (2).

Ex altera parte occasione celebrationis Anni Sancti valde utilis et opportuna visa est peculiaris Prex eucharistica, quae etiam occasione celebrationum paenitentialium adhiberi posset, eo praesertim cum thema fundamentale varios praebeat aspectus, qui in gratiarum actionem et benedictionem Precis eucharisticae culmen attingunt.

Summus Pontifex Paulus VI legitimas postulationes consideravit et huic Sacrae Congregationi commisit ut aliquas formulas peculiares Precis eucharisticae pro supradictis occasionibus appararet.

Tria ergo schemata Precum eucharisticorum pro Missis cum pueris et duo "de reconciliatione" confecta sunt et iudicio Summi Pontificis submissa. Qui, die 26 octobris 1974, ea quae sequuntur statuit.

1. Preces eucharisticae quae in hoc fasciculo continentur, approbatae sunt *ad experimentum* et *ad triennium*, scilicet usque ad finem anni 1977. Prex "de reconciliatione" adhiberi potest quando peculiares celebrationes fiunt super themata de reconciliatione et de Paenitentia, praesertim tempore Quadragessimae, occasione peregrinationum vel conventus spiritualis.

Textus tamen in editiones officiales Missalis Romani inseri nequeunt.

1. Cf. *Directorium de Missis cum pueris*, n. 51: AAS 66, 1974, 44.

2. *Ibid.*, n. 52: AAS 66, 1974, 45.

2. Supradictae Preces eucharisticae ad Conferentiarum Episcopalium Praesides, qui eas petunt, mittuntur. Quaevis autem Conferentia Episcopalis *unam tantum* Precem eucharisticam pro Missis cum pueris et *unam* "de reconciliatione" eligere potest (3).

3. Textus a Conferentia Episcopali electi interpretatio popularis approbetur et huic Sacrae Congregationi proponatur pro confirmatione. Tantum post confirmationem Apostolicae Sedis adhiberi potest.

Interpretatio popularis textus selecti cum quadam libertate fieri potest ut exigentiis et indoli cuiusque linguae plene respondeat et a textu latino aliquantulum differre potest, iuxta ea quae in Praenotandis pro Missis cum pueris, nn. 9-11, dicuntur. *Structura* tamen Precis eucharisticae et significatio textus servanda sunt, ac *fideliter et litteraliter* intepretandae formulae consecrationis, quae eaedem esse debent in omnibus Precibus eucharisticis.

4. Usus Precis eucharisticae pro Missis cum pueris limitatur ad Missas quae pro ipsis tantum celebrantur, aut ad illas in quibus maior pars participantium ab ipsis constituitur (4).

Communitas puerorum ea intelligitur quae a Directorio pro Missis cum pueris consideratur, constans scilicet puerorum qui nondum in aetatem, quam vocant praeadulescentiam, intraverunt (5).

Iì quibus facultas concedetur ut "ad experimentum" adhibere valeant supradictas Preces, condiciones supra indicatas stricte servare tenentur.

Ex aedibus Sacrae Congregationis pro Cultu Divino, die 1 novembris 1974. – Iacobus R. Card. KNOX, *Praefectus.* A. Bugnini, Archiep. tit. Diocletianen., *a Secretis.*

3. Tamen, rationales petitiones ad largiorem concessionem obtinendam benigne a Sancta Sede, singulis in casibus, perpendentur (E communicatione Secretariae Status Summi Pontificis, diei 26 ianuarii 1975, Prot. n. 272908).

4. *Directorium de Missis cum pueris*, n. 19: AAS 66, 1974, 35.

5. *Ibid.*, n. 6: AAS 66, 1974, 31.

II - PRECES EUCHARISTICAE PRO MISSIS CUM PUERIS

Praenotanda

1. Textus Precis eucharisticae pueris aptati eos adiuvare debent, ut cum maiore fructu Missas adultorum participent.

Ita Directorium de Missis cum pueris statuit quosdam textus Missae pueris numquam esse adaptandos, "ne differentia inter Missas cum pueris et Missas cum adultis nimia evadat". Inter quos textus "acclamationes et responsiones fidelium salutationibus sacerdotis" enumerantur (1). Proinde in his Precibus eucharisticis dialogus Praefationis semper idem est ac in Missis cum adultis. Idem valet de cantu "Sanctus", salvis iis quae infra sub nn. 18 et 23 dicuntur.

2. Pariter iuxta Constitutionem Apostolicam *Missale Romanum*, ipsa verba Domini in qualibet Canonis formula una eademque sunt (2).

3. Ut pro pueris clarius in his verbis distinguantur ea quae super panem et vinum dicuntur, et ea quae de iteranda celebratione agunt, ante verba "Hoc facite in meam commemorationem" introducta est sententia: "Deinde dixit ad eos".

4. Quaevis e tribus Precibus eucharisticis pro Missis cum pueris omnia elementa continet, e quibus iuxta n. 55 Institutionis generalis Missalis Romani Prex eucharistica constat, salvis raris quibusdam exceptionibus.

5. Non tantum adsunt elementa requisita, sed etiam, simpliciore quidem loquela, pueris adaptata, ea exprimunt quae iuxta traditionem, ex. gr. in anamnesi vel epiclesi, semper expressa sunt.

6. Etsi sermo facilior selectus sit, redactores semper prae oculis habuerunt vitandi periculum "infantilismi", quod vocant, quo dignitas celebrationis eucharisticae periclitaretur, praesertim si verba ab ipso celebrante proferenda ab eo efficerentur.

7. Cum principia actuosae participationis pro pueris quodammodo a fortiori valeant, ad talem participationem augendam et impensiorem reddendam (3) numerus acclamationum in Precibus eucharisticis pro Missis cum pueris auctus est, quin indoles Precis eucharisticae tamquam orationis *praesidentialis* obscuraretur.

8. Quia sat difficile est unam tantum Precem eucharisticam in toto orbe terrarum pro Missis cum pueris adhibere, respectu habito differentiae culturalis et ingenii diversorum populorum, opportunum visum est saltem tres textus diversae indolis (de qua sub nn. 23-25) proponere.

1. Cf. *Directorium de Missis cum pueris*, n. 39: AAS 66, 1974, 41-42.

2. AAS 61, 1969, 219.

3. Cf. *Directorium de Missis cum pueris*, n. 22: AAS 66, 1974, 36.

De redactione harum Precum in diversis linguis

9. Conferentiae Episcopalis erit unum e schematibus hic propositis seligere et curare ut textus in lingua vernacula redigatur qui plene respondeat exigentiis pastoralibus, paedagogicis et liturgicis. Hic textus a Conferentia Episcopali approbari debet et Apostolicae Sedi pro confirmatione mittatur.

10. Optandum est ut talis labor redigendi coetui cuidam concredatur e viris et mulieribus non tantum in re liturgica, sed etiam in re paedagogica, catechetica, litteraria et musicali competentibus.

11. Talis coetus semper prae oculis habeat textum latinum hac vice destinatum non esse ad usum liturgicum; exinde eum non simpliciter vertendum esse.

Textus latinus determinat quidem finem, substantiam et formam generalem harum Precum, quae eaedem esse debent in interpretationibus diversarum linguarum. Quae autem sunt propria linguae latinae (quae numquam stilum proprium loquendi cum pueris excoluit), nempe praeferentia pro constructione quam vocant hypotacticam, stilus quodammodo ornatus et redundans, sic dictus "cursus", nullatenus transponenda sunt in ipsos textus vernaculos usui liturgico destinatos. Quorum loquela sit in omnibus adaptata genio diversarum linguarum simul et modo quo in diversis linguis cum pueris sermo fit, quando agitur de rebus magni momenti. Quae omnia a fortiori valent si agitur de linguis, quae a lingua latina magis distant, praesertim de linguis non occidentalibus. Exemplum redactionis pro unaquaque Prece eucharistica in aliqua lingua occidentali ad utilitatem translatorum affertur.

12. Bene discernatur in his textibus redigendis inter diversa *genera litteraria*, quae in Prece eucharistica occurrunt: Praefatio, intercessiones, acclamationes, iuxta sana principia quae in *Instructione* diei 25 ianuarii 1969 pro interpretationibus textuum liturgicorum enuntiata sunt (4).

13. Curent insuper Conferentiae Episcopales ut pro partibus in his Precibus ab ipsis pueris cantandis *modi musici* iuxta genium diversarum regionum apparentur.

De usu liturgico harum Precum

14. Usus harum Precum ad Missas cum pueris celebrandas omnino limitetur, salvo tamen iure Episcopi, quod in Directorio de Missis cum pueris statutum est (5).

15. E tribus Precibus eligatur illa quae condicioni puerorum magis respondere videtur: sive prima propter maiorem simplicitatem, sive altera propter ditiorem participationem, sive tertia propter variabilitatem.

16. Acclamationes novae facile in usum liturgicum deduci possunt, si, praeeunte cantore vel aliquo e pueris, ab omnibus cantando vel pronuntiando repetuntur. In textibus autem lingua vernacula apparandis cura habeatur ut acclamationes facile introducantur, v. g. quodam verbo typico ad acclamationem invitante.

17. Licet Conferentiis Episcoporum loco acclamationum novarum, quae in his Precibus eucharisticis inveniuntur, alias introducere dummodo eundem praeseferant spiritum.

18. Necesse est ut etiam pueri "Sanctus" cantare vel pronuntiare addiscant, firma tamen lege quod interdum pro hoc cantu "ad faciliorem reddendam participationem puerorum... adhibere licet cum modis musicis aptas interpretationes populares ab auctoritate competenti receptas, etiamsi in omnibus cum textu liturgico non concordet" (6). Ubicumque autem, in diversis populis, viget mos cantandi modo responsoriali, licet Conferentiae Episcoporum permittere ut "Sanctus" responsorialiter cantetur.

19. Paululum mutatus est locus acclamationis fidelium, quae fit consecratione terminata, et quidem ex rationibus paedagogicis. Ut pueris clare appareat nexus inter verbum Domini: "Hoc facite in meam commemorationem" et anamnesim a sacerdote celebrante prolatam. Acclamatio aut anamnetica aut laudativa non fit nisi post anamnesim prolatam.

20. Ad participationem puerorum fovendam licet iuxta Directorium de Missis cum pueris causas particulares ad gratias agendas inserere ante dialogum praefationis (7). Etiam quoad participationem per gestus et habitus corporis valent ea quae in Directorio sub n. 33 dicta sunt. Prae omnibus autem magni fiat participatio interna, de qua in n. 23 [; ea quae] de celebratione festiva, fraterna, meditativa dicuntur, peculiari modo valent de Prece eucharistica.

21. Ad hanc participationem internam, quae pastoribus puerorum maxime cordi esse debet, fovendam, opus est ut celebrationem praecedat et sequatur diligens instructio catechetica. Inter textus, quos haec catechesis pueris apte elucidabit,

4. Cf. Consilium ad exsequandam Constitutionem de S. Liturgia, *Instruction sur la traduction des textes liturgiques pour la célébration avec le peuple*, 25 ianuarii 1969: **Notitiae** 5, 1969, 3-12.

5. Cf. *Directorium de Missis cum pueris*, n. 19: AAS 66, 1974, 35.

6. Cf. *Directorium de Missis cum pueris*, n. 31: AAS 66, 1974, 39.

7. Cf. *Ibid.*, n. 22: AAS 66, 1974, 37.

http://www.obrascatolicas.com

eminens locus convenit precibus quae in culmine ipsius celebrationis eucharisticae pro pueris deinceps adhibentur (8).

22. Rubricae singularum Precum eucharisticarum quae in textu latino inveniuntur, inserendae sunt omnes in textum vulgari sermone exaratum.

Rubricae speciales pro concelebratione, uti in quattuor Precibus eucharisticis, iam introductis, inveniuntur, in his Precibus desunt, quia intuitu psychologiae puerorum a concelebratione potius abstinendum esse videtur, quando Missa cum pueris celebratur.

a) *De Prece eucharistica I*

23. Ut pueri facilius cantui "Sanctus" assuefiant, Prex prima eum in has partes dividit, quae acclamatione "Hosanna in excelsis" concluduntur. Iuxta ea quae supra n. 16 dicta sunt, hae acclamationes cantari vel pronuntiari possunt, cantore vel uno e pueris praeeunte. Tertia vice, quando cantandum est "Sanctus, sanctus, sanctus" totus cantus ab omnibus cantari vel recitari potest. Post anamnesim huius Precis loco acclamationis simplicioris in textu praevisae cantari potest una ex iis, quae pro quattuor Precibus eucharisticis approbatae sunt.

b) *De Prece eucharistica II*

24. In Prece eucharistica altera, salvo cantu "Sanctus", et salva acclamatione post anamnesim, ceterae acclamationes ad libitum adhiberi possunt. Acclamationes quae insertae sunt post verba Domini super panem et super vinum prolata, considerari et cantari debent tamquam meditatio communis de mysterio eucharistico.

c) *De Prece eucharistica III*

25. In Prece eucharistica tertia partes variabiles pro una tantum occasione indicantur nempe pro tempore paschali. Mens est ut pro aliis temporibus et occasionibus tales partes variabiles a Conferentiis Episcoporum approbentur et post debitam confirmationem ab Apostolica Sede iuxta Litteras circulares de Precibus eucharisticis n. 10 in usum liturgicum introducantur (9). In redigendis his textibus sedulo provideatur ut tres partes (Praefatio, pars "post Sanctus", epiclesis) sibimet invicem apte respondeant.

Eadem acclamatio, post consecrationem, ter eodem modo recurrit, ut pueris indoles laudativa et eucharistica totius Precis insinuetur.

III - PRECES EUCHARISTICAE PRO MISSIS "DE RECONCILIATIONE"

Praenotanda

1. Opportunum esse videtur intentiones pro Anni Sancti celebratione iterum iterumque a Summo Pontifice propositas in celebrationibus liturgicis, praesertim in Missae sacrificio, ipsa Prece eucharistica minime exclusa, resonare. Hac de causa duo textus Precis eucharisticae exarati sunt, qui aspectus reconciliationis, quatenus obiectum gratiarum actionis esse possunt, in lucem ponunt.

2. Conferentia Episcopalis unum textum eligere potest qui in suo territorio adhiberi valeat, Anno Sancto perdurante, in Missis, quarum celebratione intentiones huius Anni inculcantur, Anno Sancto autem elapso, in Missis, quibus mysterium reconciliationis peculiari modo fidelibus insinuatur.

3. Textus propositi omnia elementa continent, e quibus iuxta n. 55 Institutionis generalis Missalis Romani Prex eucharistica constat. Ordo talium elementorum idem est ac in Precibus eucharisticis II - IV Missalis Romani.

4. Rubricae in textibus latino sermone exaratis referuntur. Ad utilitatem eorum, qui versiones in linguas populares parare debent, pro unaquaque Prece versio in aliqua lingua occidentali additur. Cum quaedam Prex eucharistica in lingua vulgari evulgatur, item rubricae ponendae sunt.

8. Cf. *Ibid.*, n. 12: AAS 66, 1974, 33 f.
9. AAS 65, 1973, 344.

* Ad Ordinarios et Conferentias Episcopales: Notit. 11 (1975) 4-12. Adn. in Notit. 11 (1975) 4; Vita cons. 10 (1974) 126-128.

4329

1974 NOV 9.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 66 (1974) 644-652

Allocutio habita Exc.mis viris qui ex universo terrarum orbe Romae interfuerunt Conventui alimentis in mundo procurandis:

De mediis quibus utendum est ad alimenta universo mundo procuranda, salvis manentibus normis ethicae naturalis propriis

Monsieur le Président, Monsieur le Secrétaire général, Mesdames et Messieurs, Nous sommes heureux de vous saluer, vous les participants à la Conférence mondiale de l'Alimentation réunie à Rome sous les auspices des Nations Unies. Est-il besoin de vous dire que Nous communions intensément à vous préoccupations, car notre mission est de prolonger l'enseignement et l'action du Christ auquel le spectacle d'une foule affamée suggérait l'émouvante exclamation: "J'ai pitié de cette foule ... ils n'ont pas de quoi manger. Les renvoyer à jeun, je ne le veux pas: ils pourraient défaillir en route" (1).

1. Au cours de ces dernières années, la situation que Nous décrivions dans l'Encyclique *Populorum progressio* a atteint des proportions encore plus alarmantes et ce que Nous disions alors a gagné en actualité: "Personne ne peut plus l'ignorer, sur des continents entiers, innombrables sont les hommes et les femmes torturés par la faim, innombrables les enfants sous-alimentés, au point que nombre d'entre eus meurent en bas âge, que la croissance physique et le développement mental de beaucoup d'autres en sont comprimis, que des régions entières sont de ce fait condamnées au plus morne découragement" (2). La documentation préparée pour votre Conférence décrit les divers aspects de la faim et de la malnutrition, en détecte les causes et s'efforce d'en prévoir les conséquences en recourant aux statistiques, aux études de marché, aux indices de production et de consommation. Dans leur rigueur, ces indications prennent une éloquence tragique; qu'en est-il alors quand on entre, sur le terrain même, en contact avec les réalités qu'elles recouvrent? Des catastrophes récentes de tout ordre, sécheresse, inondations, guerres, engendrent immédiatement des cas pathétiques de pénurie alimentaire. De façon moins spectaculaire mais / également pénible, 645
s'imposent à tous les dures situations créées dans les classes démunies par la hausse des denrées, signe de leur raréfaction, et par la diminution toujours plus accentuée de l'aide alimentaire internationale qui avait pourtant puissamment contribué, après la dernière guerre, au relèvement et au progrès des peuples.

Le défaut d'alimentation a des effets éloignés et parfois imprévisibles; il a de graves conséquences sur les générations à venir, et présente des dangers ambiants et sanitaires qui opèrent sur les populations des lésions plus profondes que les maladies apparentes. Il est vraiment douloureux d'en venir à une telle constatation, et de confesser que la société humaine semble jusqu'à maintenant incapable d'affronter la faim dans le monde, alors qu'un progrès technique sans précédent a été atteint dans tous les domaines de la production, tels que ceux des fertilisants et de mécanisation, ou de la distribution et des transports. Il y a bien peu d'années en effet, on espérait que, d'une façon ou d'une autre, la rapidité de la transmission des informations et des biens ainsi que les progrès technologiques étaient en mesure d'éliminer rapidement les risques de l'ancien fléau de la famine frappant pour un longue durée una nation ou une large région dans sa totalité. Ces espoirs ne sont pas réalisés, d'où l'atmosphère de gravité dans laquelle se déroulent vos travaux; d'où aussi l'espérance mêlée d'anxiété qui les entoure de la part des peuples de la terre. Pour reprendre les paroles que Nous adressions en 1965 à l'Assemblée mondiale de la Jeunesse réunie sous le signe de la campagne mondiale contre la faim: "C'est un drame de vie et de mort pour l'humanité qui doit s'unir pour survivre et donc apprendre d'abord à partager le pain de chaque jour", celui dont le Seigneur nous apprend qu'il est nôtre, c'est-à-dire, à chacun et à tous (3).

2. A vous qui êtes engagés dans una tâche si lourde mais si riche de promesses, Nous proposons deux principes pour guider vos travaux: d'une part voir en face les données du problème sans vous laisser égarer dans leur appréciation par la panique ou par trop de pusillanimité; et d'autre part vous sentir suffisamment stimulés par l'urgence et la priorité absolues des besoins en cause pour ne vous satisfaire en aucun cas de délais ou de demi-mesures. Cette Conférence ne résoudra pas tout d'elle-même, il n'est pas dans sa nature de le faire, mais, ou bien, par la clarté et l'énergie de ses conclusions, elle donnera le / départ à une série d'engagements efficaces et loyale- 646
ment acceptés, ou bien, contre l'attente mise en elle et malgré la bonne volonté de ses membres, elle aura été tenue en vain. Pour vous supplier d'éviter une telle issue, Nous n'hésitons pas à reprendre, en le transformant, l'appel que nous lancions de la tribune des Nations Unies: "Jamais, plus jamais la guerre", et Nous vous disons: "Jamais, plus jamais la faim!".

1. *Mt.* 15, 32.
2. N. 45.
3. Allocution du 15 octobre 1965, AAS 57 (1965), p. 910.

3. Mesdames et Messieurs, cet objectif peut être atteint. La menace de la faim et le poids de la malnutrition ne sont pas une fatalité inéluctable. La nature n'est pas, en cette crise, infidèle à l'homme. Son potentiel de production sur la terre et dans les mers reste immense et est encore largement inexploité. Tandis que, selon l'opinion généralement acceptée, cinquante pour cent des terres cultivables ne sont pas encore mises en valeur, le fait s'impose du scandale d'énormes excédents alimentaires que certains pays détruisent périodiquement, faute d'une sage économie qui en aurait assuré une consommation utile. Et ce ne sont là que des illustrations d'un fait que personne ne conteste dans sa réalité brute, même si certains doutent qu'il soit possible de tirer assez vite de ce potentiel le nécessaire pour assouvir la faim d'une humanité en expansion. Et par "assouvir la faim", nous tombons tous d'accord pour dire qu'il s'agit de davantage que de prolonger une existence biologique minimale et infra-humaine. Ce qui est en question c'est de "donner à chaque homme de quoi manger pour vivre, ce qui s'appelle vivre une véritable vie d'homme capable par son travail d'assurer la subsistance des siens, et apte, par son intelligence, à participer au bien commun de la société par un engagement librement consenti et une activité volontairement assumée" (4). C'est bien en vue de ce niveau de vie que sont formulés les calculs de vos rapports, selon lesquels une action capable de nourrir l'humanité en croissance est possible sur le plan technique, mais demande un effort considérable.

4. La crise présente apparaît en effet surtout comme une crise de civilisation et de solidarité. Une crise de civilisation et de méthode, qui se manifeste lorsque le développement de la vie en société est affronté d'un point de vue unilatéral, en considérant seulement le modèle de société qui aboutit à une civilisation industrialisée, c'est-à-dire en mettant une confiance excessive dans l'automatisme des solutions purement tech-
647 niques et en oubliant les valeurs humaines fondamen/tales. Crise qui apparaît quand s'accentue la recherche du seul succès économique dérivant des grands profits de l'industrie, avec pour conséquence l'abandon quasi total du secteur de l'agriculture, et la négligence concomitante de ses valeurs humaines et spirituelles les plus hautes. Une crise de solidarité aussi, qui maintient et parfois accélère les déséquilibres existants entre les individus, entre les groupes et entre les peuples, et qui est malheureusement le résultat – la chose est de plus en plus évidente – de la volonté insuffisante de contribuer à une meilleure distribution des ressources disponibles, spécialement aux pays plus défavorisés et aux secteurs humains qui vivent essentiellement d'une agriculture encore primitive.

Nous touchons ainsi au paradoxe de la situation présente: l'humanité dispose d'une maîtrise inégalée de l'univers; elle dispose des instruments capables de faire rendre à plein les ressources de celui-ci. Les détenteurs mêmes de ces instruments resteront-ils comme frappés de paralysie devant l'absurde d'une situation où la richesse de qulques-uns tolérerait la persistance de la misère d'un grand nombre? où la consommation alimentaire hautement enrichie et diversifiée de quelques peuples se satisferait des minimums vitaux octroyés à tous les autres? où l'intelligence humaine pourrait soustraire à leur sort tant de grands malades, mais se déroberait à la tâche d'assurer une alimentation adéquate aux populations les plus vulnérables de l'humanité?

5. On ne saurait en arriver là sans avoir commis de graves erreurs d'orientation, ne serait-ce parfois que par négligence ou par omission; il est grand temps de découvrir en quoi les mécanismes sons faussés, afin de rectifier, ou plutôt de redresser de bout en bout la situation. Car il faut enfin satisfaire le droit de chacun à manger à sa faim selon les requêtes spécifiques de sa condition d'âge et d'activité. Ce droit se fonde sur la destination première de tous les biens de la terre à un usage universel et à la subsistance de tous les hommes, avant toute appropriation particulière. Le Christ a basé sur le respect de ce droit le jugement de toute vie humaine (5). Or, à l'examen des données du problème, quelques constatations s'imposent d'emblée: une des causes les plus manifestes du désordre actuel réside dans la hausse des prix des denrées alimentaires et des matières requises à leur production, tels les engrais dont la cherté et la rareté sont peut-être en train d'amenuiser les effets bienfaisants qu'on attendait à bon droit
648 de la "Révo/lution verte". Cela n'est-il pas en étroite relation avec les fluctuations d'une production réglée plus selon les perspectives de bénéfices à réaliser que sur les besoins de l'humanité à satisfaire? La diminution des stocks alimentaires, qui est elle aussi à l'origine des préoccupations du moment, est, partiellement en tout cas, due à certaines options commerciales dont le résultat est de ne laisser disponible aucune réserve pour les victimes de disettes brusques et imprévues. On enregistre une crise alimentaire générale et on en prévoit l'aggravation, alors que, dans certaines régions particulièrement bien placées pour assurer des excédents et des réserves d'urgence, on a réduit de façon impressionnante les surfaces arables. Nous voilà devant des contradictions qui dénotent cette crise aiguë de civilisation. Toujours est-il que, puisque tous ces phénomenes sont le fruit d'actions malavisées, une correction et un redressement doivent être possibles à condition qu'on y mette la sagesse et le courage voulus.

Nous venons d'évoquer la quantité des biens alimentaires nécessaires à la vie de chacun des hommes. Mais le problème de la qualité a également son importance et relève aussi d'un choix économique. Là, les nations plus industrialisées sont particulièrement concernées: comment, dans une atmosphère tendant à être polluée et devant la frénésie de créer des succédanés artificiels, de production plus rapide, arrivera-t-on à sauvegarder avec prudence une alimentation saine, ne comportant pas de risques graves pour la santé des consommateurs, notamment des enfants et des jeunes? Et comment rompre, dans ces mêmes nations, avec une consommation excessive par la richesse et l'abondance des denrées, ce qui s'avère nuisible aux intéressés et laisse les autres démunis? Sur ce terrain aussi, la situation demande vigilance et courage.

6. D'autres observations concernent le flux des ressources qui permettraient de porter remède à la situation actuelle. Tous conviennent que l'assistence multilatérale et bilatérale au secteur agricole a été notoirement insuffisante. En vue de votre Conférence, on a chiffré avec grand soin les exigences que comporteraient l'intensification de la production alimentaire dans les pays en voie de développement, la mise au point des politiques et programmes visant à améliorer la nutrition, les mesures pour renforcer la sécurité alimentaire mondiale. Les sommes auxquelles ces supputations sont parvenues pour les dix prochaines années dépassent sant doute de beaucoup l'effort consenti jusqu' aujourd'hui, mais elles restent bien
649 modestes au regard des / budgets nationaux des pays nantis ou disposant des liquidités internationales; une crise récente a modifié la répartition de ces liquidités, mais n'a pas diminué leur volume. En 1964 déjà, à l'occasion de notre voyage en Inde, Nous lancions un appel aux Nations, afin que soit constitué par un engagement de véritable ampleur – fruit notamment d'une réduction des dépenses pour les armements - un Fonds destiné à donner une impulsion décisive à la promotion intégrale des parties les moins favorisées de l'humanité. Aujourd'hui, l'heure a sonné d'une décision énergique et sans échappatoire dans la même direction. Ce que le sens de la solidarité ou plutôt une élémentaire justice sociale, qui ne consiste pas seulement à ne pas "voler" mais aussi à savoir partager, n'ont pas encore obtenu, les périls de l'heure finiront-ils par l'imposer? Ou bien les hommes s'aveugleront-ils obstinément sur leur propre sort et se chercherbnt-ils des alibis, par exemple una action irraisonnée et unilatérale contre la croissance démographique, faute d'aller à l'essentiel?

Il est inadmissible que ceux qui ont le contrôle des biens et des ressources de l'humanité cherchent à resoudre le problème de la faim en interdisant aux pauvres de naître, ou en laissant mourir de faim les enfant dont les parents n'entrent pas dans le cadre de plans théoriques fondés sur de pures hypothèses concernant l'avenir de l'humanité. Autrefois, dans un passé que Nous espérons révolu, des nations ont fait la guerre pour s'emparer des richesses de leurs voisins. Mais n'est-ce pas une nouvelle forme de guerre que d'imposer une politique démographique limitative à des nations, afin qu'elles ne réclament pas leur juste part des biens de la terre?

Nous renouvelons notre plein appui moral à ceux qui ont déclaré à plusieurs reprises dans les assises internationales, non seulement être disposés à reconnaître le droit de tout homme à jouir des biens nécessaires à la vie, mais être également disposés, en consentant volontairement un sacrifice proportionnel aux ressources et aux capacités qui sont les leurs, à mettre effectivement ces biens à la portée des individus et des peuples qui en ont besoin, sans aucune exclusive ni discrimination. La perspective s'impose donc de réformes courageuses pour éliminer les obstacles et les déséquilibres dérivant aussi

4. *Discours à la FAO*, le 16 novembre 1970, A.A.S. 62 (1970), p. 831.
5. Cf. *Mt.* 25, 31 ss.

http://www.obrascatolicas.com

des structures désuètes, perpétuant des injustices insoutenables, ou empêchant le dynamisme de la production et l'élan requis par une circulation adéquate des biens nécessaires à
650 la vie. /

7. Mais l'assistance internationale la plus large, le rythme accru de la recherche et des applications de la technologie agraire, la planification la plus étudiée de la production alimentaire n'auront guère d'effet si l'on ne pare pas au plus vite à une des lacunes les plus graves de la civilisation technique. On ne résoudra pas la crise alimentaire mondiale sans la participation des agriculteurs, et celle-ci ne saurait être pleine et fructueuse si on ne révise pas radicalement la sous-évaluation de l'importance de l'agriculture par le monde contemporain. Car l'agriculture est facilment subordonnée à la domination des intérêts immédiats des autres secteurs de l'économie, même dans ces pays qui sont pour le moment en train de tenter le décollage de leur processus de croissance et d'autonomie économique.

Notre prédécesseur Jean XXIII, qui a consacré un chapitre de son Encyclique *Mater et Magistra* à l'agriculture, le relevait en ces termes: "Le secteur agricole, à peu près partout, est un secteur déprimé: qu'il s'agisse de l'indice de productivité de la main d'oeuvre, ou du niveau de vie des populations rurales" (6). De cette dépression, ne relevons que deux indices: le recul du nombre des agriculteurs et parfois aussi des terres cultivées dans les pays industrialisés; le fait que dans le monde en voie de développement, bien que la grande majorité des habitans travaillent la terre, l'agriculture constitue le plus sous-développé des secteurs du sous-développement. Quelle que soit la valeur des moyens techniques mis en oeuvre, rien ne sera atteint sans la véritable réforme que représentent la réhabilitation de l'agriculture et le retournement des mentalités à son endroit.

C'est la dignité des agriculteurs, celle de tous ceux qui travaillent aux différents niveaux de la recherche et de l'action dans le domaine du développement agricole, qu'il faut proclamer et promouvoir sans relâche. Nous le disions en recevant en 1971 la Conférence de la F. A. O.: "Il ne suffit plus d'enrayer la distorsion croissante de la situation des ruraux au sein du monde moderne, il s'agit de les y insérer à part entière, de faire en sorte que les générations montantes n'éprouvent plus ce sentiment débilitant d'être comme des laissés pour compte, des marginaux tenus à l'écart du progrès moderne dans ce qu'il a de meilleur" (7).

On y parviendra par un processus global et équilibré du
651 développe/ment, soutenu par une volonté politique des gouvernements de faire sa juste place à l'agriculture. Il s'agit d'en finir avec la pression des secteurs économiques plus forts, qui vide la campagne de ces énergies mêmes qui seraient en mesure d'assurer une agriculture de haute productivité; il faut instaurer une politique qui garantisse aux jeunes du monde rural le droit fondamental de la personne à un choix délibéré d'une profession valable, à égalité de termes et d'avantages avec celle que seul l'exode vers la ville et l'industrie semble pouvoir lui garantir aujourd'hui.

8. Sans aucun doute, ici encore les réformes ne vaudront que si les individus se les approprient. C'est pourquoi l'éducation et la formation tiennent une place fondamentale afin que ne vienne pas à manquer la préparation des personnes. "Le concours de la population rurale est nécessaire ... il faut que les agriculteurs soient fidèles à la profession qu'ils ont choisie et qu'ils l'estiment; ... qu'ils suivent les programmes d'élévation culturelle qui sont indispensables pour que l'agriculture sorte de son immobilité atavique et empirique et adopte les nouvelles formes de travail, les nouvelles machines, les nouvelles méthodes" (8).

Ce qui importe donc particulièrement à l'humanité qui souffre de la faim, c'est que les gouvernements offrent à tous les agriculteurs la possibilité d'apprendre comment on cultive la terre, comment on améliore les sols, comment on évite les maladies du bétail, comment on peut accroître le rendement; c'est que finalement, dans le cadre d'une préparation adéquate, on concède aux agriculteurs les crédits dont ils ont besoin. En un mot, il faut transformer la masse paysanne en artisan responsable de sa production et de son progrès. Ainsi se trouve-t-on ramené à la notion d'un développement intégral qui embrasse tout l'homme et tous les hommes; Nous n'avons pas, pour notre part, cessé d'exhorter l'humanité à tendre vers lui.

9. Telles sont, Mesdames et Messieurs, les pensées que Nous vous livrons comme notre contribution propre à vos travaux. Elles dérivent de la conscience que Nous avons de notre devoir pastoral et sont inspirées par la confiance en Dieu qui ne néglige aucun de ses enfants, et la confiance en l'homme, créé à son image et capable de réaliser des prodiges d'intelligence et de bonté. Devant les foules affamées, le / Seigneur 652
ne s'est pas contenté d'exprimer sa compassion; il a ordonné à ses disciples: "Donnez-leur vous-mêmes à manger" (9), et sa puissance n'est venue en aide qu'à leur impuissance, et non à leur égoïsme. Cet épisode de la multiplication des pains comporte donc, face aux graves exigences de l'heure, de multiples leçons. Nous voulons retenir principalement aujourd'hui cet appel à l'action efficace. Il faut viser à créer à long terme la possibilité, pour chaque peuple, d'assurer correctement sa subsistence de la manière la plus adaptée, et il ne faut pas omettre non plus, dans l'immédiat, de subvenir par le partage aux besoins urgents qui sont ceux d'une grande partie de l'humanité. Le travail doit s'unir à la charité.

Une telle réorientation progressive de la production et de la distribution implique aussi un effort qui ne doit pas être seulement une contrainte imposée par la crainte de la pénurie, mais aussi une volonté positive de ne pas gaspiller inconsidérément des richesses qui doivent servir au bien de tous. Après avoir libéralement nourri les foules, le Seigneur recommanda à ses disciples, nous dit l'Evangile, de recueillir ce qui reste, afin que rien ne soit perdu (10). Quelle belle leçon d'économie, au sens le plus noble et le plus plein du terme, pour notre époque éprise de gaspillage ! Elle porte en elle la condamnation de toute une conception de la société dans laquelle la consommation tendrait à dévenir à elle-même sa propre fin, au mépris de ceux qui sont dans le besoin, et au détriment, en définitive, de ceux-là même qui s'en croiraient les bénéficiaires, incapables qu'ils seraient devenus de percevoir que l'homme est appelé à une destinée plus haute. Que notre appel s'adresse donc à la fois à la lucidité et au coeur. Si le potentiel de la nature est immense, si celui de la maîtrise de l'esprit humain sur l'univers semble presque illimité, que manque-t-il trop souvent pour que nous agissions dans l'équité et dans la volonté du bien-être de tous nos frères en humanité, sinon cette générosité, cette inquiétude que suscite la vue des souffrances et des misères des pauvres, cette profonde conviction que toute la famille pâtit quand un de ses membres est en détresse? C'est cette solidarité que Nous souhaitons voir présider à vos travaux et surtout à vos décisions, et Nous demandons avec instance au Père de toute lumière de vous en accorder la grâce.

9. *Mt.* 14, 16.
10. Cf. *Jn.* 6, 12.

6. Encyclique *Mater et Magistra*, III[e] partie, 3[e] par.; AAS 53 (1961), p. 432.
7. A.A.S. 63 (1971), p. 877.
8. *Allocution à des agriculteurs italiens*, 13 nov. 1966; dans *L'Osservatore Romano* des 14-15 nov. 1966; traduit dans *La Documentation Catholique*, 1966, col. 2131.

4330

1974 NOV 13.-COM. INTERP., RESP. AAS 66 (1974) 667

Responsum ad propositum dubium

De Diaconi facultatibus quoad sacramentalia et benedictiones

Patres Pontificiae Commissionis Decretis Concilii Vaticani II interpretandis, proposito in plenario coetu quod sequitur dubio, respondendum esse censuerunt ut infra:

(de Diaconi facultatibus quoad sacramentalia et benedictiones)

D. - Utrum et quatenus, ad normam can. 1147, §1 C. I. C., Constitutionis dogmaticae *Lumen gentium*, n. 22 et Litterarum Apostolicarum *Sacrum Diaconatus Ordinem*, n. 22, possit diaconus benedictiones sive constitutivas sive invocativas impertire, necnon sacramentalia ministrare.

R. - Eas tantum benedictiones impertire eaque sacramentalia ministrare potest diaconus, quae eidem iure expresse conceduntur.

Ss.mus Dominus Noster Paulus Pp. VI in Audientia die 13 novembris 1974 infrascripto impertita suprascripto decisionem ratam habuit, adprobavit et publicari iussit. – Pericles Card. Felici, *Praeses.*

Adn. P. TOCANEL in Apoll 48 (1975) 29-31; Notit. 11 (1975) 36-39.

4331

1974 NOV 17. - PAULUS VI, LITT. AAS 67 (1975) 89-90

In Mozambico conditur Delegatio Apostolica

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. – In vertice sacerdotalis auctoritatis divino consilio collocati, atque ad Abraham similitudinem (cfr. *Gen.* 17, 5) patres multarum gentium constituti, nulli sane diligentiae parcimus, ut sancta Christi fides atque religio, qua nihil carius, et iis populis, quibus nondum innotuit praedicetur, et apud eos, qui christiano nomine censentur ac religionis nostrae saeptis continentur, spei salutis aeternae participes, crescat, adolescat, floreat.

Ad quam rem cum visum sit valde utile esse, si in Africae regione quam Mozambico cognominant, Apostolica Delegatio constitueretur: id enim necessitudines illius populi cum Apostolica Sede constringeret; re bene considerata, Nostra potestate haec decernimus.

In regione Mozambico Apostolicam Delegationem condimus, cuius caput erit urbs vulgari lingua Lourenço Marques,
90 in qua Apostolicus / Delegatus et domicilium collocabit, factis nempe iuribus, officiis, privilegiis ceterisque, quae tales Sedes spectant.

Contrariis nihil obstantibus.

Ceterum volumus, ut Litterae Nostrae hae sive nunc sive in posterum ratae habeantur, suosque effectus promereant.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub Anulo Piscatoris, die XVII mensis Novembris, anno MDCCCCLXXIV, Pontificatus Nostri decimo secundo.– Ioannes Card. VILLOT, *Secretarius Status.*

4332

1974 NOV 18.-SC DOCT. FID., DECL. AAS 66 (1974) 330-747

Declaratio de abortu procurato

I. *PROOEMIUM*

1. Quaestio de abortu procurato deque lege quae abortus libertatem forte concedat, fere ubique acrium disceptationum argumentum evasit. Quae disceptationes minoris gravitatis profecto essent, si de vitae humanae causa non ageretur, quae primordiale bonum est, necessario tuendum ac promovendum. Id cuique patet, quamquam multi rationes quaerere conantur, ut, contra manifestam rei veritatem, etiam abortus huic causae inservire possit. Ac mirum non videri non potest, quod dum ex una parte gliscere cernimus apertam reclamationem adversus poenam capitis et quodlibet belli genus, ax altera vero parte animadvertimus magis magisque abortus libertatem vindicari, sive absolutam sive certis limitibus circumscriptam, qui quidem laxiores usque fiunt. Ecclesia autem, utpote quae plane sit conscia ad muneris sui partes pertinere hominis defensionem contra ea omnia, quae illum destruere vel dehonestare possint, hanc quaestionem silentio praeterire nequit: cum Dei Filius homo factus sit, iam nemo est, qui, ob communem naturam humanam, frater eius non sit, nec vocetur ut christianus fiat, ad salutem ab ipso accipiendam.

2. Apud plures Nationes, publicae auctoritates quae renituntur libertati abortus lege sanciendae, vehementibus sollicitationibus premuntur, ut ad hoc faciendum inducantur: id dicitur nullius violare conscientiam, cum suam cuique sequendi sententiam li-
731 bertas relinquatur, atque impediatur ne / quis propriam aliis imponat. "Pluralismus ethicus" vindicatur, quasi hic e "pluralismo ideologico" suapte natura consequatur. At de rebus agitur, quae inter se magnopere differunt, quia actiones citius quam merae opiniones alios attingunt in iis, quae ad ipsos pertinent, et quia numquam alicui fas est ad opinandi libertatem appellare, ut aliena iura laedat, maxime autem ius ad vitam.

3. Plures laici christiani homines, medici praesertim, atque etiam patrum matrumque familias consociationes, viri in re politica versati vel gravibus officiis fungentes, adversus huius opinionis motum consulto excitatum fortiter obstiterunt. Potissimum autem plures Conferentiae Episcopales, nec non Episcopi nomine proprio, opportunum duxerunt de tradita Ecclesiae doctrina sine ulla ambiguitate fideles commonere[1]. Haec documenta, quorum mira est concordia, praeclara in luce collocant observantiam, quae secundum naturam humanam et doctrinam christianam, humanae vitae debetur. Nihilominus fieri contigit, ut eorum plura, hic illic, non sine quadam reticentia reciperentur ac vel etiam prorsus recusarentur.

4. Pro munere sibi concredito promovendi atque tutandi fidem et mores in Ecclesia universali[2], S. Congregatio pro Doctrina Fidei statuit in omnium christifidelium mentem praecipua huius doctrinae capita revocare. Hoc modo ipsa, dum Ecclesiae unitatem in luce ponit, Apostolicae Sedis auctoritate confirmabit, quae hac in re feliciter Episcopi iam sunt aggressi. Ac fore confidit, ut universi fideles, non iis exceptis qui his controversiis novisque opinionibus perturbati sunt, plane intellegant hic non agi de opinione aliis opinionibus opponenda, / sed de ipsis tradenda 732
constanti doctrina supremi Magisterii, quod regulam morum, fidei lumine collustratam, exponit[3]. Patet igitur hac Declaratione graviter onerari fidelium conscientias[4]. Faxit Deus, ut per eam universi quoque homines illuminentur, quotquot sincero corde "veritatem facere" student (cf. *Io.* 3, 21).

II. *Doctrina fidei exponitur*

5. "Deus mortem non fecit, nec laetatur in perditione vivorum" (*Sap.* 1, 13). Verum quidem est Deum animantia creavisse, quae certo temporis spatio vivunt, et mortem abesse non posse a mundo viventium corporeorum. Illud autem quod est in primis propositum, vita est; omnia in hoc aspectabili universo sunt facta propter hominem, qui imago Dei est et rerum creaturarum fastigium (*Gen.* 1, 26-28). In humanarum rerum ordine, "invidia diaboli mors introivit in orbem terrarum" (*Sap.* 2, 24). Mors per peccatum invecta, peccato haerere pergit, cuius signum et simul consectaneum exstat; eadem tamen praevalere nequaquam poterit. Etenim Christus Dominus, resurrectionis veritatem confirmans, in Evangelio proclamat Deum non esse Deum mortuorum, sed viventium (*Mt.* 22, 32); ac mortem, sicut peccatum, per resurrectionem in Christo devictum iri (cf. *1 Cor.* 15, 20-27). Hinc intellegitur humanam vitam, hisce etiam in terris, pretiosam esse. Quae vita a Creatore inspirata est, eademque ab ipso resumitur (cf. *Gen.* 2, 7; *Sap.* 15, 11). Vita humana permanet sub Dei protectione: san-

1. Plura hac de re Episcoporum documenta inveniuntur in G. Caprile, *Non uccidere. Il Magistero della Chiesa sull'aborto*, Pars II, pp. 47-300. Romae 1973.
2. *Regimini Ecclesiae universae*, III, 1, 29. Cf. *ibid.*, 31: "Ad eam spectant quaestiones omnes, quae fidei morumque doctrinam attingunt, vel cum ipsa fide connectuntur": A.A.S. 59 (1967), p. 897.
3. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 12: A. A. S. 57 (1965), pp. 16-17. Haec Declaratio non de cunctis agit quaestionibus, ad abortum pertinentibus; theologorum est eas sedulo expendere de iisque disputare. Nonnulla enim tantum memorat fundamentalia principia, quibus theologi tamquam lumine et regula uti debent, et quorum ope omnes christiani certitudinem suam confirmant de praecipuis doctrinae catholicae capitibus.
4. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 25: A.A.S. 57 (1965), pp. 29-31.

http://www.obrascatolicas.com

guis hominis clamat ad ipsum (cf. *Gen.* 4, 10), qui re-
733 quiret ut eius ratio reddatur: "ad imaginem quippe / Dei factus est homo" (*Gen.* 9, 5-6). "Non occides" (*Ex.* 20, 13): hoc est mandatum Dei. Vita dono quidem datur, sed simul officia coniuncta habet: non solum enim, accipitur ut "talentum" (cf. *Mt.* 25, 14-30), sed opus est inde lucrum colligatur. Ad quos fructus ferendos, multiplicia munera in hoc mundo homini offeruntur, a quibus ipse se subducere non potest; idque christianus homo altius intellegit, quippe qui probe sciat sibi vitam aeternam pendere ex iis, quae ipse, Dei gratia adiutus, in terrestri hac vita peregerit.

6. Ecclesiae Traditio semper docuit humanam vitam tutandam esse, eique esse favendum iam in initio, quam in variis eius processus temporibus[5]. Ecclesia inde a primaeva aetate, cum Graecorum Romanorumque moribus adversaretur, instanter asseveravit christianorum mores hac in re ab illis longe distare. In opere, cui *Didachè* est index, id clare enuntiatur: "Non interficies fetum in abortione neque interimes infantem natum"[6]. Athenagoras sedulo annotat a christianis pro homicidis eas feminas haberi, quae medicamentis utuntur ad fetum eiciendum; ipse damnat interfectrices puerorum, etiamsi hi adhuc vivant in sinu matris, ubi iam "Deo curae esse" existimantur[7]. Tertullianus fortasse de hac re non semper consona scribit; nihilominus hoc essentiale principium clare ponit:
734 / "Homicidii festinatio est prohibere libere nasci, nec refert, natam quis eripiat animam an nascentem disturbet. Homo est et qui est futurus"[8].

7. Saeculorum decursu, Sancti Ecclesiae Patres eiusque Pastores ac Doctores eandem doctrinam tradiderunt, neque tamen diversae sententiae de puncto temporis, quo spiritualis anima in corpus infundatur, ullam umquam fecerunt dubitationem de abortus illiceitate. Verum quidem est Media Aetate, qua communiter existimabatur animam spiritualem nonnisi post primas hebdomadas in fetu praesentem adesse, diversam aestimationem de tali peccato deque poenarum gravitate esse factam; scilicet probatos quoque auctores pro hoc priore vitae tempore, in solvendis casibus, benigniores quasdam sententias retinuisse, quas tamen pro insequentibus graviditatis temporibus respuebant. Nihilominus ab iis numquam tunc negatum est abortum, etiam primis iis diebus, obiective grave esse peccatum. Ac reapse in talem condemnationem omnes convenerunt. E tot, quae exstant, documentis satis esto nonnulla commemorare. Primum Concilium Moguntinum, anno DCCCXLVII celebratum, poenas resumit a superioribus Conciliis illatas contra abortum, ac decernit severissimam poenitentiam imponendam esse mulieribus quae "partus suos necant vel quae agunt secum, ut utero conceptus excutiant"[9]. In Decreto Gratiani haec Summi Pontificis Stephani V verba referuntur: "Conceptum in utero qui per abortum deleverit homicida est"[10]. / S. Thomas, Doctor com- 735
munis Ecclesiae, docet abortum grave peccatum esse, legi naturae contrarium[11]. Renatarum Litterarum aetate, Xystus V abortum quam maxima severitate condemnat[12]. Saeculo post, Innocentius XI respuit quorundam propositiones canonistarum, laxismo faventium, qui a culpa excusare conabantur abortum ante illud tempus procuratum, quo a quibusdam censebatur animam spiritualem in novum viventem infundi[13]. Nostris temporibus postremi Romani Pontifices eandem doctrinam quam accuratissime declaraverunt: Pius XI gravioribus obiectationibus expresse respondit[14]; Pius XII clare reiecit abortum directum, eum scilicet qui finis vel medii ad finem rationem habet[15]; Ioannes XXIII magisterium SS. Patrum revocat, cum statuit indolem sacram hominis vitae, quippe "quae inde a suo exordio, Creatoris actionem Dei postulet"[16]. Recens Concilium Oecumenicum Vaticanum II, cui Paulus VI praefuit, severissime abortum damnavit: "Vita ... inde a conceptione, maxima cura tuenda est; abortus necnon infanticidium nefanda sunt crimina"[17]. Idem Paulus VI, qui saepius de hoc argumento ser/monem habuit, asseverare non dubitavit 736
huiusmodi Ecclesiae doctrinam "neque esse mutatam, neque posse umquam mutari"[18].

III. *Adiunguntur argumenta rationis lumine comparata*

8. Observantia humanae vitae debita non christianis tantummodo praecipitur; eam enim ratio quoque per se ipsa exigit, si quidem inquirat quid persona humana sit et quid esse debeat. Rationali natura cum constet, homo subiectum personale est, quod in seipsum cogitationem intendere, atque de actibus suis et ideo de sua ipsius sorte decernere valet: ipse liber est. Quapropter est sui dominus, vel potius, cum se perficiat in tempore, ei subsidia praesto sunt, unde talis fieri possit; in hoc proprium ipsius munus positum est: anima eius, a Deo immediate creata, spiritualis est, ac proinde immortalis. Item ad Deum ipse patet, ac nonnisi in eo plenam sui ipsius perfectionem inveniet.

5. Sacri auctores haud instituunt disputationes philosophicas de fetus animatione, sed ad vitae periodum se referunt, nativitati praeviam, cui Deus prospicit: Deus creat et format hominem, eum veluti manu sua effingens. De huiusmodi argumento primum sermo fieri videtur in *Ier.* 1, 5, de eoque mentio in plurimis aliis invenitur Scripturarum locis. Cf. *Is.* 49, 15; 46, 3; *Iob.* 10, 8-12; *Ps.* 22, 10; 71, 6; 139, 13. In Evangelio S. Lucae (1, 44) legimus: "ut facta est vox salutationis tuae in auribus meis, exsultavit in gaudio infans in utero meo".

6. *Didachè Apostolorum*, V, 2, ed. Funk, *Patres Apostolici*, I, 17; *Epistula Barnabae, XIX*, 5, eadem exprimit (Funk, *op. mem.*, I, 91-93).

7. Athenagoras, *Legatio pro christianis*, 35 (PG 6, 970; SC 3, pp. 166-167). Cf. etiam *Ep. ad Diognetum*, V, 6 (Funk, *op. mem.*, I, 399; SC 63) quae de christianis dicit: "liberos procreant, sed non abiciunt fetus".

8. Tertullianus, *Apologeticum* IX, 8: PL I, 314-320; *Corp. Christ.* I, p. 103, l. 31-36.

9. Can. 21 (Mansi, 14, col. 909). Cf. Conc. Eliberitanum, can. 63 (Mansi, 2, col. 16) et Ancyranum, can. 21 (*ibid.*, 519). Cf. etiam Gregorii III decretum de paenitentia iis imponenda qui tale crimen admisissent (Mansi, 12, p. 292, can. 17).

10. Decretum Gratiani, *Concordia discordantium canonum*, C. 2, can. 20, q. 5. Medii Aevi aetate vero ad Augustini auctoritatem appellabatur, qui in opere *De nuptiis et concupiscentiis*, c. 15 ita scribit: "Aliquando eo usque pervenit haec libidinosa crudelitas, vel libido crudelis, ut etiam sterilitatis venena procuret; et si nihil valuerit conceptus fetus aliquo modo intra viscera exstinguat ac fundat, volendo suam prolem prius interire quam vivere; aut si in utero iam vivebat, occidi antequam nasci" (PL 44, 423-424; CSEL 42, p. 230; cf. *Decretum Gratiani*, C. 32, q. 2, c. 7).

11. *In IV Sententiarum*, distinct. 31, textus expositio.

12. Constitutio *Effraenatam*, a. 1588 (*Bullarium Roman.*, V, 1, pp. 25-27; *Fontes Iuris Canonici*, I, n. 165, pp. 308-311.

13. Denz.-Schön. 2134 (1184). Cf. Pii IX Const. *Apostolicae Sedis* (*Acta Pii IX*, V, pp. 55-72; A.S.S. 5 (1869), pp. 287-312; *Fontes Iuris Canonici*, III, n. 552, pp. 24-31).

14. Litt. Encycl. *Casti Connubii* : A.A.S. 22 (1930), pp. 562-565; Denz.-Schön. 3719-21 (2242-2244).

15. Pii XII sententiae sunt certae, definitae, plures; eaedem argumentum esse possunt alicuius completae tractationis. Ex omnibus autem unam solummodo proferimus, quae in sermone legitur ad Sodalitatem Medicorum Italorum a S. Luca, die 12 mensis Nov. habito, a. 1944: "Finché un uomo non è colto tendente direttamente a distruggerla, sia che tale distrusia che si tratti di vita embrionale, o nel suo pieno sviluppo ovvero giunta ormai al suo termine" (*Discorsi e Radiomessaggi*, VI, p. 191).

16. Litt. Encycl. *Mater et Magistra*: A.A.S. 53 (1961), pag. 447.

17. Const. *Gaudium et spes*, II, c. 1, n. 51; cf. n. 27: A.A.S. 58 (1966), p. 1072; cf. p. 1407.

18. Alloc. *Salutiamo con paterna effusione*, die 9 Dec. habita, a. 1972 (A.A.S. 64, 1972, pp. 76-79). Inter huius indeclinabilis doctrinae documenta est praecipuo loco habenda S. Officii declaratio, qua abortus directus damnatur (Denz. 1890). A.S.S. 17 (1884), pp. 555-56; 22 (1888-90), p. 748; Denz.-Schön. 3258.

Is autem vitam degit cum suis similibus societate coniunctus, et quasi innutritur per mutuum personale commercium cum ipsis, in pernecessario sociali convictu. Respectu habito ad societatem atque ad alios homines, cuilibet humanae personae ius est sui possidendi, necnon possidendi suam vitam suaque diversa bona; idque stricta iustitia omnibus erga ipsum imponitur.

9. Attamen temporali vita, quae in hoc mundo ducitur, non omnia continentur, quae ad personam pertinent, quippe cui proprius sit altior vitae gradus, qui nequit fine terminari. Corporalis vita bonum quoddam fundamentale existimanda est, quod hisce in terris tamquam ceterorum omnium condicio habetur. At
737 praestantiora bona exstant, quorum causa licebit, / immo etiam necessarium esse poterit, eiusdem vitae iacturam facere. In personarum societate, commune bonum est finis, cui singulae personae servire debent cuique sua privata commoda subicient. Bonum tamen personae humanae finis ultimus haud est; sub hoc respectu, societatis prorsus est inservire personae, cum haec nonnisi in Deo destinatam sibi supremam metam consequi possit. Eadem nonnisi Deo ultime subicitur; ideoque numquam fas erit hominem pro mero instrumento haberi, quo quis libere uti possit ad celsiorem finem adipiscendum.

10. Circa mutua iura et officia personae atque societatis, ad moralem disciplinam spectat conscientias illuminare, ad ius vero definire atque ordinare quae sint officia praestanda. Iamvero, complura quidem iura sunt, quae humana societas tribuere per se nequit, utpote quae ei praecedant, quae tamen et tutari et efficacia reddere debet: huiusmodi sunt, maxima ex parte, ea quae hodie "iura hominis" appellantur, quaeque nostra haec aetas se plane declaravisse gloriatur.

11. Primum personae humanae est ius vivendi. Ei alia quidem sunt bona, quorum nonnulla sane pretiosiora sunt, at ius ad vitam fundamentum est atque condicio ceterorum, ac proinde magis quam cetera protegendum est. Ad societatem vel publicam auctoritatem, quaecumque est eius forma, nullo modo spectat illud ius aliis reservare, aliis autem auferre: quodlibet huius generis discrimen, tum nomine stirpis vel sexus, tum nomine coloris corporis vel religionis factum, semper iniquum est. Illud enim est ius non ex gratia aliena profluens, sed cuilibet gratiae antecedens, ac postulat proinde, ut agnoscatur; si denegatur, stricta iustitia violatur.

12. Si ratio discriminis innititur diversis vitae hominis aetatibus, non minus excusatione caret ac aliae quaelibet rationes. Ius ad vitam integre pertinet ad se-
738 nem vel maxime debilita/tum; ab eo qui insanabili aegritudine afficitur, non amittitur; legitimum est non minus puero recens nato, quam homini maturitatem habenti. Revera quaevis vita humana observanda est ex eo ipso tempore, quo generationis processus incipit. Simul atque ovum fecundatum est, iam inchoata est vita, quae neque patris neque matris est, verum novi viventis humani, qui propter se ipsum crescit. Is numquam humanus fiet, nisi iam tunc talis fuit.

13. Scientia genetica recentioris temporis praeclare confirmat has res, quae manifesto semper patuerunt, quaeque minime tangunt disputationes de certo animationis tempore[19]. Ipsa videlicet demonstravit iam a primo momento adesse fixam structuram seu programma geneticum huius viventis: hominem nempe, et quidem hunc hominem individuum, omnibus suis notis propriis praefinitisque iam ornatum. Ab ipsa fecundatione uniit mirificus cursus cuiusdam vitae humanae, cuius singulae potentes facultates tempus poscunt, ut recte ordinentur atque ad agendum praeparentur. Hoc saltem dici potest, scientiam aetatis nostrae, etiam perfectissimam, nullum efficax adiumentum suppeditare abortus fautoribus. Ceterum non pertinet ad scientias biologicas decretoriam sententiam ferre de quaestionibus proprie philosophicis et moralibus, cuius/modi est quaestio de momento quo 739
constituitur persona humana, vel de abortus legitimitate. Ex ratione vero morali hoc constat: etiamsi forte dubitetur sitne fructus conceptionis iam persona humana, obiective iam grave peccatum est se committere in periculum homicidii faciendi. "Homo est et qui est futurus"[20].

IV. *Respondetur nonnullis obiectationibus*

14. Lex igitur divina atque ipsa naturalis ratio excludunt quodlibet ius directe interficiendi hominem innocentem. Verumtamen si causae, quibus abortus defenditur, semper essent manifesto pravae vel futtiles, haec quaestio non tam vehementer agitaretur: quae contra inde gravissima fit, quod aliquibus in casibus, immo fortasse bene multis, abortus recusatio in discrimen adducit alia magni momenti bona, quae homines tutari solent quaeque nonnumquam etiam videri possunt aliis antecedere. Non agnoscere non possumus gravissimas has difficultates: exempli gratia, valetudo matris in periculum adduci potest, quod secum affert alius in familia infans, praesertim si iustis de causis existimatur ille futurus esse abnormis vel mansurus vitio aliquo invalidus; premere potest etiam certum quoddam pondus, quod obtinent in aliquibus regionibus quaestiones honoris et dedecoris, vel deminutio capitis et dignitatis, et ita porro. At prorsus est declarandum ex his rationibus nullam umquam obiective tribuere posse ius decernendi de alterius hominis vita, etiam in eius exordio; ad futuram autem infelicitatem infantis quod attinet, nemo, ne eius quidem pater aut mater, possunt se in eius substituere locum nec si in primo germinis seu embryonis statu versetur, ut ipsius nomine mortem praeponant vitae. Ille ipse infans cum ad maturam aetatem pervenerit, numquam ius habe-
bit / mortem sibi consciscendi; donec igitur sui iuris 740
non est, tanto minus parentes eligere valent pro eo mortem. Etenim vita bonum est nimis fundamentale, quam ut aequiperari et comparari possit cum incommodis etiam maximis[21].

15. Quantum motus ad feminas emancipandas eo praecipue spectat, ut ab omni iniquo discrimine eas expediat, tantum quidem plene probatur[22]. Hac autem in re multum profecto restat agendum in variis humani cultus provinciis. Attamen natura mutari ne-

haec moralis affirmatio nullo modo dependet, duabus his de causis: 1) quia, etiam si ponatur infusionem animae tardius supervenire, est nihilominus in fetu incipiens *humana* vita (de qua biologicae scientiae ope constat), quae et praeparart et exigit animam, per quam natura a parentibus accepta perficiatur; 2) quia si solum tamquam *probabilis* illa animae infusio, de qua dicimus (non enim de re contraria umquam constabit), iudicetur, vitam ei adimere idem est ac *periculo* se committere occidendi hominem, non tamquam in spe, sed omnino anima instructi.

19. Haec declaratio consulto quaestionem reliquam facit, quo temporis momento anima spiritualis infundatur. Qua de re ut traditio non est unanima, ita auctores inter se differunt. Nam cum alii affirment id primo vitae tempore fieri, aliis placet non hoc ante fieri, quam germen in sua sede steterit. Nimirum non est scientiae eas dirimere quaestiones, quia existentia animae immortalis ad eiusdem provinciam non pertinet. Agitur enim de quaestione philosophiae propria, a qua

20. Tertull. cf. not. 8.

21. Ioannes Card. Villot, Secretarius Status, haec scripsit de vita protegenda ad Iul. Card. Döpfner, die 10 Oct. a. 1973: "(Die Kirche) kann jedoch zur Behebung solcher Notsituationen weder empfängnisverhütende Mittel noch erst recht nicht die Abtreibung als sittlich erlaubt erkennen" (*L'Osservatore Romano*, ed. germ. 26-10-73, p. 3).

22. Litt. Encycl. *Pacem in terris*: A.A.S. 55 (1963), p. 267 sq.; Const. *Gaudium et spes*, n. 29: A.A.S. 58 (1966), p. 1049; Pauli VI Alloc. *Salutiamo*: A.A.S. 64 (1972), p. 779.

http://www.obrascatolicas.com

quit, nec femina, sicut nec vir quidem ipse, subduci possunt ab officiis, quae natura ab iis poscit. Cetera omnis libertas publice agnita semper tamquam finibus circumscribitur certis aliorum iuribus.

16. Idem dicendum est de vindicatione sexualis libertatis. Si intellegitur sub hac dictione acquisitus paulatim dominatus rationis verique amoris in appetitus naturae, cum tamen ipsa delectatio non spernatur sed in suo convenienti loco retineatur – et in hoc dominatu posita est sola vera libertas –, nihil ei obici potest; talis enim libertas a iustitia violanda semper cavebit. Verum, si quis contra putat virum et feminam "liberos" esse, quasi iis liceat voluptate sexuali frui usque ad satietatem, nulla habita ratione vel legis vel necessariae ordinationis vitae sexualis ad eius fecunditatis fructus[23], tunc eiusmodi cogitandi modus nihil christiani in se habet; immo ipso homine indi-
741 gnus est. Quidquid est, nullum tribuitur inde / ius de alterius vita decernendi, licet sit embryonalis, vel eam exstinguendi, causa adducta alicuius gravaminis.

17. Progredientes scientiae tribuunt rei technicae peritis, immo latiorem usque tribuent facultatem interventuum exquisitorum, quorum consectanea gravissima esse possunt in bonam malamve partem. Haec sunt per se admirabilia ingenii humani inventa. At technica ars iudicium doctrinae moralis fugere non potest, quoniam suapte natura eo spectat, ut homini deserviat, ac propterea eadem fines, quibus homo destinatur, servare debet. Sicut nemini licet vires atomicas adhibere ad quemlibet sine discrimine finem, ita nemo legitime potest vitam humanam in quamlibet partem flectere vel usurpare; omnis artis technicae usus nonnisi in hominis ministerium fieri potest, ut scilicet melius explicentur naturales eius potentiae, ut morbi praecaveantur vel depellantur, ut hominis progressio plenius foveatur. Etsi constat perfectiorem technicam artem reddere usque faciliorem abortum primo graviditatis tempore, nihilominus morale de eo iudicium nequaquam inde mutatur.

18. Plane novimus quam gravis sit quibusdam familiis ac Nationibus quaestio de temperando natorum numero: hanc ob causam novissimum Oecumenicum Concilium et deinde Litterae Encyclicae *Humanae vitae*, die XXV mensis Iulii anno MCMLXVIII editae, de "paternitate responsabili" dixerunt[24]. Quemadmodum ergo docuerunt Constitutio Conciliaris *Gaudium et spes*, et Litterae Encyclicae *Populorum progressio* aliaque documenta pontificia, rursus nunc firmiter asseverare est propositum, numquam ac nullam ob causam abortum adhiberi posse neque a familia,
742 neque ab auctoritate politica tamquam / instrumentum legitimum ad numerum natorum temperandum[25]. Iniuria enim et offensa, quae principiis moralibus infertur, semper bono communi importat gravius damnum, quam ullum prorsus incommodum oeconomici vel demographici generis.

23. Const. *Gaudium et spes*, II, c. I, 48: A.A.S. 58 (1966), p. 1068: *Indole autem sua naturali, ipsum institutum matrimonii amorque coniugalis ad procreationem et educationem prolis ordinantur, iisque veluti suo fastigio coronantur.* Item n. 50: *ibid.*, p. 1070: *Matrimonium et amor coniugalis indole sua ad prolem procreandam et educandam ordinantur.*

24. Const. *Gaudium et spes*, nn. 50 et 51: A.A.S. 58 (1966), pp. 1070-1073. Pauli VI Litt. Encycl. *Humanae vitae*, n. 10: A.A.S. 60 (1968), p. 487. Responsabilis paternitas in quaestione de natorum numero ordinando usum tantummodo subsidiorum licitorum supponit (cf. *Humanae vitae*, n. 14: *ibid.*, p. 490).

25. Const. *Gaudium et spes*, n. 87: A.A.S. 58 (1966), pp. 1110-1111. Cf. Pauli VI Litt. Encycl. *Populorum progressio*, n. 31: A.A.S. 59 (1967), p. 272. Alloc. *Ad Unitarum Nationum Consociationem*: A.A.S. 57 (1965), p. 883; Ioannis XXIII Litt. Encycl. *Mater et Magistra*: A.A.S. 53 (1961), pp. 445-448.

V. *Vita moralis et lex civilis*

19. Disputatio de abortus honestate fere ubique coniunctas habet disceptationes ad iuris provinciam spectantes. Nulla sane Natio est, in qua non prohibeatur et puniatur homicidium; in pluribus praeterea eadem illa prohibitio et poenae complectuntur peculiarem casum abortus procurati. Nostris vero diebus latus opinionis publicae motus exposcit, ut huiusmodi prohibitio mitigetur. Iam animadvertitur valde diffusa animorum propensio eo spectans, ut quaecumque leges coercentes quam maxime restringantur, praesertim quoties privatam vitam pervadere videntur. Suscipitur etiam argumentum ex "pluralismo": si cives multi, ac peculiari modo Catholicae Ecclesiae filii, abortum damnant, alii contra multi eum probant, saltem uti minus malum; cur ergo hi cogi debent, ut opinionem sequantur quam non accipiunt, et nominatim in Natione ubi maiorem constituunt partem? Ex altera autem parte, ubi leges quae abortum vetant adhuc vigent, difficulter applicantur: nam crimen ipsum crebrius et multo frequentius factum est, quam ut semper puniatur, ac proinde publicae auctoritates prudentius esse existimant in eis flagitiis conivere. At si lex quae non applicatur ac tamen conservatur, fieri non potest quin detrimentum aliquando afferat ipsi auctoritati ceterarum legum. Atque illud etiam addendum est abortum clandestinum ipsas familias, quae ad eum confugiunt, maioribus obicere periculis non tantum earum futurae fecun/ditatis, verum saepe ipsius 743
vitae. Etiamsi ipsi abortum tamquam malum considerare pergant, nonne legum latores decernere possunt, ut eius damna minuantur?

20. Hae rationes, et aliae etiam quae hinc illinc afferuntur, non valent ad libertatem abortus lege decernendam. Negari quidem non potest legem civilem non posse omnem provinciam morum continere neque omnia punire mala; nemo hoc ab ea poscit. Saepe tolerare debet id quod tandem aliquando minus malum est, ut maius vitetur. Cavere tamen necesse est id quod accidere possit, si leges mutentur: multi, enim, licentiam agendi putant, eam quae, fortasse, nihil aliud est nisi puniendi recusatio. In hoc autem abortus casu, ipsa recusatio puniendi significare saltem videtur legis latorem non amplius existimare abortum crimen aliquod esse contra vitam humanam, cum homicidium semper graviter punire pergat. Verum etiam est legem ipsam non debere inter varias opiniones decernere, neque aliam plus praecipere quam aliam. Nihilominus vita infantis praeferenda est omni opinioni; neque appellari potest libertas cogitandi, ut eidem vita auferatur.

21. Munus legis non est tantummodo denotare et describere id quod iam agitur, sed adiuvare ut id melius agatur. Utcumque res sese habet, officium Civitatis est tutari uniuscuiusque iura ac debiliores protegere. Qua de causa oportebit eam multa errata corrigere. Non necesse est lex omnia puniat, sed non potest adversari legi illi altissimae et sanctissimae omnium legum humanarum, videlicet legi naturali, in ipso homine ab eius Conditore inscriptae tamquam normae, quam ratio recludit beneque exprimere contendit, et quam iugiter opus est melius intellegere, sed cui semper malum est contradicere. Lex humana nonnumquam omittere potest poenam, at reddere non valet honestum et probum id quod ius naturale / transgre- 744
ditur, quia haec ipsa contradictio per se sufficit, ut aliqua lex iam cesset lex esse.

22. Quidquid leges civiles hac in re statuunt, explo-ratissimum esse debet hominem numquam parere posse legi intrinsece inhonestae; et hoc accidit, si lex feratur quae principium liceitatis abortus recipiat. Is praeterea non potest esse particeps alicuius motus publicae opinionis, qui eiusmodi legi faveat, neque potest latis suffragiis sustinere. Ne poterit quidem suas conferre partes ad talem applicandam legem. Exempli gratia, patiendum non est, ut medici et nosocomi in necessitatem adducantur proxime cooperandi in abortu faciendo, ac proinde alteram utram eligendi partem, legem scilicet Dei aut vitae professionis condicionem.

23. Ex contrario, legis humanae est societatis renovationem promovere ac tales vitae inducere condiciones in omnibus civium ordinibus – iis in primis qui minus prospera fortuna utuntur – ut semper et ubique omnis infans, in hunc mundum enatus, modo hominibus digno suscipiatur. Subsidia familiis et matribus non nuptis, auxilia infantibus destinata, leges pro infantibus naturalibus atque institutum adoptionis sapienter ordinatum: hae omnes rationes solidae et frugiferae provehendae sunt, ut pro abortu praesto sit semper altera optio et electio tam vere possibilis, quam honorabilis.

VI. *Conclusio*

24. Haud semper facile est in divina lege observanda sequi conscientiam, quippe quae incommoda imponat et onera, quorum minime est parvipendenda gravitas, heroicamque requirat quandoque virtutem, ut huiusmodi moralibus postulationibus pareatur. Attamen necessarium est plane declarare constant m huiusmodi verae rectaeque conscientiae fidelitatem viam esse ad verum humanae personae profectum, ac
745 prae/terea eos omnes, ad quos res pertineat, cohortari ut tot hominibus et mulieribus leviora reddant onera, tot succurrant familiis et pueris, qui in difficillimis ac paene perditis vitae condicionibus versantur.

25. Nequit sane apud christianos homines de quavis re existimatio terrenis huius vitae limitibus contineri, cum ipsi probe sciant in praesenti hac vita alteram sibi parari, cuius tantum est momentum, ut ad eius normam omnia ponderari debeant[26]. Secundum hanc normam nulla est hac in terrestri vita infelicitas, quae absoluta habenda sit, ne acerbissimus quidem dolor, qui gignitur e necessitate filium mentis vel corporis vitio affectum alendi. Hic agitur de mutata illa rerum aestimatione, quam Christus Dominus nuntiavit: "Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur" (*Mt.* 5, 5). Ab Evangelio igitur recedit, qui e dolorum aerumnarumque privatione felicitatem hoc in mundo metiri velit.

26. Hoc tamen haud significat fas esse nihil omnino hos dolores et aerumnas curare. Ex contrario, quivis cordatus homo, ac profecto quivis christianus promptus esse debet ad hisce malis remedia pro viribus adhibenda. Id nempe requirit praeceptum caritatis, cuius cura ad iustitiam stabiliendam primum pertineat oportet. Numquam sane est abortus probandus, at in primis eiusdem removendae sunt causae. Haec omnia quandam, ut dicitur, politicam actionem requirunt, ac peculiaris provincia haec erit, quae ad leges
746 spectabit. At / simul boni mores fovendi sunt, atque actuosa opera danda est ut familiis, matribus et filiis quovis modo subveniatur. Magnas quidem progressiones in humanae vitae bonum medicinalis scientia iam consecuta est; et ampliores etiam licet exspectare, secundum proprium medicorum munus, quorum est vitam sustentare et fovere quam maxime, nequaquam autem eam exstinguere. Optandum pariter est, ut per idonea instituta aut, iis deficientibus, per christianae magnanimitatis et caritatis ardorem omnes assistendi formae magis in dies promoveantur.

27. Moribus tutandis efficax opera dari nequit, nisi etiam in doctrinae campo contendatur. Permittendum enim non est, ut illa cogitandi ratio vel potius etiam ille animi affectus, quo fecunditas malum putatur, diffundatur, neque ei obsistatur. Verum quidem est non omnes civilis cultus formas familiis, numerosa prole fecundis, pari modo favere, hasque maioribus angustiis praepediri, ubi quaestuosae industriae vel urbanae vitae ratio invalescunt. Quo factum est, ut Ecclesia iterum iterumque recentioribus hisce temporibus egerit de "paternitate responsabili", tamquam de verae prudentiae exercitio, humanae et christianae. Quae prudentia autem germana esse nequit, nisi magnanimitatem complectatur; praeterea stabiliter coniunctam habere debet conscientiam magni illius muneris cooperandi cum Creatore in vita tradenda, quae et novis membris humanam consortionem ditat et novos filios largitur Ecclesiae. Praecipua cura ac sollicitudo Ecclesiae Christi est, ut vita protegatur eique faveatur. Sine dubio ipsa in primis ad eam vitam spectat, quam Christus in terris attulit: "Veni ut vitam habeant et abundantius habeant" (*Io.* 10, 10). Omnia vero vitae genera a Deo proveniunt, et ad homines quod ttinet, corporalis vita habenda est necessarium initium. In terrestri hac vita peccatum invexit, multiplicavit et graviora usque reddidit dolorem et mortem; Iesus autem haec onera / in se assumens, ea 747
transmutavit; credentibus in eum dolores atque ipsa mors resurrectionis instrumenta fiunt. Quare S. Paulus asserere iure potuit: "Existimo enim quod non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis" (*Rom.* 8, 18). Ac volentibus comparationem instituere, cum eo addere licebit: "Quod in praesenti est momentaneum et leve tribulationis nostrae supra modum in sublimitate aeternum gloriae pondus operatur in nobis" (*2 Cor.* 4, 17).

Declarationem hanc de abortu procurato Summus Pontifex Paulus div. Prov. PP. VI, in Audientia concessa infrascripto Secretario Sacrae Congregationis pro Doctrina Fidei, die XXVIII mensis Iunii anno MCMLXXIV, ratam habuit, confirmavit atque evulgari iussit.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis pro Doctrina Fidei, die XVIII mensis Novembris, in Dedicatione Basilicarum SS. Petri et Pauli Apostolorum, anno MCMLXXIV. - Franciscus Card. SEPER, *Praefectus.* Hieronymus Hamer, Archiepiscopus tit. Lorensis, *a Secretis.*

Adn. R. P. CORVEZ in **Esprit et vie** 83 (1973) 97-101; Ph. DELHAYE in **Esprit et vie** 85 (1975) 310-318; J. HAMER in **Doc. Cath.** 72 (1975) 45; B. HONINGS in **Apoll** 48 (1975) 246-278, **Doc. Cath.** 71 (1974) 1074-1077.

4333

1974 NOV 22.-SC pro CULTU DIV., DECRETUM. PART.* Editio typica altera Gradualis simplicis novaque eiusdem ordinatio cantuum promulgatur

I - DECRETUM DE EDITIONE TYPICA ALTERA GRADUALIS SIMPLICIS

Cantus faciliores ad Ordinem et ad Proprium Missae spectantes publici iuris facti sunt *Kyriale simplici*, anno 1965, et *Graduali simplici*, anno 1967, ad obtemperanda praecepta Constitutionis de sacra Liturgia Concilii Vaticani II de paran-

26. Ioannes Card. Villot, Secretarius Status, Conventui Medicorum catholicorum ex omnibus nationibus, qui die 26 Maii, a. 1974, Barcinone conclusus est, haec scripsit: "Por lo que a la vida humana se refiere, esta no es ciertamente unívoca, más bien, se podría decir que es un haz de vidas. No se puede reducir, sin mutilarlas gravemente, las zonas de su ser, que, en su estrecha dependencia e interacción, están ordenadas las unas a las otras: zona corporal, zona afectiva, zona mental y ese transfondo del alma donde la vida divina, recibida por la gracia, puede desplegarse mediante los dones del Espíritu Santo" (*L'Osservatore Romano*, 29-V-1974).

http://www.obrascatolicas.com

da editione simpliciores gregorianos modos continente in usum minorum ecclesiarum (*n.* 117).

Interim, post instaurationem Calendarii Romani generalis, libri Psalmorum secundam Novam Vulgatam et librorum liturgicorum pro celebratione Missae, nova ordinatio cantuum Gradualis Romani facta est *Ordine Cantus Missae*, anno 1972. Iuxta quam etiam emendanda et complenda erant *Graduale simplex* et *Kyriale simplex*, quae nunc in unum volumen eduntur.

Hanc ergo novam editionem Gradualis simplicis, a Summo Pontifice Paulo VI approbatam, Sacra Congregatio pro Cultu Divino nunc emittit et typicam eam declarat ut adhiberi possit in sacris celebrationibus iuxta normas in ipso Graduali simplici traditas.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Sacrae Congregationis pro Cultu Divino, die 22 novembris 1974, in memoria Sanctae Caeciliae. - Iacobus Robertus Card. KNOX, *Praefectus.* A. Bugnini, Archiep. tit. Diocletianen., *a Secretis.*

II - NOVA ORDINATIO CANTUUM GRADUALIS

Praenotanda

I. De natura huius editionis

1. Cantum sacrum et actuosam fidelium participationem in sacris celebrationibus in cantu peractis fovere cupiens, Sacrosanctum Oecumenicum Concilium Vaticanum II, in Constitutione de sacra Liturgia edixit ut, praeter typicam gregorianarum melodiarum editionem complendam, pararetur "editio simpliciores modos continens, in usum minorum ecclesiarum" (n. 117). Cui voto Concilii Patrum obtemperans, a viris peritis haec editio apparata est pro cantibus ad Ordinarium et ad Proprium Missae statutis, atque iis ecclesiis destinata est, quibus difficile evadat ornatiores Gradualis Romani melodias recte interpretari.

2. Graduale Romanum summo honori Ecclesiae sit ob miros artis pietatisque sensus, quibus abunde praeditum est, et suum integrum valorem servet. Ideo optandum est ut, iuxta novam eiusdem ordinationem in *Ordo Cantus Missae* (Typis Polyglottis Vaticanis 1972), iis in ecclesiis congrue adhibeatur, quae schola cantorum necessaria institutione technica praedita fruuntur, ut ornatiores modos debite assumere valeant.

Immo commendatur ut etiam in minoribus ecclesiis, quae Graduale simplex adhibent, aliquae partes, praesertim vero quae faciliores aut magis in usu apud populum tradito more habentur, e Graduali Romano retineantur.

3. Utriusque ergo libri thesaurus non necessario separatim est adhibendus; immo aliqua permixtio formarum ex utroque fonte depromptarum in maiorem et iucundam varietatem cedere potest.

4. Sapienti proinde consilio si adhibeatur, Graduale simplex thesaurum musicum gregorianarum melodiarum nedum pauperiorem reddat, ipsum ditiorem efficit. Et primo quidem ad textuum selectionem quod attinet, cum alios in usum liturgicum inducat, qui usque adhuc in Missali Romano non habentur; secundo etiam ad melodias quod spectat, cum aliae non paucae e thesauro authentico fontium gregorianorum accipiantur et proponantur; tertio vero sub respectu quoque pastorali, eo quod facultatem praebeat celebrationes in cantu peragendi etiam in minoribus coetibus.

II. De criteriis adhibitis

5. Ut eucharistica celebratio forma nobiliore, idest in cantu, ubique peragi posset, atque in ea fidelium participatio obtineri, necesse omnino erat ut melodiae simplices haberentur.

6. Quae tamen simplices melodiae ex ornatioribus, in Graduali Romano exstantibus, derivari non poterant, cum ex iis notas aliquas aut melismata auferre nullo modo liceret; neque operi consentaneum visum est neo-gregorianas melodias pro textibus Missalis Romani ex novo conficere.

7. Proinde melodiae authenticae, quae fini proposito responderent, exquisitae sunt e thesauro cantus gregoriani, tum e typicis editionibus iam exstantibus, tum e manuscriptis fontibus sive Ritus Romani sive aliorum rituum latinorum.

8. Sed ex hac nova melodiarum selectione factum est ut textuum quoque nova series oriretur: nam rarissime melodia simplex inventa est cum iisdem verbis in Missali exstantibus connexa. Quoties ergo huiusmodi congruentia haberi non potuit, partes selectae sunt, quae verba praeberent textui Missalis Romani similia aut saltem, quoad sensum, propinqua. Saepius tamen textus antiphonae, e psalmo depromptae, quae melodia simplici caret et ideo tamquam antiphona proponi non potuit, in ipso psalmo, post antiphonam decantando, tamquam versus occurrit.

9. Cum igitur hi novi textus solummodo ex musicalibus rationibus selecti sint, iis sine notis musicis ullo modo uti liceat.

III. De cantibus Kyrialis simplicis

10. Partes ita disponuntur, ut quinque schemata simplicia

Ordinarii Missae efficiant, quae tamen nullam ex se relationem habent cum gradu festivitatis dierum liturgicorum. Ex his primum peculiari modo desiderio Concilii respondet: "Provideatur ut christifideles etiam lingua latina partes Ordinarii Missae quae ad ipsos spectant possint simul dicere vel cantare" (*Const.* n. 54). Attamen singulae partes numeris progredientibus distinguuntur, quo facilius evadat, si placet, Ordinarium Missae, partibus ex diversis schematibus selectis, componere.

11. In fine hymni *Glória in excélsis*, e ritu ambrosiano derivati, ponitur *Amen* simplicius, quod tamen a germana antiquiore traditione haud discrepat.

12. Nihil prohibet quominus populus non totum *Agnus Dei* decantet, sed tantum respondeat per verba *miserére nobis* et *dona nobis pacem.*

IV. De forma cantuum Missae

13. Pro cantibus ad introitum, ad offertorium et ad communionem forma adhibeatur, quae constat antiphona post psalmi versus resumenda.

14. Pro cantibus inter lectiones occurrentibus invenitur, iuxta diversa anni tempora: *a*) psalmus responsorius, cum responso psalmodico aut alleluiatico; *b*) psalmus absque responso qui, tradito nomine, *tractus* appellatur; *c*) Alleluia cum aliquibus versiculis psalmi tempore quo canitur *Allelúia*, vel alia acclamatio non alleluiatica ad Evangelium pro tempore Quadragesimae.

V. De structura schematum Missarum

15. In Proprio de Tempore, praeter in Quadragesima, non singulae dominicae proprios cantus habent, sed pro singulis temporibus liturgicis unum vel plura praebentur schemata cum facultate ea per dominicas eiusdem temporis assumendi.

Singulae tamen celebrationes Domini proprios cantus habent.

16. In Proprio Sanctorum, cantus Missae inveniuntur proprii pro celebrationibus, quae dominicae occurrenti praevalent.

17. Communia Sanctorum eodem modo ordinantur ac Communia Missalis Romani, ea tamen lege ut pro singulis Sanctorum ordinibus unum tantum praebeatur schema, cum pluribus tamen cantibus pro singulis Missae partibus, ita ut liceat unum vel alterum ex ipsis seligere qui Sancto melius congruat.

VI. De personis quae ad cantus Gradualis simplicis exsequendos requiruntur

18. Attento principio in Constitutione de sacra Liturgia proposito, ut quisque, sive minister sive fidelis, munere suo fungens, solum et totum id agat, quod ad ipsum ex rei natura et normis liturgicis pertinet" (n. 28), ex structura cantuum Gradualis simplicis: *a*) *Cantor* antiphonas inchoat, atque versus psalmorum proponit, populo respondente. Psalmus potest etiam a schola cani. *b*) *Coetus fidelium* antiphonas, et responsoria ad psalmos inter lectiones occurrentes, cantare debet. Pars fidelium aliquando etiam scholae tribui poterit; convenit tamen ut saltem responsoria ad psalmos inter lectiones occurrentes, attenta eorum natura eorumque facilitate ad cantum, ab universo coetu proferantur.

VII. De usu Gradualis simplicis

19. Ad introitum, offertorium et communionem canitur antiphona cum uno vel pluribus versibus psalmi pro opportunitate.

Antiphona resumitur post versus psalmi; versiculi tamen libere seligi possunt, etiam aliquibus ex iis, qui proponuntur, omissis, ita, tamen, ut locutio integra habeatur. Ad introitum et ad communionem in fine cantari potest *Glória Patri* et *Sicut erat*, ex duobus unico versu effecto, prout in tonis communibus notatur.

In canendo psalmo, duo serventur elementa particularia toni psalmodici, nempe: initium, quo finis antiphonae connectitur cum tenore psalmi; et terminatio, qua finis toni psalmi connectitur cum initio antiphonae.

20. Cantus inter lectiones hac ratione ordinantur:

Quando fiunt duae lectiones ante evangelium, cantus sic ordinatur:

1) Extra Quadragesimam et tempus paschale, post primam lectionem cantatur psalmus responsorius; post alteram: vel psalmus alleluiaticus, vel antiphona *Allelúia* cum versibus suis.

2) In Quagragesima, post primam lectionem: psalmus responsorius prior; post alteram: vel psalmus responsorius alter, vel antiphona acclamationis, vel tractus.

3) Tempore paschali, post primam lectionem: psalmus alleluiaticus prior vel alter; post alteram: vel alter, vel antiphona *Allelúia* cum versibus suis.

Quoties una tantum fit lectio ante evangelium, sumitur unus tantum e congruis cantibus ad libitum eligendus.

E psalmo autem quinque saltem versus, ad libitum, si plures proponuntur, seligendi, semper canuntur.

21. Quando plura pro eodem tempore exhibentur schemata, unum vel alterum ad libitum, prout magis opportunum vi-

sum fuerit, eligi potest. Immo possunt etiam aliae partes ex uno assumi, aliae ex altero.

Ad communionem cantari potest semper psalmus 33 *Benedícam Dóminum*, cum Resp. *Allelúia* vel *Gustáte*. Immo possunt etiam catari ad libitum alii cantus apti, ut notatur in fine voluminis, p. 462.

* Prot. N. 2300/74: Notit. 11 (1975) 292-296. Adn. C. BRAGA in EL 90 (1976) 504.

4334

1974 NOV 23.-SIGNATURA APOST., SENTENTIA. PART.*

Nullitas matrimonii inter schismaticos armenos contracti declaratur ob defectum formae seu ritus sacri-

CLEVELANDEN.

FACTI SPECIES

1. Die 30 mensis iulii a. 1966 domina S. M., sectae methodistae, matrimonium contraxit cum domino R. B., baptizato in Ecclesia Armena separata. Nuptiae celebratae sunt coram ministro methodista, sine interventu sacerdotis Ecclesiae viri, vel alterius Ecclesiae orientalis non-catholicae.

Matrimonium infaustum habuit exitum, ita ut, post circiter sex annos partes ab auctoritate civili divortium die 12 mensis maii a. 1972 obtinuerint.

Anno subsequenti praefata domina S. M., ut nubere posset viro catholico, declarationem nullitatis praecedentis matrimonii petivit a Tribunali Clevelandensi, in cuius iurisdictione ipsa domicilium habebat. Officialis praedicti Tribunalis Ecclesiastici die 22 martii a. 1973, allegans carentiam iurisprudentiae pertinentis ad casum, acta trasmisit ad hoc Supremum Tribunal ut, sicut accidit, quattuor abhinc annis, pro casu duorum coniugum orthodoxorum ritus bizantini-romeni, hunc quoque definiret.

2. Die 31 iulii a. 1973 Summus Pontifex facultatem concessit ut causa definiretur in prima et unica instantia a Signatura Plenaria.

Instructione peracta, praehabitis votis praeclarissimorum virorum in iure canonico orientali peculiariter versatorum, interveniente Ill.mo Prof. Thoma Mauro, tamquam actricis advocato ex officio, nec non Rev.mo P. Villelmo O'Connell, Defensore vinculi Nostri Sacri Tribunalis, sequens concordatum est dubium: *An constet de nullitate matrimonii ex defectu formae, in casu".*

IN IURE

3. In Signatura Plenaria diei 28 novembris a. 1970, proposito dubio de nullitate matrimonii inter duos orthodoxos ritus byzantini-romeni, initi tantummodo coram magistratu civili, Patres responderunt: "*Affirmative, seu constare de nullitate matrimonii ob defectum formae, seu ritus sacri, in casu*".

Decisio haec, quam Summus Pontifex publici iuris fieri concessit in audientia diei 28 decembris 1970, schismaticos dumtaxat respiciebat ritus byzantini.

4. Quaestio autem nunc dirimenda, schismaticos armenos afficiens, omnino similis est praecedenti: utrum nempe valida sint matrimonia ab armenis schismaticis contracta absque sacerdote adstante et benedicente.

Synodus Armenorum a. 1911, a S. C. de Propaganda Fide decreto diei 14 septembris a. 1913 recognita, sub nn. 575-576 habet: " ... apud nos, iam a saeculis invaluit, ut valida habeantur et sint matrimonia quae coram sacerdote, non necessario parocho, contrahuntur; quare coniugium sine praesentia sacerdotis initum nullum est et irritum" (cfr. *Acta et Decreta Concilii nationalis Armenorum,* Romae habiti anno 1911, Romae 1914).

Cum haec Synodus a Sede Apostolica agnita fuerit, matrimonium duorum Armenorum catholicorum, vel mixtum, quod initur nullo interveniente sacerdote, invalidum est (cfr. A. Coussa, *Epitome praelectionum de iure ecclesiastico orientali*, Vol. III, *De matrimonio*, a. 1950, n. 192).

5. Quaeritur tamen utrum sacerdotis praesentia requiratur pro validitate matrimonii Armenorum dissidentium.

Ut ipsa Synodus mox citata innuit, mos exigendi ut matrimonium celebretur coram sacerdote in Ecclesia armena "iam a saeculis invaluit": etenim asseritur hanc consuetudinem a Collectione Canonum Apostolorum inductam fuisse.

Collectio Canonum Apostolorum, qui Primi dicuntur, est collectio spuria, a Syris confecta, constans 27 canonibus. Collectio haec a Nerses Magno (362-373) in Concilio *Ashrismat* (c. a. 365) pro Ecclesia armena recepta est (cfr. B. Talantinian, *De contractu matrimonii iuxta Armenos,* Hierosolymis 1947, p. 89). His 27 canonibus, vel ab ipso Nerses Magno vel ab eius discipulis, alii sex canones additi sunt, inter quos can. 33, qui ait: "Constituerunt Apostoli firmiterque statuerunt ut sicut Deus in principio hominem in matrimonio coniunxisset et alterum alterius adiutorem fecisset eisque benedixisset, ita statutum confirmatumque esset apostolico praecepto ut sancte et secundum leges per dexteram sacerdotis manum eiusque benedictione homo in matrimonium coniungeretur" (H. Ghedighian, *Canones Apostolici*, in "Fonti della Codificazione canonica orientale", serie II, fascicolo XXI, pp. 26-27).

Merito adnotat Talentinian: "Canon 33 non dicit quomodo benedictio sacerdotalis sit requisita, sc. utrum ad validitatem an ad liceitatem. Ex contextu canonis non potest erui, matrimonium sine benedictione initum invalidum esse. Nihilominus praecise de hoc Armeni persuasi fuerunt, idque citissime: nam aliud matrimonium non agnoscunt validum, nisi illud a presbytero benedictum. Hoc patet iam inde a Concilio *Shahapivan*" (*o. c.* pp. 90-91).

Can. 33 vel ab ipso Nerse M. vel paulo post additum fuisse eruitur etiam e Concilio *Shahapivan* (a. 444) cuius can. 13 non differt a relato can. 33 et in cann. 3 et 7 testatur de usu benedictionis (cfr. A. Mai, *Scriptorum veterum nova Collectio*, t. X, P. II, pp. 293-294). Circa praescripta huius Concilii animadvertit Talantinian: "Quod in can. 4 vocatum matrimonium benedictum, in can. 5 appellatur matrimonium legitimum seu genuinum seu verum. Nullus copulam perficere potest ante matrimonium, i. e. ante benedictionem sacerdotalem; quia secus sperneret Ecclesiam et coronam benedictam, quae est matrimonium legitimum; ista copula est simpliciter fornicatio" (*o. c.* p. 91).

Haec disciplina confirmata fuit cum Catholicos Johannes III Ozniensis a. 719 Synodum convocavit in *Dvin*. Can. 15 huius Synodi, postquam de ritu locutus est a sacerdote peragendo in celebrando matrimonio, decernit: "Si quis autem ita non egerit: sed utcumque fuerit, sua pervicacia atque socordia matrimonii legem ac ritum contempserit, sacerdos a sua dignitate deponatur, coronatos vero oportet iterum christianorum legem coronare" (cfr. J. B. Aucher, *Domini Johannis Philosophi Ozniensis Armenorum Catholici opera* (textus armenus et latinus) Venetiis 1834, p. 63).

Quae postrema verba significant matrimonium, nisi adsit sacerdos benedicens, nullum esse, etsi sponsis corona alio modo tradita sit.

In can. 16 eadem Synodus statuit: "Ad secundas nuptias accedentes item oportet iuxta priorem modum ... et per Ecclesiae ac sacerdotum benedictionem accipere legitimi coniugii signaculum. Si qui vero ita non fecerint ... hi dividantur ac subiiciantur canonibus statutisque contra moechantes disciplinis" (cfr. J. Aucher, *o. c.* p. 64). Saec. XI Catholicos Narsetes Glajensis ait: "coronam imponere" idem esse ac "matrimonium celebrare" (cfr. J. Cappelletti, *Sancti Narsetis Clajensis Armenorum Catholici Opera*, Venetiis 1833, p. 151; *Fonti* – Codificazione canonica Orientale, fasc. VII, Disciplina Armena (saec. IV-XVII) p. 388).

"Liber iudiciorum" a *Simbat* (1208-1276) Armenorum regis fratre et exercitus duce confectus, ait e. gr. mulierem non baptizatam in uxorem duci posse, at, si coronata fuit veluti christiana, matrimonium est validum, tamquam pro qualibet christiana" (A. G. Galatian, *Erivan.* 1958).

6. Praxis Armenorum exigendi ritum sacrum, praesente sacerdote, ad hoc ut matrimonium valeat, incipit proinde dum Ecclesia Armena adhuc catholica erat, nam postea schismati adhaesit, Concilium Chalcedonense reiciens, in Synodis *Valarsapat* (a. 491) et *Dvin* (a. 506) et clarius in Synodo *Dvin* (a. 645). Ut eruitur e "Libro iudiciorum", quem citavimus, eadem disciplina servabatur tempore unionis restauratae cum Ecclesia catholica (ab a. 1198 ad a. 1375).

Plene ergo veritati conforme est assertum Synodi Armenorum a. 1911 quam citavimus, id est apud Armenos talis disciplina "iam a saeculis invaluit" (cfr. etiam Synodus Chalcedonensis Armenorum a. 1890, a S. Sede non approbata - A. Coussa, *o. c.*, p. 224, nota 913). Si quis dubitaret utrum haec praxis esset mera consuetudo facti, non autem consuetudo iuris, eadem repetenda essent quae scripsimus de validitate matrimonii inter partem orthodoxam et partem protestantem baptizatam (cfr. "Apollinaris" XVI (1973), pp. 261-265). At dubium in praesenti casu censemus proponi non posse, quia di-

http://www.obrascatolicas.com

sciplina de qua agitur non a communitate schismatica inducta fuit, sed ab Ecclesia armena dum adhuc catholica erat; etiamsi vero haec consuetudo vim legis obligantis etiam pro schismaticis non fuisset antea consecuta, certo consuetudo iuris evasit tempore unionis, quod Media Aetate fere per duo saecula duravit. Haec conclusio plene concordat cum Concilio Vaticano II edicente: "Sacra Synodus, ad omne dubium tollendum, declarat Ecclesias Orientis memores necessariae unitatis totius Ecclesiae, facultatem habere se secundum proprias disciplinas regendi" (Decretum *Unitatis Redintegratio*, n. 16).

7. Huic conclusioni nunnullae et satis graves obiiciuntur difficultates, valde similes illis quas superavimus in decisione diei 28 novembris a. 1970; sed hic forte leviores, quia non agitur in casu nostro de lege civili – i. e. de *Novella 89* Leonis Philosophi – recepta seu canonizata ab Ecclesia, sed de praxi, ut vidimus, Synodis Ecclesiae Armenae innixa et usu ipsius Ecclesiae comprobata.

Censent nihilominus quidam hanc consuetudinem vi obligandi destitutam esse, sive quia in errore fundatam populi, qui falso putat praesentiam et benedictionem sacerdotis ad validitatem requiri; sive quia talis consuetudo constans non est, neque toti nationi armenae communis, neque Synodis armenis suffulta, neque ab Apostolica Sede approbata. "Il loro errore di non potersi contrarre validamente il matrimonio avanti il giudice turco, non può renderlo nullo; imperocché non concerne, né appartiene alla sostanza del matrimonio e non toglie la precedente volontà di che volea celebrarlo, ma cade solamente sulla forma e solennità e così non può renderlo invalido, giacché sia nel matrimonio, come negli altri contratti, quando lo errore è concomitante, e non influisce sull'essenza della cosa che si vuole, ma sulle sue qualità accidentali, rimane il contratto valido. E neppure osta alla validità di tali matrimonii, l'opinione invalsa presso la nazione armena, che non possa un matrimonio contrarsi avanti il ministro turco, ma faccia di mestieri celebrarlo avanti la Chiesa, e con la benedizione sacerdotale. Questa opinione non è costante, non è né tampoco comune presso tutta la nazione, e gli ecclesiastici che hanno studiato teologia, sanno pensare diversamente, come l'afferma lo stesso Vicario Mishirli nella sua risposta. Inoltre non è questa opinione corredata da verun canone sinodale armeno, non è approvata dalla Sede Apostolica, ma piuttosto deriva dal fatto che non si distingue il matrimonio invalido dall'illecito" (*Collectanea Sacrae Congregationis de Propaganda Fide*, Instructio diei 1 octobris a. 1785, vol. II, 1907, n. 580, pp. 365-366).

Respondetur consuetudinem de qua agimus non in errore fundari, sed in natura sacra matrimonii, ad quam tutandam Ecclesiae Armenae Synodi et Libri liturgici (cfr. B. Talantinian, *o. c.*, p. 116 ss.; A. Raes, *Introductio in Liturgiam orientalem*, Romae, p. 162 ss.) sacrum ritum ad validitatem imposuerunt. Talis consuetudo fuit (et adhuc est, ut videbimus) communis Ecclesiae Armenae, prout constat ex absentia cuiuscumque contrarii praescripti ipsius Ecclesiae.

Quamvis approbata antea non fuerit a Sede Apostolica, haec consuetudo vim iuris obtinere poterat, utpote omnibus requisitis induta, independenter ab explicita approbatione Sanctae Sedis (cfr. quae scripsimus in "Apollinaris", XLVI (1973) l. c.). Sacra Congregatio de Propaganda Fide praefatam Instructionem emisit, quia in relationibus ad eam missis ea deerant quibus probatur consuetudinem vim iuris habere. Ceterum Sacra Congregatio non dedit nisi normam practicam, nec novam condidit legem (J. Zuzek refert votum A. Herman, qui, utpote Consultor Pont. Comm. pro Cidice Orientali – prot. 706/32 – de analoga Instructione S. Congregationis de Propaganda Fide a. 1858 ad Episcopos Romenos, circa necessitatem ritus sacri pro validitate matrimonii, scribebat: "Definitiva solutio vero neque postea data est, licet quaestio ad S. Sedem delata sit et usque ad hodiernum diem deferatur").

8. Benedictio sacerdotis ad validitatem matrimonii etiam hodie ab Armenis dissidentibus requiritur, prout etiam eruitur ex eorum statuto personali a. 1956 pro residentibus in Libano, in art. 40 decernente: "Nella Chiesa armena, il matrimonio è un sacramento, che è valido soltanto con la coronazione fatta da parte dell'ecclesiastico competente, secondo il rito prescritto dalla Chiesa". Statutum directe respicit Armenos dissidentes in Libano, at dubium non est ipsum valere pro omnibus Armenis schismaticis (cfr. Litterae Exc.mi Gerabed Amadouni diei 11 iunii a. 1973). Statutum editum est a Patriarchatu dissidenti de Antelias et ad praescriptum relatum in art. 40 expresse citatur IV Concilium *Dvinense* a. 719 (*ibid.* p. 164). Eandem disciplinam testatur sacerdos qui, nomine Catholicos de Etchmiadzin Vasken I, scripsit die 3 iulii currentis anni: " marriage celebrated without the blessing of a priest, the Armenian Church considers such a marriage invalid". Item Yeghishe Derderian, Patriarcha Armenus Jerosolymitanus, litteris diei 13 iunii currentis anni: "as to the marriage celebrated without the blessing of a priest we consider it as not valid". Shernork Kalustian, Patriarcha Armenus Constantinopolitanus, die 18 iunii currentis anni scripsit: "Although we do not consider as valid these marriages wich are celebrated without the blessing of a priest, but we have to admit them and somehow validate them". Quibus verbis innuitur matrimonia, absque sacerdotis benedictione celebrata, invalida esse, et simul applicatur ea quae praxis "oeconomiae" vocatur seu dissimulationis, qua coniuges ita invalide coniuncti admittuntur nihilominus ad sacramenta.

Cum a Catholicosatu de Etchmiadzin dependeant Archiepiscopi Constantinopolitanus et Jerosolymitanus, qui ratione Statuti personalis titulum habent quoque Patriarcharum, concludendum est supremos pastores Ecclesiae Armenae dissidentes testari nullitatem matrimonii initi absque benedictione sacerdotis.

9. Difficilior, contra, videtur interpretatio mentis Exc.mi Khoren I, Catholicos Ciliciae, iuxta quam "All the civil marriages are considered valid by our Church". Ut haec declaratio recte diiudicari possit, perpendendum est quod scribit p. Zuzek, qui de hac re colloquium petivit ab ipso Exc.mo Khoren, qui "chiariva che per il Libano non vi sono difficoltà, dato che la Costituzione riconosce come validi soltanto i matrimoni celebrati nella Chiesa cui appartengono gli sposi"; contra vero "difficoltà grave esiste per quelle altre parti del mondo in cui il matrimonio civile è il solo riconosciuto dallo Stato". Quae verba respondere videntur eidem principio "oeconomiae", quod invenitur in supra relata declaratione Patriarchae Armeni Constantinopolitani. At si, in quibusdam regionibus tolerantur ab armenis Episcopis, iuxta praefatum principium, matrimonia celebrata forma mere civili, hoc non significat huiusmodi matrimonia secundum ius Armenorum valida esse. Quod ceterum confirmatur ab ipso Exc.mo Khoren I, qui, interrogatus "*circa la necessità del 'ritus sacer' secondo la tradizione armena*", respondit: "*che esso è di per sé necessario: però per certi paesi del mondo 'what can we do'?*". Non ergo de consuetudine agitur abrogativa formae matrimonii, seu de desuetudine, sed de maxima difficultate pro auctoritatibus Ecclesiae Armenae exigendi observantiam praescriptae formae: etenim "dissimulatione nullam obligationem Superior aufert, sed violationem legis ignorare fingit, quia in certis adiunctis maxime difficile est aut impossibile quidem urgere legem"; praeterea dissimulatio est medium per se transitorium (cfr. H. J. Cicognani-D. Staffa, *Commentarium ad primum librum Codicis Iuris Canonici*, Romae 1942, vol. II, p. 572 et 575. *Instructio* Secretariae Status diei 22 maii a. 1841 de nuptiis mixtis in Galicia Austriaca, ait: "Apostolica Sedes mala illa patienter solet dissimulare, quae vel impediri omnino nequeunt vel, si impediantur, funestiores etiam incommodis facilem aditum possunt patefacere" - *Fontes* C. J. C., VIII, n. 6453, p. 480).

Concludendum est proinde, sicut pro dissidentibus ritus byzantini, de quibus in decisione diei 28 novembris a. 1970, invalida esse matrimonia ab Armenis schismaticis celebrata absque sacerdote adsistente ac benedicente.

IN FACTO

10. Constat virum conventum R. B., fuisse, tempore matrimonii cum domina S. M., membrum Ecclesiae Apostolicae Armeniae, scilicet Ecclesiae Armenae schismaticae. Hoc eruitur e documento mensis decembris anni 1972, in quo declaratur praefatum virum fuisse baptizatum et confirmatum die 31 augusti 1947, secundum ritum Ecclesiae Apostolicae Armenae. Quod confirmatur depositione actricis, iuxta quam "*la vita di R. si era svolta nell'ambiente della comunità etnica e della Chiesa armena*" quia ipse "*frequentava i servizi religiosi nella sua chiesa ogni settimana* e praticamente viveva là".

Igitur dominus R. B. matrimonium celebrare debuisset secundum ritum et coram sacerdote praefatae Ecclesiae Armenae, vel saltem coram vero et proprio sacerdote alius Ecclesiae christianae vel coram sacerdote Ecclesiae catholicae. Id non accidisse patet e plurimis actis testantibus matrimonium, quod praedictus vir contraxit cum domina S. M., celebratum fuisse secundum ritum Ecclesiae Methodistae unitae, ad quam tunc temporis pertinebat mulier, id est coram ministro eiusdem ecclesiae domino G. B. Quamvis vero dicatur ipsum accepisse "piena ordinazione", tenendum est non agi in casu de vera ac propria ordinatione, characterem sacerdotalem confe-

rente. Dominus B. addit: "Non sono *mai stato ordinato sacerdote* della Chiesa Cattolica Romana né ministro di qualsiasi altra denominazione". Officialis Clevelandensis respondit matrimonium de quo agimus "non fu mai benedetto da un sacerdote".

Defectus formae praescriptae excusari non potest in casu ob impossibilitatem vel difficultatem inveniendi sacerdotem eiusdem Ecclesiae Armenae et alius Ecclesiae Christianae qui nuptiis adesset et benediceret, nam prope locum in quo matrimonium celebratum est, exstabat paroecia Ecclesiae Armenae.

Scribit Officialis Clevelandensis: "*gli Armeni Ortodossi hanno una parrocchia nella nostra diocesi*". Item Rev.dus J. B., parochus Ecclesiae Sanctorum Cosmae et Damiani.

Quamobrem, sicut affirmat praefatus Officialis, partes "*avrebbero potuto facilmente sposarsi davanti ad un sacerdote armeno*". Quod ceterum confirmatur ab actrice: "Al tempo del nostro matrimonio c'era un sacerdote armeno ortodosso nella zona, che avrebbe potuto officiare il matrimonio. *Non ci sarebbe stata nessuna difficoltà alla celebrazione del matrimonio davanti a lui*".

11. Initis nuptiis, vir nullo modo curavit de suo matrimonio convalidando coram sacerdote armeno, vel coram sacerdote ecclesiae christianae, sicut eruitur ex actis. Affirmat enim Rev.dus J. B. in epistula missa ad Officialem Clevelandensem: " Essi (sc. partes) non si rivolsero al sacerdote di là (id est Ecclesiae Armenae) per lo scopo di convalidare il matrimonio". Atque responsione missa ad istud Supremum Tribunal, Rev.dus R. F. B., auditor Tribunalis Clevelandensis, quamvis declaret virum conventum noluisse deponere, affirmat tamen ipsum dixisse, in colloquio telephonico: "*Il matrimonio non fu mai portato davanti al sacerdote armeno* per essere convalidato né davanti ad alcun sacerdote o ministro". Denique actrix declarat in sua depositione: "Noi non andammo alla Chiesa di R. B., per nessuna ragione affatto, dopo la cerimonia nella Chiesa metodista di Chagrin Falls. Questa fu l'unica cerimonia che ci fu".

12. Animadvertitur tamen quod, iuxta Rev.dum R. F. B. vir conventus "sembrò persuaso che la sua Chiesa riconosceva qualsiasi matrimonio celebrato davanti a qualsiasi sacerdote o ministro cristiano". At respondetur hoc pendere potuisse non ab opinione communitatis armenae, sed potius a R. B. personali ignorantia in re religiosa, eo magis quod, secundum actricem, vir conventus erat "molto devoto alla propria famiglia e al proprio retaggio e *non altrettanto alla propria religione*"; etenim cum sacerdote ecclesiae suae locutus non est "né prima né dopo il matrimonio".

Etsi vero silentium cleri Ecclesiae Armenae Clevelandensis tribuatur falsae opinioni eiusdem de valida celebratione huius matrimonii, inde non probatur desuetudo abrogans ius antiquum de forma matrimonii. Ut ait P. Tocanel, Armeni dissidentes Americae Septemtrionalis proveniunt e Catholicosatu de Etchmiadzin, iuxta quem "*as to the question of the validity of marriage celebrated without blessing of a priest, the Armenian Church considers such a marriage invalid*".

13. Rev.dus vinculi Defensor affirmat Armenos non exigere presbyterum sui ritus ut matrimonium valide benedicatur, sed "quemcumque qui benedictionem Dei in novos coniuges invocare valeat"; et addit hoc principium valere non tantum pro sacerdote cuiuscumque ritus et confessionis christianae, qui tamen valide ordinatus sit, sed etiam pro ministro sectae haereticae, qui etiamsi careat valida ordinatione "sese omnibus sacerdotis Christi potestatibus instructum esse censet proclamatque". Respondendum est tamen apud Armenos designationem presbyteri exigere validam ordinationem sacerdotalem: e contra, Rev.dus G. B., ut ipse fatetur, nullam umquam recepit ordinationem sacerdotalem seu presbyteratum.

DECISIO

His omnibus in iure et in facto perpensis, Nos infrascripti Cardinales Membra Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, edicimus, declaramus et definitive sententiamus, proposito dubio respondentes: *Affirmative*, seu *constare de nullitate matrimonii ob defectum formae seu ritus sacri*, in casu.

Ita pronuntiamus mandantes Ordinariis locorum et ministros Tribunalium ad quos spectat, ut hanc Nostram definitivam sententiam exsecutioni tradant et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum, iis adhibitis exsecutivis et coërcitivis mediis, quae, pro rerum adiunctis, opportuniora et efficaciora videantur.

Romae, e sede Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae, die 23 novembris 1974. – Dinus Card. STAFFA, *Praefectus et Ponens (Sequuntur ceterae Cardinalium subsignationes)*.

* Apoll 49 (1976) 19-29.

4335

1974 NOV 30.-SC pro CULTU DIV., DECRETUM. PART.*

Decretum quo Missale Ambrosianum instauratum confirmatur

MEDIONALENSIS

Concilii Oecumenici Vaticani II praescrito obsecuta, ut Ritus particulares "ad pristinam sanctorum Patrum normam" restituerentur necnon ad hodierna requisita et condiciones accommodarentur, Mediolanensis Ecclesia perspicaci studio opus perfecit, quod *Missale Ambrosianum* edicitur.

Commissio Ritui Ambrosiano recognoscendo praeposita non solum in laborem instaurationis diligenter incubuit, verum etiam munus locupletandi studiose adimplevit sive thesauris novi Missalis Romani utendo sive textus novae creationis exarando ut instantibus pastoralibus necessitatibus satisfaceret atque meliore aequatione vita ac pietatis cultus Ecclesiae localis patefierent.

Spes eadem, quae Missali Romano edito affulsit, nunc Missale Ambrosianum comitatur, ut sacerdotes et christifideles Mediolanensis sanctae Ecclesiae non solum valeant "animorum suorum erga Deum pietatem copiosius alere, haustis ex novo Missali precationibus", verum etiam perennem fontem possideant, e quo rectam doctrinam necnon divitias omnes hauriant, quas propriis formis ac vocibus "de mysteriis" eucharisticae celebrationis traditio Ambrosiana suppeditat.

Quapropter instantia Eminentissimi Domini Ioannis Cardinalis Colombo, Archiepiscopi Mediolanensis, per litteras die 8 novembris 1974 datas, accepta, vigore facultatum huic Sacrae Congregationi a Summo Pontifice Paulo VI tributarum, textus Missalis Ambrosiani lingua latina exaratos, perlibenter probamus seu confirmamus.

In textu autem imprimendo mentio fiat de confirmatione ab Apostolica Sede concessa. Eiusdem insuper textus impressi duo exemplaria ad hanc Sacram Congregationem transmittantur.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Sacrae Congregationis pro Cultu Divino, die 30 novembris, in festo S. Andreae Apostoli. - Iacobus R. Card. KNOX, *Praefectus.* A. Bugnini, Archiep. tit. Diocletianen., *a Secretis.*

* Prot. N. 2347/74: Notit. 11 (1975) 45. Adn. I. BIFFI in Notit. 13 (1977) 12-28.

4336

1974 DEC 1.-SECR. CHRIST., NORM. AAS 67 (1975) 73-79

Secretariatus ad Christianorum unitatem fovendam (Commissio pro religiosis necessitudinibus cum Hebraismo fovendis)

Criteria et normae practicae proponuntur circa applicationem Declarationis Concilii Vaticani II "Nostra aetate" de relationibus Ecclesiae catholicae cum religione Judaeorum

Orientations et suggestions pour l'application de la Déclaration conciliaire "Nostra aetate" (N. 4)

Datée du 28 octobre 1965, la Déclaration *Nostra aetate* du IIe Concile Vatican, "sur les relations de l'Eglise avec les religions non-chrétiennes" (n. 4), représente un tournant important dans l'histoire des rapports entre juifs et catholiques.

L'initiative conciliaire s'est d'ailleurs inscrite dans une conjoncture profondément modifiée par le souvenir des persécutions et des massacres de juifs qui se sont déroulés en Europe juste avant et pendant la seconde guerre mondiale.

Bien que le christianisme soit né dans le judaïsme et qu'il en ait reçu certains éléments essentiels de sa foi et de son culte, le fossé s'est creusé de plus en plus au point d'en arriver presque à une méconnaissance de part et d'autre.

Après deux millénaires, marqués trop souvent par une ignorance mutuelle et de fréquents affrontements, la Déclaration *Nostra aetate* donnait l'occasion d'engager ou de poursuivre un dialogue visant à une meilleure connaissance réciproque. Durant les neuf années écoulées, de nombreuses initiatives ont été prises en divers pays. Elles ont permis de mieux discerner les conditions dans lesquelles peuvent s'élaborer et se développer de nouvelles relations entre juifs et chrétiens. Le moment semble venu de proposer, selon les orientations du Concile, quelques suggestions concrètes, fruits de l'experience, en espérant qu'elles aideront à réaliser dans la vie de l'Eglise les intentions exposées par le document conciliaire.

http://www.obrascatolicas.com

Tout en renvoyant à ce document, rappelons simplement
74 ici que / les liens spirituels et les relations historiques rattachant l'Eglise au judaïsme condamnent comme opposée à l'esprit même du christianisme toute forme d'antisémitisme et de discrimination que la dignité de la personne humaine, à elle seule, suffit d'ailleurs à condamner. Bien mieux, ces liens et relations imposent le devoir d'une meilleure compréhension réciproque et d'une estime mutuelle renouvelée. De façon positive, il importe donc, en particulier, que les chrétiens cherchent à mieux connaître les composantes fondamentales de la tradition religieuse du judaïsme et qu'ils apprennent par quels traits essentiels les juifs se définissent eux-mêmes dans leur réalité religieuse vécue.

Dans la ligne de telles applications de principe, nous proposons simplement quelques premières applications pratiques en divers domaines essentiels de la vie de l'Eglise, en vue d'inaugurer ou de développer de façon saine les relations entre les catholiques et leurs frères juifs.

I. DIALOGUE

En vérité, les rélations entre les juifs et chrétiens, quand il y en avait, n'ont, en général, guère dépassé le monologue: il importe d'établir désormais un vrai dialoque.

Le dialogue suppose le désir de se connaître mutuellement et de développer et approfondir cette connaissance. Il constitue un moyen privilégié pour favoriser une meilleure connaissance mutuelle et, particulièrement dans le cas du dialogue entre juifs et chrétiens, pour approfondir les richesses de sa traditions propre. La condition du dialoque est le respect de l'autre tel qu'il est, de sa foi sutout et de ses convictions religieuses.

En vertu de sa mission divine, l'Eglise par nature doit annoncer Jésus-Christ au monde (1). Pour éviter que ce témoignage rendu à Jésus-Christ n'apparaisse aux juifs comme une aggression, les catholiques auront le souci de vivre et d'annoncer leur foi dans le plus rigoureux respect de la liberté religieuse telle qu'elle a été enseignée par le IIe Concile du Vatican (2). Ils s'efforceront également de comprendre les difficultés que l'âme juive, justement imprégnée d'une très haute et très pure notion de la transcendance divine, éprouve devant le mystère du Verbe incarné.

S'il est vrai que dans un tel domaine il règne encore un climat de suspicion assez répandu, motivé par un passé déplora-
75 ble, les chrétiens, / de leur côté, sauront reconnaître leur part de responsabilité et en tirer les conséquences pratiques pour l'avenir.

Outre les entretiens fraternels, on encouragera aussi la rencontre de personnes compétentes, en vue d'étudier les multiples problèmes liés aux convictions fondamentales du judaïsme et du christianisme. Une grande ouverture d'esprit, la défiance à l'égard de ses propres préjugés, le tact, sont des qualités indispensables pour ne point blesser, même involontairement, ses interlocuteurs.

Dans les circonstances où cela sera possible et mutuellement souhaitable, on pourra favoriser une rencontre commune devant Dieu, dans la prière et la méditation silencieuse, si efficace pour faire naître cette humilité, cette ouverture d'esprit et de coeur, nécessaires pour la connaissance profonde de soi-même et des autres. On le fera en particulier à propos de grandes causes comme celles de la justice et de la paix.

II. LITURGIE

On se souviendra des liens qui existent entre la liturgie chrétienne et la liturgie juive. La Communauté de vie dans le service de Dieu et de l'humanité pour l'amour de Dieu, tel que ce service se réalise dans la liturgie, caractérise la liturgie juive comme la chrétienne. Pour les relations judéo-chrétiennes, il importe de prendre connaissance des éléments communs de la vie liturgique (formules, fêtes, rites, etc.) où la Bible tient une place essentielle.

On s'efforcera de mieux comprendre ce qui, dans l'Ancien Testament, garde une valeur propre et perpétuelle (3), celle-ci n'étant pas oblitérée par l'interprétation ultérieure du Nouveau Testament qui lui donne sa signification plénière, alors qu'il y trouve réciproquement lumière et explication (4). Cela est d'autant plus important que la réforme liturgique met les chrétiens de plus en plus fréquenment en contact avec les textes de l'Ancient Testament.

Dans le commentaire de textes bibliques, sans minimiser les éléments originaux du christianisme, on mettra en lumière la continuité de notre foi avec celle de l'Alliance ancienne, dans la ligne des promesses. Nous croyons que celles-ci ont été accomplies lors du premier avènement du Christ, il n'en est pas moins vrai que nous sommes encore / dans l'attente de 76
leur parfait achèvement lors de son retour glorieux à la fin des temps.

En ce qui concerne les lectures liturgiques, on prendra soin d'en donner, dans l'homélie, una interprétation juste, surtout quand il s'agit de passages qui semblent placer le peuple juif en tant que tel sous un jour défavorable. On s'efforcera d'instruire le peuple chrétien de telle façon qu'il arrive à comprendre tous les textes dans leur véritable sens et dans leur signification pour le croyant d'aujourd'hui.

Les commissions chargées de traductions liturgiques seront particulièrement attentives à la façon de rendre les expressions et les passages qui peuvent être entendus de façon tendancieuse par des chrétiens insuffisamment informés. Il est bien évident que l'on ne peut changer le texte biblique, tout en ayant le souci, dans una version destinée à l'usage liturgique, de rendre explicite la signification d'un texte (5), en tenant compte des études des exégètes.

Les remarques qui précèdent s'appliquent aussi aux introductions des lectures bibliques, ainsi qu'à l'*Oratio fidelium* et aux commentaires insérés dans les missels des fidèles.

III. ENSEIGNEMENT ET EDUCATION

Bien qu'il reste encore un vaste travail à accomplir, on est arrivé, dans les années qui viennent de s'écouler, à une meilleure compréhension du judaïsme en lui-même et dans sa relation au christianisme, grâce aux enseignements de l'Eglise, aux études et aux recherches de savants, ainsi qu'au dialogue qui a pu s'instaurer.

A cet égard les faits suivants méritent d'être rappelés:

– C'est le même Dieu "inspirateur et auteur des livres des deux Testaments" (6) qui parle dans l'ancienne et la nouvelle Alliance.

– Le judaïsme du temps du Christ et des apôtres était une réalité complexe, englobant un monde de tendances, de valeurs spirituelles, religieuses, sociales et culturelles.

– L'Ancien Testament et la tradition juive fondée sur celui-ci ne doivent pas être opposés au Nouveau Testament de telle façon qu'ils / semblent n'offrir qu'une religion de la jus- 77
tice seule, de la crainte et du légalisme, sans appel à l'amour de Dieu et du prochain (7).

– Jésus, tout comme ses apôtres et un grand nombre des premiers disciples, est né du peuple juif. Lui-même, en se révélant comme Messie et Fils de Dieu (8), porteur d'un nouveau message, celui de l'Evangile, s'est présenté comme accomplissant et parachevant la Révélation antérieure. Et, bien que l'enseignement du Christ ait un caractère de profonde nouveauté, il ne s'appuie pas moins, à maintes reprises, sur l'enseignement de l'Ancien Testament. Le Nouveau Testament est profondément marqué par sa relation à l'Ancien. Comme l'a déclaré le IIe Concile du Vatican: "Dieu, inspirateur et auteur des livres des deux Testaments, s'y est pris si sagement que le Nouveau Testament était caché dans l'Ancien, et que l'Ancien devenait clair dans le Nouveau" (9). En outre, Jésus fait usage de méthodes d'enseignement analogues à celles des rabbis de son temps.

– En ce qui concerne le procès et la mort de Jésus, le Concile a rappelé que "ce qui a été commis durant la passion ne peut être imputé ni indistinctement à tous les juifs vivant alors, ni aux juifs de notre temps" (10).

– L'histoire du judaïsme ne finit pas avec la destruction de Jérusalem, mais elle s'est poursuivie en développant une tradition religieuse dont la portée, devenue, croyons-nous,

5. C'est ainsi que la formule "les juifs", dans saint Jean, désigne parfois, suivant les contextes, "les chefs des juifs", ou "les adversaires de Jésus", expressions qui expriment mieux la pensée de l'évangeliste et évitent de paraître mettre en cause le peuple juif comme tel. Un autre exemple est l'usage des mots "phasisien" et "pharisaïsme" qui ont acquis une nuance surtout péjorative.

1. Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus*, n. 2.
2. Decl. de libertate religiosa *Dignitatis humanae*.
3. Cfr. Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei verbum*, nn. 14-15.
4. Cfr. *ibid.*, n. 16.
6. Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum*, n. 16.
7. Cfr. *Deut.* 6, 5; *Lév.* 19, 18; *Matt.* 22, 34-40.
8. Cfr. *Matt.* 16, 16.
9. Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei verbum*, n. 16.
10. Decl. *Nostra aetate*, n. 4.

d'une signification profondément différente après le Christ, demeure cependant riche de valeurs religieuses.

– Avec les prophètes et l'apôtre Paul, " l'Eglise attend le jour, connu de Dieu seul, où tous les peuples invoqueront le Seigneur d'une seule voix et 'le serviront sous un même joug' (11)" (12).

L'information au sujet de ces questions concerne tous les niveaux d'enseignement et d'éducation du chrétien. Parmi les moyens d'information, ceux qui suivent ont une importance particulière:

– manuels de catéchèse;
78 – livres d'histoire; /
– moyens de communication sociale (presse, radio, cinéma, télévision).

L'usage efficace de ces moyens présuppose une formation approfondie des enseignements et des éducateurs, dans les écoles normales, les séminaires et les universités.

On stimulera la recherche des spécialistes sur les problèmes touchant le judaïsme et les relations judéo-chrétiennes, spécialement dans le domaine de l'exégèse, de la théologie, de l'histoire et de la sociologie. Les instituts supérieurs de recherche catholiques, si possible en liaison avec d'autres instituts chrétiens analoques, ainsi que les spécialistes, sont invités à apporter leur contribution à la solution de tels problèmes. Là où la chose est possible, on créera des chaires d'études juives, et l'on encouragera la collaboration avec les savants juifs.

IV. ACTION SOCIALE ET COMMUNE

La tradition juive et chrétienne, fondée sur la Parole de Dieu, est consciente de la valeur de la personne humaine, image de Dieu. L'amour d'un même Dieu doit se traduire dans une action effective en faveur des hommes. Dans l'esprit des prophètes, juifs et chrétiens collaboreront volontiers dans la poursuite de la justice sociale et de la paix, au niveau local, national et international.

Cette action commune peut également favoriser grandement une connaissance et une estime réciproques.

CONCLUSION

Le IIe Concile du Vatican a indiqué la voie à suivre dans la promotion d'une fraternité profonde entre juifs et chrétiens. Mais il reste encore beaucoup de chemin à parcourir.

Le problème des rapports entre juifs et chrétiens concerne l'Eglise en tant que telle, puisque c'est en "scrutant son propre mystère" qu'elle est affrontée au mystère d'Israel. Il garde donc toute son importance, même dans les régions où il n'existe pas de communauté juive. Ce problème a également un aspect oecuménique: le retour des chrétiens aux sources et aux origines de leur foi, entée sur l'ancienne Alliance, contribue à la recherche de l'unité dans le Christ, pierre angulaire.

Dans ce domaine, les évêques sauront prendre, dans le cadre de la discipline générale de l'Eglise et de l'enseignement communément professé par son magistère, les initiatives pas-
79 torales opportunes. Ils créeront, / par exemple, au niveau national et régional, des commissions ou secrétariats appropriés, ou nommeront une personne compétente chargée de promouvoir la mise en oeuvre des directives conciliaires et des suggestions proposées ici.

Au plan de l'Eglise universelle, le Saint-Père a institué, en date du 22 octobre 1974, la Commission pour les relations religieuses avec le judaïsme, rattachée au Secrétariat pour l'Unité des Chrétiens. Créée en vue de promouvoir et de stimuler les rapports religieux entre juifs et catholiques, en collaboration éventuelle avec d'autres chrétiens, cette commission spéciale se tient, dans les limites de sa compétence, à la disposition de tous les organismes intéressés, pour les informer et les aider à poursuivre leur tâche en conformité avec les directives du Saint-Siège; elle désire développer cette collaboration pour la mise en oeuvre effective et juste des orientations du Concile.

Donné à Rome, le 1er décembre 1974. – Johannes Card. WILLEBRANDS, *Président de la Commission.* Pierre-Marie de Contenson, O. P., *Secrétaire.*

11. *Soph.* 3, 9.
12. Decl. *Nostra aetate*, n. 4.

Adn. C. BRAGA in EL 90 (1976) 499-500; Doc. Cath. 72 (1975) 61-62; Secrétariat pour l'unité des chrétiens in Service d'information, num. 26 (1975-I) p. 1-2.

4337

1974 DEC 3.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 66 (1974) 711-727

Allocutio sodalibus e Societate Iesu qui ad religiosae suae communitatis Praesidum Coetum Romam convenerunt:

De tribus interrogationibus: "Unde venitis", "Qui estis", "Quo pergitis" recte respondendis in Societate Iesu renovatione perficienda

Venerandi ac dilectissimi Nobis Societatis Iesu Sodales. Dum vos coram hodie admittimus, rursus ea laetitia eaque trepidatio animum commovent Nostrum, quibus iam affecti sumus tum die septimo mensis Maii, anno millesimo nongentesimo sexagesimo quinto, cum trigesima prima Congregatio Generalis vestrae Societatis initium cepit, tum die quinto decimo mensis Novembris insequenti anno, cum eadem Congregatio conclusa est. Magnam laetitiam in primis Nobis affert praesentia vestra, ob paternae ac sincerae caritatis effusionem, quam non gignere non potest quaelibet congressio Vicarii Christi cum religiosis Ignatianis sodalibus, sed praesertim ob christiani apostolatus fidelitatisque testificationes, quas Nobis praebetis et de quibus admodum gaudemus; at quadam etiam trepitatione afficimur, ob causas de quibus postea dicturi sumus. Magnum igitur momentum hodierno huic occursui tribuimus: sive propter initium laborum trigesimae secundae Congregationis Generalis, quae de more occasionem huius colloquii exhibet, sive etiam propter eius significationem, historia dignam, quae minime circumscribitur peculiaribus adiunctis huius colloquii, sed ultra progreditur. Agitur enim de Ignatiana Societate universa, quae, post plus quam quattuor saecula itineris sui, Romae congregatur, coram Summo Pontifice, ac fortasse cogitationem intendit ad prophetica illa verba, quae in visione audita sunt prope Urbem in loco "La Storta" vulgo vocato: *Ego vobis Romae propitius ero* (1). / 712

Vos plane estis conscii, sicut Nosmetipsi etiam conscii sumus, nunc horam verti quasi decretoriam pro Societate vestra; quo fit ut in animos vestros confluant memoriae, animi affectus, praesagia, quae spectant ad vestram futuram sortem atque ad munus vestrum in vita Ecclesiae. Cum vos coram cernimus, personam gerentes omnium vestrarum Provinciarum, quotquot in toto terrarum orbe sunt, oculis obversatur Nostris veluti universa Ignatiana familia, scilicet circiter triginta milia religiosorum sodalium, qui pro Dei Regno adlaborant atque magni pretii operam conferunt ad apostolica ac missionaria Ecclesiae incepta; de religiosis viris agitur, qui in animarum salutem incumbunt atque saepe vitam suam totam in silentio atque hominibus occultam transigunt. Unusquisque ex his vestris fratribus vota procul dubio ex imo pectore profert pro hac Congregatione, quorum multa per exhibita "postulata" significata sunt, quaeque ideo postulant a vobis, qui delegati estis, sedulam aestimationem magnamque observantiam. At videtur Nobis qualitas ponderanda esse potius quam numerus harum postulationum, quae, sive aperto sive tacito modo, sine dubitatione complectuntur propositum sese conformandi ad vocationem et ad charisma proprium Ignatianae sodalitatis, quod sine ulla intermissione vobis a maioribus traditum est; propositum etiam complectuntur sese conformandi ad Dei voluntatem, precando humiliter quaesitam; propositum denique accedit sese conformandi ad voluntatem Ecclesiae, secundum spiritualem illam impulsionem, quae iam suffulsit Societatem Iesu, eam adhuc suffulcit atque in posterum semper suffulciet.

Plane compertam habemus peculiarem huius momenti gravitatem, quae requirit a vobis non suetam atque ordinariam vestri muneris perfunctionem, sed potius considerationem diligentem ac synteticam, liberam ac plenam de praesenti statu vestrae Societatis, ut inde ipsa premitur. Haec vos praestare debetis summa cum sagacitate atque supernaturali spiritu unice ducti, cum vestrae vitae religiosae ratio comparanda sit cum iis quae in mundo et in vestra Societate accidunt; praeterea nonnisi Spiritus Sancti voci pronas aures praebeatis oportet, ductui ac lumini obsequentes Magisterii ecclesiastici; ideoque vos in opportunis consiliis capiendis gerere debetis humiles, animosos ac firmos, ne longius proferatur incerta rerum condicio, quae, nisi ei obviam eatur, periculorum plena

1. P. Tacchi-Venturi, S. I. *Storia della Compagnia di Gesù in Italia, narrata col sussidio di fonti inedite*, vol. II, p. I, Roma 1950, 2a ed., p. 4, n. 2; P. Ribadeneira, *Vita Ignatii*, cap. IX; *Acta Sanctorum Julii*, t. VII, Antverpiae 1731, p. 683.

http://www.obrascatolicas.com

fore praevidetur. Haec omnia, tamen, a vobis cum fiducia
713 peragantur. /

Ad Nos quod attinet, nostram fiduciam vobis confirmamus; vos sincere diligimus vosque pares esse existimamus illi rerum renovationi atque restaurationi inducendis, quae ab omnibus exspectantur.

En hodiemi huius occursus significatio, quam vobis ad meditandum proponimus. Qua de re vobis iam mentem Nostram aperuimus per litteras, quas Noster Cardinalis Secretarius Status, mandato Nostro, dedit die vigesimo sexto mensis martii anno millesimo nongentesimo septuagesimo ac die quinto decimo mensis februarii anno millesimo nongentesimo septuagesimo tertio; idque Nosmetipsi fecimus per litteras Nostras, a verbis incipientes *In Paschae sollemnitate*, quas die decimo quinto mensis septembris superiore anno scripsimus ad Praepositum Generalem ac, per eum, ad omnes sodales Societatis Iesu.

Illarum litterarum sententias resumentes, quas, ut Nobis in optatis erat, a vobis sedulo considerateque perpensas esse speramus, nunc vos alloquimur peculiari amore peculiarique sollicitudine permoti, nomine Christi, atque etiam – ut vobis placet Nosmetipsos habere – qua Moderator supremus Instituti vestri, vi singularis illius vinculi, quo Societas Iesu inde ab ortu cum Romano Pontifice coniungitur. In hac Societate Summi Pontifices spem magnam semper collocaverunt.

Nos autem, qui occasione superioris Congregationis Generalis vobis peculiare munus commisimus atheismum oppugnandi idque censuimus veluti hodiernam rationem observandi vestrum votum oboedientiae erga Summum Pontificem (2), hodie, initio laborum vestrorum in quos universa Ecclesia respicit, curas iterum ad vos convertimus, hoc ducti proposito, ut vos ad meditandum confirmemus atque incitemus; in vobis aspicimus veluti in unum collectam magnam vestram religiosam Familiam, quae parumper sistit ac de terenda via consilium capit.

Hac hora, trepidationis plena, quae sessiones vestras praecedit quaeque iubet nos diligentissima animi attentione audire, *quid Spiritus dicat* vobis et Nobis (3), menti Nostrae tres interrogationes occurrere videntur, quibus quidem respondendum esse censuimus, scilicet: *Unde venitis? Qui estis? Quo pergitis?*

Nos hic coram vobis adstamus, milliarii lapidis instar, ad dimittiendum, quasi uno oculorum obtutu, iter a vobis adhuc confectum.

I. *Unde, igitur, venitis?* Cogitatio Nostra pervolat ad saeculum decimum sextum, varium sane atque implicatum, quod
714 hodierni civilis cultus / hodiernique doctrinarum cursus fundamenta iaciebantur, atque Ecclesia, instante christianorum discessionis periculo, novam ingressa erat aetatem, opus promovendo religiosae ac socialis renovationis, quod in precatione atque caritate erga Deum et fratres innitebatur, hoc est in studio sanctitatis acquirendae quam maxime sincerae. Illud tempus erat, quo animi alliciebantur novo quodam cogitandi modo de homine ac de mundo, qui – etsi haec habenda non est verior facies illius motus, quem "humanismum" appellant – saepe in eo erat ut Deum prorsus a vita et ab historiae cursu removeret; de mundo praeterea agebatur, qui iam latius patebat ob novas terras recens repertas, ideoque plures ob causas – nempe ob rerum perturbationes, cogitationes, investigationes, restaurationes, animorum studia, appetitiones et cetera – haud parum mundo nostrae aetatis similis erat.

In hac rerum condicione, turbulenta sed splendida, vitam duxit S. Ignatius. Quamobrem si quaerimus: *Unde venistis?*, ad nos pervenire videtur *tamquam vox aquarum multarum* (4), vox e remotis saeculis erumpens omnium sodalium vestrorum una simul clamantium: Nos ab Ignatio de Loyola venimus, Conditore nostro; ab eo venimus, qui sua imperitura vestigia impressit non solum in religiosa Familia ab ipso condita sed in universa quoque Ecclesia, ad christianae pietatis et apostolatus cursum quod attinet.

– Cum ipso a Manresa urbe venimus, a sacro specu qui testis fuit progredientium spiritualium ascensionum, quas magna eius anima experta est, scilicet a serena pace qua incipientes fruuntur, et usque ad fastigium mysticarum gratiarum, quod ipse attigit per visiones Sanctissimae Trinitatis (5). Tunc prima lineamenta adumbrata sunt iliius operis, quod saeculorum decursu tantopere contulit ad christianorum pietatem fovendam, eorum animos ad Deum dirigendo: *Exercitia spiritualia* dicimus, quae, inter alia, christianum docent offerre *magno animo atque liberali ... totum studium et arbitrium suum ... suo Creatori, ut de se suisque omnibus id statuat, in quo ipsi potissimum servire possit iuxta eiusdem beneplacitum* (6). /
715

– Cum Sancto Ignatio – vos rursus Nobis respondetis – ab illo *Monte Martyrum* venimus, ubi Legifer Pater noster, die quinta decima mensis Augusti, anno millesimo quingentesimo trigesimo quarto, post Missam a Petro Fabro celebratam, una cum eo, cum Francisco Xaverio, cuius hodie festum recolitur, cum Salmerón et Laínez et Rodrigues et Bobadilla, vota nuncupavit: quae vota veluti verna gemma fuerunt, e qua postea Romae vestra effloruit Societas (7).

– Item cum Sancto Ignatio – vos pergitis – nunc in urbe Roma sumus, unde una cum ipso, Successoris Petri benedictione muniti, profecti sumus, inde ab eo tempore quo Paulus III, post inflammatam laudationem a Cardinali Gaspare Contarini habitam vertente mense septembri. anno millesimo quingentesimo trigesimo nono, primum Societatem verbis approbavit; quae approbatio praelusit Bullae *Regimini Ecclesiae militantis*, quae, edita die vigesimo septimo mensis Septembris, anno millesimo quingentesimo quadragesimo, suprema Ecclesiae auctoritate ortum sanxit novae Societatis Presbyterorum. Novitas autem huius Instituti, in eo Nobis videtur esse posita, quod Legifer Pater vester plane perspexerat suorum temporum necessitates, quae postulabant, ut homines praesto essent prorsus expediti, parati omnia relinquere et quodvis suscipere munus, quod Summus Pontifex indicaret atque, ipsius iudicio, Ecclesiae bonum requireret, omnibus semper Dei gloriae posthabitis: *Ad Maiorem Dei Gloriam*. At Sanctus Ignatius longius prospiciebat, quam illa poscebant tempora: his verbis, enim, *Quinque Capitula* concludebat: *Haec sunt quae de nostra professione typo quodam explicare potuimus, quod nunc facimus ut summatim scriptione hac informemus tum illos qui nos de nostro vitae instituto interrogant, tum etiam posteros nostros si quos, Deo volente, imitatores habebimus huius vitae* (8).

Maiores vestri vos tales voluerunt, tales vos orti estis: quae facta, ut ita dicamus, Societatem vestram quodammodo describunt, sicut ex antiquis eius fontibus eruitur, eiusque praecipua statuunt lineamenta, itemque illam vim dynamicam tribuunt, qua per saeculorum decursum Institutum vestrum semper suffultum est.

II. *Qui igitur sitis* pernovimus. Ut enim in Nostra Epistula *In Paschae sollemnitate* brevius diximus, vos esse scimus membra Ordinis religiosi, apostolici, sacerdotalis, qui singulari admodum amoris ac / servitii vinculo cum Romano Pontifice 716
est iunctus, ea scilicet ratione quae in *Formula Instituti* exponitur.

Sodales estis religiosi, ideoque viri et orationi evangelicaeque Christi imitationi addicti, et supernaturali praediti spiritu, quem sartum tectum tuentur ac protegunt religiosa *vota* paupertatis, castitatis et oboedientiae; quae quidem, nedum libero personarum statui obstent, quasi quaedam sint reliquiae aetatum ob socialem cultum obsoletarum, apertam revera testantur voluntatem libertatis assequendae secundum spiritum Dominici Sermonis in Monte; per haec scilicet officia is qui divinitus vocatur – quemadmodum Concilium Vaticanum II subtiliter expressit – *ut ... gratiae baptismalis uberiorem fructum percipere queat, (...) liberari intendit ab impedimentis, quae ipsum a caritatis fervore et divini cultus perfectione retrahere possent, et divino obsequio intimius consecratur* (9). Qua religiosi sodales, viri estis vitae severitatis retinentes, ut Dei Filium imitari possitis, qui *semetipsum exinanivit, formam servi accipiens* (10), quique *propter vos*

5. Cfr. Hugo Rahner, *Ignatius von Loyola u. das geschichtliche Werden seiner Frommigkeit*, Graz 1947, cap. III.
6. *Annotationes*, 5; *Monumenta Ignatiana*, series secunda, nova editio, tom. I, Exerc. Spir.: MHSI, vol. 100, Romae 1969, p. 146.
7. P. Tacchi-Venturi, *op. mem.*, vol. II, parte I, p. 63 sq. ed. 1931, p. 189.
8. P. Tacchi-Venturi, *op. mem.* vol. I, parte II, Roma, 2a ed. 1931, p. 189.
9. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 44; cfr. Decr. de accomm. renov. vitae religiosae *Perfectae caritatis*, nn. 12-14.
10. *Phil.* 2, 7.

egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopia vos divites essetis (11); qua religiosi igitur, sedulo oportet caveatis, ne quis – ut dicta in Epistula scripsimus – *facile se illi accommodet mentis habitui, qui, sacro exutus, pronus est in tot formas hodiernas vitae practicae agendae*; item agnoscatis praeterea et vivatis – forti sane animo ac modo in exemplum proponendo – *utilitatem asceticam et opportunitatem animos formandi (...), quae in vita communi insunt*, eam integram servantes adversus *individualismi*, ut aiunt, liberiorisque singularitatis sollicitationes.

Vos insuper estis *apostoli*: Evangelii nempe praecones, qui quoquoversus mittimini pro germana illa indole, quae vestrae Societatis imaginem distinguit: viri igitur quos ipse Christus mittit in mundum universum, ad sanctam suam doctrinam inter cuiusvis ordinis condicionisque homines disseminandam (12). Haec sane fundamentalia ac pernecessaria nota est fidelis Sodalis Ignatiani, qui in Exercitiis itemque in Constitutionibus impulsiones potest identidem reperire ad virtutes sibi peculiares excolendas, a S. Ignatio propositas, idque validiore usque ratione, vehementiore animi contentione, intermisso
717 numquam studio / ad id assequendum, quod melius, quod "magis", quod plus est (13). Ex his quippe fontibus ipsa varietas ministeriorum, quae pro munere vestra Societas exsequitur, intimam penitus causam haurit ad agendam vitam apostolicam, quam "pleno sensu" vivere oportet.

Ac tum vos estis *sacerdotes*: haec quoque nota ad istius naturam Societatis spectat, quamvis minime sit praetermittendus antiquus legitimusque mos de cooptandis Fratribus, sacro Ordine haud ornatis, qui et ipsi benemerentes honorabili semper efficacique munere in vestro instituto perfuncti sunt. Sacerdotalis enim qualitas expresse a legifero Patre pro omnibus Religiosis professis exquisita est, et optimo quidem iure, quoniam necessarium sane est sacerdotium Ordini quem ideo instituerat, ut potissimum hominum sanctificationem per divinum Verbum atque sacramenta accuraret. Ac revera sacerdotalem characterem ipsa vestri devotio ad vitam apostolicam agendam postulat, quae – verbum iuvat iterare – "pleno iure" exercenda est: a sacri Ordinis charismate, quo homo conformatur Christo a Patre misso, praecipuo tamquam e fonte manat apostolica indoles missionis, quam uti Ignatiani Sodales ex officio obitis. Sacerdotes igitur estis, in illa *familiaritate cum Deo* exercitati et versati, in qua beatus Ignatius suam Societatem condidit; sacerdotes qui docent, *sermonis gratia* instructi (14); sacerdotes eo intendentes, *ut sermo Dei currat et clarificetur* (15); sacerdotes qui Dei gratiam sacramentis celebrandis ministrant, quique potestatem accipiunt suscipiuntque officium cohaerenter participandi apostolicum opus, quo communitas christiana, praesertim per Eucharistiae celebrationem, intus enutritur atque coagmentatur; ideo et sacerdotes plane conscii – ut in Nostra quadam oratione, anno MCMLXIII, diximus – *sive antecedentis sive consequentis inter Sacerdotium et Eucharistiam necessitudinis, qua fit ut Sacerdos sit non solum augusti Sacramenti minister et effector, sed etiam primus eius cultor et sapiens doctor et indefatigatus distributor* (16).

Demum, vos *cum Romano Pontifice peculiari voto estis coniuncti*, siquidem talis cum Petri Successore conexio, quae membrorum Societatis praecipuus nucleus est, semper confir-
718 mavit, immo etiam vestram / visibiliter significat communionem cum Christo, primo summoque istius Societatis, quae antonomasiva appellatione Christi propria est, Societas nempe Iesu. Talis etiam cum Pontifice conexio semper effecit, ut sodales Societatis plane liberi essent, id est Spiritus motione regerentur, apti ad omnia quaeque munera vel difficillima vel remotissimis in regionibus exsequenda evaderent, ab angustioribus temporum locorumque condicionibus expediti, afflatu vere catholico et universali prorsus perfusi.

Equidem Nos in harum quattuor notarum veluti concentu mirabilem illam fructuum ubertatem formarumque aptabilitatem patefieri videmus, quae volventibus saeculis Societatem distincte ostenderunt tamquam hominum ab Ecclesia "missorum" Societatem: inde namque rerum theologicarum habita

11. 2 *Cor.* 8, 9.
12. Cfr. *Ex. Spir.* n. 145: cfr. MHSI, vol. 100, Romae 1969, p. 246.
13. Cfr. generales normas, seu *criteria* Constitutionum.
14. Cfr. *Monumenta Ignatiana, Sancti Ignatii de Loyola Constitutiones Societatis Iesu*, tomus III, textus latinus, p. I, c. 2, 9 (59-60); MHSI, vol. 65, Romae 1938, p. 49.
15. 2 *Thess.* 3, 1.
16. Ad Italicos sacerdotes qui XIII hebdomadae de accommodata rei pastoralis renovatione interfuerunt, d. 6 m. Sept. a. 1963; A.A.S. 55 (1963), p. 754.

investigatio traditaque institutio; inde apostolatus sacrae praedicationis, spiritualis curationis, librorum scriptorumque editionum, religiosae variorum coetuum incitationis, moralis educationis per Verbum Dei et Reconciliationis Sacramentum, quae peculiari ingeniosoque officio, vobis a sancto Conditore commisso, respondeant; inde apostolatus, qui dicitur, socialis necnon data scientiae doctrinaeque provehendae opera, quae a scholarum domiciliis, ut iuvenes solida expletaque disciplina informentur, in omnes gradus altiorum studiorum Universitatum ac *scientificarum* pervestigationum pertingunt; inde etiam *puerorum ac rudium in christianismo institutio*, quam Ignatius, cum primum iam ipse exararet exemplum *Quinque Capitulorum*, tamquam unum quod potissimum intenderent, suis filiis concredidit (17); inde "missiones", tamquam efficax suaviterque memorandum testimonium "missionis", ipsi Societati explendae; inde denique adhibitae pauperibus, aegrotis, reiectis hominibus curae. Ubicumque enim in Ecclesia, vel in provinciis quae plurimum habent difficultatis primaque quasi in acie stant, in compitis ubi variae inter se occursant doctrinae, in vallis – paene dixerimus – ubi sociales oriuntur conflictationes, facta est ac fit comparatio inter vehementiores hominum postulationes et perennem Evangelii nuntium, ibi fuerunt et sunt sodales Ignatiani: Societas vestra apte cohaeret et commiscetur cum ipsius Ecclesiae societate ob multiplicia quidem, quae scite fovetis, opera, sane perspectum habentes ea omnia ad unum propositum esse redigenda atque coniungenda, quod Dei gloria hominumque sanctifica-
/tio est, seduloque caventes ne inanes exsistant dissipationes, 719
quae prioris momenti optiones impediant.

Curnam igitur dubitatis? Vobis profecto est spiritualis disciplina robustiore stilo signata, certus prorsus neque ambiguus oris habitus, saeculorum quaedam comprobatio, inde manans e virtute rationum ac viarum, quae, cum sint inter historiae aetates ad obrussam exactae, vestigia fortis illius spiritus, qui beato Ignatio fuit, praeferunt. Nullo igitur pacto cuique erit dubitandum, quin maius impensiusque studium peracti hucusque itineris insistendi vestrique charismatis asservandi renovatus fons spiritualis et apostolicae fecunditatis evadat. Verum profecto est in Ecclesia sollicitationem, nostro huic tempori peculiarem, hodie pervagari: dubitationem nempe obstinatam seu, ut aiunt, *systematicam*; severam naturalis proprii habitus reprehensionem; omnia innovandi cupiditatem; liberiorem agendi rationem atque *individualismi* spiritum. Quas vos experimini difficultates, eae sunt quas hodie christiani in universum experiuntur, tanta cum facta sit humani cultus conversio, quae ipsam Dei notionem attingat; vestrae difficultates eaedem sunt ac difficultates huiusce aetatis apostolorum, qui, dum acri cura nuntiandi Evangelii afficiuntur, pariter animadvertunt quam difficile sit idem interpretari sermone, quem hodierni homines intellegere possint; vestrae difficultates alios etiam Ordines religiosos tangunt. Dubitationes sane et difficultates veras, graves, quas ex vobis aliqui experiuntur, comprehendimus. Vos enim collocati estis in prima veluti statione interioris renovationis, quam Ecclesia, praesertim post Concilium Vaticanum II celebratum, mundo huius temporis ad saeculares formas inclinato efficere studet. Societas vestra – dicere liceat – haud infirmum indicium Ecclesiae vitalitatis per aetatum cursum est; ipsa fortasse tamquam certus cardo, multae quidem significationis, est, quo totius Ecclesiae difficultates et sollicitationes, nisus et incepta, perennitas prosperique eventus vertuntur.

Agitur certe de discrimine, quo – ut saepe saepius dictum est – angor ac forsitan auctus proditur; sed Nos, qui sumus Christi Vicarius, cuius est in fide fratres confirmare (18), itemque vos, quibus grave incumbit onus recte scienterque vestrorum appetitiones Fratrum proponendi, omnes ideo vigilare oportet, ne necessaria, quae fiat, rerum accommodatio afferat detrimentum naturali corporis habitui seu *identitati*, neque personae Ignatiani Sodalis singularitati, qualem in *For-*
mula Instituti / expositam tum historiae vices tum spiritualis 720
mos, Ordinis porprius, aperte proferunt, atque sincera interpretatio ipsarum nostrorum temporum postulationum adhuc videtur exigere. Haec igitur imago neque adulteranda, neque deformanda est.

Neque apostolatus necessitas appellanda est id quod nonnisi vitae spiritualis corruptela et deminutio potius vocari debet; ut enim S. Ignatius clare admonuisse traditur, quicumque Societatis Iesu sodalis ad apostolatus opus mittitur, cavere omnino debet, ne sui obliviscatur ut in aliorum salutem in-

17. Cfr. P. Tacchi-Venturi, *op. mem.*, vol. I, parte II, p. 183.
18. Cfr. *Lc.* 22, 32.

http://www.obrascatolicas.com

cumbat; eidem non tantummodo fas non est vel minimum peccatum admittere ad spirituale lucrum quam maximum faciendum, sed ne licet quidem se in peccandi periculum committere (19). Si vestra Societas in discrimen se ipsa adducat, si vias periculorum plenas ingrediatur, quae ipsi propriae non sint, detrimenta sane afferentur etiam iis omnibus, quorum christiana educatio atque institutio quocumque modo Ignatianis sodalibus tantopere debetur.

Iamvero, ut vobis pariter ac Nobis in comperto est, hodie inter quaedam Ignatianae familiae agmina gravis animadvertitur rerum incertitudo, immo quaedam agendi cogitandique ratio, qua in dubium revocatur ipsa germana forma religiosae vitae vestrae. Ignatianus sodalis, qualem summatim descripsimus, suapte natura spiritualis incitator est, qui scilicet homines sui temporis ad catholicam vitam excolit qua sacerdos et apostolus, cum haec revera sit persona ipsi propria.

Nunc vero quaestiones ponimus, quae a vobis etiam sunt ponendae, ut diligens recognitio vitae vestrae instituatur et animi confirmentur: precandi studium, contemplatio, vitae simplicitas, paupertas, supernaturalium adiumentorum usus, quomodo apud vos se habent? Quomodo se habent apud vos mentis adhaesio et sincera professio veritatum spectantium ad fundamentalia capita fidei et doctrinae moralis catholicae, qualia a Magisterio ecclesiastico proponuntur? Quomodo se habet voluntas cooperandi plena cum fiducia cum Summo Pontifice? Illae *nubes caelo obductae*, quas animadvertebamus anno millesimo nongentesimo sexagesimo sexto, quamquam *magna parte* evanuerunt consultis trigesimae primae Congregationis Generalis (20), nonne, pro dolor, diu nimis in vestrum Institutum umbras proicere perrexerunt? Nonnulla
721 dolenda / facta, quae dubium iniciunt, num quis adhuc ad Societatem pertineat, saepius accidunt; quae quidem Nobis undique significantur, praesertim a Pastoribus dioecesium, ac detrimentum afferunt ipsi clero ceterisque religiosis et laicis catholicis. Haec facta a vobis et a Nobis postulant apertam doloris significationem: non quidem ut de iis iterum fiat sermo, sed ut coniunctis viribus opportuna remedia adhibeantur, quorum ope Societas Iesu talis permaneat aut rursus fiat, qualis requiratur et qualis esse debeat, ut Conditoris proposito et Ecclesiae exspectationi hodie respondere queat. Necessarium quidem est, ut scite investigetur de statu vestrae Societatis, utque rerum hominumque condiciones experientia cognoscantur; sed necessarium etiam est – idque expedit iterum admonere – ut secundum sensum spiritualem et secundum lumen fidei aestimatio fiat de iis quae sunt agenda ac de via quam ingredi oportet, ratione habita voluntatis Dei, qui requirit ut ad ipsius nutum omnino nos praesto simus.

III. *Quo ergo pergitis?* Quaestioni sane respondendum est. Ceterum, et vos eandem quaestionem iam diu posuistis dilucide, fortasse non sine discrimine.

Meta quam tenere studetis, cuiusque est haec Generalis Congregatio signum temporum opportunum, est – atque nihil aliud habenda est – quam sana et aequa et apta accommodatio ad iusta huius temporis postulata, servata videlicet substantiali Societatis vestrae indole propria ac certo atque definito Conditoris vestri charismate. Huc prorsus spectavit Vaticanum II Concilium per Decretum *Perfectae caritatis*, ubi haec verba leguntur: *Accommodata renovatio vitae religiosae simul complectitur et continuum reditum ad omnis vitae christianae fontes primigeniamque institutorum inspirationem et aptationem ipsorum ad mutatas temporum condiciones* (21). Quam ad rem, velimus quidem vobis plenam inicere fiduciam, et hortari vos ut impetum sumatis ad ambulandum congruenter hodiernae societatis menti atque spiritui, id tamen monentes, ut ceterum generatim fecimus in Adhortatione Apostolica *Evangelica testificatio* n. 51, talem renovationem, necessariam quidem, efficacem esse non posse, si a religionis forma familiae vestrae propria declinet, quam vestra fundamentalis Regula seu *Formula Instituti* tam dilucide describit. En Nostrae Adhortationis verba: *Accommodatio enim cuiusvis animantis ad ea, in quorum ambitu degit, non est in eo posita, ut*
722 *veram suam amittat identitatem, sed in eo, ut se conformet / vitali vigore sibi peculiari. Hodiernas animorum propensiones et postulationes hominum, qui nunc sunt, alte percipientes, id agere debetis, ut e fontibus vestris veluti lymphae nova vi*

19. Cfr. *Monumenta Ignatiana*, series prima, *Sancti Ignatii de Loyola Epistolae et Instructiones*, tom. XII, fasc. II: MHSI, Annus 19, fasc. 217, Ianuario 1912, Matriti, pp. 251-252.
20. A.A.S. 58 (1966), p. 1174.
21. N. 2.

pollentes exsiliant. Huiusmodi officium aptum est ad animum accendendum, et quidem ratione habita difficultatum (22).

Quare Nos hortamur videlicet toto pectore, ut renovationem hanc persequamini, quam ipsa Ecclesia tam evidenter tantaque auctoritate voluit. Neque tamen momentum atque insita pericula Nos, aeque ac vos, latent. Mundus, in quo degimus, *nostrum religiosum mentis habitum in discrimen adducit, atque interdum vel ipsum fidei nostrae iudicium*: scilicet huius aetatis homines profano cuidam atque incredibili humanismo tam confidunt ac iudicio suae rationis, nihil religioni attribuenti, tam concedunt, ut progressionis suae opus tum personalis tum socialis humanis tantum viribus absolvendum esse putent, cum iuxta nostram sententiam, qui viri Dei sumus, hominis transformatio in Christum agatur per fidem quae est in Deum viventem, per imitationem Christi quantum maxime potest absolutam, per electionem Crucis et belli contra malignum et peccatum suscepti. Meministis illorum verborum: *Sub Crucis vexillo Deo militare et soli Deo atque Romano Pontifici ... servire?* (23).

Ceterum Ignatii saeculum mutationem humanisticam, id est de hominum condicione atque opinione, subiit, eandemque tam validam etsi non tam tumultuosam quam insequentibus saeculis, in quibus nempe dubitationis perpetuae principes floruerunt, et absolutae negationis, et commenticiae unius terrestris regni formae, quo vera transcendentia haberi posse omnino negatur. Sed, *Ubi sapeins? ubi scriba? ubi conquisitor huius saeculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? Nam placuit Deo per stultitiam praedicationis salvos facere credentes* (24). Huius autem admirabilis sapientiae et nuntii nos praecones sumus. Sed quem ad modum in Venerabilium Fratrum Nostrorum Episcoporum memoriam redegimus, cum Synodum dimitteremus, ita et vobis idem iteramus: nempe quantumvis difficultatibus adflictis *Christus est nobiscum et in nobis; in nobisque loquitur et per nos; neque iusta subsidia / nobis negabit* (25), ut huius aetatis homi- 723
nibus christianum nuntium, seu sapientiam, afferamus.

Vera autem et clara hominum societatis visio atque consideratio de *altero etiam nos periculo* monet: hoc est ipsa novitas, quae omnia in quaestionem adducit. Haec vero, sine dubio, multum valet ad hominum progressionem; sed tum maxime, cum novitas ad Eum refertur qui nova facit omnia (26), per perenne suae ipsius mortis atque Resurrectionis mysterium, cuius nos participes facit, per Ecclesiae suae sacramenta: minime vero cum novitas illa aliquid relativum induens, hodie evertit, quod heri constituit. Adversus has illecebras, haud difficile est ea videre, quae vos semper progredientes efficere potestis quaeque vos vicissim propellent: fides potissimum et amor.

Propterea in itinere quod vos extremo hoc saeculo suscipitis, quodque sacer Annus optimo auspicio signat ad vitam omnino ad Deum convertendam, Nos duplex charisma proponimus apostoli proprium, quod scilicet et identitatem vestri Instituti tutari debet et doctrinam vestram usquequaque illuminare, aeque ac studiorum domicilia, atque ephemerides, seu commentaria vestra: hinc, videlicet, *fidelitatem* non sterilem aut inertem, sed vivacem ac fecundam, erga traditionem et fidem et institutionem Conditoris vestri, ut sal terrae et lux mundi maneatis (27). Bonum depositum custodite (28). *Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli. Quoniam non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem sed adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum. Propterea accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo et in omnibus perfecti stare* (29).

Ex altera parte, habetis charisma caritatis, nempe *ministerii* magno animo pro omnibus hominibus fratribus implendi, qui nobiscum ad futurum saeculum contendunt; sollicitudo Pauli ipsius est, qua unusquisque verus apostolus intus incenditur: *Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos ... Per omnia omnibus placeo, non quaerens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant* (30).

22. A.A.S. 63 (1971), p. 523.
23. Bulla *Regimini militantis Ecclesiae*, apud P. Tacchi-Venturi, *op. mem.*, vol. I, parte II, *Documenti*, Roma, a. 1931, pp. 182-183.
24. *1 Cor.* 1, 20, 21.
25. Cfr. A.A.S. 66 (1974), p. 639.
26. Cfr. *Apoc.* 21, 5.
27. Cfr. *Mt.* 5, 13, 14.
28. Cfr. *1 Tim.* 6, 20; *2 Tim.* 1, 14.
29. *Eph.* 6, 11-13.
30. *1 Cor.* 9, 22; 10, 33.

Perfectio in utriusque charismatis concursu posita est, seu
724 in fideli/tate et caritate, neutra alteram superante. Res sane difficilis, at certo possibilis. Hac aetate vehementissime alterum illud charisma attrahit: agere melius videtur quam esse; operari melius quam contemplari; vita concreta magis necessaria videtur quam consideratio abstracta, quo factum est, ut theologia deductiva locum inductivae daret; ex quo concludendum forsitan videri potest singulos fidelitatis et caritatis aspectus repugnare inter se. Minime tamen, ut probe scitis: ambae enim de Spiritu Sancto procedunt, qui est amor. Numquam homines nimis amabuntur, sed hoc in amore solo et cum amore solo Christi. *Ecclesia ad hoc se applicat, ut in omni materie ostendat doctrinam divinitus enuntiatam, utpote catholicam, omnes hominum cogitationes rectas assumere ac perficere, quae per se ipsae aliquid semper secumferunt imperfectum atque miserum* (31). Sed si hoc non accidit, prompta ad serviendum voluntas degenerare potest in *relativismum*, et converti ad prudentiam hominum eorumque sensum *immanentisticum*, atque etiam similis fieri eiusdem humanae consortionis, cuius saluti consulendum fuit, et tandem reduci etiam ad saecularismum necnon cum profanis rebus confundi. Vos deprecamur, ne vos efferat *spiritus vertiginis* (32).

Hanc ad rem quod attinet, volumus praeterea vobis quasdam significare normas, quas in considerationibus vestris enodare poteritis:

a) rerum iudicio et discretione, in quibus mirabiliter iam exercitati estis ob Ignatianam religiositatem, vobis opus semper erit, ut eadem in quaerenda synthesi utriusque charismatis seu utriusque poli vitae vestrae, vos sustinere valeant. Oportebit semper ut perquam dilucida et consequenti ratione eligere valeatis, aut inter mundi aut inter Evangelii necessitates, eiusque paradoxi de morte et vita, de cruce et resurrectione, de stultitia et sapientia. Illud vos dirigat iudicium, quo Paulus ita provocabat: *Quae mihi fuerunt lucra, haec arbitratus sum propter Christum detrimenta. Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi Domini mei, ...; ad cognoscendum illum et virtutem resurrectionis eius et societatem passionum illius, configuratus morti eius, si quo modo occurram ad resurrectionem quae est ex mortuis* (33). Reminiscamur eam semper esse summam regulam, quam Dominus Noster statuit: *a fructibus eorum cognoscetis eos* (34); nisus autem, quo iudicium ve-
725 strum dirigi debet, / docilitas vestra erit in audienda voce Spiritus, ut fructum Spiritus afferatis, qui *est caritas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia* (35).

b) Opportunum autem erit meminisse necessitatem bene faciendi *electionem primariam* inter varia incitamenta, quibus actuositas apostolica vos in mundo huius aetatis urget. Hodie, revera, difficultas sane homines afficit in rebus considerate ac sine ulla dubitatione eligendis; timor fortasse et dubium adest num possint se ipsos plane perficere; ac proinde cupiunt omnia esse, omnia facere, omnes sine discrimine sequi humanas et christianas vocationes, cum sacerdotales tum profanas, institutorum tum religiosorum tum saecularium proprias, se ad quaedam applicando, quae ad alios spectant. Ex quo sequitur, ut taedium superveniat, quaedam incaute et ex tempore agantur, animus frangatur. Vobis vero vocatio est definita, illa nempe de qua nunc vos admonuimus, quae est aliquid peculiare neque ulli ambiguitati obnoxium in iis, quae ad religionem et apostolicam vocationem attinent. Hoc quidem vobis est penitus in praecipuis eius rationibus et praeceptis investigandum.

c) Denique, in vestram memoriam iterum revocamus promptam oboedientiae voluntatem, quae videtur esse proprius et peculiaris habitus Societatis vestrae. *Ceteris in Ordinibus* – Ignatius ipse in illa Epistula scripsit diei vigesimae sextae mensis Martii anno millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio – *utilitas percipi potest ex ieiuniis, vigiliis aliisve asperitatibus ...; sed ego admodum cupio, fratres carissimi, ut qui Deo Domino nostro in hac Societate deserviunt, oboedientiae puritate atque perfectione emineant, per veram nostrarum voluntatum renuntiationem nostrorumque iudiciorum abnegationem* (36).

31. H. De Lubac, *Catholicisme*, Paris 1952, cap. IX, p. 248.
32. *Is.* 19, 14.
33. *Phil.* 3, 7-8; 10-11.
34. *Mt.* 7, 16.
35. *Gal.* 5, 22.
36. *Monumenta Ignatiana*, series prima, *Sancti Ignatii de Loyola Societatis Iesu Fundatoris Epistolae et Instructiones*, tomus IV, fasc. V: MHSI, Annus 13, fasc. 153, sett. 1906, Matriti, p. 671.

In oboedientia, ipsa habetur substantia imitationis Christi, *qui per oboedientiam mundum, ipsa deficiente perditum, redemit, factus oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis* (37). In oboedientia apostolicae fecunditatis secreta ratio innititur. Quo magis nova et ardua aggredimini, eo vel magis intus ei consociemini oportet, qui vos mittit: *Omne genus apostolatus molimina permittuntur, cum firmiter apostolo-* 726
rum oboedientia fiditur (38). Haud equidem ignoramus, si oboedintia multum ab iis qui oboediunt postulet, eandem plus etiam ab iis postulare, qui in potestate sunt: quippe eorum munus est omnes omnium subditorum audire voces; prudentibus autem uti consultoribus, ut sincere res perpendantur; coram Deo ea tantum deligere, quae cum eius voluntate congruant; in iis vero quae repugnent, sese firmiter interponere. Revera, quivis Ecclesiae filius plane scit suam fidelitatem oboedientia probari in eaque inniti: *Catholicus fidelis probe novit propterea Ecclesiam praecipere, quod ipsamet in primis Deo oboediat. "Homo liber" ille vult esse, at iis se sociare recusat, qui "quasi velamen habent malitiae libertatem"* (39). *Oboedientiam aestimat pretium libertatis esse, sicut eadem unitatis est fundamentum* (40).

Dilecti filii!

Conventum hunc absolventes, nonnulla Nos obtulisse putamus, quae ad propositam vobis viam, sive in hodierni sive in futuri temporis mundo pergendam, spectent. Hunc mundum agnoscite: sicque vester in Christo erit; iisdem atque S. Ignatii oculis eum aspicite; eodem animo spiritualibus eius necessitatibus advertite; iisdem pugnate armis, Deum nempe orantes, solas Dei partes et gloriam quaerentes, caelestes res meditantes, ad omnia patranda vosmet ipsos paratos praebentes. Neque profecto videmur nimium a vobis requirere, si optatum hoc Nostrum significemus: ut in ista videlicet congregatione diligenter perpendatis iterumque proferatis, quae tamquam *essentialia* habeantur Societatis Iesu sodalium munera, et textum apparet, brevem quidem sed fundamentalem, quo sodalis quisque vester uti valeat ad seipsum excutiendum, ad peculiarem religiosam naturam suam dispiciendam, ad munia redintegranda, ad divinam sibi factam vocationem iterum audiendam, ad communem vitae consuetudinem cum fratribus coagmentandam. Praesens haec hora id exigit, Societas decretoriam vocem quandam exspectat. Caveatis ne id diutius desideretur!

Ad Nos quod attinet, maxime sane animi attentione labores istos prosequimur, qui magnopere conferant oportet ad sanctitatem atque apostolicam navitatem, nec non ad fidelitatem erga vestrum charisma atque Ecclesiam; hos vero labores praecipue prece confirmamus, ut lumen Sancti Spiritus, qui
727 Spiritus est Patris et Filii, vos collustret, vos robo/ret, vos conducat, vos excitet et impellat ad propius usque Christum cruci affixum consequendum. Ad Iesum communem omnium orationem nunc dirigamus, eadem adhibentes S. Ignatii verba: *Suscipe, Domine, universam meam libertatem. Accipe memoriam, intellectum atque voluntatem omnem. Quicquid habeo vel possideo, mihi largitus es: id tibi totum restituo, ac tuae prorsus voluntati trado gubernandum. Amorem tui solum cum gratia tua mihi dones, et dives sum satis, nec aliud quicquam ultra posco* (41).

Ita, ita, fratres et filii! Pergite, *In Nomine Domini*. Iter simul prosequamur, liberi, oboedientes, in Christi dilectione invicem coniuncti ad maiorem Dei gloriam. Amen.

37. Ibid.
38. Loew, Journal d'une mission ouvrière, p. 452.
39. Cfr. *1 Pet.* 2, 16.
40. H. De Lubac, *Méditations sur l'Eglise*, p. 224, cfr. pp. 222-230.
41. *Ex. Spir.*, n. 234; op. cit., MHSI, vol. 100, Romae 1969, pp. 308-309.

Adn. B. de MARGERIE in **Esprit et vie** 85 (1975) 189-190; P. DEZZA in **La Civ. Catt.** 126 (1975-III) 151-159.

4338

1974 DEC 3.-SECRETARIA STATUS, EPISTULA. PART.*

Sedes Apostolica extensioni quarti voti ad omnes indistincte sodales Societatis Iesu contraria declaratur

Dal Vaticano, 3 dicembre 1974

Reverendissimo Padre, Sua Santità mi affida il venerato incarico di esprimere a Lei ed ai suoi Confratelli il Suo since-

http://www.obrascatolicas.com

4. In ecclesiis oratoriisve exponi, vendi aut dari non possunt libri vel alia scripta de quaestionibus religionis aut morum tractantes, nisi cum approbatione competentis Auctoritatis ecclesiasticae editi sint.

Art. 5

1. Attentis eorum munere peculiarique responsabilitate, enixe commendatur clericis saecularibus ne libros edant quaestiones religionis aut morum spectantes sine licentia proprii Ordinarii; sodalibus Institutorum perfectionis nonnisi de licentia Superioris maioris, salvis eorum Constitutionibus, quae obligationem imponant.

2. In diariis, foliis aut libellis periodicis qui religionem catholicam aut bonos mores manifesto impetere solent, ne quidpiam scribant christifideles, nisi iusta et rationabili de causa; clerici autem et Institutorum perfectionis sodales, tantummodo approbante loci Ordinario.

Art. 6

1. Integro remanente iure uniuscuiusque Ordinarii committendi, pro sua prudentia, iudicium de libris personis quibus fidem facit, in singulis regionibus ecclesiasticis ab Episcoporum Conferentia confici potest elenchus censorum, scientia, recta doctrina et prudentia praestantium, qui Curiis episcopalibus praesto sint, aut constitui commissio censorum, quam loci Or-
284 dinarii consulere possint. /

2. Censor, in suo obeundo officio, omni personarum acceptione seposita, prae oculis tantummodo habeat Ecclesiae de fide et moribus doctrinam, uti a Magisterio ecclesiastico proponitur.

3. Censor sententiam suam scripto dare debet; quae si faverit, Ordinarius pro suo prudenti iudicio licentiam concedat ut editio fiat cum sua approbatione, expresso suo nomine necnon tempore ac loco concessae approbationis; quod si approbationem non concedat, rationes denegationis cum operis scriptore Ordinarius communicet.

Has normas, in Plenario Coetu Sacrae Congregationis pro Doctrina Fidei propositas, Summus Pontifex Paulus VI, in Audientia die 7 Martii 1975 infrascripto Praefecto impertita, approbavit et publici iuris fieri iussit, derogans simul Codicis Iuris Canonici praescriptis quae eisdem normis sint contraria.

Romae, die 19 Martii 1975. - Franciscus Card. SEPER, *Praefectus*. Fr. Hieronymus Hamer, Archiep. tit. Lorensis, *a Secretis*.

Adn. E. BARAGLI in La Civ. Catt. 126 (1975-II) 263-267, 436-449; L. de ECHEVERRIA in REDC 31 (1975) 344-372; F. J. de URRUTIA in PrM 65 (1976) 529-583; M. DESDOUITS in Esprit et vie 87 (1977) 340-344; C. LEFEBVRE in L'année can. 20 (1976) 149-153; P. TOCANEL in Apoll 48 (1975) 9-11; NotIt. 11 (1975) 99-100.

4369

1975 MAR 19.-SC GENT. EVANG., DECR. AAS 67 (1975) 387

ANTILLARUM
Decretum de nova erectione Delegationis Apostolicae Antillarum

Sacra Congregatio Consistorialis, ut religioso bono consuleret, a. D. 1925 Delegationem Apostolicam Antillarum erexit, quae tamen, mutatis circumstantiis, a. D. 1938 a Sacra Congregatione pro Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis abolita fuit.

Nunc autem, cum Conferentia Episcopalis Antillarum constituta sit pro nunnullarum circumscriptionum ecclesiasticarum Sacro Consilio Christiano Nomini Propagando subiectarum Ordinariis in Antillis et territoriis adiacentibus sitarum, Summus Pontifex Paulus Divina Providentia Pp. VI, ut Ecclesiae Sanctae status in illis locis magis magisque floreat, votum Archiepiscoporum et Episcoporum illius Conferentiae Episcopalis Antillarum benigne excipiens, omnibus mature perpen-

http://www.obrascatolicas.com

sis, Delegationem Apostolicam Antillarum noviter erigere dignatus est, sub ditione huius Sacri Dicasterii, statuens eiusdem Sedem pro nunc in urbe Portus Principis stabiliendam esse; in cuius rei memoria Litteras Apostolicas in forma Brevis maioris confici iussit et expediri.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, in Sollemnitate Sancti Ioseph, B. V. M. Sponsi et Ecclesiae Universalis Patroni, die 19 mensis Martii anno Domini 1975. - Agnellus Card. ROSSI, *Praefectus.* Bernardinus Gantin, *a Secretis.*

4370

1975 MAR 27.- SC pro CULTU, DECRETUM. PART.*

De editione typica altera Missalis Romani, cum Variationibus et additamentis inductis

I - DECRETUM DE EDITIONE TYPICA ALTERA MISSALIS ROMANI

Cum Missale Romanum denuo imprimendum sit, variationes et additamenta inducta sunt, ut haec nova editio respondeat documentis post eiusdem primam editionem anno 1970 publici iuris factis.

In Institutione generali, cuius numeri marginales non mutantur, descriptio habetur munerum acolythi et lectoris, loco numerorum quae de subdiacono agebant inserta (nn. 142-152).

Alia immutatio alicuius momenti habetur in parte Missalis quae continet Missas rituales et pro variis necessitatibus. Quaedam formularia completa sunt, antiphonas ad introitum et ad communionem indicando. Insuper additi sunt textus Missae ritualis in dedicatione ecclesiae et altaris, necnon Missae pro reconciliatione atque, inter Missas votivas, textus Missarum, quae de B. Maria V. Ecclesiae Matre et de Ss.mo Nomine Mariae desiderabantur.

Quaedam aliae variationes minoris momenti in titulos et in rubricas inductae sunt, quo melius respondeant verbis seu dictionibus, quae in novis libris liturgicis occurrunt.

Hanc editionem alteram Missalis Romani Summus Pontifex Paulus VI auctoritate sua approbavit, et Sacra Congregatio pro Cultu Divino nunc emittit et typicam esse declarat.

Curae erit Conferentiarum Episcopalium variationes in hac editione altera Missalis Romani contentas in editiones linguis vernaculis apparandis inducere.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Sacrae Congregationis pro Cultu Divino, die 27 martii Anni Sancti 1975, feria V in Cena Domini. - Iacobus Robertus Card. KNOX, *Praefectus.* A. Bugnini, Archiep. tit. Diocletianen., *a Secretis.*

II - VARIATIONES MISSALIS ROMANI**

I. AD INSTITUTIONEM GENERALEM

n. 6 ...

n. 11. "Item ad sacerdotem, munere praesidis coetus congregati fungentem, spectat proferre quasdam monitiones atque formulas introductionis et conclusionis in ipso ritu praevisas. Natura sua hae monitiones non exigunt ut omnino ad verbum proferantur forma qua in Missali exhibentur; unde expedire poterit, saltem in aliquibus casibus, veris comunitatis condicionibus aliquatenus eas aptare (20). Sacerdoti praesidi etiam spectat verbum Dei nuntiare, necnon benedictionem finalem impertire. Ipsi insuper ... etc."

n. 17. *a*) ...

n. 19. ...

n. 27. ...

n. 32. ...

n. 34. "In lectionibus mensa verbi Dei paratur fidelibus et thesauri biblici iis aperiuntur. Cum ex traditione officium legendi lectiones non sit munus praesidentiale sed ministeriale, convenit ut, de more, diconus vel, eo deficiente, alius sacerdos legat Evangelium, lector vero alias lectiones. Deficiente tamen diacono vel alio sacerdote, Evangelium a sacerdote celebrante legatur".

n. 36. Linea 10 ...

n. 42. ...

n. 49. Linea 5. ...

** Numeros omnes indicamus in quibus aliqua variatio vel additamentum adest inductum. Praecipuas vero variationes integras referimus, pro ceteris lectorem remittimus vel ad Editionem alteram typicam Missalis Romani, vel ad textus qui continentur expressos apud Notitiae 11 (1975) 298-337.

20. Cf. S. Congr. pro Cultu Divino, Litt. circ. de Precibus eucharisticis, 27 aprilis 1973, n. 14: AAS 65, 1973, 346.

n. 56. *h*) ...

n. 59. ...

n. 65. Acolythus ad servitium altaris et in adiutorium sacerdotis et diaconi instituitur. Ipsius praecipue est altare atque vasa sacra parare et Eucharistiam, cuius est minister extraordinarius, fidelibus distribuere.

n. 66. Lector ad proferendas lectiones Sacrae Scripturae, Evangelio excepto, instituitur. Potest etiam intentiones orationis universalis proponere et, deficiente psalmista, psalmum inter lectiones proferre.

Lector proprium munus in celebratione eucharistica habet, quod ipse per se exercere debet, quamvis adsint ministri ordinis superioris.

Ut fideles, ex auditione lectionum divinarum suavem ac vivum sacrae Scripturae affectum (53) in corde concipiant, necesse est ut lectores tale ministerium exercentes, etsi institutionem non receperunt, revera apti sint et sedulo praeparati.

n. 68. ...

n. 70. Omnia ministeria infra ea quae propria sunt diaconi a viris laicis etsi institutionem non receperunt, exerceri possunt. Ministeria quae extra presbyterium peraguntur etiam mulieribus committi possunt, iuxta prudens iudicium rectoris ecclesiae.

Conferentia tamen Episcopalis permittere potest ut mulier idonea lectiones quae praecedunt Evangelium et intentiones orationis universalis proferat et pressius determinare locum congruum, e quo verbum Dei in coetu liturgico annuntiet (55).

n. 76. "Inter Missas autem ab aliquibus... Omnes insuper ad eam communitatem pertinentes sacerdotes qui officio in bonum pastorale fidelium singulariter celebrandi tenentur, Missam quoque conventualem aut "Communitatis" eadem die concelebrare possunt" (58).

n. 78. ...

n. 80. ...

n. 81. ...

n. 82. ...

n. 88. ...

n. 109. ...

n. 110. ...

n. 117. ...

n. 120. ...

n. 121. ...

n. 128. ...

n. 129. ...

n. 131. ...

n. 133. ...

n. 138. ...

nn. 142-152. Substituuntur textu qui sequitur:

C) De muneribus acolythi.

n. 142. Munera quae acolythus exercere potest varii sunt generis; plura autem ex iis simul occurrere possunt. Expedit proinde ut opportune inter plures distribuantur; si vero unus tantum acolythus praesens adest, ea quae potioris sunt momenti ipse exsequatur, cetera vero inter alios ministros distribuantur.

Ritus initiales

n. 143. In accessu ad altarem crucem, medius inter duos ministros cum cereis accensis, deferre potest. Cum autem ad altare pervenerit, cruce prope altare deposita, locum suum in presbyterio occupat.

n. 144. Per totam celebrationem, acolythi est ad sacerdotem vel diaconum, quoties opus sit, accedere, ut ipsis librum praebeat et in aliis quae necessaria sunt eos adiuvet. Convenit proinde ut, quantum fieri possit, locum occupet e quo ministerium suum commode possit implere, sive ad sedem sive ad altare.

Liturgia eucharistica

n. 145. Absente diacono, expleta oratione universali, dum sacerdos ad sedem manet, acolythus super altare ponit corporale, purificatorium, calicem et Missale. Deinde, si opus est, sacerdotem adiuvat in accipiendis donis populi et, pro opportunitate, panem et vinum ad altare defert et sacerdoti tradit. Si incensum adhibetur, ipse sacerdoti turibulum exhibet eique assistit in turificandis oblatis et altari.

n. 146. Sacerdotem adiuvare potest, qua minister extraordinarius, in Communione populo distribuenda (61). Quod si Communio sub utraque specie fit, ipse calicem sumentibus ministrat, vel calicem sustinet si Communio per intinctionem praebetur.

n. 147. Distributione Communionis expleta, sacerdotem vel diaconum in vasis sacris purificandis et componendis adiuvat. Absente vero diacono, acolythus vasa sacra ad abacum defert ibique purificat et componit.

53. *Eadem est ac adnotatio* 51.

55. Cf. S. Congr. pro Cultu Divino, Instr. *Liturgicae instaurationes*, 5 septembris 1970, n. 7: AAS 62, 1970, 700-701.

58. *Eadem est ac adnotatio* 54, *cui additur*: "S. Congr. pro Cultu Divino, Decl. de concelebratione, 7 augusti 1972: AAS 64, 1972, 561-563".

61. Cf. Paulus VI, Litt. Apost. *Ministeria quaedam*, 15 augusti 1972, n. VI: AAS 64, 1972, 532.

D) De muneribus lectoris

Ritus initiales.

n. 148. In accessu ad altare, absente diacono, lector librum Evangeliorum deferre potest: tunc ante sacerdotem incedit; secus cum aliis ministris.

n. 149. Cum ad altare pervenerit, facta cum sacerdote debita reverentia, ad altare ascendit, librum Evangeliorum supra illud deponit et in presbyterio una cum aliis ministris locum occupat.

Liturgia verbi

n. 150. Lectiones, quae Evangelium praecedunt, in ambone legit. Deficiente vero psalmista, potest et psalmum responsorium post primam lectionem proferre.

n. 151. Absente diacono, post introductionem a sacerdote dictam, lector intentiones orationis universalis proferre potest.

n. 152. Si ad introitum vel ad Communionem non habetur cantus, et antiphonae in Missali propositae a fidelibus non recitantur, tempore conveniente eas profert.

nn. 153 ..., 157, 158 ...

n. 167. ...

n. 168. ...

n. 199. ...

n. 203. ...

n. 204. Ultimus accedit diaconus. Postquam Christi Sanguinem sibi hausit, totum Sanguinem qui remansit sumit, calicem ad abacum transfert, ibique ipse vel acolythus purificat atque absterget, et de more componit.

n. 205. ...

n. 206. *Secunda alinea. Textus refectus:* Per intinctionem Communionem accipit etiam diaconus, qui Amen respondet concelebranti sibi dicenti: Corpus et Sanguis Christi. Diaconus autem ad altare totum Sanguinem qui remansit sumit, calicem ad abacum trasfert, ibique ipse vel acolythus purificat atque absterget et de more componit.

n. 217. ...

n. 228. ...

n. 238. ...

n. 242. ...

n. 244. ...

n. 245. ...

n. 246. ...

n. 247. ...

n. 248. ...

n. 249. ...

n. 250. ...

n. 251. ...

n. 252. ...

n. 257. ...

n. 265 ...

n. 271. ...

n. 276. ...

n. 277. ...

n. 278. ...

n. 298. *Ultima pars ita mutatur:* Alba cum superpelliceo commutari nequit quando planeta vel dalmatica induenda est, aut quando stola adhibetur loco planetae vel dalmaticae.

n. 301.*Textus refectus*: Ministri diacono inferiores albam vel aliam vestem in singulis regionibus legitime probatam induere possunt.

n. 310. *Textus refectus*: Missae rituales dicuntur cum colore proprio vel albo vel festivo; Missae autem pro variis necessitatibus cum colore proprio diei vel temporis aut cum colore violaceo, si indolem paenitentialem manifestant, v. gr. nn. 23, 28, 40; Missae votivae cum colore convenienti Missae quae celebratur aut etiam cum colore proprio diei vel temporis.

n. 316. ...

n. 322. ...

n. 323. ...

n. 393. ...

p. 90. *In titulis qui n. 326 praecedunt omittuntur verba:* "et votivis".

n. 329. ...

n. 330. ...

n. 332. ...

n. 333. ...

n. 336. ...

n. 337. "Missae defunctorum post acceptum mortis nuntium, vel in ultima sepultura defuncti, vel in primo anniversario die, celebrari potest etiam diebus infra octavam Nativitatis, diebus quibus occurrit memoria obligatoria aut feria quae non sit IV Cinerum aut Hebdomadae Sanctae.

Aliae Missae defunctorum, seu Missae "cotidianae" celebrari possunt in feriis per annum, in quibus occurrunt memoriae ad libitum vel fit officium de feria, dummodo pro defunctis revera applicentur.

II. AD NORMAS DE ANNO LITURGICO ET DE CALENDARIO

n. 14. *Loco* "de Missa et de Officio divino", *habetur:* Missalis Romani et de Liturgia Horarum.

n. 47. ...

n. 59, 11. *a*) *Verba:* Provinciae, nationis, amplioris territorii, Ordinis seu Congregationis et" *omittuntur.* ...

n. 59, 12. *Loco* "in Institutionibus de Missa et de Officio", *habetur:* "in Institutionibus generalibus Missalis Romani et de Liturgia Horarum".

III. AD TEXTUS MISSALIS
(*Omittuntur utpote rituales*)

TEXTUS NOVI

I. Pro electione seu inscriptione nominis
...

II. In benedictione Abbatis et Abbatissae
...

III. In XXV vel L anniversario professionis religiosae
...

IV. In dedicatione ecclesiae
...

V. In dedicatione altaris
...

VI. Pro variis necessitatibus

1. Pro Ecclesia ...
2. Pro Papa ...
6. Pro sacerdotibus ...
7. Pro seipso sacerdote ...
8. Pro ministris Ecclesiae ...
9. Pro vocationibus ad sacros Ordines ...
10. Pro religiosis ...
11. Pro vocationibus ad vitam religiosam ...
12. Pro laicis ...
13. Pro unitate christianorum ...
15. Pro christianis persecutione vexatis ...
21. Pro populorum progressione ...
22 bis. Pro reconciliatione ...
24. Initio anni civilis ...
25. Pro humano labore sanctificando ...
29. Pro profugis et exsulibus ...
30. Pro captivitate detentis ...
33. Pro morientibus ...
38. In quacumque necessitate ...
41. Ad postulandam caritatem ...
42. Pro concordia fovenda ...
43. Pro familia ...
44. Pro familiaribus et amicis ...
45. Pro affligentibus nos ...
46. Ad postulandam gratiam bene moriendi ...

MISSAE VOTIVAE

8. De beata Maria Virgine ...

VII. Ritus ad deputandum ministrum Sacrae Communionis ad actum distribuendae

1. Ordinarii locorum facultate fruuntur permittendi singulis sacerdotibus sacra munera exercentibus ut deputare valeant personam idoneam, quae in casibus verae necessitatis, ad actum, s. Communionem distribuat.

2. Personam quae, iis in casibus, ad s. Communionem distribuendam ad actum deputatur, mandatum accipere expedit iuxta ritum qui sequitur.

3. Dum fractio panis et immixtio peraguntur, qui s. Communionem distribuere debet ad altare accedit et coram celebrante sistit. Expleta invocatione Agnus Dei, sacerdos eum benedicit his verbis: *Benedicat te Dominus ad Corpus Christi fratribus tuis nunc ministrandum.* Et ipse respondet: *Amen.*

4. Postquam vero sacerdos de more ipse Sacramentum sumpsit, s. Communionis ministrum, si hic SS. Eucharistiam suscepturus sit, communicat; ac deinde pyxidem vel vas cum hostiis ei porrigit, et una cum eodem ad Communionem fidelibus ministranduam accedit.

* Prot. N. 1970/74: Notit. 11 (1975) 297-337. Adn. C. BRAGA in EL 90 (1976) 505.

4371

1975 APR 2.-SC pro INSTIT. CATH., LITT. CIRC. PART.*

De doctrina Iuris canonici candidatis ad sacerdotium apte tradenda atque deinde permanenter colenda**

Postremis hisce annis studium Iuris canonici variis de causis neglegi coeptum est, praesertim a studentibus ecclesiasticis, non sine quadam confusione in Ecclesia.

http://www.obrascatolicas.com

Sacra igitur Congregatio pro Institutione Catholica a pluribus rogata, et conscia sui oneris in formatione sacerdotali et theologica, suum officium esse putat attentos in primis reddere Excellentissimos locorum Ordinarios et Rev.mos Religiosorum Moderatores de necessitate studii Iuris canonici, sive ut futuri animarum pastores debite praeparentur, sive ut Ecclesiae suppeditentur viri in Iure canonico periti, idonei interpretes et diligentes tutores exsecutoresque iuris nunc vigentis et futuri Codicis Iuris canonici.

Minime supervacaneum videatur difficultates hic perstringere, quae de huiusmodi studio nostris temporibus communius serpunt, etiam inter candidatos ad sacerdotium. Eae possunt ad duas redigi: ad creditam desuetudinem Codicis Iuris canonici, novique Codicis carentiam; ad imperfectam et interdum falsam ecclesiologiae Concilii Vaticani II interpretationem.

Prior difficultas evanescit si animadvertatur non modo Codicem Iuris canonici ad hoc tempus abrogatum non esse, sed non posse haberi prudentes animarum pastores, docentes, iudices Tribunalium ecclesiasticorum, cultores exsecutoresque iuris Ecclesiae, si ii destituti sint debita praeparatione iuridico-historica debitaque scientia Codicis etiamnunc vigentis. Considerandum insuper est plura post Concilium documenta publici iuris facta esse circa exsecutionem decretorum Concilii, quae documenta indole propria iuridica praedita sunt, ideoque pernoscenda tradendaque sunt. Ampla igitur est materia studio subiicienda non modo peritorum, ed etiam contendentium ad sacerdotium et alumnorum facultatum Theologiae et Iuris canonici.

Altera difficultas – quae subtilior exhibetur, cum rationes ipsas respiciat, cur neglegantur disciplinae canonicae – quasdam breves considerationes postulat, quibus intellegatur: ipsam Concilii Vaticani II ecclesiologiam postulare ut ius in Ecclesia promoveatur.

I. Munus et finis Iuris canonici in Ecclesia

Concilium Oecumenicum Vaticanum II, praesertim per constitutionem dogmaticam *Lumen gentium*, reconditiorem nobis dedit intellegentiam Ecclesiae in suo duplici aspectu: charismatico et institutionali. Ea nobis apparet imprimis christocentrica: Ecclesia est continuatio operis incarnationis et Mysterii Paschalis. Inter elementa coessentialia Ecclesiae primum locum aperte tenet ontologia gratiae, prout est communicatio vitae divinae. Instrumentum autem huius communicationis vitae divinae est structura sacramentaria et hierarchica.

Concilium enim, postquam clare enuntiavit sacramentariam Ecclesiae structuram, probe asseveravit: societatem organis hierarchicis instructam et Corpus Christi Mysticum, communitatem visibilem et communitatem spiritualem constituere unam complexam realitatem, duplici coalescentem elemento, humano et divino. Ecclesia per analogiam comparatur cum mysterio Verbi incarnati: "Sicut enim natura assumpta Verbo divino ut vivum organum salutis, Ei indissolubiliter unitum, inservit, non dissimili modo socialis compago Ecclesiae Spiritui Christi, eam vivificanti, ad augmentum corporis inservit"[1]; "(Ecclesia) unita quidem propter bona caelestia iisque ditata, ... a Christo in hoc mundo ut societas constituta et ordinata est, atque aptis mediis unionis visibilis et socialis instructa. Ita Ecclesia, insimul coetus adspectabilis et communitas spiritualis, una cum tota humanitate incedit ..."[2].

Si Ecclesiam ita consideramus, melius intellegimus quomodo ipsa, in sua totalitate et in sua unitate, sit indissolubiliter – etsi diversa ratione – communitas gratiae et societas hierarchica, et quomodo eius structurae sint et esse debeant in sua natura definitae ab elemento supernaturali. Inter divinum humanumque elementum servanda semper est illa relatio, quam Christus ipse constituit.

Ex ecclesiologia igitur conciliari clarius perspicitur et debitus locus et necessitas Iuris canonici. "Lex" enim maiorem vim acquirit, quia melius intellegitur eius munus in vita Ecclesiae.

"Primae partes attribuendae profecto sunt caritati; sed caritas sine iustitia, quae legibus exprimitur, consistere non potest. Ambae simul incedere atque inter se compleri debent, cum ex unico fonte profluant, qui est Deus. Ceterum, ut ait S. Paulus, regnum Dei est "iustitia, et pax, et gaudium in Spiritu Sancto" (*Rom* 14, 17)"[3].

Primatum tenet spiritus et interioritas; at organica insertio in corpus ecclesiale, praesentia auctoritatis et obsequium ei praestitum, manet semper elementum necessarium, quod ipse Ecclesiae Conditor voluit. In Ecclesia enim libertas et auctoritas non sunt verba inter se repugnantia, at bona quae se complent; eorumque mutuus concursus provehit simul communitatis augmentum et singulorum facultatem agendi assequendique maturitatem. Revocando principium auctoritatis ac necessitatis rationis iuridicae, nihil detrahitur de libertate deque eius debita aestimatione; at vero asseveratur necessitas tuendi efficaciter bona communia, inter quae bonum illud praecipuum exercendi ipsam libertatem, quod tantum societas bene ordinata potest convenienter praestare. Libertas enim, quid prodest singulis, nisi sapientibus opportunisque legibus protegatur?"[4].

Ipsum Concilium Vaticanum II, praesertim in Constitutione dogmatica *Lumen gentium*, optime effert et illustrat munus et finem Iuris canonici etiam in Ecclesiis localibus. Principium enim subsidiarietatis aperte ostendit habendas esse, praeter normas quae valent pro tota Ecclesia, normas quoque peculiares pro Ecclesiis localibus.

II. Necessitas iuris canonici

Quae supra consideravimus iuvare nos possunt ad intellegendam necessitatem promovendi studium Iuris canonici pro Ecclesia in universum atque etiam pro singulis partibus et gradibus organizationis ecclesialis. Oportet enim periti in Iure canonico habeantur in magisterio theologico, in variis Curiarum episcopalium administrationibus, in Tribunalibus ecclesiasticis singularum regionum, in Curiis familiarum religiosarum, etc. Conferentiae ipsae Episcopales, Synodi, singuli Ordinarii dioecesani et Moderatores religiosi indigent viris in iure versatis, quibus adiuventur non modo in instituendis in iure canonico futuris sacerdotibus, et in recte interpretando iure communi, sed etiam ad concipiendum apte ius particulare, hoc est, ad leges particulares redigendas quam optime, sive quod ad res attinet sive quoad formam, atque ad eas applicandas.

Memorare hic iuvat Instituta religiosa, ob tempus "ad experimentum" provisum ex Motu Proprio *Ecclesiae Sanctae* anno 1966, operam dare recognoscendo peculiari iuri proprio atque etiam novas structuras apparare.

Quare, agitur de opera necessario praestanda Auctoritatibus ecclesiasticis in earum munere gubernandi (quod quidem a munere "pastorali" disiungi nequit), ad ordinatum et pacificum progressum vitae socialis communitatis christianae, ad promovendum apostolatum recteque tuenda legitima omnium hominum iura.

1. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 8.
2. Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes*, n. 40.
3. Paulus VI iis qui interfuerunt "Cursui renovationis canonicae pro iudicibus aliisque tribunalium administris", Romae habito a Pontificia Universitate Gregoriana: A.A.S. 66, 1974, p. 12.
4. Paulus VI, ad Praelatos Auditores S. Rotae, 29 ianuarii 1970: A.A.S. 62, 1970, p. 115.

Hinc necessitas apte praeparandi huiusmodi viros. Oportet tamen, et hoc facile intellegitur, ut etiam sacerdotes curae animarum destinati, convenienti formatione iuridica instructi sint, qua possint pastorale suum ministerium recte explere.

Hinc pariter necessitas ut Episcopi et Moderatores religiosorum magis conscii fiant de officio fovendi promovendique studium Iuris canonici.

Excellentissimis igitur locorum Ordinariis et Reverendissimis religiosorum Moderatoribus haec commendat S. Congregatio pro Institutione Catholica, communi consilio cum sacris Congregationibus pro Ecclesiis Orientalibus, pro Gentium Evangelizatione, pro Religiosis et Institutis saecularibus; confiditque eos, sincera et alacri cura pastorali hanc etiam sui muneris partem sentientes, operam suam praestituros ad optatam huius quaestionis solutionem.

III. Ordinationes

Quo facilius proposita supra indicata exsecutioni mandentur, haec praescribuntur:

1. In nullo Seminario Maiore vel Scholasticatu (et eo magis in nulla Facultate vel Sectione Theologica) deesse debet cathedra Iuris canonici[5]; quae disciplina adnumeranda erit inter necessarias.

2. In ea tradenda disciplina indicentur fundamenta theologica generalia Iuris canonici, et particularia cuiusque instituti iuridici. Hac ratione efferetur spiritus quo animatur ius Ecclesiae – aliter atque cetera iura –, eiusque munus pastorale.

3. Ius canonicum ita tradatur, ut futurus sacerdos sibi appropriet eius principia et normas, in usum vitae pastoralis. Si res postulet, tradatur etiam breviter historica normae progressio, et illustretur eius nexus cum theologia congruentium aetatum. Tradatur pariter sufficiens cognitio iuris civilis propriae gentis circa quaestiones in Iure canonico tractatas, eas praesertim quae mixtae competentiae sunt, Ecclesiae et Status (ac praeterea circa ius concordatarium, ubi hoc adsit).

4. Ob necessitates oecumenismi et observantiam congruentium legum ecclesiasticarum, in tradendo Iure canonico exponendae sunt quaestiones, quae ipsum oecumenismum respiciunt et iuridicas implicationes habent, peculiari habita ratione rei liturgicae et sacramentariae.

5. Ne vero mera praecepta tradantur, studentes in usum introducendi sunt aptis accuratisque formulariis variarum procedendi rationum (illustrando pariter totum actionis decursum) etc., in re sive administrativa sive iudiciaria. Ad hoc magnae utilitatis erit ut studentes gregatim conducantur ad invisendas Cancellarias et Tribunalia dioecesana vel regionalia, atque etiam ut in Seminarium invitentur iudices, defensores vinculi, etc.

6. Peculiariter autem, quod ad rationem attinet docendi:

a) Haec diversa erit a ratione in Facultatibus vel Scholis Iuris canonici servata, cum diversa sint proposita spectata. Quantum igitur fieri poterit, vitentur quaestiones disputatae et inquisitiones proprie monographicae, nisi hae peculiaris momenti sint ad fines pastorales.

b) "Rationes institutionis sacerdotalis" cuiusque gentis[6] et cuiusque Familiae religiosae, materiam tradendam referant bene definitam. Quod eo magis faciendum erit in Rationibus studiorum cuiusque Seminarii Maioris vel Scholasticatus Religiosi, addito quoque horarum numero disciplinae canonicae adsignato.

7. Docentes Iuris canonici necessitudinem studiorum servent cum ceterarum disciplinarum theologicarum magistris, ut, consociata fraterne opera, possint eorum auxilio uti ad annuam studiorum rationem definiendam eamque exsequendam (semper, ut patet, secundum "Rationem institutionis sacerdotalis").

8. Ordinarii Dioecesani Moderatoresque Religiosi curent ut eorum docentes Iuris canonici intersint diligenter cursibus ad hodiernam iuris doctrinam comparandam habitis a Facultatibus Iuris canonici aliisque huiusmodi Institutis, vel a Conferentiis Episcopalibus et Religiosis.

9. In promovenda formatione permanenti Clericorum, et in variis cursibus ad hodiernam doctrinam comparandam habendis pro Clero (sic pariter in Institutis Pastoralibus), includantur argumenta de rebus canonicis.

10. Denique, Ordinarii locorum et Moderatores religiosi curent aliquos ex suis sacerdotibus mittere ad Facultates vel Instituta Iuris canonici, ut ibi idonei docentes formentur. Alios autem mittant, qui peritiam acquirant in partibus iuris, ab activitate dioecesana vel religiosa requisitis. Ordinarii latini, in quorum Dioecesibus versantur Christifideles ad Orientales Ecclesias pertinentes, catholicas vel orthodoxas, curent ut aliqui suae Dioecesis sacerdotes adeant peculiares cursus Iuris canonici orientalis vel etiam Facultatem Iuris canonici orientalis, quae habetur Romae in Pontificio Instituto Studiorum Orientalium.

Confidimus Te, Rev.me Domine, operam nobiscum consociaturum in gravi hac quaestione apte prompteque solvenda. Tibique iam nunc gratias ex animis persolvimus, nosque obsequentes addictissimosque confirmamus. - Gabriel Maria Card. GARRONE, *Praefectus*. J. Schröffer, *Secretarius*.

** Sacra Congregatio pro Institutione Catholica his "Litteris Circularibus" non ipsas adit Facultates (Scholas, Instituta, Sectiones, etc.) Iuris canonici; patet tamen pro ipsis quoque valere quidquid illis applicari potest ex contextu.

5. Cf. etiam *Ratio fundamentalis institutionis sacerdotalis*, n. 34.
6. Decr. de institutione sacerdotali *Optatam totius*, n. 1.

* Omnibus Ordinariis dioecesanis et religiosis necnon Rectoribus Seminariorum et Collegiorum religiosorum, Prot. N. 194/74: **Communitationes** 7 (1975) 12-17; **Adn. AUTORES VARII** in **Seminarium** 27 (1975) 749-915; J. BEYER in **PrM** 64 (1975) p. IX-X ante pag. 363; C. LEFEBVRE in **L'année can.** 20 (1976) 160-163; **AOFM** 94 (1975) 240-243.

4372

1975 APR 15. - RATIHABITIO CONV. AAS 67 (1975) 254

Ratihabitio conventionis inter Sanctam Sedem et Saravicam civitatem

Vide textum supra sub die 21 feb. 1975: LE 4357.

4373

1975 APR 15. - SC pro CULTU, FACULTAS. PART.*

Facultas datur utendi in propria dioecesi Precibus eucharisticis quas Sedes Apostolica iam concesserat nonnullis dioecesibus Helvetiae

Rome, le 15 avril 1975

Excellence, Votre lettre du 21 mars 1975 demandant l'usage, dans certaines circonstances, des Prières eucharistiques concédées par le Saint-Siége aux diocèses de Suisse pour leur Synode a été aussitôt transmise à l'autorité compétente.

Sur avis favorable du Saint-Père, communiqué par lettre de S. Em. le Cardinal Secrétaire d'Etat en date du 10 courant (N. 277943), nous vous autorisons volontiers à employer ces Prières eucharistiques dans leur texte typique latin ou dans les versions française ou allemande dûment approuvées et confirmées pour les dioèceses de Suisse.

http://www.obrascatolicas.com

Veuillez agréer, Excellence, l'assurance de mon entier dévouement en Notre Seigneur. - James R. Card. KNOX, *Préfet.*

* Episcopo Argentoratensi: Doc. Cath. 72 (1975) 689-690. Adn. in Doc. Cath. 72 (1975) 690.

4374

1975 APR 15. - SC pro RELIGIOSIS, EPISTULA. PART.*

Episcopus potestate gaudet supprimendi 'Fraternitatem sacerdotalem Sancti Pii X'

Rome, le 15 avril 1975

Excellence, Votre rapport du 24 janvier dernier concernant la Fraternité sacerdotale Saint-Pie X a retenu toute la profonde attention de la Sacrée Congrégation pour les Religieux et les Instituts séculiers qui en a apprécié la lucidité et le réalisme apostolique.

En ce qui concerne la compétence de cette Sacrée Congrégation, Votre Excellence sait qu'elle possède l'autorité nécessaire pour retirer les actes et les concessions effectués par son prédécesseur.

Toutefois, étant donné les conclusions obtenues par la Commission cardinalice spéciale, instituée 'ad hoc', non seulement la S. Congrégation exprime son plein accord pour la suppression de la 'Fraternité sacerdotale Saint-Pie X', erigée par votre prédécesseur, mais elle vous invite encore à procéder sans retard à une mesure si douloureuse, devenue néanmoins indispensable.

Il m'est agréable, en cette circonstance pénible, de vous exprimer la gratitude de la Sacrée Congrégation et la mienne propre pour votre précieuse collaboration au service du Seigneur et de son Eglise, me redisant en même temps, de Votre Excellence le très dévoué dans le Christ. - Arturo Card. TABERA, *Préfet.* Augustin Mayer, *Secrétaire.*

* Episcopo Lausannensi, Genevensi et Friburgensi, Prot. N. DD. 1649-1/72: Doc. Cath. 72 (1975) 613-614. Adn. vide infra sub die 11 oct. 1976: LE n. 4470.

4375

1975 APR 21. - SIGNATURA APOST., NORMAE. PART.*

Normae servandae in exsequendo Rescripto Pontificio Conferentiae Episcopali Australiae die 1 nov. 1974 circa causas matrimoniales concesso

1 - Litterae quibus Normae transmittuntur

Exc.me ac Rev.me Domine, Pervenerunt ad Hoc Supremum Tribunal litterae diei 24 martii 1975, quibus Excellentia Tua Reverendissima, nomine E.mi Praesidis istius Conferentiae, transmisit normas propositas ad exsecutionem Rescripti Pontificii diei 1 novembris 1974 circa tractationem causarum matrimonialium.

Animadvertit Signatura Apostolica quod in huiusmodi Normis redigendis ratio habita non est de schemate earundem Normarum, ab Hoc Supremo Tribunali transmisso isti Exc.mo Nuntio Apostolico die 4 martii 1975.

Nam Excellentia Tua ita scripserat eidem Nuntio: "We would be therefore grateful to receive any advice the Signature Apostolica has to give concerning these matters. We still would appreciate from Cardinal Staffa some advice and assistance as regards the regulations in questione".

Adhaerendo huic desiderio, Signatura Apostolica schema exaravit, quod respondet Normis propositis Conferentiae Canadiensi et Conferentiae Statuum Foederatorum Americae Septentrionalis, et partim ab iisdem Conferentiis allatis.

Hac in re, enim, valde congruit quod, cum eadem sit formula Rescripti Pontificii pro natione Australiana et Canadiensi, eaedem sint quoque regulae applicationis. Optabile est, ideo, quod ista Conferentia, si id opportunum censet, acceptet normas istuc transmissas quae nunc iterum adnectuntur. (*All.* A).

Hoc non impedit quod examen petitionum dispensationis ab appellatione Defensoris Vinculi istic instituatur a iudicibus tribunalis Appellationis, tamquam a peritis a Conferentia ad rem deputatis (cfr. Normas propositas, III, 4), et forsan ab aliis qui scientia iuris polleant.

Quod proponitur ab ista Conferentia, nempe concessio talis dispensationis ab Archiepiscopo Moderatore Tribunalis Nationalis secundae instantiae "collatis consiliis cum isto Tribunali" continet praeceptum non omnino clarum, quia indicit interventum tribunalis in dispensatione quae est ordinis administrativi.

Occasionem nactus cuncta fausta Tibi adprecor addictissimus. - Dinus Card. STAFFA, *Praefectus.* Aurelius Sabattani, *Secretarius.*

II - Normae exsecutionis

I. *De causa in foro commorationis partis actricis*
(n. 1 Rescripti)

Si quid pars conventa exceperit contra huiusmodi titulum competentiae, Tribunal adductas rationes examinare tenetur, audito Promotore Iustitiae, et quaestionem dirimere per decretum motivis munitum.

II. *De iudice unico in causis nullitatis matrimonii*
(n. 2 Rescripti)

1. Si quod Tribunal Regionale graves difficultates habituaLiter patiatur collegium trium iudicum constituendi, Episcopus Moderator eiusdem Tribunalis, de consensu coetus Episcoporum regionis, petere poterit a Praeside Conferentiae facultatem demandandi causas nullitatis matrimonii clerico tamquam iudici unico.

2. Praeses Conferentiae petitum indultum concedere potest ad triennium, ac dein, perdurantibus iisdem difficultatibus, ad idem tempus pluries prorogare.

3. Tribunal uti poterit praefato indulto pro singulis causis, dummodo non interveniant oppositiones, de quibus in articulo 2 relati Rescripti.

III. *De dispensatione ab appellatione Defensoris vinculi*
(n. 3 Rescripti)

1. In casibus exceptionalibus de quibus in n. 2 Rescripti, Episcopus Moderator Tribunalis Regionalis, si, de consilio Defensoris Vinculi, appellationem adversus sententiam affirmativam primae instantiae superfluam fore censeat, rogare potest Conferentiam Episcopalem ut Defensor Vinculi ab obligatione appellandi dispensetur.

2. Haec dispensatio peti potest tantummodo quoad sententiam latam a Collegio trium iudicum.

3. Ad hunc finem Episcopus Moderator Tribunalis transmittat Conferentiae exemplar sententiae, ac in suis precibus exponat rationes, quibus nititur petitio.

4. Examini harum petitionum praeest et invigilat Episcopus a Consilio Permanenti Conferentiae electus.

Eiusdem Consilii Permanentis erit seligere clericos in iure canonico peritos, ac praxi processuali praestantes, qui de unaquaque instantia dispensationis videant per singula collegia trium saltem membrorum.

Eorum votum submittendum est Episcopo designato uti supra, qui, si opportunum censuerit, dispensationem concedit et communicat cum Episcopo oratore.

5. Quotiescumque ex examine sententiae dubia exoriantur circa fundamentum decisionis latae, exquirantur et examinentur acta causae.

6. Quotiescumque dispensationem largiri haud expedire iudicatum fuerit, causae denegationis scripto indicabuntur, nempe errores qui forte irrepserint in decernendo et defectus in procedendo.

* Secretario Conferentiae Episcopalis Australianae, Prot. N. 810/70 VAR: Documenta recentiora circa rem matrimonialem et processualem, vol. II, Romae 1980, p. 129-132.

4376

1975 APR 23. - RATIHABITIO CONV. AAS 67 (1975) 436

Ratihabitio conventionis inter Sedem Apostolicam et Rempublicam Lusitanam

Vide textum supra sub die 15 feb. 1975: LE 4354.

4377

1975 APR 25. - COM. INTERPR., RESP. AAS 67 (1975) 348

Responsa ad proposita dubia:

1 - Circa facultatem presbyteri, ab Episcopo deputati, confirmandi apostatam a fide readmissum in Ecclesiam. 2 - Circa cessationem officii Episcopi Auxiliaris cessante munere Episcopi dioecesani

Patres Pontificiae Commissionis Decretis Concilii Vaticani II Interpretandis, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, respondendum esse censuerunt ut infra:

I. (*De ministro Sacramenti Confirmationis*)

D. - Utrum facultas, de qua in *Ordine admissionis valide iam baptizatorum in plenam communionem Ecclesiae Catholicae* (Praenotanda, n. 8), necnon in *Ordine Confirmationis* (Praenotanda, n. 7, b) iuxta quam presbyter ab Episcopo pro admissione deputatus potest candidatum confirmare in ipso actu admissionis, comprehendat etiam casum readmissionis apostatae a fide, nondum confirmati.

R. - *Affirmative.*

II. (*De Episcopis Auxiliaribus*)

D. - Utrum per Decretum *Christus Dominus*, n. 26, et Litt. Apost. *Ecclesiae Sanctae*, I, n. 13 § 3, derogatum sit can. 355 § 2 C. I. C. circa cessationem officii Episcopi Auxiliaris cessante munere Episcopi dioecesani.

R. - *Affirmative*, nisi expresse ab Apostolica Sede, in casu particulari, aliud provisum fuerit.

Ss.mus Dominus Noster Paulus Pp. VI in Audientia die 25 aprilis 1975 infrascripto impertita supradictas decisiones ratas habuit, adprobavit et publicari iussit. - Pericles Card. FELICI, *Praeses.*

Adn. C. BRAGA in EL 90 (1976) 498-499; P. TOCANEL in Apoll 48 (1975) 374-375.

4378

1975 APR ... - SC pro CULTU DIVINO, RESPONSA. PART.*

Responsa ad proposita dubia:

1 - Circa Communionem iterandam in Missa conventuali vel communitatis ab iis qui Missam iam litaverunt. 2 - Circa Missam cotidianam cum pueris adhuc retinendam

DE COMMUNONE IN MISSA CONVENTUALI: *Qui Missam celebraverunt possuntne sacram Communionem recipere in Missa conventuali vel communitatis?*

Resp.: *Affirmative.* Missa conventualis vel communitatis expresse consideratur in Institutione generali Missalis Romani, n. 76, et in subsequenti Declaratione de Concelebratione Sacrae Congregationis pro Cultu Divino, die 7 augusti 1972 data (1). Ob peculiare momentum huius Missae in vita communitatis facultas data est omnibus eius sodalibus qui Missam *in bonum pastorale fidelium* singulariter celebrare tenentur, sub utraque specie communicandi vel concelebrandi.

At consideranda etiam est Instructio *Immensae caritatis*, diei 29 ianuarii 1973 (2), quae etiam de ampliore facultate bis eodem die communicandi agit. In capite secundo, c. 6, dicitur licere sacerdotibus qui iam Missam litaverunt, Communionem altera vice recipere eodem die "in Missa principali alicuius conventus". Missa conventualis vel communitatis vere consideranda est peculiaris immo praecipuus conventus communitatis.

His expositis, quae a lege Ecclesiae profluunt, perutile erit quaedam argumenta proponere, quae valorem et sensum huius concessionis probant.

1. Declaratio de concelebratione momentum extollit concelebrationis, quae "fraterna presbyterorum inter se atque totius communitatis vincula significat et firmat, quia in huiusmodi sacrificii celebratione, quam omnes conscie, actuose atque modo uniuscuiusque proprio participant, clarius apparet ratio totius communitatis atque praecipua habetur manifestatio Ecclesiae in unitate sacrificii et sacerdotii, in unica gratiarum actione circa unum altare" (3). Sed eadem Declaratio affirmat etiam: "Quamvis concelebratio forma sit praeclara celebrationis eucharisticae in communitatibus habendae ... salva sit oportet cuique sacerdoti Missae singularis celebrandae facultas" (4). Unicuique sacerdoti plena danda est libertas eligendi formam celebrationis quam maluerit. Nam, etiam qui habitualiter concelebrat "*quandoque* desiderare posset Missam singulariter celebrare, ad propriam spiritualem devotionem alendam vel alia de causa" (5). Rationes huius personalis devotionis plures esse possunt atque legitimae, quin momentum concelebrationis minuatur, v. gr. festum peculiare, anniversarium propriae vitae vel familiae, mors parentum vel amicorum, etc. Missa conventualis vel communitatis possibilitatem non praebet satisfaciendi personali desiderio eligendi, quibusdam in casibus, textus propriae necessitatis magis respondentes.

2. Libertas quodammodo limitari videtur si quis cogeretur vel ad concelebrandum vel, si singulariter celebraverit, ad Missam conventualem aut communitatis participandam sine possibilitate illius perfectioris participationis, quae in Communione sacramentali habetur. Hoc sensu legere iuvat animadversiones P. Galineau: "Avec le renouveau de la communion depuis saint Pie X et la remise en valeur du repas comme signe de l'Eucharistie depuis Vatican II, la présence des non-communiants durant la seconde partie de la messe n'est pas sans introduire parfois une discrimination gênante dans l'assemblée, surtout dans la messe du groupe. On sent que le signe de l'unité exprimé dans le partage du même pain et de la même coupe est mis en question (comme jadis les messes "privées" où des prêtres célébraient côte à côte mais séparément le même sacrement ... de l'unité). C'est bien la preuve que le rassemblement eucharistique engage plus que l'écoute de la parole et la prière en commun. D'une certaine manière, c'est *une nouvelle assemblée*" (6).

Haec valent praesertim pro communitatibus religiosis, in quibus saepe non habentur rationes pastorales pro celebratione Missae cum populo pro maiore parte sodalium presbyterorum. Qui, ergo, aut Missam sine populo numquam celebrare possent, contra libertatem a documentis supra relatis concessam, aut Missam communitatis participare deberent sine possibilitate communicandi, et tunc non haberetur plena participatio omnium ita ut Missa sit *actio totius communitatis.*

3. In Missa ergo conventuali aut communitatis, ut revera plena significatione polleat, participatio sacramentalis semper possibilis esse debet aut concelebratione aut Communione. Secus elemento magni momenti careret pro pluribus sacerdotibus ad eam participantibus, qui inducerentur ad eius valorem minuendum.

Eadem de causa, recenter, etiam in Cappella Papali, Sacra Communio distributa est etiam Cardinalibus, Episcopis, sacerdotibus etiamsi singulariter celebraverunt. Quod non parum contulit ad pleniorem significationem et participationem in Missa Papali.

DE MISSA CUM PUERIS: *Estne spernenda consuetudo Missae cotidianae pro pueris?*

Resp.: Quibusdam in collegiis, in quibus pueri in communi vivunt, vel scholis catholicis, consuetudo invaluit pueros inducendi ad Missam cotidianam. Post editum Directorium de Missis cum pueris quidam se interrogant de sensu tribuendo n. 27 eiusdem, qui sic sonat: "Missa infra hebdomadam a pueris participanda certe cum maiore fructu et minore periculo taedii celebrari potest, si ... non cotidie fit; insuper diligentius praeparari potest, si longius temporis spatium inter varias celebrationes incercedit".

Res pendet a consuetudinibus et a magistrorum pastorali prudentia. At Directorium ad haec tendit:

1) Vitandum est ne participatio ad Missam cotidianam consideretur a pueris simplex oboedientia alicui legi eamque derelinquant curriculo studiorum expleto.

2) Pueri gradatim manuducendi sunt ad plenam significationem Missae eiusque partium intellegendam. Ad hoc necessarium est ut variis orationis et celebrationis formis assuescant. Directorium in citato numero mentem suam clarius ita exprimit: "Interdum praeferenda est communis precatio, ad quam pueri etiam sponte conferre possunt, vel communis meditatio vel sacra verbi Dei celebratio, quae priores celebrationes eucharisticas continuat et ad posteriores profundius participandas valet".

Quod respondet iis quae dicuntur nn. 13-15, in quibus de varii generis celebrationibus disseritur ut vita cotidiana puerorum in dies magis evangelio imbuatur et facilius elementa liturgica intellegantur, quibus ad pleniorem Missae participationem praeparantur.

3) Celebratio Missae est actio totius communitatis. Qua de re participatio actuosa puerorum maxime fovenda est. Ipsi ergo partem habeant oportet in Missae praeparatione, quae aptius fieri potest si "longius temporis spatium inter varias celebrationes intercedit".

Missa cotidiana in se non parvipenditur. Immo, "fideles invitantur ut diebus quoque ferialibus saepe, immo cotidie, Missam participent" (1). Sed pro pueris hic habendus est finis ad quem institutio liturgica et catechetica tendit, legibus

1. Cf. *Notitiae* 8, 1972, pp. 327 ss.
2. Cf. *Ibid.* 9, 1973, pp. 157 ss.
3. Sacra Congregatio pro Cultu Divino, *Declaratio de concelebratione: Notitiae* 8, 1972, pp. 327-328.
4. *Ibid.*, p. 328.
5. Cf. *ibid.*, p. 332.
6. *Eglise qui chante*, n. 135-136, juillet-août 1974, p. 15.

1. S. Congr. Rituum, Instr. *Eucharisticum mysterium*, 25 maii 1957, n. 29.

http://www.obrascatolicas.com

paedagogicis adhibendo, progressiva manuductione, minime vero subitanea impositione.

* Notit 11 (1975) 123-126.

4379

1975 MAI 2.-SECRETARIA STATUS, EPISTULA. PART.*

Nonnullae fiunt animadversiones in Decreta Congregationis Generalis Societatis Iesu, simulque probatur ad experimentum decretum "de paupertate", facta Praeposito Generali facultate dispensandi in materia

Dal Vaticano, 2 Maggio 1975

Reverendissimo Padre, Mi sono fatto un dovere di sottoporre alla considerazione del Sommo Pontefice i Decreti della XXXII Congregazione Generale della Compagnia di Gesù, che Ella Gli ha presentato in conformità al desiderio da Lui espresso nella lettera inviataLe il 15 febbraio u. s.

Il Santo Padre ha esaminato con molta cura tali testi, conclusivi dell'attività della Congregazione Generale, da Lui seguita con profonda, affettuosa e responsabile attenzione; e mi affida il venerato incarico di restituirli a Lei, accompagnandoli con le seguenti riflessioni.

Dall'esame dei Decreti appare che le note vicende della Congregazione Generale non le hanno permesso di raggiungere quel risultato globale che Sua Santità si attendeva dall'importante avvenimento, e per il quale, a più riprese e in diverse forme, aveva dato paterne indicazioni, specialmente nel discorso programmatico del 3 dicembre 1974. In ogni modo Egli ha disposto che Le siano restituiti i Decreti affinchè possano essere messi in atto secondo le necessità della Compagnia, con l'augurio che i suoi benemeriti membri possano servirsene per continuare nella genuina fedeltà al carisma ignaziano e alla "Formula Instituti".

Poiché, peraltro, nei menzionati Decreti, accanto ad affermazioni meritevoli di ogni considerazione, ve ne sono anche altre che lasciano alquanto perplessi e, nella formulazione, possono dare occasione a meno rette interpretazioni, il Sommo Pontefice desidera che siano trasmesse a Lei ed ai suoi Collaboratori alcune particolari raccomandazioni relative ad alcuni Decreti, che Ella troverà qui compiegate, e di cui vorrà tener conto in quello spirito di obbedienza che è sempre stato caratteristico della Compagnia.

Finalmente, riguardo al Decreto "De paupertate", da Lei presentato con la filiale lettera del 14 marzo scorso, Sua Santità non ha mancato di rilevare la complessità del lavoro compiuto per aggiornare la legislazione della Compagnia in questa materia, in conformità alle direttive contenute nella mia lettera del 26 febbraio 1973. Data la delicatezza dell'argomento e il carattere delle innovazioni introdotte, il Decreto potrà entrare in vigore "ad experimentum" in modo che la prossima Congregazione Generale possa riesaminare l'intera questione in base all'esperienza acquisita nei prossimi anni. Per quanto, poi, concerne la facoltà di dispensare sul voto di povertà, da Lei richiesta nella menzionata lettera, ho il dovere di comunicarLe che il Vicario di Cristo la concede alla Paternità Vostra, nei singoli casi che si rendessero necessari, col voto deliberativo del suo Consiglio.

Bien qu'une mise au point ne soit, à strictement parler, pas nécessaire, nous jugeons cependant opportun de vous confirmer que nous avons tenu à être personnellement informé de tout le déroulement de l'enquête concernant la Fraternité sacerdotale Saint-Pie-X, et cela depuis le commencement. La Commission Cardinalice que nous avons instituée nous a régulièrement et scrupuleusement rendu compte de son travail. Enfin, les conclusions qu'elles nous a proposées, nous les avons faites nôtres toutes et chacune, et nous avons personnellement ordonné leur entrée en vigueur immédiate.

Aussi, cher Frère, c'est au nom de la vénération pour le Successeur de Pierre que vous professez dans votre lettre du 31 mai, plus que cela, c'est au nom de l'obéissance au Vicaire du Christ, que nous vous demandons un acte public de soumission, afin de réparer ce que vos écrits, vos propos, votre attitude ont d'offensant à l'égard de l'Eglise et de son Magistère. Un tel acte implique nécessairement, entre autres, l'acceptation des mesures prises à l'égard de la Fraternité sacerdotale Saint-Pie-X, avec toutes leurs conséquences pratiques. Nous supplions Dieu afin qu'il vous éclaire et vous conduise à agir ainsi, malgré vos réticences du moment. Et nous faisons appel à votre sens des responsabilités épiscopales pour reconnaître le bien qui en résulterait pour l'Eglise.

Certes, des problèmes d'un tout autre ordre nous préoccupent également. La superficialité de certaines lectures des documents conciliaires, des initiatives individuelles ou collectives relevant parfois davantage du libre arbitre que de l'adhésion confiante à l'enseignement de l'Ecriture et de la Tradition, des démarches pour lesquelles la foi sert arbitrairement de caution, nous les connaissons, nous en souffrons et nous nous efforçons d'y remédier pour notre part, à temps come à contretemps. Mais comment s'en prévaloir pour s'autoriser à des excès gravement préjudiciables? Telle n'est pas la bonne voie, puisqu'elle emprunte en définitive un itinéraire comparable à celui qui est dénoncé. Que signifie un membre qui veut agir seul, indépendamment du Corps auquel il appartient?

Vous laissez invoquer en votre faveur le cas de Saint Athanase. Il est vrai que ce grand évêque demeura praticament seul à défendre la vraie foi, dans les contradictions qui lui venaient de toute part. Mais, précisément, il s'agissait de la défense de la foi du récent Concile de Nicée. Le Concile fut la norme qui inspira sa fidélité, comme du reste chez Saint Ambroise. Comment aujourd'hui quelqu'un pourrait-il se comparer à Saint Athanase, en osant combattre un Concile comme le deuxième Concile du Vatican, qui ne fait pas moins autorité, qui est même sous certains aspects plus important encore que celui de Nicée?.

Nous vous exhortons donc à méditer la monition que nous vous faisons avec fermeté et en vertu de notre autorité apostolique. Votre aîné dans la foi, celui qui a reçu mission de confirmer ses frères, vous l'adresse le coeur empli d'espérance. Il voudrait déjà pouvoir se réjouir d'être compris, entendu et obéi. Il attend avec impatience le jour où il aura le bonheur de vous ouvrir ses bras, pour manifester une communion retrouvée, lorsque vous aurez répondu aux exigences qu'il vient de formuler. Il confie à présent cette intention au Seigneur, qui ne rejette nulle prière. *In veritate et caritate.*

Du Vatican, le 29 juin 1975. - PAULUS PP. VI.

* Doc. Cath. 73 (1976) 33-34. Adn. vide infra sub die 11 oct. 1976: LE n. 4470.

4391

1975 IUN 29.-SC pro EPISC., DECR. AAS 67 (1975) 674-676

Decretum de visitatione Ss. Liminum deque relationibus dioecesanis

Ad Romanam Ecclesiam , quam Petrus et Paulus evangelium docuerunt suoque effuso sanguine consecraverunt, "propter potiorem principalitatem necesse est omnem convenire Ecclesiam"[1] : placuit enim Deo Romam sedem collocare Apostolorum Principis tamquam unitatis tum Episcoporum tum fidelium perpetui principii ac visibilis fuundamenti, cui quidem claves regni caelorum commiserat, ita ut quasi statio efficeretur in via quae populum Dei peregrinantem in spe ad patriae supernae metam ducit[2].

Inde soliditas Petri in suos quoque se transfudit heredes[3], atque ipsius cathedra, "quae universo caritatis coetui praesidet, legitimas varietates tuetur et simul invigilat, ut particularia, nedum unitati noceant, ei potius inserviant"[4].

Romanus vero Pontifex, cum non solum "tamquam omnium fidelium pastor ad bonum commune Ecclesiae universae", sed etiam "ad bonum singularum Ecclesiarum procurandam missus sit"[5], in variis orbis partibus congruo modo praesens adsit ac statum et adiuncta uniuscuiusque Ecclesiae comperta habeat oportet.

Quamvis temporum progressiones Episcopo Romano provida suppeditaverint subsidia, quibus ipse et in longinquas continentes terras aliquando se conferret, ut filios et fratres inviseret, summum tamen momentum etiamnunc illis agendi rationibus tribuendum est, quibus decursu saeculorum communio ecclesialis quasi in suo culmine celebratur.

Huic vero fini maxime prosunt inter Romanum Pontificem et Episcopos atque Ecclesias eisdem concreditas crebrae necessitudinis rationes, quae non modo per epistolarum commercium, sed praesertim per adventum sacrorum Antistitum ad Limina Apostolorum habentur.

Liquet enim in Ecclesia motui illi, qui ex medio ad extrema fertur et quadam ratione omnes et singulas Ecclesia, immo cunctos et sin/gulos Pastores ac fideles 675
attingit, alium motum respondere debere, qui ad centrum ac veluti ad cor Ecclesiae feratur[6].

Porro opportunum visum est ea quae, "optimo iure et Spiritus Sancti instinctu" iam antiquitus statuta[7], deinde accommodata sunt[8], scilicet ut singuli Episcopi statis temporibus Apostolorum tropaea veneraturi deque commissae dioecesis condicione Summo Pontifici relaturi Urbem peterent, alia ratione disponere, qua distributio nationum per singulos quinquen-

1. S. Irenaeus, *Adversus haereses*, III, 3, 2: PG 7, 848.
2. Cfr. Decr. De Oecumenismo *Unitatis redintegratio*, n. 2: A.A.S. 57 (1965), p. 92.
3. Cfr. S. Leo Magnus, *Sermo V* in anniversario ipsius assumptionis ad Pontificatum, 4: PL 54, 155.
4. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 13: A.A.S. 57 (1965), p. 18.
5. Decr. de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia *Christus Dominus*, n. 2: A.A.S. 58 (1966), p. 673.
6. Cfr. Paulus Pp. VI, Litt. Apost. *Sollicitudo omnium Ecclesiarum* motu proprio datae, 24 iun. 1969: A.A.S. 61 (1969), p. 475.
7. Sixtus Pp. V, Const. Apost. *Romanus Pontifex*, 20 dec. 1585: *Bull. Rom.*, tom. 4, IV, 173-176.
8. Cfr. S. Congregatio Consistorialis, Decr. *A remotissima*, 31 dec. 1909: A.A.S. 2 (1910), pp. 13-16.

nii annos in can. 340 § 2 C. I. C. statuta aptius ordinaretur.

Cum enim multis in orbis regionibus plurimae interim erectae sint novae dioeceses atque sacrorum Pastorum numerus auctus et ubique terrarum faciliora et frequentiora in dies evadant itinera, evenit, ut quibusdam annis Episcopi fere turmatim ad sacra Limina accedant, adeo ut singulare ipsorum cum Summo Pontifice colloquium perdifficile, immo saepius vix possibile, fiat.

Quapropter, collatis consiliis cum Sacris Congregationibus pro Gentium Evangelizatione et pro Ecclesiis Orientalibus, haec Sacra pro Episcopis Congregatio, de mandato Summi Pontifcis, quae sequuntur decernit:

1. Canoni 340 § 2 C. I. C. derogatur et nova per singulos quinquennii annos regionum distributio statuitur, ab universis ritus latini Episcopis servanda.

Pro Episcopis vero rituum orientalium vigere pergit can. 405 § 3 Litterarum Apostolicarum *Cleri sanctitati*[9].

2. Quinquennia fixa et communia manent eaque computantur a die 1 ianuarii 1976; relationem de statu dioecesis, ad Urbem accedentes, exhibebunt:

a) in primo quinquennii anno Episcopi Italiae, Hispaniae, Melitae necnon Africae Septentrionalis[10], 676 Occidentalis[11] et Orientalis[12]; /

b) in secundo ceteri Episcopi Europae et Africae;

c) in tertio Episcopi Americae Septentrionalis et Centralis, insularum Caribicarum necnon Oceaniae;

d) in quarto Episcopi Americae Meridionalis praeter Brasiliam, Asiae Meridionalis[13] et Orientis Medii[14];

e) in quinto Episcopi Brasiliae atque ceterarum Asiae regionum.

3. Paragraphi vero 1 et 3 eiusdem canonis 340 necnon canones 341 et 342, visitationem sacrorum Liminum atque relationes de statu dioecesium respicientes, non immutantur.

4. Aliquot mensibus ante initium uniuscuiusque anni Legati pontificii earum nationum quarum interest praestitutum tempus ad visitationem adimplendam Episcopis memorabunt atque Praesides Conferentiarum episcopalium invitabunt, ut, collatis cum Praesulibus consiliis, tabellam conficiant unum et aliud temporis spatium definientes quo singuli vel, si peculiaria adiuncta id suadeant, complures Romano Pontifici se sistent[15]. Quibus peractis, iidem Legati consilia inire curabunt cum domus pontificiae Praefectura, ad quam pertinet Episcoporum visitationes per totum anni cursum apte distribuere.

5. Relationem de statu concreditae dioecesis congruo tempore ante suum in Urbem adventum Episcopi peropportune mittere velint.

Quae omnia Summus Pontifex Paulus, Divina Providentia Pp. VI, approbare et auctoritate sua confirmare dignatus est et publici iuris fieri iussit, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 29 mensis iunii, in sollemnitate sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, anno MCMLXXV. - Sebastianus Card. BAGGIO, *Praefectus.* Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *a Secretis.*

Adn. L. De ECHEVERRIA in REDC 32 (1976) 380-419; P. TOCANEL in Apoll 49 (1976) 15-18.

4392

1975 IUL 2.-RATIHABITIO CONV. AAS 67 (1975) 434

Ratihabitio Conventionis inter Sanctam Sedem et Rempublicam Columbianam die 12 iulii 1973 initae, nonnullis additis declarationibus circa sensum aliquorum articulorum

I - Ratihabitio Conventionis

Vide textum supra sub die 12 iulii 1973: LE 4214.

II - Declarationes partium contrahentium

*Acta de Canje de Ratificaciones del Concordato**

Reunidos en el salón del Palacio Apostólico Vaticano, su Eminencia el señor Cardenal Jean Villot, Secretario de Estado de Su Santidad el Papa Pablo VI, y su Excelencia el señor Doctor Antonio Rocha Alvira, Embajador extraordinario e plenipotenciario de la República de Colombia ante la Santa Sede, con el objeto de proceder al canje de los respectivos instrumentos de ratificación relativos al Concordato y al Protocolo final, suscritos entre la Santa Sede y la República de Colombia en Bogotá, el día 12 de julio de 1973, después de presentar sus plenos poderes, que fueron hallados en buena y debida forma, presentaron los documentos originales de ratificación expedidos por las altas partes contratantes; procedieron a la lectura de tales documentos y habiéndolos encontrados exactos y conformes, realizaron el canje en la forma acostumbrada, haciéndose mutua entrega de ellos.

Los infrascritos, en virtud de la plenipotencia que se les ha conferido, siguiendo instrucciones expresas de Su Santidad el Papa Pablo VI y de su Excelencia el señor Presidente de la República de Colombia, señor Doctor Alfonso López Michelsen, y actuando de conformidad con lo dispuesto por el artículo veintinueve del Concordato de 1973, en el momento del canje declaran:

a) Que dentro de los treinta días siguientes al presente canje de instrumentos de ratificación se reunirá en Bogotá la comisión permanente contemplada en el artículo sexto del Concordato de 1973, con el fin de determinar los criterios a que deben ajustarse los eventuales contratos que, de conformidad con el artículo trece del Concordato, el Gobierno de Colombia pueda celebrar con el Ordinario competente en el sector de la educación oficial en los respectivos territorios;

b) Que la comisión permanente deberá haber terminado la tarea asignada en el punto anterior a más tardar el 31 de julio de 1975, para entrar a determinar cuáles centros educativos no quedarán cobijados por contratos de servicios en el sector de la educación oficial, con el fin de que las autoridades civiles asuman antes del 31 de diciembre de 1975 la dirección directa de dichos centros;

c) Que el Gobierno de Colombia, antes del 31 de diciembre de 1975, celebrará los contratos a que haya lugar en el sector de la educación oficial con el Ordinario competente para aquellos centros educativos que sean objeto de un régimen contractual;

d) Que hasta el 31 de diciembre de 1975, mientras no se celebren los contratos en el sector de la educación oficial o no asuman las auctoridades civiles la dirección directa de los centros educativos que están hoy en día bajo la dirección eclesiástica, se seguirá aplicando el régimen financiero anterior y las partidas correspondientes asignadas en el Presupuesto Nacional de Colombia para educación en los antiguos territorios de misiones de calendario escolar *a* y *b*, así como las partidas asignadas por el Instituto Colombiano de Bienestar Familiar para restaurantes escolares y sostenimiento de algunos internados, serán giradas a través de la Procuraduría

* REDC 31 (1975) 373-375.

9. A.A.A. 49 (1957), p. 554.
10. Nationum scilicet, quae sunt: Algeria, Aethiopia, Marochium, Respublica Arabica Aegypti, Respublica Arabica Libyae, Sahara Hispanica, Somalia, Sudania.
11. Nationum scilicet, quae sunt: Dahomeia, Gambia, Gana, Guinea, Liberia, Litus Eburneum, Malia, Mauritania, Mons Leonicus, Niger, Nigeria, Senegalia, Togum, Volta Superior.
12. Nationum scilicet, quae sunt: Chenia, Malavia, Tanzania, Uganda, Zambia.
13. Nationum scilicet, quae sunt: Bangladesa, India, Irania, Pakistania, Taprobanes seu Sri Lanka.
14. Nationum scilicet, quae sunt: Arabia, Iraquia, Cuvaitum, Libanus, Palaestina, Respublica Arabica Syriae, Turcarum Respublica; Patriarchatus Latinus Hierosolymitanus.
15. Cf. can. 341 § 1.

http://www.obrascatolicas.com

General de Misiones, cuya existencia se prorroga hasta esa fecha;

e) Que la asistencia a la enseñanza y formación religiosas según el magisterio de la Iglesia Católica que ofrecerán los planes educativos en los establecimientos oficiales de primaria y secundaria de acuerdo con el artículo doce del Concordato, no es obligatoria para los alumnos católicos menores cuyos representantes legales hayan pedido dispensa de los cursos de religión católica y para los alumnos católicos mayores de edad que presenten una solicitud en ese sentido, de conformidad con el principio de la libertad religiosa consagrado en las conclusiones del Concilio Vaticano II y en las normas de la Constitutión política de Colombia;

f) Que de acuerdo con lo dispuesto en el artículo noveno del Concordato de 1973, las causas de separación de cuerpos de los matrimonios canónicos, a partir de la fecha de entrada en vigor del tratado, deberán ser presentadas ante los jueces del Estado; sin embargo, se entiende que las causas introducidas ante las autoridades eclesiásticas con anterioridad a la entrada en vigor del tratado, seguirán su trámite ordinario ante dichas autoridades, en virtud del principio de los derechos adquiridos, a menos que las partes soliciten que la causa pase a consideración de la autoridad judicial competente del Estado colombiano;

g) Que, en relación con el párrafo segundo del Protocolo Final referente al artículo octavo, el Gobierno de Colombia declara y la Santa Sede toma nota de ello, que los matrimonios católicos celebrados con dispensa basada en el Privilegio de la Fe no podrán surtir efectos civiles, mientras no medie el estado de libertad civil de los contrayentes, de conformidad con las disposiciones de la legislación civil y de la jurisprudencia colombianas. El Tribunal Superior del Distrito Judicial territorialmente competente, una vez comprobado el estado de libertad de los cónyuges, ordenará la inscripción del matrimonio canónico en el registro civil con el fin de que surta plenos efectos civiles.

Los infrascritos reafirman la recíproca voluntad de la Santa Sede y de la República de Colombia que los condujo a señalar el curso de los proximos diez años, contados a partir de la fecha de entrada en vigor del Concordato, para determinar la revisión y eventual modificación del mismo instrumento dentro de la armonía que debe reinar entre la Iglesia Católica y el Estado colombiano, acuerdo que figura en el canje de notas realizado en julio de 1974 entre el Excelentísimo señor Ministro de Relaciones Exteriores de Colombia, señor Doctor Alfredo Vásquez Carrizosa, y su Excelencia Reverendísima Monseñor Angelo Palma, Nuncio Apostólico de Su Santidad en Bogotá.

En fe de lo cual se extiende por duplicado la presente diligencia, que firman y sellan con sus sellos particulares, en el Palacio Apostólico del Vaticano, a los dos dias de mes de julio de mil novecientos setenta y cinco. - J. Cardenal Villot, *Secretario de Estado.* Antonio Rocha Alvira, *Embajador de Colombia.*

Adn. J. A. EGUREN in REDC 31 (1975) 373-385; vide etiam sub die 12 Iulii 1973: LE n. 4214.

4393

1975 IUL 11.-PAULUS VI, CONST. AAS 67 (1975) 417-420

Sacris Congregationibus de Disciplina Sacramentorum et pro Cultu Divino suppressis nova inde erigitur Sacra Congregatio Sacramentis Divinoque Cultui moderandis

PAULUS PP. VI

Servus servorum Dei - Ad perpetuam rei memoriam

Constans Nobis studium assiduaque cura fuit hisce praesertim annis, qui Oecumenicum Concilium Vaticanum II subsecuti sunt, Romanam Curiam ita disponere, ut eius instituta per quae bono ac profectui Ecclesiae universae consulimus, suorum munerum amplitudinem efficaciter exsequerentur, atque adeo augescentibus rei pastoralis necessitatibus aptius usque responderent. Inde primum factum est, ut edita Apostolica Constitutione *Regimini Ecclesiae Universae*, secundum eiusdem Concilii vota[1], novam uberioremque concinnaremus generalem ordinationem, ad Sacras Congregationes, Tribunalia, Secretarjatus, Officia ceteraque Curiae instituta pertinen/tem[2], quae sane, 418
dum antiquiores formas seu *structuras* prudenti ratione immutavit, alias deinde inducendi aliasve abolendi, pro rerum opportunitate, neque facultatem neque viam praepediebat.

Has autem formas recolere supervacaneum nunc esse arbitramur, quippe quae, suo statutae tempore, rite iam sint evulgatae[3]. Sed illud potius monere iuvat, si plures in praesenti fiant ecclesiastici regiminis permutationes, ex altera parte citatissimum apparere cursum societatis hodiernae; ex altera vero parte sollicitudinem sedulitatemque ipius Ecclesiae eminere, quae quidem, idoneis tempestive usa instrumentis, huiusmodi attendere cursum quasi quoddam signum temporis nitatur, ad supernaturalem nempe missionem, a divino sibi Conditore creditam, accurandam. Certo enim movemur proposito, ut eae, quas diximus, structurae cunctis Dei Populi membris inserviant, cum earum natura in ministrando reapse contineatur.

Nunc vero ex iis, quae ab anno MCMLXIX – cum scilicet Sacram Congregationem pro Cultu Divino instituimus[4] – ad praesens usque tempus experti sumus, clare perspectum est mutuas inter hanc Congregationem et Congregationem de disciplina Sacramentorum necessitudines tam arctas eodemque vergentes esse, ut primo quidem consilium et deinde firmum in Nobis propositum ortum sit: operam reapse utilem, immo etiam necessariam fieri, si duorum horum Dicasteriorum materia uni novoque Instituto attribueretur. Agitur / etenim, aliquo saltem modo, unum theo- 419
logici generis negotium, in quo pars sive liturgica-cultualis sive pastoralis cum canonica et iuridica parte ita copulatur, ut altera ab altera vix separari nequeat. Quapropter, plane Nobis persuasum habemus per aptiorem compositionem rerum, quas adhuc duo illa Dicasteria exsequebantur, vel commodius adiuvari atque augeri posse illam Sacrae Liturgiae renovationem, quae, a Concilio Vaticano II sapienter decreta, iam multum profecit, tantique operis rectam exsecutionem, cui sane Nobis esse assidue adlaborandum sentimus, et ex qua tot iam laetique religiosae vitae fructus in universum Dei Populum redundarunt.

Quae cum ita sint, postquam totam huiusmodi quaestionem diligenter expendimus, sententiamque gravium peritorumque virorum cognovimus, prae oculis habita – ut diximus – opportunitate ad unitatem redigendi munera sive ad Sacramentorum disciplinam, sive ad divinum Cultum attinentia, pro illis, quae antea fuerant, Congregationibus novum Dicasterium substituere decrevimus.

Cuius rei causa haec, quae sequuntur, statuimus:

1. S. Congregatio de disciplina Sacramentorum et S. Congregatio pro Cultu Divino in ea, quam nunc obtinent, conformatione esse desinunt.

1. Cfr. Decretum de past. Episcop. munere in Ecclesia, *Christus Dominus*, 9: AAS 58 (1966), pp. 676-677.
2. Cfr. Const. Apost. *Regimini Ecclesiae Universae*: AAS 59 (1967), pp. 885-928.
3. Cfr. Const. Apost. *Sacra Rituum Congregatio*, qua nempe S. Congregatio Rituum divisa est in duas Congregationes: AAS 61 (1969), pp. 297-305; Litt. Apost. Motu Proprio datae *Apostolicae Caritatis*, quibus Pontificia Commissio de spirituali migratorum atque itinerantium cura constituta est: AAS 62 (1970), pp. 193-197; Epist. *Amoris officio*, ad Dominum Card. Ioannem Villot, qua Pontificium Consilium "Cor Unum" conditum est: AAS 63 (1971), pp. 669-673; Litt. Apost. Motu Proprio datae *Quo aptius*, quibus Cancellariae Apostolicae munera in Secretariam Status seu Papalem translata sunt: AAS 65 (1973), pp. 113-116.
4. Cfr. Const. Apost. *Sacra Rituum Congregatio*: AAS 61 (1969), pp. 297-305.

2. Nova S. Congregatio instituitur, quae "*Sacra Congregatio pro Sacramentis divinoque Cultu*" appellabitur.

3. Nova haec Congregatio, cui praeest Cardinalis Praefectus, Secretario operam conferente, in duas partes seu *sectiones* dividitur, alteram pro Sacramentorum disciplina, alteram pro Cultu divino. Utrique sectioni Subsecretarius destinatur.

4. Sectio prior pro commisso sibi munere recipit materiam, quae antea ad S. C. de disciplina Sacramen-
420 torum spec/tavit, ut in Const. Apost. *Regimini Ecclesiae Universae*, nn. 54-57[5] propositum fuit; altera vero Sectio pro commisso sibi munere recipit materiam, quae antea ad S. C. pro Cultu divino spectavit, quemadmodum in Const. Apost. *Sacra Rituum Congregatio*, nn. 1 - 4 statutum fuit[6].

5. Ea omnia, quae hac Nostra Constitutione praescribimus, a die 1 insequentis mensis Augusti vigere incipient.

Nostra haec autem statuta et praescripta nunc et in posterum firma et efficacia esse et fore volumus, non obstantibus, quatenus opus est, contrariis Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, a Nobis et Decessoribus Nostris editis, ceterisque praescriptionibus, etiam specialissima mentione dignis.

Datum Romae, apud S. Petrum, die XI mensis Iulii, anno MCMLXXV, Pontificatus Nostri tertiodecimo. - PAULUS PP. VI.

5. Cfr. AAS 59 (1967), pp. 903-904.
6. Cfr. AAS 61 (1969), pp. 299-301.

Adn. C. BRAGA in EL 90 (1976) 483-484; Notit. 11 (1975) 213-215.

4394

1975 AUG 1.-SIGNATURA APOST., NORMAE. PART.*

Normae servandae in applicando Rescripto Pontificio Conferentiae Episcopali S. F. A. S. die 22 maii 1974 circa causas matrimoniales tractandas concesso

I - Litterae quibus Normae transmittuntur

Excellentissime Domine, Receptis humanissimis Tuis litteris die 17 iunii huius anni datis, quibus Consilium Administrativum istius Conferentiae propositis ab hoc Supremo Tribunali adsensum esse significasti, Normas Tibi transmitto ab eodem Supremo Tribunali Signaturae Apostolicae approbatas, quibus in usum deducitur Pontificium indultum diei 22 maii 1974 Conferentiae Episcopali Statuum Foederatorum Americae Septentrionalis concessum.

Prout in nostro novissimo colloquio convenimus, Episcopus Dioecesanus, ab obligatione appellandi adversus sententiam affirmativam primae instantiae dispensari flagitans, non tenetur nisi exemplar sententiae definitivae ad Conferentiam Episcopalem transmittere, dummodo collegia iurisperitorum apud eandem Conferentiam electorum sententiam ipsam rite perpendant.

Ne minus rectae iurisprudentiae aperiatur via, iidem iurisperitorum coetus, sententias sibi ab omnibus tribunalibus delatas, ab iis praesertim quae dubitationi ansam praebent, pro posse excutiendo, de erroribus quos animadverterint, illos quibus cura est tribunalium, sedulo certiores faciant.

Quae dum significo, Tibi, Excellentissime ac Reverendissime Domine, fausta cuncta in Domino adprecor. - Dinus Card. STAFFA, *Praefectus.* Aurelius Sabattani, *Secretarius.*

II - Normae servandae

I. De iudice unico in causis nullitatis matrimonii

1. Si quod Tribunal graves difficultates habitualiter patitur collegium trium iudicum constituendi, Episcopus dioecesanus petere poterit a Praeside Conferentiae facultatem demandandi causas nullitatis matrimonii alicui clerico tamquam iudici unico.

2. Praeses Conferentiae petitum indultum concedere potest ad triennium, ac dein, perdurantibus iisdem difficultatibus, ad idem tempus pluries prorogare.

3. Tribunal uti poterit praefato indulto pro singulis causis, dummodo non interveniant oppositiones formales, de quibus in tertio articulo Normarum processualium peculiarium latarum die 28 aprilis 1970, ad instantiam Conferentiae.

II. De dispensatione ab appellatione Defensoris Vinculi

1. Episcopus dioecesanus,quotiescumque, de consilio Defensoris Vinculi, appellationem adversus sententiam affirmativam primae instantiae omnino supervacaneam fore censeat, rogare potest Conferentiam Episcopalem ut Defensor Vinculi ab obligatione appellandi dispensetur.

2. Ad hunc finem Episcopus dioecesanus transmittat Conferentiae exemplar sententiae, ac in suis precibus exponat rationes, quibus nititur petitio.

3. Examini harum petitionum praeest et invigilat parvus coetus Sodalium, constans Praeside, Vice-Praeside, Secretario Generali, et aliis nonnullis a Praeside nominatis.

Huius Coetus erit seligere clericos in iure canonico peritos, ac praxi processuali praestantes, qui de unaquaque instantia dispensationis videant per singula collegia trium saltem membrorum.

Eorum votum submittendum est Secretario Generali Conferentiae qui, si opportunum censuerit, dispensationem concedit et communicat cum Episcopo oratore.

4. Quotiescumque dispensationem largiri haud expedire iudicatum fuerit, causae denegationis scripto indicabuntur, nempe errores qui forte irrepserint in decernendo et defectus in procedendo, ex actorum examine depromptos.

Romae, e sede Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis, kalendis augusti 1975. - Dinus Card. STAFFA, *Praefectus.* Aurelius Sabattani, *Secretarius.*

* Praesidi Conferentiae Episcopalis Statuum Foederatorum Americae Septentrionalis, Prot. N. 652/70 VAR: **Documenta recentiora circa rem matrimonialem et processualem**, vol. II, Romae 1980, p. 121-123.

4395

1975 AUG 6.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 67 (1975) 531-536

Allocutio Moderatoribus Studiorum Universitatum, quas Societas Iesu regit in universo terrarum orbe:

De momento Universitatum catholicarum in Ecclesia huius temporis

Dilectissimi in Christo Filii, Laetamur admodum, quod datur hodie vos excipere, qui moderatores agitis Studiorum Universitatum, quas Societas Iesu in universo terrarum orbe regit atque sustinet. Inde enim a suis primordiis, religiosus vester Ordo inter cetera munia hoc officium a Legifero Patre suscepit exse/quendum, ut impenso prorsus ac pervigili studio 532
eas quaestiones attenderet, quae ad animi culturam pertineret, itemque iuvenes, qui superioris ordinis scholas celebrarent. Ac revera, Ordo vester nullo non tempore tamquam definitum agendi propositum habuit, Christianum nuntium in humanae culturae provincia praesentem efficere eundemque provehere. Hanc sane proprietatem statim illustrare placet, tum ad eam, quae in ipsa inest, virtutem commendandam; tum ad declarandos gratulationis nostrae sensus, atque sollicitudines, quibus afficimur, dum tanti ponderis tantaeque gravitatis negotium consideramus, unde ipsius Ecclesiae profectus pendet in primis veluti stationibus humano ingenii spiritualisque vitae, in quibus maximae sortes hominis sint positae. Etenim apostolica actio in doctrinarum campo, hodie praesertim, summi momenti est, neque quidquam pro ea substitui potest: cuius rei testimonio sunt paginae illae, quas Concilii Vaticani II Constitutio Pastoralis *Gaudium et spes* exaravit de fovendo culturae incremento, deque onere ac munere credentium ad idem assequendum (1).

Haec dicimus ad bonam profitendam existimationem, qua missionem vestram complectimur, atque ad confirmandum momentum, quod huic occursationi tribuimus, eo nempe consilio ut quaedam capita planius commemoremus, quae Nobis in praesenti vitae societatis Ecclesiaeque condicione praecipua esse videntur, si praesertim munus aspiciatur quod Catholicis ibidem Universitatibus sit obeundum.

I - Mundus, qualis hodie est, citato paeneque praecipiti cursu doctrinalis progressionis, in omnibus quidem eius parti-

1. Cfr. nn. 53-62, et in primis n. 62.

http://www.obrascatolicas.com

bus, proprie vereque distinguitur. Animi cultura quaedam quasi provocatio adversus ipsum hominem existimari potest, qui culturae artifex atque auctor est. Cuius rerum status Constitutio, quam supra memoravimus, causas et signa seu *diagnosin*, dilucide explicavit (2). Nunc vero, si immutationes ultimi veluti discriminis in mundo fiunt, munus, quod Catholicas manet Universitates, gravius in dies atque etiam singulare evadit. Novissimis hisce temporibus Praepositi ecclesiasticarum Universitatum, suam sociantes operam cum benemerenti Sacra Congregatione pro Institutione Catholica, multiplices variasque quaestiones, a progressione doctrinali inductas, expendendas curaverunt, ut nempe perscrutarentur diligenterque praefinirent ministerium, quod esset a qualibet Catholica
533 Universi/tate sive Ecclesiae sive mundo praestandum, citatissimis rerum conversionibus-hac aetate intervenientibus. Machinamentum, ope artis technicae inventum, velocius usque discurrit; ei igitur fervidissima lumina praeponenda sunt, quae viam in amplissimum collustrent, si praecavendum id esse existimamus, ne progressio doctrinalis, suapte natura in ambiguum pertingens, in ipsius hominis detrimentum cedat. Quodnam igitur lumen Catholicae cuilibet Universitati est afferendum?

II - His superioribus annis, apud quasdam Catholicas Universitates, opinio ista invaluit, melius responderi posse variis interrogationibus de homine ac de mundo, si earum figura et nota catholica extenuaretur. At qualis tandem fuit effectus illius inclinationis? Principia nimirum et bona religionis christianae visa sunt infirmari ac dilui eodemque tempore in eorum locum substitutus est talis humanismus, qui deinde evaserit vere ac proprie dicta "saecularizatio". Mores quoque ipsi intra fines civitatis universitariae adeo prolapsi sunt, ut plures iam adulescentes ignorent pulchritudinem allicientem tot virtutum christianarum. Praeterea huius modi cogitandi et agendi rationes, quae pertinent ad doctrinam morumque disciplinam, simul fecerunt ut membra Populi Dei maiore in dies incuria sive indifferenti animo respicerent Universitates Catholicas et earum difficultates, quae igitur vicissim destitutae sunt favore, adiumento, praesidio ipsorum fidelium. Verum ex contrario, hodie plus quam antehac, Ecclesia indiget Universitatibus Catholicis. Vae nobis, si illud umquam obliti fuerimus! Etenim Ecclesia, propterea quod sibi magis magisque conscia fit salvifici sui muneris in universo hoc orbe terrarum, cupit coniunctas sibi habere has sedes institutionis; vult illas praesentes adesse efficaciterque operari ad verum Christi nuntium disseminandum. Aliis verbis: Ecclesia optat ut sint "catholicae"; et cum tales eas esse videt, parata est, etiam maximis cum suis impendiis, ad auxilia et subsidia ipsis praebenda.

Universitates Catholicae patere debent mundo atque hodiernis quaestionibus; provehere debent et sustinere dialogum cum omnibus humanioris cultus formis, cum atheis et cum non Christianis, sicut et cum Christianis aliarum confessionum: qua in re eminet lucidum exemplum, quod ipsa Romana Ecclesia post Concilium Vaticanum Secundum praebet! Sed illa omnia sic peragenda sunt ut simul conservetur natura et indoles Universitatum Catholicarum – id quod vobis significat Universitates Catholicas quas administrat Societas Iesu.
534 Item provi/dendum est semper, ut in studiis et disciplinis, in libris editis et ceteris vitae academicae inceptis custodiatur et in tuto collocetur plena integritas doctrinae catholicae, oboedientia Magisterio Ecclesiae, fidelitas erga Sacram Hierarchiam atque erga Apostolicam Sedem; minime licet indulgere alicui, ut ita dicamus, "relativismo" doctrinali neque laxiori morum doctrinae: nam conciliari ipsa non possunt cum proprietatibus Universitatis, quae haberi atque appellari vult "Catholica". Caeca aliorum imitatio in doctrinis et moribus longe profecto abhorret a spiritu Evangelii, quod nos "salem terrae" esse iubet et, si id non fuerimus, affirmat nos foras eiectum iri, omni sapore nostro amisso (3). Ceterum etiam illi ipsi, qui ab Ecclesia dissentiunt, postulant a nobis summam perspicuitatem sententiarum nostrarum, ut institui possit dialogus reapse utilis et fide dignus. Pluralismus culturalis, ut aiunt, atque observanttia, quae singulis hominibus nostris fratribus debetur, numquam Christianis obscurabunt eorum officium ut veritati serviant in caritate (4) et ut illam veritatem Christi sequantur, quae sola veram tribuit libertatem (5).

2. Cfr. Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes*, n. 54-57.
3. Cfr. *Mt.* 5, 13.
4. Cfr. *Eph.* 4, 15.
5. Cfr. *Io.* 8, 32; *Gal.* 4, 31; *2 Cor.* 3, 17.

III - Patet hodie Universitates Catholicas gravibus obici difficultatibus. Decet tamen eas animum idcirco despondere, aut desiderio – sive aperto sive tecto – succumbere hanc actionis provinciam deserendi aliisque relinquendi. Qua de re dicere oportet, operam adiutricem laicorum et sacerdotum, qui non sint sodales Societatis Iesu, laudabilem quidem esse, quin immo necessariam ad Universitatem studiorum bene administrandam; sed curandum est ut illud consentanea ratione fiat, ita videlicet ut ipsa Societas Iesu retineat omnem necessariam auctoritatem, qua satisfacere valeat obligationibus suis catholicis. Quapropter Ordo vester abicere non debet suam auctoritatem propriis in Universitatibus. Nam si praeclara haec traditio derelinquatur, non tantum amittatur aliquid vestrae qualitatis sive "identitatis", sed pereat etiam aliquid, quod Ecclesia requirit eodemque non potest carere.

IV - Ab Universitate Catholica plus quam alias umquam hodie postulatur, ut intra suos terminos foveat ac promoveat vitam vere catholicam, ubi nempe res catholica vigeat, floreat, appareat. Hanc necessitatem ipsi praeceptores percipiunt, sed potissimum adulescentes. Non / sufficit sola institutio religio- 535
sa, quae, ut elucet, procuranda est cum scientiarum diligentia et fidelitate erga Ecclesiae doctrinam; insuper necesse est illas rerum condiciones instaurare vel creare, in quibus iuvenes se ex intimis sensibus impelli sentiant ad Christum sectandum, amandum et ad alios homines ferendum. In ipsa quidem Universitate iuvenes sibi acquirere debent vel, si id iam consecuti sint, provehere saltem genus quoddam vitae plane christianum; perspicere eos oportet professionis suae gravitatem, simulque gaudere se postmodum futuros esse ductores et signiferos sane paratissimos, testes Christi cunctis illis locis ubi suam artem sive professionem exercere statuerint. Si iuventus sapienter adiuvatur, semper prompto studio animoque suscipit officia sua. Sed exhibenda est adulescentibus consideratio universalis hoc est "catholica", omnium rerum humanarum sub luce Christi ipsius, qui unica est responsio suprema quoniam Verbum Dei est qui hominem interrogat eique loquitur verba vitae aeternae (6), qui denique homini demonstrat propriam dignitatem, munera et officia vitae. Universitas Catholica manifesto praecipuus et praestantissimus est locus, quo iuvenis adiuvari debet ut visionem hanc et aestimationem universalem assequatur, quae et ipsi vicissim et aliis fons sit lucis copiosae in omnem vitam. Atqui necesse est sese penitus dedere huic operi, sedulo eniti, patientem esse ac longe in posterum prospicere!

Eius itaque rei gratia pastoralis cura adulescentium in Universitatibus vehementissime iam flagitatur: quaestio haec et causa primaria omnino est ac maxima in Ecclesia. Concilium Vaticanum Secundum, in Declaratione *Gravissimum educationis*, graviter edicit: "Sors societatis et ipsius Ecclesiae cum iuvenum altiora studia excolentium profectu intime connectitur" (7). Agendum est maiore quidem cum sagacitate eaque ratione, quae plenius convenit cum postulatis ac mentis habitudinibus hodiernorum iuvenum. Sed ante omnia in illis ipsis, qui sunt educatores et magistri, elucere oportet optimam speciem ac formam vitae christianae. Numquam obliviscendum est, adulescentes adduci et teneri cum nobilia et excelsa vitae exempla ipsis ostenduntur. Indulgentia, benevolentia nimis assentiens, imitatio morum popularium, allicere certo potest iuvenes; verum saepius, ita attracti, facile abeunt deinde.

Opus est eis ostentari Iesum Christum veluti responsionem per/fectam eorum quaestionibus ac mundi difficultatibus; 536
persuadendum illis est Christum numquam decepturum esse illos eximios sensus, quos nutriant, fraternitatis et iustitiae et amoris universalis, immo vero eadem desideria et optata non modo permanere, verum amplificari in immensum, si eorum fontem detegere sciverint in ipso Iesu Christo. Ecce opus et munus quod valde inflammare debet atque accendere studio Rectores Universitatum Catholicarum Societatis Iesu.

Ipsi certo scimus vos, fideliter sectantes spiritum et animum vestri conditoris patris, perfuncturos esse cotidianis vestris officiis secundum proposita haec et principia. Nolite ergo timere! Christus, Sapientia Patris, vobis singulis semper aderit, ut vocibus vestris et consiliis calorem addat vimque persuadendi. Spiritus Sanctus suggeret vobis omnia (8), ut interius communicare valeatis cum iuvenibus aeternam Christi doctrinam eamque aptare ad eorum necessitates et postulata verae animi culturae. Virgo Sanctissima, *Sedes sapientiae*, vobis materno affectu subveniet. Haec proinde Nostra precatio est et supplicatio quam Deo hodie admovemus pro vobis

6. Cfr. *Io.* 6, 68.
7. N. 10.
8. Cfr. *Io.* 14, 26.

ipsis, pro operis vestri sociis, pro discipulis vestris in tam multis et tam excellentibus Societatis Iesu Universitatibus: quos omnes in via semper comitetur Apostolica Nostra Benedictio.

4396

1975 AUG 15.- SC pro INSTIT. CATH., DECL. PART.*

Exprimuntur et explicantur criteria et rationes quibus Ecclesia prohibet ne sacerdotes ad statum laicalem reducti theologiam doceant in Facultatibus Ecclesiae

La question des prêtres sécularisés appartenant aux cadres d'une Faculté de théologie – j'entends, bien entendu ici, les prêtres qui demandent à l'Eglise d'être relevés de leurs engagements et ne veulent pas se séparer d'Elle – est une question à laquelle je ne veux pas me dérober. Elle nous a été posée d'ailleurs avec trop d'insistance et, en particulier, au Congrès de Salamanque ...

Je souligne d'abord qu'il s'agit ici des Facultés de théologie – et plus encore en vue des séminaires – ou des Instituts supérieurs ayant le même objet, ce qui limite singulièrement et précise notre matière. Ce n'est pas la Fédération internationale des Universités catholiques comme telle, ni les Universités catholiques en général qui sont en cause. Ensuite, je me permets de supposer que le texte des Dispositions de la Congrégation pour la Doctrine de la Foi intéressant les prêtres sécularisés vous est connu, qu'on l'a lu et qu'on n'en parle pas sans le connaître: j'aimerais bien en être sûr!

La question est profondément douloureuse. D'abord pour les intéressés eux-mêmes, à qui nous devons le respect et auxquels nous lie l'amitié. Pour la Faculté, dont vous nous dites l'angoisse devant le drame humain de l'un des siens et devant l'appauvrissement souvent notable du corps universitaire. Pour les responsables de l'Eglise enfin, dont le prêtre en question est un fils, au même titre que tout autre, et l'on n'a pas le droit de penser qu'un évêque n'a pas d'âme et de coeur.

Vous nous avez apporté, en particulier après Salamanque, l'écho de vos sentiments, et même l'expression de vos requêtes. Elles sont présentes à nos esprits, et je ne veux pas les reprendre. Disons simplement que les considérations, sinon les conclusions, sont pleinement dignes d'être retenues et que, sauf à en nuancer sans doute souvent l'expression, cela ne peut faire aucune difficulté. Elles s'inspirent évidemment du respect des hommes, de la justice et de la charité; elles s'inspirent aussi de l'intérêt majeur d'une Université qui ne peut sans dommage se voir privée d'un élément de valeur ...

Mais, tout cela étant dit, quelque chose reste à dire et je dois avouer ici mon étonnement, mon malaise – je suis tenté de dire mon scandale – que, dans les représentations qui nous ont été présentées et dont je puis vous assurer que nous avons fait le plus grand cas, la *ratio legis* soit absolument passée sous silence. Il y avait tout de même une raison pour établir une telle loi. Comment se fait-il que l'on ne songe même pas à y faire allusion? J'ai peine à croire qu'on l'ait voulu, simplement on ne l'a pas considérée.

Je vois pour mon compte deux motivations qui peuvent expliquer que l'on fasse si peu de cas du motif de la loi où, plutôt, qu'on éprouve pratiquement l'impossibilité de se placer au niveau de l'Eglise et à son point de vue.

La première motivation, mal consciente sans doute, en tout cas mal affirmée dans la plupart des cas, consiste dans le caractère plus ou moins considéré comme précaire, de la loi du célibat. Le célibat est conçu, plus ou moins formellement encore une fois, comme destiné a se dissocier, au moins en principe, du sacerdoce. On est par conséquent tout disposé à penser que rien d'essentiel n'est touché, *même* s'il avait pris là-dessus un engagement grave, en celui qui dépose le célibat. Nous dirons tout à l'heure ce qu'il en est, mais nous touchons là déjà l'un des éléments d'explication au singulier silence que nous essayons de comprendre.

La seconde motivation, qui n'est pas sans transparaître dans les notes reçues, est plus profonde. Elle consiste dans la tendance à dissocier l'enseignement des choses de la foi de cette foi elle-même, avec tout ce que celle-ci implique intérieurement et extérieurement. Je ne pourrais, en m'arrêtant sur ce point, que redire, moins parfaitement sans doute, ce que le P. Liégé, votre Président, exposait à Salamanque avec tant de clarté et de fermeté. Il y a dans la théologie quelque chose d'absolument original qui, de par la nature même de l'objet, oblige à maintenir la réflexion dans l'ambiance de la lumière de l'Esprit-Saint présent dans l'Eglise. Et cette exigence fondamentale entraîne la présence de toutes les dimensions de la foi telle qu'un Saint Paul peut les entendre.

C'est à la condition de dépasser les deux attitudes ainsi dévoilées que l'on peut comprende et partager le sentiment de l'Eglise quand il s'agit des prêtres qui renoncent au célibat.

En effet, l'attitude de l'Eglise est très franche. Elle lie l'engagement au célibat à la réception et à l'exercice du sacerdoce. Le prêtre qui demande à renoncer au célibat renonce du même coup aux tâches propres au ministère sacerdotal. Et, de même, le candidat qui s'oriente vers le sacerdoce ne peut y être admis que s'il consent à assumer l'engagement au célibat. Quiconque voudrait raisonner sur un point quelconque sans tenir compte de cela ne serait d'accord avec l'Eglise.

Cela étant, pourrait-on concevoir que la mission d'enseigner la doctrine de la foi – qui est l'un des aspects majeurs du ministère sacerdotal – reste confiée à quelqu'un qui a renoncé avec le célibat à l'exercice du sacerdoce? En particulier pourrait-on admettre que la formation d'un prêtre, qui ne sera pas prêtre sans l'engagement au célibat, puisse lui être donnée par qulqu'un qui a abandonné le célibat? On ne peut raisonnablement ecnapper a cette logique. A moins, encore une fois, qu'on soit indifférent à ce qui la contredit.

Il faut aussi envisager la seconde des motivations évoquées plus haut. Disons très haut et sant ambages que l'Eglise ne permet pas qu'on tienne un prêtre relevé de ses engagements comme un coupable: Dieu seul est juge de ses intentions qu'on n'a pas le droit de soupçonner. Le fait qu'il ne peut plus exercer de charge sacerdotale n'a pas caractère de sanction. Simplement on considère l'engagement sacerdotal et l'engagement au célibat comme un tout.

Ajoutons toutefois qu'on ne peut cependant considérer le fait de renoncer à une grave promesse comme exemplaire, et qu'on ne peut le présenter normalement comme tel, surtout quand il s'agit de futurs prêtres. Or, l'enseignement de la doctrine de la foi postule certainement à quelque degré ce caractère.

On dira sans doute que je suppose l'enseignement de la foi réservé aux prêtres, alors qu'il n'en est pas de même en Orient et que, même dans le monde latin, cet enseignement est de plus en plus souvent confié à des laïcs. Je ne l'ignore certes pas, mais je considère les deux points signalés, à savoir: relation du sacerdoce et du célibat. relation du sacerdoce et de l'enseignement de la foi, comme liés. De plus, même si un laïc est amené à enseigner la foi, il ne l'enseigne pas comme le prêtre en fonction d'un ministère consacré: vouloir l'ignorer c'est certainement vider le sacerdoce d'une part essentielle de son contenu. D'ailleurs, le prêtre qui demande à modifier sa situation dans l'Eglise modifie du même coup la nature de la mission qu'il a reçue.

Restent toutes les considérations qu'on peut appeler sommairement humaines et qui sont l'essentiel des notes communiquées. Elles gardent leur pleine valeur. L'attitude de l'Eglise, par sa fermeté même, appelle un souci compensateur de sollicitude et d'aide fraternelle. Ici, comme en tant de problèmes difficiles auxquels les Facultés de théologie sont affrontées, le rôle de la Faculté elle-même est capital. Le document *l'Université catholique dans le monde moderne* (Rome, 20-29 novembre 1972) a souligné l'importance d'une autorégulation de la foi à l'intérieur de l'Institution et du rôle de la Faculté préalable à celui d'un évêque quand un professeur vient à dérailler dans le domaine de la foi.

Il en est de même dans le cas qui nous occupe. C'est sans doute grâce à une solidarité effective qui ne sera pas une concession que la Faculté peut aider à trouver les voies pour un prêtre qui ne peut plus enseigner la théologie et doit cependant trouver un digne emploi de ses ressources et une condition suffisante d'existence.

C'est une vue fausse et caricaturale que celle de l'Eglise portant des lois à coté d'une Faculté qui les reçoit comme du dehors et se contente de les appliquer. Le ressort de ces lois doit être commun et inspirer une action commune et indivise. La responsabilité de la Faculté dans le cas des prêtres sécularisés plus qu'en toute autre circonstance tient avant tout dans un certain climat où la foi a sa place, la première, et préside à toute recherche de solutions. - G. M. Card. GARRONE, *Préfet.*

* Participantibus Congressui Facultatum catholicarum Theologiae in Delhiensi Civitate anno 1975 habito: **Doc. Cath.** 71 (1975) 943-944.

4397

1975 SEP 3.- SC pro RELIGIOSIS, RESCRIPTUM. PART.*

Facultas datur ut Episcopi O.F.M. Conv., munere suo expleto et Religioni plene incorporati, omnia iura habeant et exerceant religiosorum, voce activa et passiva non excepta

Roma, 3 Settembre 1975

Reverendo Padre, Con lettera in data 29 agosto ultimo scorso, Ella, conformemente a quanto deliberato dal Capitolo Generale celebrato nel mese di maggio 1972, domandava a questa Sacra Congregazione la facolta affinché i Vescovi ed i Prelati dell'Ordine, terminato il loro ufficio, potessere godere di tutti i diritti propri dei religiosi, compreso il diritto alla voce attiva e passiva, in deroga al can. 629, § 2.

In merito questo Dicastero è ben lieto di comunicarLe che, nei confronti dei Vescovi e Prelati i quali, esaurito il compito loro affidato dalla Santa Sede, rientrano in religione

http://www.obrascatolicas.com

e vivono in una Comunità dell'Ordine, viene concesso quanto sopra richiesto, ad sexennium.

Profitto dell'occasione per confermarmi con senso di religioso ossequio devotissimo nel Signore. - Agostino Mayer, *Segretario.* Basilio Heiser, O. F. M. Conv., *Subsec.*

* Ministro Generali O. F. M. Conv., Prot. N. C. 86-1/72: COFMConv. 72 (1975) 229.

4398

1975 SEP 6.- PAULUS VI, LITT. AP. AAS 67 (1975) 649

In Taprobanensi Republica seu vulgo Sri Lanka Nuntiatura Apostolica constituitur

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam – Quantum pacis et prosperitatis, quanta praeterea progressionis semina tum societati civili tum ipsi Ecclesiae inferant amicitia sancte comparata atque adsiduus inter Apostolicam Sedem et nationes usus, nemo est quin videat. Quae digna quidem causa est, cur, Taprobanensis cum Republica, quam Sri Lanka vulgo nuncupant, arctiora unitatis vincula conserere cupientes Nuntiaturam Apostolicam in ea condere statuerimus, Apostolicis de more datis Litteris. Re igitur perdiligenter considerata, summa Nostra potestate harumque Litterarum vi, apud Rempublicam Taprobanensem Nuntiaturam Apostolicam erigimus et constituimus, eidemque omnia et singula officia deferimus, privilegia atque indulta, quae Legationum huiusmodi propria sunt. Censemus praeterea ut conditae Nuntiaturae Apostolicae Sedes in urbe Columbensi in Taprobane ponatur. Haec quidem omnia edicimus, statuimus, decernentes ut Apostolicae hae Litterae Nostrae sive nunc sive in posterum vim suam habeant. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VI mensis Septembris, anno MCMLXXV, Pontificatus Nostri tertio decimo. - Ioannes Card. VILLOT, *Secretarius Status.*

4399

1975 SEP 8. - PAULUS VI, EPISTULA. PART.*

15. Quodsi munus Sanctae Romanae Ecclesiae Camerarii vel Paenitentiarii Maioris, quo tempore Pontifex diem obiit supremum vel ante Successoris electionem, vacare contingat, Sacrum Cardinalium Collegium quam primum eligere debet Cardinalem vel, si casus ferat, Cardinales, qui usque ad electionem novi Pontificis eiusmodi officia gerant. In singulis casibus memoratis, electio fit per secreta suffragia omnium Cardinalium, qui praesentes adsunt; quae suffragia feruntur ope schedularum, quas viri ecclesiastici a caerimoniis distribuant et colligant, necnon aperiant coram Sanctae Romanae Ecclesiae Camerario ac tribus Cardinalibus Assistentibus, si eligendus est Paenitentiarius Maior, sed coram praedictis tribus Cardinalibus ac Sacri Collegii Secretario, si eligendus est Camerarius. Is autem electus habendus est, et ipso facto omnibus facultatibus ad munus pertinentibus praeditus, in quem maior pars votorum seu suffragiorum convenerit. Quodsi forsitan suffragia paria fuerint, ille deputatus habeatur, qui fuerit ordine prior, aut, si eiusdem ordinis, qui prius in Sacrum Collegium adlectus. Donec Camerarius eligatur, eius partes gerit Decanus Sacri Collegii, qui sine mora decernere potest, prout rerum adiuncta suadeant.

16. Quodsi Vicarium Generalem dioecesis Romanae, Sede vacante, e vivis decedere contigerit, Vices Gerens, tunc in hoc officio constitutus, omnes et singulas habebit facultates, auctoritatem et potestatem, quae eidem Vicario ad officium ei creditum exercendum competebant quasque ipse Pontifex, occurrente vacatione Vicariatus, donec successorem Vicarium nominet, Vices Gerenti tribuere solet. Si vero etiam Vices Gerens deest aut impeditur, Episcopus Auxiliaris
618 electione primus eiusmodi officia exsequetur. /

17. Cardinali Sanctae Romanae Ecclesiae Camerario, Sede Apostolica vacante, incumbit cura et administratio bonorum et iurium temporalium ipsius Sanctae Sedis, auxiliantibus tribus Cardinalibus, qui Assistentes appellantur, praehabitis semel circa leviora ac, singulis in casibus, circa graviora negotia suffragiis Sacri Collegii. Hinc ad Sanctae Romanae Ecclesiae Camerarium spectat, statim ac nuntium obitus Summi Pontificis a Praefecto Domus Pontificalis acceperit,

7. Cfr. *Prooemium* et n. 2, par. 5: A.A.S. 59 (1967), p. 889 et 891.

Pontificis mortem iure recognoscere, astantibus Magistro Caerimoniarum Pontificalium, Praelatis Clericis Reverendae Camerae Apostolicae huiusque Secretario Cancellario, qui authenticum mortis actum conficiat; privatis eiusdem Pontificis aedibus sigilla apponere; ipsius obitum Cardinali in Urbe Vicario nuntiare, qui de re populum Romanum singulari edicto edocebit; ad Apostolicum Palatium Vaticanum accedere, ut huius possessionem capiat, necnon possessionem, sive per se sive per delegatum, utriusque Palatii ad Lateranum et ad Arcem Gandulfi, eorumque custodiam et regimen exerceat; statuere, auditis Cardinalibus, qui tribus ordinibus praesunt, ea omnia, quae pertinent ad sepulturam Pontificis, nisi forte is, dum vivebat, suam hac de re voluntatem manifestaverit; ea omnia, nomine et consensu Sacri Collegii, curare, quae ad iura Apostolicae Sedis tuenda et ad huius administrationem recte gerendam rerum temporumque adiuncta suadebunt.

18. Cardinalis Paenitentiarius Maior, eiusque officiales, Sede vacante, ea agere et expedire valent, quae a Pio XI, Decessore Nostro, per Constitutionem Apostolicam *Quae divinitus*, die 25 mensis Martii anno 1935 editam, definita sunt[8].

19. Decani autem Sacri Collegii erit, vixdum a Praefecto Domus Pontificalis de Pontificis morte fuerit edoctus, omnibus Cardinalibus hanc nuntiare, eosque convocare ad Congregationes Sacri Collegii agendas, necnon eos, qui iure fruuntur, ad Con/clave suo tem- 619
pore ingrediendum. Item Pontificis mortem iis significabit Nationum Legatis seu Oratoribus ad Apostolicam Sedem publice missis, et iis, qui in iisdem Nationibus supremam obtinent auctoritatem.

20. Ut in Constitutione Apostolica, a verbis *Regimini Ecclesiae Universae* incipiente, cavetur, Substitutus Secretariae Status seu Papalis, Sede vacante, Officii moderamini consulit, de quo Sacro Cardinalium Collegio respondet[9].

21. Item Pontificiorum Legatorum munus et potestas, Sede vacante, non cessant.

22. Eleemosynarius quoque Sanctitatis Suae opera caritatis exercere pergit, et quidem eadem ratione qua, vivente Pontifice, solebat; est autem Sacro Cardinalium Collegio subiectus pendetque ex eo usque ad electionem novi Pontificis. Erit autem Sanctae Romanae Ecclesiae Camerarii mandatum, quod ad rem spectat, expedire.

23. Sede Apostolica vacante, universa civilis potestas Summi Pontificis circa regimen Civitatis Vaticanae ad Sacrum Cardinalium Collegium spectat; quod tamen decreta ferre non poterit, nisi urgente necessitate et pro tempore tantum vacationis Sedis, in posterum valitura solummodo, si a novo Pontifice erunt confirmata.

Caput IV

DE SACRARUM CONGREGATIONUM AC TRIBUNALIUM CURIAE ROMANAE FACULTATIBUS SEDE APOSTOLICA VACANTE

24. Sacrae Congregationes, Sede Apostolica vacante, nullam potestatem habent in iis, quae Sede plena facere et expedire non possunt, nisi *facto verbo cum SS.mo* vel *ex Audientia Ss.mi*, / vel *vigore specialium* 620
et extraordinariarum facultatum, quae a Romano Pontifice earumdem Congregationum Praefectis vel Secretariis solent concedi.

25. Facultates vero ordinariae cuiusque Sacrae Congregationis, occurrente morte Pontificis, non cessant; verumtamen statuimus, ut Congregationes iis facultatibus solum ad gratias concedendas, quae minoris

8. Cfr. n. 12: A.A.S. 27 (1935), pp. 112 s.
9. Cfr. n. 19, par. 2: A.A.S. 59 (1967), p. 895.

momenti sunt, utantur, negotia vero graviora vel in controversiam vocata, quae in aliud tempus queant differri, futuro Pontifici omnino reserventur; quae si nullam moram admittant, a Sacro Cardinalium Collegio committi poterunt Cardinali, qui usque ad obitum Pontificis fuit Praefectus[10], ceterisque Cardinalibus eiusdem Dicasterii, cui ea Summus Pontifex defunctus probabiliter examinanda mandavisset, ut *per modum provisionis*, in eiusmodi rerum adiunctis, donec Pontifex eligatur, decernant ea, quae iuribus et traditionibus ecclesiasticis custodiendis ac tuendis aptiora magisque consentanea censuerint.

26. Supremum Tribunal Signaturae Apostolicae et Tribunal Sacrae Romanae Rotae, Sede vacante, negotia sua exsequi pergunt secundum leges sibi proprias, servatis tamen iis, quae cann. C. I. C. 244 § 1 et 1603 § 2 praescripta sunt.

Caput V

DE EXSEQUIIS ROMANI PONTIFICIS

27. Romano Pontifice demortuo, Cardinales exsequias pro eius anima per novem dies continuos celebrabunt, iuxta *Ordinem exsequiarum Summi Pontificis vita functi*, qui, perinde ac *Ordo sacrorum rituum Con-*
621 *clavis* ut pars complens huic Constitutioni adicitur./

28. Si tumulationem in Basilica Vaticana fieri contingit, authenticum eius instrumentum a Notario Capituli eiusdem Basilicae conficitur. Postea vero delegatus a Cardinali Camerario ac delegatus a Praefecto Domus Pontificalis separatim documenta perscribant, quae peractae tumulationis fidem faciant, prior coram Reverenda Camera Apostolica, alter coram Praefecto Domus Pontificalis.

29. Si Romanus Pontifex extra Urbem supremum obiit diem, Sacri Cardinalium Collegii est omnia disponere, quae necessaria sunt ad dignam ac decoram translationem exanimi corporis ad Vaticanam Basilicam Sancti Petri.

30. Summi Pontificis sive decumbentis sive vita functi in eius diaetis imaginem photographice exprimere nemini licet neque voces eius, postea reddendas, in magnetophonii taeniola imprimere. Si quis, Pontifice defuncto, eiusmodi imagines, probationis vel testimonii causa, photographice efficere cupiat, id a Cardinali Sanctae Romanae Ecclesiae Camerario petere debet, qui tamen Summi Pontificis imaginem luce exprimi non sinet, nisi pontificalibus vestibus induti.

31. Ante vel inter Conclave habendum, diaetarum Summi Pontificis nulla pars habitetur.

32. Si defunctus Summus Pontifex de rebus suis deque litteris ac tabulis privatis testamentum fecit suique testamenti curatorem designavit, huius est, pro potestate sibi a testatore facta, ea statuere et exsequi, quae ad privata eiusdem Pontificis bona et scripta pertinent. Qui curator de munere a se gesto uni novo
622 Summo Pontifici rationem reddet. /

PARS II

DE ELECTIONE ROMANI PONTIFICIS

Caput I

DE ELECTORIBUS ROMANI PONTIFICIS

33. Ius eligendi Romanum Pontificem ad Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales unice pertinet, iis, ad normam antea editae legis[11], exceptis, qui tempore ingrediendi in Conclave, octogesimum aetatis annum

10. Cfr. Paulus Pp. VI, Const. Apost. *Regimini Ecclesiae Universae, Prooem.* l. c., p. 889.
11. Cfr. Paulus Pp. VI, Litt. Apost. Motu Proprio datae *Ingravescentem aetatem*, II, 2: A.A.S. 62 (1970), p. 811.

iam confecerunt. Maximus autem Cardinalium electorum numerus centum viginti ne excedat. Prorsus ergo excluditur quilibet cuiuspiam alius ecclesiasticae dignitatis aut laicae potestatis cuiusvis gradus et ordinis interventus.

34. Si quando contingat, ut Romanus Pontifex de vita decedat perdurante celebratione alicuius Concilii Generalis aut Synodi Episcoporum, sive Romae sive in alio quovis orbis terrarum loco celebrantur, electio novi Pontificis a Cardinalibus electoribus, qui supra sunt dicti, unice et exclusive fieri debet, minime vero ab ipso Concilio aut Synodo Episcoporum. Quapropter acta, quae quomodocumque rationem electionis faciendae vel collegium electorum temerario ausu immutare praesumant, invalida et irrita declaramus. Quin immo ipsum Concilium aut Synodus Episcoporum, in quovis statu et quibusvis terminis exsistant, statim ab accepto nuntio demortui Pontificis, suspensa ipso iure intellegi debent. Itaque, nulla prorsus interiecta mora, cessare statim debent a quibusvis decretis seu canonibus vel conficiendis vel apparandis, sub poena nullitatis eorum; neque ob quamlibet causam, etiamsi gravis/sima et speciali mentione digna videtur, ulterius 623
Concilio vel Synodo progredi licet, donec novus Pontifex canonice electus illa iterum assumi et continuari iusserit.

35. Nullus Cardinalis elector, cuiuslibet excommunicationis, suspensionis, interdicti aut alterius ecclesiastici impedimenti causa vel praetextu, a Summi Pontificis electione activa et passiva excludi ullo modo potest; quae quidem censurae, ad effectum huiusmodi electionis tantum, suspensae putandae sunt.

36. Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis, postquam in Consistorio creatus et publicatus fuit, eo ipso statim ius eligendi Pontificis habet, licet biretum ei nondum sit impositum, neque anulus, Cardinalium proprius, traditus, neque suetum fidelitatis ius iurandum ipse dederit. Non tamen hoc iure fruuntur Cardinales canonice depositi aut qui, consentiente Romano Pontifice, dignitati cardinalitiae renuntiaverunt. Praeterea non licet Sacro Cardinalium Collegio, Sede vacante, eos restituere et habilitare.

37. Praecipimus etiam, ut post Pontificis mortem Cardinales electores praesentes exspectare debeant absentes per quindecim solidos dies, facta tamen Sacro Cardinalium Collegio potestate ingressus in Conclave per aliquot dies proferendi; ea tamen lege, ut, viginti diebus ad summum elapsis, Cardinales electores, quotquot praesentes adsint, in Conclave ingredi debeant et ad electionis negotium procedere.

38. Attamen Cardinales electores, si re integra supervenerint, id est antequam Ecclesiae sit de Pastore provisum, in electionis negotium eodem statu, quo ipsum invenerint, admittantur.

39. Omnes autem Cardinales electores, a Decano aut ab alio Cardinali, illius nomine agente, ad novi Pontificis electionem advocati, obligatione tenentur, ac quidem ex virtute sanctae oboedientiae, convocationis nuntio obtemperandi, nisi infirmitate / vel alio 624
gravi impedimento, a Sacro Cardinalium Collegio agnoscendo, detineatur.

40. Si quis vero Cardinalis, ius suffragii habens, in Conclave ingredi noluerit aut, ingressus, sine manifesta infirmitatis causa, iure iurando medicorum necnon a maiore parte electorum approbata, exiverit, tunc, ipso minime exspectato neque in eiusdem electionis negotium iterum admisso, per ceteros ad eligendum Summum Pontificem libere procedatur. Quodsi, infirmitate superveniente, aliquis Cardinalis elector e Conclavi exire cogatur, poterit, eius suffragio non requisito, ad electionem procedi; sed si is ad Conclave, post sanitatem sibi restitutam aut ante, redire voluerit, rur-

http://www.obrascatolicas.com

sus admittatur. Si quis etiam Cardinalis aliam ob gravem causam, a maiore parte electorum comprobatam, e Conclavi egressus fuerit, poterit, dum id celebratur, eodem reverti.

Caput II
DE CONCLAVI DEQUE IIS, QUI HUIUS PARTEM HABENT

41. Electio Summi Pontificis fieri debet in Conclavi, quod ex more in Aedibus Vaticanis vel, ob peculiares causas, alio in loco constituitur, postquam clausum est, sublata tamen nullitate electionis, a Gregorio XV vel alio quovis decreto pontificio hac de re statuta.

42. Conclave ita accipitur, ut certa ac definita loca, quasi sacrum recessum, comprehendat, ubi, Spiritus Sancti lumine invocato, Cardinales electores Summum Pontificem eligunt, et ubi iidem ceterique officiales et ministri necnon, si qui sint, conclavistae die noctuque commorantur usque ad peractam electionem, absque ulla consuetudine cum extraneis personis et rebus, secundum modum et normas, quae sequuntur.

43. Praeter Cardinales electores, in Conclave ingrediantur Secretarius Sacri Cardinalium Collegii, qui
625 munere fungitur / Secretarii Conclavis, Vicarius Generalis Romani Pontificis pro Civitate Vaticana cum uno vel pluribus, ad Sacri Cardinalium Collegii arbitrium, adiutoribus in officio sacristiae; Magister Caerimoniarum Pontificalium cum viris a caerimoniis pontificalibus, qui muneribus sibi propriis vacent. Insuper fas est Cardinali Decano vel Cardinali, qui eius vices gerit, virum ecclesiasticum secum ferre qui sibi assistat.

44. Adsint praeterea nonnulli religiosi sacerdotes, ita ut copia sit peragendi confessiones praecipuis linguis; duo medici, quorum alter sit chirurgus, alter rei medicae generali deditus cum uno vel duobus ministris aegrotorum; Architectus Conclavis ac duo rei technicae periti (cfr. nn. 55 et 61): qui omnes a maiore parte Cardinalium, Sanctae Romanae Ecclesiae Camerario tribusque Cardinalibus, qui Assistentes dicuntur, proponentibus, eligantur. His addantur alii, numero congruenti, qui Conclavis necessitatibus inserviant, a coetu seu commissione Cardinalium ad hoc instituta, de qua in n. 13 c, nominati.

45. Cardinalibus electoribus non licet conclavistas seu privatos ministros sibi inservientes, neque clericos neque laicos, secum adducere. Solum peculiari in casu et ad modum exceptionis, gravi de causa affectae valetudinis, id permitti poterit. Tunc vero petitionem expressam et causas exhibentem Cardinali Camerario porrigant, qui rem ad coetum seu commissionem Cardinalium, ad hoc institutam deferat, cuius est de ea decernere, et, si postulationi concedendum esse arbitretur, summa cum diligentia cognoscere de qualitatibus personarum, ad huiusmodi officium propositarum.

46. Omnes officiales et ministri Conclavis, sive ecclesiastici sive laici, et, si qui sint, conclavistae, Sanctae Romanae Ecclesiae Camerario curante, ius iurandum dent, latino vel alio sermone, postquam unusquisque eorum probe intellexit momentum eiusdem iuris
626 iurandi atque formulae sententiam. Itaque, uno / vel altero die ante ingressum in Conclave, coram eiusdem Conclavis Secretario et Magistro Caerimoniarum Pontificalium ad rem delegatis ab eodem Camerario, coram quo et ipsis est antea ius iurandum dandum*,

* Formula iurisiurandi praestandi a Secretario Conclavis et a Magistro Caerimoniarum Pontificalium: *"Ego N. N., tactis per me sanctis Dei Evangeliis, promitto ac iuro me fideliter servaturum esse omnia et singula, quae a Sacro Collegio Cardinalium decreta sint, ac diligenter religioseque officio meo esse functurum. Pariter promitto ac iure me inviolabiliter servaturum secretum in omnibus et singulis ..."* (sequitur textus formulae iurisiurandi ab officialibus Conclavis praestandi, quae supra relata est).

hanc formulam, pro rei opportunitate in varios sermones conversam, pronuntiabunt:

Ego N. N. promitto et iuro me inviolate servaturum esse secretum in omnibus et singulis, quae de novi Pontificis electione in Cardinalium Congregationibus acta vel decreta sint et in Conclavi seu in loco electionis agantur, scrutinium directe vel indirecte respicientia, et omnia, quae quovis modo cognoverim, adeo ut nec directe, nec indirecte, neque nutu, neque verbo, neque scriptis, vel alias quomodolibet ipsum mihi violare liceat; itemque promitto et iuro me nullo modo in Conclavi usurum esse instrumentis quibuslibet ad vocem transmittendam vel recipiendam, vel ad imagines exprimendas quovis modo aptis, et hoc sub poena excommunicationis latae sententiae, Apostolicae Sedi specialissimo modo reservatae, si ab hoc praecepto discesserim. Quod secretum accuratissime et religiosissime servabo etiam post peractam novi Pontificis electionem, nisi ab eodem Pontifice peculiaris facultas aut certa venia mihi concessa fuerit.

Pariter promitto et iuro me nulli interventui, intercessioni aliive cuilibet modo, quo civiles potestates cuiuslibet ordinis et gradus, vel quivis hominum coetus vel personae voluerint sese electioni Pontificis immiscere, auxilium vel favorem praestaturum.

Sic me Deus adiuvet et haec sancta Dei Evangelia, quae manu mea tango. /
627

47. Officiales vero et quicumque alii ministri ex ordine laicorum, qui e Conclavi ex causa tantum manifestae et notabilis infirmitatis, a medicis iure iurando probatae, ac de consensu, a Cardinali Camerario tribusque Cardinalibus Assistentibus eorum onerata conscientia dato, egressi fuerint, nullo modo reverti possunt; sed, si necessitas ferat, alii eodem tempore, quo infirmi exierint, legitime approbati et admissi ac iuris iurandi religione iam astricti, illorum loco ingredi poterunt.

48. Si quem Cardinalem electorem, qui conclavistam secum duxit, in ipso Conclavi vita fungi contingat, idem conclavista statim inde exire debet, neque ad alterius Cardinalis electoris famulatum in eodem Conclavi assumi potest.

Caput III
DE INGRESSU IN CONCLAVE

49. Exsequiis defuncti Pontificis rite persolutis et Conclavi interim apparato, Cardinales electores, die constituto in Basilicam Vaticanam Sancti Petri, vel alio pro temporis et loci opportunitate, conveniunt, ubi ea fiant, quae in *Ordine sacrorum rituum Conclavis* statuta sunt. Statim post rem divinam mane peractam vel, si opportunius visum fuerit, tempore postmeridiano eiusdem diei, ingressus fit in Conclave. Cum ad sacellum seu cappellam advenerint, oratione convenienti recitata et intimato *extra omnes* e sacello, praesentis Constitutionis pars altera, seu De electione Romani Pontificis", legatur, ac deinde omnes Cardinales electores ius iurandum dent secundum formulam sequentem, quae a Decano aut a Cardinali, qui ordine et aetate sit primus, elata voce recitetur:

Nos omnes et singuli in hoc Conclavi exsistentes Cardinales electores promittimus, vovemus et iuramus inviolate et ad unguem Nos universos et singulos esse observaturos omnia, quae continentur in Constitutione Apostolica Summi Pontificis / Pauli VI, quae 628
a verbis Romano Pontifici eligendo *incipit, data die 1 mensis octobris anno 1975. Item promittimus vovemus et iuramus, quicumque nostrum Romanus Pontifex, Deo sic disponente, erit electus, eum spiritualia et temporalia iura libertatemque Sanctae Sedis integre ac strenue asserere atque tueri et, si opus fuerit, vindicare numquam esse destiturum. Praecipue autem pro-*

mittimus et iuramus Nos religiosissime et quoad cunctos, etiam conclavistas nostros, si qui sint, secretum esse servaturos de iis omnibus, quae ad electionem Romani Pontificis quomolibet pertinent, et de iis, quae Conclavi seu in loco electionis aguntur, scrutinium directe vel indirecte respicientibus, neque idem secretum quoquo modo violaturos sive inter Conclave, sive etiam post novi Pontificis electionem, nisi peculiaris facultas aut certa venia ab eodem futuro Pontifice nobis tributa fuerit; itemque nullo modo a quavis civili potestate, quovis nomine, munus proponendi veto *seu* exclusivam, *etiam sub forma simplici optationis, esse recepturos, neque ipsum* veto, *qualibet ratione nobis cognitum, patefacturos; nullique interventui, intercessioni aliique cuilibet modo, quo auctoritates saeculares cuiuslibet ordinis et gradus, vel quivis hominum coetus vel personae voluerint sese Pontificis electionis immiscere, auxilium vel favorem praestaturos.*

Deinde singuli Cardinales electores dicant: *Et ego N. Cardinalis N. spondeo, voveo ac iuro*, et imponentes manum super Evangelium, adiungant: *Sic me Deus adiuvet et haec Sancta Dei Evangelia, quae manu mea tango.*

Postmodum Cardinalis Decanus aut Cardinalium primus ordine et aetate praesentes brevi sermone et convenientibus verbis hortatur ad electionis negotium rite et recta intentione peragendum, ad unum bonum Ecclesiae universalis attendendo.

50. Quibus omnibus absolutis, Praefectus Domus Pontificalis, Delegatus Specialis Pontificiae Commis-
629 sionis pro Civitate / Vaticana et Praefectus Pontificiae Helvetiorum Cohortis, quibus vi huius Constitutionis custodia Conclavis committitur, ius iurandum dent secundum formulam praescriptam * coram Cardinali Decano aut primo Cardinalium ac praesentibus cunctis Cardinalibus electoribus. Idem praestent Praelati Clerici Reverendae Camerae Apostolicae, Protonotarii Apostolici de numero participantium et Auditores S. R. Rotae, quibus custodia ac vigilantia rerum transvehendarum, id est quae in Conclave inducuntur aut inde emittuntur, concreditur. Quos viri a caerimoniis pontificiis hac in re adiuvabunt.

51. His expletis, omnes Cardinales electores ad cellas, inter ipsos distributas, devertunt, exceptis Cardinali Camerario ac tribus Cardinalibus Assistentibus, qui in sacello manent, ut ad clausuram Conclavis procedant. Interim vero officiales Conclavis ceterique ministri ius iurandum supra descriptum, nisi id iam praestiterint, quam primum dent coram Secretario Conclavis ac Magistro Caerimoniarum Pontificalium, ad rem delegatis a Sanctae Romanae Ecclesiae Camerario.

52. Denique, postquam, iussu Cardinalis Decani aut Cardinalium primi, opportunum signum datum fuerit, Camerarius ac tres Cardinales Assistentes una cum Caerimoniarum Pontificalium Magistro, cum ceteris viris a caerimoniis, Architecto Conclavis et duobus rei technicae peritis loca perquirant, ne quis ex iis, qui esse in Conclavi vetantur, intus maneat. Quam ob rem etiam recognitio fiat ministrorum Conclavis, non exceptis conclavistis, qui forte Cardinalibus electoribus inserviant, ne quis extraneus inter eos se insinuet; ad quam recognitionem faciendam hi omnes in sacel-
630 lum iubeantur intrare, ubi nominatim recenseantur. /

53. Conclave, eodem tempore quo intus, etiam extra, inquisitione diligenter peracta, claudatur a Praefecto Domus Pontificalis, a Delegato Speciali Pontificiae Commissionis pro Civitate Vaticana et a Praefecto Pontificiae Helvetiorum Cohortis, astante Decano Praelatorum Clericorum Reverendae Camerae Apostolicae cum Secretario Cancellario, per Cardinalem Sanctae Romanae Ecclesiae Camerarium deputato, cum viris a caerimoniis et architectis. Claves autem eidem Delegato Speciali Pontificiae Commissionis pro Civitate Vaticana assignentur.

54. Utriusque peractae clausurae instrumentum singillatim conficiatur, unum a Magistro Caerimoniarum Pontificalium, a Secretario Conclavis necnon ab ipso Magistro Caerimoniarum, notarii munus gerente, subsignandum, testibus adhibitis duobus viris a caerimoniis; alterum ab aliquo e Praelatis Clericis Reverendae Camerae Apostolicae simul cum Secretario Cancellario, a Cardinali Sanctae Romanae Ecclesiae Camerario deputatis, ac quidem in sede officii Delegati Specialis Pontificiae Commissionis pro Civitate Vaticana, subscribentibus Praefecto Domus Pontificalis, ipso Delegato Speciali et Praefecto Pontificiae Helvetiorum Cohortis.

* Formula iurisiurandi: *Ego N. N. promitto ac iure officio meo diligenter ac religiose esse functurum, secundum normas a Summis Pontificibus statutas et praescripta Sacri Collegii Cardinalium. Sic me Deus adiuvet et haec Sancta Dei Evangelia, quae manu mea tango.*

Caput IV
DE SECRETO SERVANDO CIRCA EA OMNIA, QUAE IN CONCLAVI AGUNTUR

55. Cardinalis Camerarius atque tres Cardinales pro tempore Assistentes obligatione tenentur vigilandi diligenter, omnia loca saepe, per se vel per alios, visitando, ne Conclavis clausura ullo modo violetur. In huiusmodi visitatione semper adsint et duo rei technicae periti, qui, si casus fert, aptis inventis usi, quae nostra aetas invexit, de instrumentis n. 61 recensitis inquirant. Si quid tale deprehensum fuerit, auctores e Conclavi expellantur gravibusque poenis plectantur futu-
ri Pontificis arbitrio. / 631

56. Clauso Conclavi, nemo ad colloquium cum Cardinalibus electoribus vel aliis Conclavis partem habentibus admittatur, nisi praesentibus Praelatis, quibus Conclavis custodia est commissa, et nisi voce elata et sermore intellegibili loquantur. Si quis forte in Conclave clam ingrediatur, omni honore, gradu, officio et beneficio ecclesiastico ipso facto privatus exsistat aut pro personae condicione congruis poenis subiciatur.

57. Statuimus item, ne epistolae et cuiusvis generis scripta, etiam typis edita, tum ad eos, qui in Conclavi sunt, Cardinalibus electoribus non exceptis, tum praesertim e Conclavi ad eos, qui foris sunt, ullo modo mittantur, nisi prius omnia et singula Secretarii Conclavis ac simul Praelatorum, ad custodiam Conclavis delegatorum, examini subiciantur. Ab hac tamen regula excipitur litterarum commercium, quod liberum erit et expeditum inter Tribunal Sacrae Paenitentiariae et Cardinalem Paenitentiarium Maiorem, in Conclavi degentem; quae quidem litterae, sigillo officii munitae, nulli examini et inspectioni erunt obnoxiae.

Nominatim praeterea interdicimus, ne diaria vel commentarii periodici in Conclave et extra Conclave mittantur.

58. Qui Conclave quoquo modo deserviunt, quaecumque directe vel indirecte secretum violare quomodolibet poterunt – sive verba, sive scripta, sive signa, sive alia quaevis – omnino vitare et cavere debent, sub poena excommunicationis latae sententiae, Sedi Apostolicae reservatae.

59. Specialiter autem Cardinalibus electoribus interdicimus, ne ministris, quos forte secum adduxerint, aut aliis quibusvis ea pandant, quae scrutinium directe vel indirecte respiciant, itemque ea, quae a Cardinalium Congregationibus sive ante Conclave sive inter ipsum habitis, de Pontificis electione acta vel decreta sint.

http://www.obrascatolicas.com

60. Insuper praecipimus Cardinalibus electoribus, graviter onerata ipsorum conscientia, ut secretum
632 huiusmodi servent / etiam post peractam novi Pontificis electionem, memores id nullo modo violare licere, nisi ab eodem Pontifice peculiaris et expressa ad hoc facultas concessa fuerit. Quod praeceptum extendi volumus ad ceteros omnes, qui Conclavis partem habuerunt, si quid forte, bona vel mala fide, de iis, quae in Conclavi gesta sint, cognoverint.

61. Denique, ut Cardinales electores cavere possint ab aliorum imprudentia necnon ab insidiis, quas facultati suo ipsorum utendi iudicio et libertati decernendi fortasse parari contingat, omnino interdicimus, ne in Conclave introducantur, sub quocumque praetextu, nec, si ibi forte iam exstent, adhibeantur quodlibet genus instrumenta vocibus vel imaginibus mechanice imprimendis, reddendis, trasmittendis.

Caput V
DE ELECTIONIS FORMA

62. Mane, postridie clausum Conclave, ac post signum datum, Cardinales electores, qui infirmitate non impediantur, ad designatum sacellum conveniunt, ubi Eucharisticum Sacrificium concelebrant vel ei assistunt. Re divina peracta et Spiritu Sancto invocato, statim ad electionem proceditur, quae uno tantum ex tribus, qui infra ponuntur, modis sive formis est facienda; alioquin electio irrita et nulla est habenda, firmis iis, quae numero 76 statuuntur.

63. Primus modus est, qui quasi *per acclamationem* seu *inspirationem* vocatur, cum scilicet Cardinales electores, veluti afflati Spiritu Sancto, aliquem unanimiter et viva voce, libere ac sponte, Summum Pontificem proclamant. Haec vero forma adhiberi potest solum in Conclavi eoque clauso, ac fieri debet per verbum *eligo*, modo intellegibili enuntiatum aut scripto expressum, si quis id enuntiare non valeat.
633 Requiritur insuper, / ut haec forma electionis communiter ab omnibus et singulis Cardinalibus electoribus, in Conclavi praesentibus, iis etiam, qui ob infirmitatem in cellis detinentur, nullo dissentiente, accipiatur, cauto etiam, ne ullus specialis tractatus circa nomen personae eligendae praecesserit. Si quis ergo e Cardinalibus electoribus, exempli causa, sponte ac nullo praecedente speciali tractatu, dicat: "Eminentissimi Patres, perspecta singulari virtute et probitate Rev.mi N. N. iudico illum eligendum esse in Romanum Pontificem, et hoc ipso tempore ego ipsum eligo in Papam"; ac deinde ceteri Patres, nullo excepto, primi sequentes sententiam, eodem verbo *eligo*, intellegibili voce prolato, aut, si quis non potest, scriptis expresso, eundem virum, de quo nullus specialis tractatus praecessit, communiter eligant, ipse N. N. est canonice electus secundum hanc electionis formam.

64. Secundus modus est qui dicitur *per compromissum*, cum videlicet in peculiaribus rerum adiunctis Cardinales electores quibusdam ex ipsorum coetu eligendi potestatem committunt, qui loco omnium Pastori Ecclesiae catholicae provideant. Hoc etiam in casu omnes et singuli Cardinales electores in Conclavi clausu praesentes, nullo ipsorum dissentiente, compromissum facere statuentes, quibusdam Patribus, qui sint numero impari, saltem novem vel summum quindecim, electionem concredunt; et huic, exempli gratia allatae, formulae suscribunt: "In nomine Domini, Amen. Anno etc., mense etc., die etc., nos omnes et singuli in hoc Conclavi exsistentes Cardinales electores (singillatim omnes nominentur) decrevimus ac decernimus ad electionem *per compromissum* procedere; ideoque concorditer et unanimiter, nullo discrepante, eligimus compromissarios Em.mos Patres N. N., N. N., quibus damus plenam facultatem et potestatem providendi de Pastore Sanctae Romanae Ecclesiae sub hac forma, videlicet ...". Hic necesse est, ut Cardinales electores compromittentes dilucide ex-
634 pri/mant modum ac formam, secundum quam compromissarii eligere debeant, et quid requiratur, ut electio sit valida, ut puta, utrum prius proponere debeant toti electorum collegio personam, quam eligere volunt, an vero absolute debeant electionem peragere; an omnes compromissarii convenire debeant in unam personam, an satis sit, si duae partes e tribus in unam concordent; an debeant eligere aliquem de collegio electorum vel etiam aliquem extra collegium, et alia his similia. Addendum est etiam tempus, in quod Cardinales electores ipsi volunt compromissarios potestatem eligendi habere; et postea haec vel similia verba subiungantur: "Et promittimus nos illum pro Romano Pontifice habituros, quem compromissarii secundum praedictam formam duxerint eligendum".

Huiusmodi mandato una cum praescriptionibus, de quibus supra, accepto, compromissarii in locum separatum et clausum se conferunt, et quo liberius inter se loqui possint, aperte protestentur se non intendere per quamcumque prolationem verborum suum consensum dare, nisi in scriptis illum expresse ponant. Facta demum per compromissarios electione, secundum hanc formam iis praescriptam, et in Conclavi promulgata, hoc modo electus est canonicus et verus Papa.

65. Tertius et ordinarius modus seu forma electionis Romani Pontificis est ea, quae vocatur *per scrutinium*. Qua in re plenissime confirmamus legem olim latam ac deinde religiose servatam, qua statuitur, ut ad validam Romani Pontificis electionem requirantur duae ex tribus partibus suffragiorum, simulque normam, a Pio XII, Decessore Nostro, editam, vim obtinere volumus, qua praescribitur, ut duabus ex tribus suffragiorum partibus semper unum addatur suffragium[12].

66. Scrutinii autem ritus tres continet actiones, quarum prima, quae *antescrutinium* potest appellari, complectitur: 1) praeparationem ac distributionem
635 schedularum, quae fit per viros / a caerimoniis, qui saltem duas vel tres earum singulis Cardinalibus electoribus tradunt; 2) extractionem, sorte ducta inter omnes Cardinales electores, trium scrutatorum et trium deputatorum pro votis infirmorum, qui brevitatis gratia infirmarii appellantur, necnon trium recognitorum; quae actio fit publice ab ultimo Cardinali Diacono, qui nomina novem ad haec officia deputandorum ex ordine extrahit; 3) schedularum scriptionem, quae ab unoquoque Cardinali electore fieri debet secreto, qui quidem nomen eligendi eo modo, quantum fieri potest, exaret, ut manus scribentis facile cognosci non possit, et caveat, ne plura nomina in schedula scribat, quia suffragium esset nullum; 4) schedularum complicationem, quae fit in medio cuiusque schedulae, ita ut schedula ipsa fere ad latitudinem pollicis redigatur.

67. In hac scrutinii actione hae normae prae oculis habeantur: *a*) forma schedulae debet esse rectiangula, id est altera parte latior quam longior, in medio autem anterioris eius partis haec verba, si fieri potest typis impressa, contineat: *Eligo in Summum Pontificem...*, in parte vero inferiore a medio liberum sit spatium, ubi electi nomne inscribatur; schedula ergo sic disposita est, ut ambae partes complicentur; *b*) quodsi in extractione scrutatorum, infirmariorum et recognitorum extracta fuerint nomina Cardinalium electoneribus praedictis fungi non possint, nomina aliorum, qui non sint impediti, illorum loco extrahantur. Tres, quorum nomina prius extracta fuerint, officium gerent scrutatorum, qui secundo, munus infirmariorum, qui tertio, recognitorum munus obibunt; *c*) dum suffragia feruntur, Cardinales electores soli in sacello esse debent; quocirca, statim postquam schedulae distributae sunt et antequam electores in iis scribere incipiant, Secretarius Conclavis, Magister Caerimoniarum Pontificalium et viri a caerimoniis ex aula exire debent. Qui-
636 bus egressis, ultimus Cardi/nalis Diaconus ianuam claudat, quam aperiat iterumque claudat, quoties necessarium est, veluti cum infirmarii ad suffragia infirmorum colligenda exeunt ac deinde in sacellum revertuntur.

68. Secunda actio, quae vere proprieque dicitur *scrutinium*, complectitur: 1) positionem schedularum in urnam; 2) schedularum mixtionem ac numerationem; 3) scrutinii publicationem. Unusquisque Cardinalis elector, ordine praecedendi servato, schedulam, postquam eam scripsit et complicavit, elevata manu, ita ut videri possit, ad altare deferat, apud quod sunt scrutatores, et in quo est urna disco cooperta, ad schedulas recipiendas. Ibi genuflexus, Cardinalis elector aliquantulum oret; deinde surgens, elata voce iuret in hanc formam: *Testor Christum Dominum, qui me iudicaturus est, me eum eligere, quem secundum Deum iudico eligi debere*. Post haec schedulam in disco ponat et per hunc in urnam ingerat, quo facto ad altare inclinet et ad suum locum revertatur. Si vero aliquis Cardinalis elector ex iis, qui in sacello praesentes adsunt, ad altare ob infirmam valetudinem pergere nequit, ultimus scrutator ad eum accedit; et elector ille, praedicto iure iurando dato, schedulam complicatam eidem scrutatori tradit, qui eam palam ad altare defert, et sine oratione et iure iurando in disco ponit, et per eum in urnam mittit.

69. Si autem aliqui Cardinales electores infirmi sunt in cellis suis, tres infirmarii ad eos accedunt cum capsula, in cuius parte superiore sit foramen, per quod schedula complicata possit in eam immitti; quam capsulam antequam scrutatores infirmariis tradant, palam aperiant, ut ceteri electores possint eam vacuam conspicere, deinde claudant et clavem super altare ponant. Hinc infirmarii cum capsula clausa et congruenti numero schedularum in parvo disco collocatarum ad unumquemque infirmum accedunt; qui acceptam schedulam secreto scribat,
637 complicet et, dato antea iure iurando praedicto, in / capsulam per foramen mittat. Quodsi quis infirmus scribere non valeat, unus e tribus infirmariis aut alius Cardinalis elector, ab infirmo deputatus, praestito de secreto servando in manibus ipsorum infirmariorum iure iurando, praedicta faciat. Quibus peractis, infirmarii capsulam in sacellum portent, quam scrutatores aperiant et schedulas, quae in ea continentur, numerent; et tot repertas, quot sunt infirmi, singillatim in disco ponant, et per hunc simul omnes in urnam immittant. Ne autem scrutinii actio nimis protrahatur, infirmarii poterunt proprias schedulas statim post primum Cardinalium conficere et in urna ponere, deinde, dum ceteri electores scrutinium agunt, ad infirmos pergere ad accipienda eorum vota eo modo, qui supra est dictus.

70. Postquam omnes Cardinales electores schedulas suas in urnam immiserunt, primus scrutator hanc pluries agitet, ut schedulae permisceantur; quo facto, ultimus scrutator statim eas numeret, unamquamque schedulam singillatim ex urna palam sumens et in vase vacuo, ad hoc apparato, deponens. Quodsi schedularum numerus non respondeat numero electorum, omnes comburendae sunt, et iterum, id est altera vice, ad suffragia ferenda procedatur, si vero schedularum numerus numero electorum respondet, subsequitur publicatio scrutinii, quae hoc modo fit.

71. Scrutatores ad mensam ante altare positam sedent: quorum primus unam schedulam accipit, explicat et, viso in ea electi nomine, eam secundo scrutatori tradit, qui, pariter electi nomine perspecto, eandem schedulam tradit tertio, qui illam elata et intelligibili voce legit, ut omnes electores praesentes suffragium annotare possint in folio ad hoc apparato. Notat autem et ipse nomen e schedula recitatum. Quodsi in scrutinii publicatione scrutatores inveniant duas schedulas ita complicatas, ut ab uno tantum datas fuisse appareat, siquidem unus et idem in utraque electus fuerit, schedulae praedictae pro uno / suffragio ha- 638
beantur; si vero diversa ibi inscripta sint nomina, neutrum suffragium est validum; scrutinium tamen ipsum neutro in casu vitiatur.

Peracta scrutinii publicatione, suffragia a scrutatoribus secundum nomina illorum, qui ea obtinuerunt, in unam summam redigantur et in folio separato notentur.

Ultimus vero scrutator singulas schedulas, postquam eas perlegit, eo loco, ubi est verbum *eligo*, acu cum filo perforat et in hoc ipsum inserit, quo cautius conserventur. Finita nominum lectione, fili capita nodo iunguntur et schedulae omnes, ita colligatae, in urna vacua et in mensae parte ponuntur.

72. Sequitur tertia et postrema actio, quae *post-scrutinium* appellatur quaeque complectitur: 1) numerationem suffragiorum; 2) eorum recognitionem; 3) schedularum combustionem.

Scrutatores in unam summam redigunt suffragia, quae quilibet obtinuit, et si nemo ad duas partes suffragiorum, uno addito, pervenerit, non est electus Papa in illo scrutinio; si quis vero duas partes ex tribus, uno insuper addito, acceperit, electio Romani Pontificis habetur estque canonice valida.

Recognitores, sive electio secuta est, sive non, inspicere debent tam schedulas scrutinii, quam suffragiorum annotationes factas per scrutatores, ut constet, an iidem accurate et fideliter muneri suo satisfecerint.

Statim post recognitionem omnes schedulae comburantur, antequam Cardinales electores ex aula discedant, a scrutatoribus adiuvantibus Secretario Conclavis et viris a caerimoniiis, interim arcessitis ab ultimo Cardinali Diacono. Si tamen secundum scrutinium statim sit agendum, schedulae primi scrutinii solum in fine, una cum schedulis secundi scrutinii, comburantur.

73. Omnibus et singulis Cardinalibus electoribus praecipimus, ut, ad secretum tutius servandum, omne genus scripturas, quas de exitu uniuscuiusque scrutinii
639 apud se habeant, / Cardinali Camerario vel uni e tribus Cardinalibus Assistentibus una cum schedulis comburendas tradant.

Decernimus insuper, ut completo Conclavi Cardinalis Sanctae Romanae Ecclesiae Camerarius relationem exaret, a tribus quoque Cardinalibus Assistentibus approbandam, quae suffragiorum exitum declaret in singulis sessionibus latorum. Quae relatio, in tabulario asservanda, involucro claudatur obsignato, quod a nullo resignari poterit, nisi Summus Pontifex id definite permiserit.

74. Confirmantes ea, quae Decessores Nostri S. Pius X[13] et Pius XII[14] statuerunt, praescribimus, ut sive mane sive vespere, post completum scrutinium, si quidem in eo secuta non sit electio, Cardinales electores statim ad novum scrutinium peragendum procedant, in quo rursus suffragia ferant, iis, quae in primo scrutinio lata sunt, minime computatis. Hoc in secundo scrutinio omnes ritus serventur ut in primo, ita tamen ut electores non teneantur obligatione novum dandi ius iurandum neque novos eligendi scrutatores, infirmarios et recognitores; sed quae in primo scruti-

12. Cfr. Const. Apost. *Vacantis Apostolicae Sedis*, n. 68: A.A.S. 38 (1946), p. 87.

13. Cfr. Const. Apost. *Vacante Sede Apostolica*, n. 76: *Pii X Pontificis Maximi Acta*, III, pp. 280-281.

14. Cfr. Const. Apost. *Vacantis Apostolicae Sedis*, n. 88: A.A.S. 38 (1946), p. 93.

http://www.obrascatolicas.com

nio quoad haec praescripta sunt, sine renovatione valeant etiam pro secundo.

75. Haec omnia, quae de scrutinii ritibus sunt exposita, servanda erunt diligenter a Cardinalibus electoribus in omnibus scrutiniis, quae singulis diebus peragi debent mane et post meridiem, peractis sacris ritibus seu precationibus, de quibus in memorato *Ordine sacrorum rituum Conclavis* agitur.

76. Quodsi contingat, ut Cardinales electores cum difficultate de persona eligendi concordia ineant consilia, tunc per tres dies scrutiniis secundum formam
640 supra descriptam / (n. 65 et sqq.) frustra peractis, scrutinia ipsa tempore summum unius diei intermittuntur, ut preces Deo admoveantur, electores inter se libere colloquantur fiatque per Cardinalem primum ex Ordine Diaconorum brevis adhortatio spiritualis. Post quae, scrutinia secundum eandem formam exsequenda resumuntur; quae, nisi electio interveniat, sint septem. Dehinc rursus intervallum interponitur, ut precationi, colloquio et adhortationi, per Cardinalem primum ex ordine Presbyterorum faciendae, sit locus. Demum septem, si casus fert, scrutinia secundum praedictam formam peraguntur; quae si ad irritum ceciderint, denuo orationes ad Deum fundantur, colloquia serantur, adhortatio a Cardinali primo ex ordine Episcoporum electoribus adhibeatur. Tunc Cardinalis Sanctae Romanae Ecclesiae Camerarius eosdem electores consulat de modo procedendi. Ne recedatur a consueta ratione, qua duae e tribus partibus suffragiorum, uno addito, ad efficax scrutinium requiruntur, nisi omnes Cardinales electores unanimiter, id est nullo excepto, de alia ratione consentiant, quae in *compromisso* (cfr. n. 64) aut in maioritate absoluta, uno addito, suffragiorum consistit, vel in electione, quae circa duos tantum vertatur, qui in scrutinio proxime praecedenti maiorem partem suffragiorum acceperunt.

77. Quodsi electio aliter celebrata fuerit, quam uno e tribus modis, qui supra sunt dicti (cfr. nn. 63 sqq.), aut non servatis condicionibus pro unoquoque illorum praescriptis, electio eo ipso est nulla et invalida (cfr. n. 62) absque ulla declaratione, et ita electo nullum ius tribuit.

78. Quae de actis electionem praecedentibus et de ipsa Romani Pontificis electione hactenus dicta sunt, ea omnia servanda esse declaramus, etiam si vacationem Sedis Apostolicae per renuntiationem Summi
641 Pontificis occurrere contingat./

Caput VI

DE IIS, QUAE SERVANDA VEL VITANDA SUNT IN ELECTIONE ROMANI PONTIFICIS

79. Nos quoque, ut Decessores Nostri, reprobamus atque damnamus in electione Romani Pontificis detestabile crimen simoniae, et omnes huius criminis reos poena excommunicationis latae sententiae innodamus, confirmantes tamen pariter praescriptionem S. Pii X, Decesssoris Nostri, ex qua sublata est irritatio electionis simoniacae, a Iulio II vel alio quovis decreto pontificio statuta, ne hac de causa valor electionis Romani Pontificis impugnetur[15].

80. Item Decessorum praescripta confirmantes, prohibemus, ne quis, quamvis Cardinalatus dignitate praeditus sit, vivente Romano Pontifice eoque inconsulto, deliberare de ipsius successoris electione, aut aliquod suffragium polliceri, aut hac de causa, privatis conventiculis factis, quidquam decernere audeat.

81. Item, quae Decessores Nostri sanxerunt, ut omnis externus interventus in electione Summi Pontificis removeretur, ea confirmata volumus. Quam ob rem, iterum ex virtute sanctae oboedientiae et sub poena excommunicationis latae sententiae omnibus et singulis Cardinalibus electoribus, praesentibus et futuris, pariterque Secretario Conclavis atque ceteris Conclavis partem habentibus, interdicimus, ne, quovis praetextu, a quavis civili potestate munus recipiant *veto* seu *exclusivam*, uti vocant, etiam sub forma simplicis desiderii, proponendi, neve hoc ipsum *veto* patefaciant sive universo electorum collegio simul congregato, sive singulis electoribus, sive scripto sive ore, sive directe ac proxime, sive oblique et per alios, sive ante Conclave sive ipso perdurante. Quam prohibi-/ 642
tionem extendi volumus ad omnes interventus, intercessiones, optata, quibus auctoritates saeculares cuiuslibet ordinis et gradus, vel quivis hominum coetus vel personae voluerint sese Pontificis electioni immiscere.

82. Cardinales electores praeterea abstineant ab omnibus pactionibus, conventionibus, promissionibus aliisque quibusvis obligationibus, quibus astringi possint ad suffragium cuidam vel quibusdam dandum aut non dandum. Quae omnia, si reapse intervenerint, etiam iure iurando adiecto, nulla et irrita esse, neque ea observandi obligatione quemquam teneri decernimus; contra facientes vero iam ex hoc tempore poena excommunicationis latae sententiae innodamus. Vetare tamen non intellegimus, ne per tempus Sedis vacantis de electione sententiae invicem communicentur.

83. Pariter Cardinalibus interdicimus, ne ante electionem capitula conficiant seu quaedam communi consensu statuant, ad quorum observantiam se astringant, si ad Pontificatum assumantur; quas item promissiones, si re vera intervenerint, etiam iure iurando adiecto, nullas et irritas declaramus.

84. Iisdem denique, quibus Decessores Nostri, vocibus Cardinales electores vehementer hortamur, ut in eligendo Pontifice, nulla propensione animi vel aversione ducti, nullius gratia aut obsequio inclinati, non interventu personarum auctoritate gravium, vel coetuum impulsione quadam urgentium, vel suasione utentium instrumentis communicationis socialis, non vi vel metu vel aura populari moti, sed unice Dei gloriam et Ecclesiae bonum prae oculis habentes, divino auxilio implorato, in eum suffragia conferant sua, quem universali Ecclesiae fructuose utiliterque regendae prae ceteris idoneum iudicaverint.

85. Dum Conclave celebratur, Ecclesia singulari prorsus modo cum sacris Pastoribus et praecipue cum Cardinalibus / electoribus Summi Pontificis coniungi- 643
tur, atque a Deo novum Caput veluti donum eius bonitatis et providentiae implorat. Perinde enim ac prima christianorum communitas, de qua in *Actibus Apostolorum* agitur[16], ita universa Ecclesia, spiritualiter congregata cum Maria, Matre Iesu, unanimiter perseveret oportet in oratione; quo fit, ut electio novi Pontificis non sit quiddam disiunctum a populo Dei et ad solum electorum pertinens collegium, sed quasi quaedam actio totius Ecclesiae. Quapropter statuimus, ut in omnibus urbibus ceterisque locis, saltem insignioribus, ubi primum nuntius obitus Pontificis pervenerit et postquam exsequiae sollemniter pro eo celebratae sint, humiles assiduaeque preces ad Dominum fundantur, ut ipse electorum animos illuminet et in eligendo tam concordes efficiat, ut provisionem celerem, unanimam et utilem, prout animarum salus exigit et totius orbis catholici bonum requirit, fieri contingat.

86. Eum vero, qui electus fuerit, rogamus, ne muneris gravitate deterritus, ab eodem subeundo se retraliter subiciat. Deus enim, qui onus imponit, manum

15. Cfr. Const. Apost. *Vacante Sede Apostolica*, n. 79: *Pii X Pontificis Maximi Acta*, III, p. 282.

16. Cfr. *Act.* 1, 14.

etiam supponit, ne ei ferendo sit impar; quippe qui sit oneris auctor, ipse est etiam administrationis adiutor; et ne sub magnitudine muneris succumbat infirmus, dat virtutem, qui contulit dignitatem.

Caput VIII

DE ACCEPTATIONE ET PROCLAMATIONE NECNON DE CORONATIONE NOVI PONTIFICIS

87. Post electionem canonice factam, ab ultimo Cardinali Diacono accitis in Conclavis aulam Secretario Conclavis, Magistro Caerimoniarum Pontificalium atque viris a caerimoniis, consensus electi per Cardina-
644 lem Decanum aut Cardinalium / primum ordine et aetate, nomine totius collegii electorum, his verbis requiratur: *Acceptasne electionem de te canonice factam in Summum Pontificem?* Statimque, post consensum declaratum, electus interrogetur: *Quo nomine vis vocari?* Tunc per Magistrum Caerimoniarum Pontificalium, munere notarii fungentem, testibus adhibitis duobus viris a caerimoniis, instrumentum de acceptatione novi Pontificis et de nomine ab eo assumpto conficitur.

88. Post acceptationem, electus qui episcopali ordinatione iam pollet, est illico Romane Ecclesiae Episcopus simulque verus Papa, et Caput Collegii Episcopalis; idemque actu plenam et supremam potestatem in universam Ecclesiam acquirit atque exercere potest.

Quodsi electus charactere episcopali careat, statim ordinetur Episcopus.

89. Deinde, actis de more agendis, iuxta *Ordinem sacrorum rituum Conclavis*, Cardinales electores, secundum statutas rationes, accedunt ut electo Summo Pontifici obsequium et oboedientiam exhibeant. Quo actu completo, gratiae Deo persolvuntur, ac deinde populo exspectanti a primo Cardinalium Diaconorum novus Pontifex annuntiatur, qui subinde Apostolicam Benedictionem *Urbi et Orbi* impertit.

Si electus charactere episcopali careat, obsequium et oboedientia eidem praebentur et nuntius populo perfertur tantum postquam ipse ordinatus Episcopus est.

90. Si autem electus extra Conclave degit, normae sunt observandae, quae in praedicto *Ordine sacrorum rituum Conclavis* continentur.

Episcopalis ordinatio Summi Pontificis electi, qui nondum sit Episcopus, de qua in nn. 88 et 89 mentio habetur, fit de more Ecclesiae a Decano Sacri Cardi-
645 nalium Collegii aut, / si hic abest, a Subdecano aut, si hic etiam impeditur, ab antiquiore Cardinali Episcopo.

91. Decernimus, ut statim postquam novus Pontifex electus sit suamque electionem assensu suo comprobaverit et, si charactere episcopali forte careat, postquam ordinatus sit Episcopus (cfr. nn. 88 et 89), Conclave, quod ad canonicos effectus, de quibus in n. 56, attinet, finem habeat. Quam ob rem statuimus, ut tunc electum Summum Pontificem adire possint Substitutus Secretariae Status seu Papalis, Secretarius Consilii pro Publicis Ecclesiae Negotiis, Pontificalis Domus Praefectus et quicumque cum electo Pontifice agere de rebus debent, quae in praesentia opus sunt.

92. Pontifex demum per Cardinalem Protodiaconum coronatur et, intra congruum tempus, Patriarchalis Archibasilicae Lateranensis possessionem ritu praescripto capit.

* * *

Has igitur normas, omnibus rebus graviter consideratis et perpensis, statuimus et praescribimus; atque abrogatas declarantes, ut supra cautum est, Constitutiones et Ordinationes Apostolicas hac de re a Romanis Pontificibus editas, hanc Nostram Constitutionem plane efficacem esse et fore volumus, adeo ut quae per eam exposita ac decreta sunt, ab illis omnibus, ad quos res pertinet, religiose serventur atque adeo vim suam obtineant, contrariis quibusvis nihil obstantibus, etiam specialissima mentione dignis. Si quis autem, sciens vel insciens, secus egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die 1 mensis Octobris anno MCMLXXV, Pontificatus Nostri tertio decimo. - PAULUS PP. VI.

Adn. J. SANCHEZ in REDC 31 (1975) 387-394; R. TUCCI in Doc. Cath. 72 (1975) 1011-1012.

4405

1975 OCT 11. - SECRETARIA STAT., EPISTULA. PART.* Confirmatur obligatio substituendi Missale Romanum Sancti Pii V cum Missali Romano Pauli VI

Dal Vaticano, le 11 octobre 1975

Monseigneur, Voici quelque temps était offert à Sa Sainteté un exemplaire de l'édition française en un seul volume du Missel romain, réalisé par la Commission internationale francophone des traductions liturgiques, avec la collaboration des Maisons Mame et Desclée. Le Saint-Père m'avait prié d'exprimer au Président de la Commission épiscopale française de liturgie, comme à tous les promoteurs, sa gratitude pour l'hommage et sa satisfaction pour l'immense travail patiemment accompli. Il se réjouit de penser que désormais le clergé et les fidèles disposent d'un instrument adéquat pour une digne célébration de la sainte Messe.

En tête du Missel figure la Constitution apostolique *Missale Romanum* de Sa Sainteté Paul VI promulguant le Missel romain *ex decreto Concilii Oecumenici Vaticani II instauratum*, laquelle fait pendant à la Constitution *Quo primum* de saint Pie V promulguant, quatre siècles plus tôt, le Missel romain *ex decreto Sacrosancti Concilii Tridentini restitutum* qui fut modifié dans la suite – *recognitum* – par plusieurs Souverains Pontifes.

Par la constitution *Missale Romanum*, le Pape prescrit, comme vous le savez, que le nouveau Missel doit remplacer l'ancien, nonobstant les Constitutions et Ordonnances apostoliques de ses prédecesseurs, y compris par conséquent toutes les dispositions figurant dans la Constitution *Quo primum*. Nul ne peut donc, en France ni ailleurs, se prévaloir d'un indult qui aurait été concédé par *Quo primum* et qui permettrait de conserver l'ancien missel; celui-ci ne peut être utilisé que dans le cas prévu par la notification de la Congrégation pour le Culte Divin en date du 14 juin 1971, laquelle a reçu l'approbation du Saint-Père; et la notification du 28 octobre 1974 précisait à nouveau que les Ordinaires ne pouvaient accorder cette faculté (d'utiliser l'ancien Ordo) pour la célébration de la messe avec peuple ... nonobstant la raison de n'importe quelle coutume, même immémoriale.

Il va sans dire qu'on ne doit pas davantage admettre la négligence ou le mépris des règles liturgiques destinées à sauvegarder le respect dû au sacrement, la poursuite d'expériences arbitraires ou d'innovations fantaisistes, et en particulier l'adoption de prières eucharistiques non autorisées. La liturgie, surtout celle de la Messe, est la prière de l'Eglise: tout en rejoignant la vie concrète de la communauté dans les parties prévues à cet effet, elle célèbre le mystère du Christ qui ne saurait être laissé à l'interprétation du célébrant ou des participants.

Bref, comme dit la Constitution *Missale Romanum*, c'est dans le nouveau Missel romain et nulle part ailleurs que les catholiques de rite romain doivent chercher le signe et l'instrument de l'unité mutuelle de tous; tous doivent le considérer comme le témoin du culte authentique de l'Eglise.

En maintes occasions, Sa Sainteté le Pape Paul VI a attiré l'attention des prêtres et des fidèles sur ce grave devoir de l'obéissance et du maintien de l'unité. Ainsi, par exemple, le 22 août 1973: "Il faut appliquer d'une façon fidèle, intelligente et diligente la réforme liturgique promue par le Concile et précisée par les autorités compétentes de l'Eglise. Ceux qui l'empechent ou qui la freinent inconsidérément perdent l'occasion providentielle d'une vraie renaissance et d'une heureuse diffusion de la religion catholique dans notre temps. Par contre, ceux qui profitent de la réforme pour se livrer à des expériences arbitraires dispersent des forces et blessent le sens de l'Eglise. Le moment est venu d'observer intelligemment et unanimement cette solennelle 'loi de la prière' dans l'Eglise de Dieu qu'est la réforme liturgique".

Pour vous aider à poursuivre l'exigeant service de l'unité ecclésiale et du renouveau digne et stable de la liturgie catholique, en étroite collaboration avec le Dicastère compétent, Sa Sainteté vous envoie son affectueuse bénédiction et l'étend à tous ceux qui travaillent avec vous à rendre la liturgie digne, vivante et fidèle.

http://www.obrascatolicas.com

Veuillez agréer, Monseigneur, l'assurance de mon entier dévouement en Notre Seigneur. - Jean Card. VILLOT.

* Ad Praesidem Commissionis liturgicae Conferentiae episcopalis Galliae, Prot. N. 287-608: Notit. 12 (1976) 82-83. Adn. A. G. MARTIMORT in Notit. 12 (1976) 372-377; Doc. Cath. 72 (1975) 955; Notit. 12 (1976) 81.

4406

1975 OCT 18.-PAULUS VI, NUNT. AAS 67 (1975) 666-671

Nuntius scripto datus ad universos homines, praesertim Christifideles, calendis ianuariis diem fovendae paci per totum terrarum orbem celebraturos:

De pace pressius persequenda deque cursu ad bellica arma mitigando

A voi, Uomini di Stato!

A voi, Rappresentanti e Promotori delle grandi Istituzioni internazionali!

A voi, Politici ! A voi, Studiosi dei problemi della convivenza internazionale, Pubblicisti, e Operatori, e Sociologi, e Economisti circa i rapporti fra i Popoli.

A voi, Cittadini del mondo, affascinati dall'ideale di una fratellanza universale, ovvero delusi e scettici circa la possibilità di stabilire fra le Genti relazioni di equilibrio, di giustizia, di collaborazione!

E a voi finalmente, seguaci di Religioni fautrici d'amicizia fra gli uomini; a voi, Cristiani, a voi Cattolici, che della pace nel mondo fate principio della vostra fede e termine del vostro amore universale!

Noi osiamo anche quet'anno 1976 rispettosamente presentarci, come negli anni precedenti, col nostro messaggio di Pace.

Un invito lo precede: che Voi lo abbiate ad ascoltare: siate cortesi, siate pazienti. La grande causa della Pace merita la vostra ascoltazione, la vostra riflessione, anche se può sembrare che la nostra voce si ripeta su questo tema ricorrente all'alba dell'anno nuovo; e anche se voi, edotti dai vostri studi e forse ancor più dalle vostre esperienze, pensate di conoscere ormai tutto circa la Pace nel mondo.

Forse può essere tuttavia di qualche interesse per voi conoscere quali siano i nostri spontanei sentimenti, derivati da immediate esperienze della vicenda storica, nella quale tutti siamo immersi, circa questo implacabile tema della Pace.

I nostri primi sentimenti a tale proposito sono due, e discordi l'uno dall'altro. Vediamo innanzi tutto con piacere e con speranza progredire l'*idea* della Pace. Essa guadagna importanza e spazio nella coscienza dell'umanità; e con essa si sviluppano le strutture della organizzazione della Pace; si moltiplicano le celebrazioni responsabili e accademiche in suo favore; il costume si evolve nel senso indicato dalla Pace: viaggi, congressi, convegni, commerci, studi, amicizie, collaborazioni, / soccorsi ... La Pace guadagna terreno. La Conferenza 667
di Helsinki, in luglio-agosto del 1975, è avvenimento che fa sperare in tale senso.

Ma vediamo purtroppo, nello stesso tempo, attestarsi fenomeni contrari al contenuto e allo scopo della Pace; e anche questi fenomeni progrediscono, se pur contenuti spesso allo stato latente, ma con indubbi sintomi di incipienti o di future conflagrazioni. Rinasce, ad esempio, col senso nazionale, legittima e auspicabile espressione della polivalente comunione d'un Popolo, il nazionalismo, che accentuando tale espressione fino a forme di egoismo collettivo e di antagonismo esclusivista, fa rinascere nella coscienza collettiva germi pericolosi e perfino formidabili di rivalità e di ben probabili competizioni.

Cresce a dismisura, – e l'esempio mette brividi di timore –, la dotazione degli armamenti, d'ogni genere, in ogni singola Nazione; abbiamo il giustificato sospetto che il commercio delle armi raggiunga spesso livelli di primato sui mercati internazionali, con questo ossessionante sofisma: la difesa, anche se progettata come semplicemente ipotetica e potenziale, esige una gara crescente di armamenti, che solo nel loro contrapposto equilibrio possono assicurare la Pace.

Non è completo l'elenco dei fattori negativi, che corrodono la stabilità della Pace. Possiamo chiamare pacifico un mondo radicalmente diviso da irriducibili ideologie, potentemente e ferocemente organizzate, che si dividono i Popoli, e, quando libertà è loro concessa, li suddividono nell'interno delle loro compagini, in fazioni, in partiti, che trovano ragion d'essere e di operare nell'invelenire le loro schiere con odio irriducibile e con lotta sistematica nell'interno stesso del medesimo tessuto sociale? L'apparente normalità di simili situazioni politiche non nasconde la tensione d'un rispettivo braccio di ferro, pronto a schiantare l'avversario, appena questo tradisca un segno di fatale debolezza: è la Pace cotesta? è civiltà? è Popolo un agglomerato di cittadini, avversi gli uni agli altri fino alle estreme conseguenze?

E dov'è la Pace nei focolai di conflitti armati, o appena contenuti dall'impotenza di più violente esplosioni? Noi seguiamo con ammirazione gli sforzi in atto per spegnere questi focolai di guerre e di guerriglie, che da anni funestano la faccia del globo, e che ad ogni momento minacciano di scoppiare in lotte gigantesche nelle dimensioni di continenti, di razze, di religioni, di ideologie sociali. Ma non possiamo nasconderci la fragilità d'una Pace, ch'è solo tregua di già delineati futuri / conflitti, l'ipocrisia cioè d'una tranquillità, che solo 668
con fredde parole di simulata rispettosa reciprocità si definisce pacifica.

La Pace, lo riconosciamo, è, nella realtà storica opera di una continua terapia; la sua salute è di natura sua precaria, composizione di rapporti, com'è, fra uomini prepotenti e volubili; essa reclama un continuo e sapiente sforzo di quella superiore fantasia creativa, che chiamiamo diplomazia, ordine internazionale, dinamica delle trattative. Povera Pace ! Quali sono allora le tue armi? lo spavento di inaudite e fatali conflagrazioni, che potrebbero decimare, anzi quasi annientare l'umanità? la rassegnazione ad un certo stato di subita sopraffazione, quale il colonialismo, o l'imperialismo., o la rivoluzione da violenta diventata inesorabilmente statica e terribilmente autoconservatrice? gli armamenti preventivi e segreti? un'organizzazione capitalistista cioè egoista, del mondo economico, obbligato dalla fame a contenersi sottomesso e tranquillo? l'incantesimo narcisistico d'una cultura storica, presuntuosa e persuasa dei propri perenni trionfanti destini? ovvero le magnifiche strutture organizzative, intese a razionalizzare e ad organizzare la vita internazionale?

E' sufficiente, è sicura, è feconda, è felice una Pace sostenuta soltanto da tali fondamenti?

Occorre di più. Ecco il nostro messaggio. Occorre innanzi tutto dare alla Pace altre armi, che non quelle destinate ad uccidere e a sterminare l'umanità. Occorrono sopra tutto le armi morali, che danno forza e prestigio al diritto internazionale; quelle, per prime, dell'osservanza dei patti. *Pacta sunt servanda*; è l'assioma tuttora valido per la consistenza della consistenza effettiva fra gli Stati, per la stabilità della giustizia fra le Nazioni, per la coscienza onesta dei Popoli. La pace ne fa suo scudo. E dove i Patti non rispecchiano la giustizia? Ecco allora l'apologia delle nuove Istituzioni internazionali, mediatrici di consultazioni, di studi, di deliberazioni, che devono assolutamente escludere le così dette vie di fatto, cioè le contese di forze cieche e sfrenate, che sempre coinvolgono vittime umane e rovine senza numero e senza colpa, e raramente raggiungono lo scopo puro di rivendicare effettivamente una causa veramente giusta; le armi, le guerre in una parola, sono da escludere, dai programmi della civiltà. Il giudizioso disarmo è un'altra armatura della Pace. Come diceva il profeta Isaia: "Egli sarà giudice fra le genti e sarà arbitro fra molti popoli. Forgeranno / le loro spade in vomeri, le loro 669
lance in falci" (1). Ed ascoltiamo la Prola di Cruisto: "Riponi la tua spada al suo posto; perché tutti quanti si serviranno della spada, di spada periranno" (2). Utopia? Per quanto tempo ancora?

Qui entriamo nel campo futuribile dell'umanità ideale, dell'umanità nuova da generare, da educare; dell'umanità spoglia dalle sue pesantissime e micidiali armature militari, ma tanto più rivestita e corroborata da connaturali principii morali. Sono principii già esistenti, allo stato teorico e praticamente infantili, deboli e gracili ancora, solo all'inizio della loro penetrazione nella coscienza profonda e operante dei Popoli. La loro debolezza, che pare inguaribile ai diagnostici, così detti realisti degli studi storici e antropologici, proviene specialmente dal fatto che il disarmo militare, per non costituire un'imperdonabile errore di impossibile ottimismo, di cieca ingenuità, di eccitante occasione propizia all'altrui prepotenza, dovrebbe essere comune e generale. Il disarmo o è di tutti, o è un delitto di mancata difesa: la spada, nel concerto dell'umana convivenza storica e concreta, non ha forse la sua ragion d'essere, per la giustizia, per la pace? (3). Sì; dobbiamo ammetterlo. Ma non è entrata nel mondo una dinamica tra-

1. *Is* 2, 4.
2. *Mt* 26, 52.
3. Cfr. *Rm* 13, 4.

sformatrice, una speranza non più inverosimile, un progresso nuovo ed effettivo, una storia futura e sognata, che può farsi presente e reale, da quando il Maestro, il Profeta del Nuovo Testamento ha proclamato la decadenza del costume arcaico, primitivo e istintivo, e ha annunciato con Parola avente in sé potestà, non solo di denunciare e di annunciare, ma di generare, a certe condizioni, un'umanità nuova: "Non vogliate credere che io sia venuto per abolire la Legge, o i Profeti; non sono venuto per abolirli, ma per completarli ... Voi avete udito che fu detto agli antichi:: Non uccidere; e chi ucciderà sarà sottoposto al giudizio. Io invece dico a voi: chiunque si adira contro il suo fratello, merita d'essere giudicato ..." (4).

Non è più semplice ed ingenua e pericolosa utopia. E' la nuova Legge dell'umanità che progredisce, e arma la Pace con un formidabile principio: "Voi tutti siete fratelli" (5). Se la coscienza della fratellanza universale penetrerà davvero nel
670 cuore degli uomini, avranno essi ancora / bisogno di armarsi fino a diventare ciechi e fanatici omicidi di fratelli di per sé innocenti, e a perpetrare in omaggio alla Pace stragi d'inaudita potenza (come ad Hiroshima, il 6 agosto 1945)? Del resto non ha avuto il nostro tempo un esempio di ciò che può fare un debole uomo, solo armato del principio della non-violenza, Gandhi, per riscattare una Nazione di centinaia di milioni di esseri umani alla libertà e alla dignità di Popolo nuovo?

La civiltà cammina al seguito d'una Pace armata soltanto d'un ramo d'ulivo. Dietro ad essa seguono i Dottori con i pesanti volumi sul Diritto evolutivo dell'umanità ideale; seguono i Politici sapienti, non tanto circa i calcoli degli eserciti onnipotenti a vincere guerre e a soggiogare uomini vinti e avviliti, ma circa le risorse della psicologia del bene e dell'amicizia. La giustizia, anch'essa, segue il sereno corteo, non più fiera e crudele, ma tutta intenta a difendere i deboli, a punire i violenti, ad assicurare un ordine, estremamente difficile, ma l'unico che possa portare quel nome divino: l'ordine nella libertà e nel dovere cosciente.

Rallegriamoci: questo corteo, anche se disturbato da attacchi ostinati e da incidenti inattesi, prosegue sotto i nostri occhi, in questo nostro tragico tempo, con passo, forse un po' lento, ma sicuro e benefico per il mondo intero. E' un corteo deciso a usare le vere armi della pace.

Anche questo messaggio deve avere la sua appendice per i seguaci del Vangelo, in senso proprio e al suo servizio. Una appendice che ci ricorda quanto Cristo nostro Signore sia esplicito ed esigente su questo tema della pace disarmata d'ogni strumento, e armata solo di bontà e di amore.

Il Signore arriva ad affermazioni, lo sappiamo, che sembrano paradossali. Non ci sia discaro ritrovare nel Vangelo i canoni d'una Pace, che potremmo dire rinunciataria, Ricordiamo, ad esempio: "Se uno vuol farti causa per toglierti la tunica, cedigli anche il mantello" (6). E poi quel divieto di vendicarsi, non indebolisce la Pace? Anzi non aggrava invece di difendere, la condizione dell'offeso? "Se uno ti percuote sulla guancia destra, porgigli anche la sinistra" (7). Dunque niente rappresaglie, niente vendette (e ciò tanto più se queste fossero compiute come preventive ad offese non ricevute!).
671 Quante volte nel Vangelo ci è racco/mandato il perdono, non como atto di vile debolezza, né di abdicazione di fronte alle ingiustizie, ma come segno di fraterna carità, eretta a condizione per ottenere noi stessi il perdono, ben più generoso e a noi necessario, da parte di Dio! (8).

Ricordiamo l'impegno da noi assunto all'indulgenza e al perdono, che invochiamo nel *Pater noster* da Dio, per aver noi stessi posta la condizione e la misura della desiderata misericordia: "rimetti a noi i nostri debiti, *come* noi li rimettiamo ai nostri debitori" (9).

Anche per noi quindi, alunni alla scuola di Cristo, questa è una lezione da meditare ancora, da applicare con confidente coraggio.

La Pace si afferma solo con la pace, quella non disgiunta dai doveri della giustizia, ma alimentata dal sacrificio proprio, dalla clemenza, dalla misericodia, dalla carità.

Dal Vaticano, 18 ottobre 1975. – PAULUS PP. VI.

4. *Mt* 23, 8.
5. *Mt* 23, 8.
6. *Mt* 5, 40.
7. *Ib.* 39.
8. Cfr. *Mt* 18, 23; ss.; 5,44; *Mr* 11, 25; *Lc* 6, 37; *Rm* 12, 14; etc.
9. *Mt* 6, 12.

4407

1975 OCT 27.- SECRETARIA STATUS, EPIST. PART.*

Notae fiunt decisiones Sedis Apostolicae circa "Fraternitatem sacerdotalem S. Pii X" , quae canonice suppressa declaratur, et circa eius fundatorem, cuius modus procedendi erga Romanum Pontificem improbatur

Rome, le 27 octobre 1975

A NN. SS. les Présidents des Conférences épiscopales. Eminence, Excellence, Le 6 mai dernier, Mgr Pierre Mamie, évêque de Lausanne, Genève et Fribourg, agissant avec le plein accord du Saint-Siège, retirait l'approbation canonique à la Fraternité sacerdotale Saint-Pie X dirigée par Mgr Marcel Lefebvre, ancien archevêque-évêque de Tulle. Les fondations de cette Fraternité, et notamment le séminaire d'Ecône, perdaient du même coup le droit à l'existence. Ainsi se trouvait tranchée, du point de vue juridique, une affaire particulièrement complexe et douloureuse.

Où en est-on à six mois de distance? Mgr Lefebvre n'a pas encore accepté, dans les faits, la décision de l'autorité compétente. Ses activités se poursuivent, ses projets tendent à se concrétiser en divers pays, ses écrits et ses propos continuent d'abuser un certain nombre de fidèles désorientés. On prétend, ici et là, que le Saint-Père s'est laissé entraîner, ou que le déroulement de la procédure a été entaché de vices de forme. On invoque la fidélité à l'Eglise d'hier pour se démarquer de l'Eglise d'aujourd'hui, comme si l'Eglise du Seigneur pouvait changer de nature ou de forme.

Considérant le dommage causé au peuple chrétien par la prolongation d'une telle situation, et seulement après avoir usé de toutes les ressources de la charité le Souverain Pontife a donc disposé que les informations suivantes, qui devraient contribuer à lever les derniers doutes, soient communiquées à toutes les Conférences épiscopales.

La Fraternité sacerdotale Saint-Pie X fut érigée, le 1er novembre 1970, par Mgr François Charrière, alors évêque de Lausanne, Genève et Fribourg. Pieuse Union diocésaine, elle était destinée, dans l'esprit de Mgr Lefebvre, à se muer par la suite en une Société de vie commune sans voeux. Jusqu'à sa reconnaissance comme telle – reconnaissance qui n'est, d'ailleurs, pas intervenue –, elle demeurait par conséquent soumise à la juridiction de l'évêque de Fribourg et à la vigilance des diocèses dans lesquels elle exerçait ses activités. Ceci conformément au droit.

Il se révéla cependant assez rapidement que les responsables refusaient tout contrôle des instances légitimes, restant sourds à leurs monitions, persévérant envers et contre tout dans la ligne choisie: l'opposition systématique au Concile Vatican II et à la réforme postconciliaire. Il n'était pas acceptable que des candidats au sacerdoce soient formés en réaction contre l'Eglise vivante, contre le Pape, contre les évêques, contre les prêtres avec lesquels ils seraient appelés à collaborer. Il devenait urgent d'aider les vocations qui avaient été ainsi orientées. Enfin il apparaissait nécessaire de remédier au trouble croissant dans plusieurs diocèses de Suisse et d'autres nations.

Vu la gravité de la matière et dans le souci que l'enquête fût menée indépendamment de toute passion, le Saint-Père institua donc une Commission Cardinalice composée de trois membres: le Cardinal Gabriel-Marie Garrone, Préfet de la Congrégation pour l'Education catholique, Président; le Cardinal John Wright, Préfet de la Congrégation pour le Clergé, et le Cardinal Arturo Tabera, Préfet de la Congrégation pour les Religieux et les Instituts séculiers. Cette Commission reçut pour tâche d'abord de réunir les informations les plus étendues et de procéder à un examen de tous les aspects du problème; ensuite de proposer ses conclusions au Souverain Pontife.

La première phase des travaux dura environ un an. C'est dire que l'on procéda sans aucune hâte, au contraire de certaines allégations, et que l'on prit le temps exigé par une réflexion approfondie. De très nombreux témoignages furent recueillis. Une visite apostolique de la Fraternité fut effectuée à Ecône (11-13 novembre 1974) par Mgr Albert Descamps, Recteur émérite de l'Université de Louvain et Secrétaire de la Commission pontificale biblique, assisté de Mgr Guillaume Onclin, à titre de conseiller canonique. Mgr Mamie et Mgr Adam, évêque de Sion (diocèse d'Ecône), furent entendus à plusieurs reprises, et Mgr Lefebvre fut convoqué deux fois à Rome, en février et en mars 1975. Le Pape lui-même était fréquemment et scrupuleusement tenu au courant du déroulement de l'enquête et de ses résultats, comme il devait le confirmer au cours de l'été à Mgr Lefebvre (cf. les deux Lettres-pontificales dont il sera question plus loin).

La seconde phase aboutit à la décision que l'on sait, décision rendue publique sur ordre de Sa Sainteté communiqué à

http://www.obrascatolicas.com

la Commission cardinalice, et décision sans appel puisque chacun de ses points fut approuvé *in forma specifica* par l'Autorité suprême.

Je ne m'étendrai pas davantage sur l'historique des événements. Si vous l'estimiez utile, vous pourriez, en effet, demander des précisions au représentant pontifical dans votre pays. Il a reçu pour instruction de vous les fournir en cas de besoin.

Il est donc clair maintement que la Fraternité sacerdotale Saint-Pie X a cessé d'exister, que ceux qui s'en réclament encore ne peuvent prétendre, – à plus forte raison – échapper à la juridiction des Ordinaires diocésains, enfin que ces mêmes Ordinaires sont gravement invités à ne pas accorder d'incardination dans leur diocèse aux jeunes qui déclareraient s'engager au service de la "Fraternité".

Il me reste à vous présenter les documents ci-joints, deux lettres adressées par le Saint-Père a Mgr Lefebvre, et une réponse de ce dernier. Leur divulgation eût été déplacée jusqu'ici: l'Evangile enseigne que la correction fraternelle doit d'abord se tenter dans la discrétion. C'est aussi la raison pour laquelle le Saint-Siège s'est abstenu de toute polémique depuis l'origine de cette affaire et n'a jamais cherché à réagir aux insinuations, manipulations mensongères des faits, accusations personnelles abondamment répandues dans la presse. Mais vient parfois un moment où le silence ne peut plus être conservé et où il faut que l'Eglise sache (cf. Mt 18, 15-17).

La première lettre, datée du 29 juin 1975, a été portée à Ecône le 8 juillet. Elle n'a jamais reçu de réponse. Vous y lirez, comme dans la seconde (8 septembre), la douleur du Père commun et l'espérance qui l'habite toujours, même si aucun signe de réelle bonne volonté ne lui a encore été donné. Vous verrez que son désir le plus cher est d'accueillir son Frère dans l'Episcopat, lorqu'il se sera soumis.

La lettre de Mgr Lefebvre constitue, certes, un témoignage de dévotion personnelle à l'égard du Pontife, mais rien malheureusement n'autorise à penser que l'auteur soit résolu à obéir. Elle ne peut donc pas être considérée à elle seule comme une réponse satisfaisante.

Eminence, Excellence, si les circonstances font que le problème vous touche d'une manière ou d'une autre, vous-même, ou d'autres évêques de votre pays, vous aurez à coeur, en cette Année Sainte, de travailler pour la paix et la réconciliation. L'heure n'est pas à la polémique, elle est plutôt à la charité et à l'examen de conscience. Les excès appellent souvent d'autres excès. La vigilance en matière doctrinale et liturgique, la clairvoyance dans le discernement des réformes à mettre en oeuvre, la patience et le tact dans la conduite du Peuple de Dieu, le souci des vocations sacerdotales et d'une préparation exigeante aux tâches du ministère, tout cela est sans nul doute le témoignage le plus efficace qu'un Pasteur puisse donner.

Je suis certain que vous comprendrez cet appel et, avec vous, je souhaite que l'unité des membres de l'Eglise resplendisse davantage demain.

Croyez à mes sentiments fidèlement et cordialement dévoués. - Jean Card. VILLOT.

* Praesidibus Conferentiarum episcopalium, Prot. N. 290. 499/94: **Doc. Cath.** 73 (1976) 32-33. **Adn.** vide infra sub die 11 oct. 1976: **LE** n. 4470.

4408

1975 OCT 29.- SC pro SACR.-CULTU, NOTIF. PART.*

De Commemoratione omnium fidelium defunctorum anno 1975 in die Dominica celebranda

Domenica prossima, per la prima volta sarà applicata la norma che prevede la celebrazione della Commemorazione dei fedeli defunti in domenica (cf. *Missale Romanum*, p. 635). E ciò in conformità a quanto prescrive la Costituzione Conciliare sulla sacra Liturgia: "La Liturgia dei defunti esprima in maniera più chiara il carattere pasquale della morte cristiana".

Da varie parti di domanda quale Messa debba essere celebrata la sera del 1° novembre.

Come è già stato pubblicato, a suo tempo, in *Notitiae* 10 (1964), pp. 222-223, in caso di concorrenza tra due giorni di precetto, la Messa vespertina è quella del giorno liturgico di grado superiore. Perciò in questo caso, la Messa celebrata il 1° novembre sera sarà della solennità di Tutti i Santi (cf. *Tabula dierum liturgicorum*, 1, 3: *Missale Romanum*, p. 110). - James Robert Card. KNOX, *Prefetto.* A. Innocenti, Arcivescovo tit. di Eclamo, *Segretario.*

* **L'Osservatore Romano**, 29 ottobre 1975.

4409

1975 OCT ... - SC pro SACRAM.- CULTU, RESP. PART.*

Responsa ad proposita dubia:

1 - De stipendio non percipiendo pro Missa binata in concelebratione. 2 - De modo peragendi exsequias durante Triduo Paschali. 3- De Missa celebranda vespere diei 7 dec. 1975 in concurrentia Dominicae Adventus cum Sollemnitate Imm. Conceptionis B. V. Mariae

1. Dub. *Utrum in concelebratione Missae binatae stipendium percipi possit?.*

Resp. Quibusdam in locis consuetudo habebatur plures Missas simul celebrandi, praesertim occasione exsequiarum. Haec multiplex Missarum celebratio quodammodo ablata est recurrendo ad concelebrationem. Ita, occasione cuiusdam funeris, sacerdotes proximiores invitantur ad concelebrationem, quae quandoque fit binando, cum in bonum fidelium quidam celebrare debeant. Cum ratio pastoralis habeatur ob magnum fidelium concursum, quandoque Episcopi ipsi facultatem concedunt pro binatione occasione huiusmodi concelebrationis. Inde petitum est utrum stipes percipi possit in bonum cuiusdam operis caritatis, seminarii, vel necessitatis dioecesis.

Haec animadvertenda videntur:

1) Ante omnia, dignitas et significatio nativa concelebrationis servanda semper est. Ad eam recurrendum non est ob rationes practicas aut tantum ad maiorem sollemnitatem habendam. Concelebratio est forma Missae in qua plenior habetur Ecclesiae manifestatio, clarius exprimitur unitas sacerdotii et sacrificii ad unum altare, in unica gratiarum actione. Est ergo forma propria communitatum sacerdotum, quae, tamen artificiose creanda non est. Hoc sensu institutio liturgica fidelium adhuc perficienda est.

2) In quavis actione liturgica, at praesertim in celebratione Missae, sacramentorum et sacramentalium, acceptio personarum vitanda est "sive in caeremoniis sive in exterioribus pompis" (1), ut "aequalitas fidelium etiam exterius eniteat ac praeterea omnis species quaestus vitetur" (2).

3) Omnino standum est praecepto *Declarationis de Concelebratione*, diei 7 augusti 1973, quae clare dicit: "Sacerdotibus qui in bonum pastorale fidelium celebrant et alteram Missam concelebrant, *nullo titulo* pro Missa concelebrata stipendium percipere licet" (3).

Nam facultas concelebrandi etiam pro iis qui in bonum fidelium celebrare debent, in casibus praevisis a *Declaratione*, unice data est ob rationes spirituales, ut presbyteri Missam participare valeant "plenius et modo sibi proprio", cui addi potest, in casu, etiam ratio fraternae presbyterorum cooperationis, invicem adiutorium sibi praestantium in actione pastorali. In his spiritualibus rationibus insistendum erit ut tantum hae inducant, si casus fert, ad concelebrandum, nullaque e causa stipendium percipiatur pro concelebratione, quae fit binando.

2. Dub. *Quomodo peragendae sunt exsequiae durante Triduo paschali.*

Resp. 1) In Triduo paschali et feria V Hebdomadae Sanctae mane, Missa exsequialis celebrari nequit. Dubium ortum est e littera n. 336 *Institutionis generalis Missalis romani*, qui sonat: "Inter Missas defunctorum primum locum tenet Missa exsequialis, quae celebrari potest omnibus diebus, exceptis solemnitatibus de praecepto et dominicis Adventus, Quadragesimae et Paschae". De Triduo paschali nihil dicitur. At res clara est ex aliis Missalis Romani locis, uti iam indicatum est in explanatione data a *Notitiae* 10 (1974), pp. 145-146.

Sed ad rem clariorem faciendam, in editione altera Missalis Romani, quae in proximo fasciculo *Notitiae* describetur, n. 336 *Institutionis generalis* addita est indicatio: "Feria V Hebdomadae Sanctae et Triduum Paschale", inter dies in quibus Missa exsequialis prohibetur.

2) Si exsequiae habendae sunt his diebus, convenit ut fiat celebratio verbi cum ritu valedictionis, uti praevidetur in *Ordine Exsequiarum*, n. 6. Lectiones seligantur tempori liturgico aptiores. Cantus fieri possunt durante celebratione. E contra, sacra Communio distribui nequit (cf. *Missale Romanum*, pp. 243, 250 n. 2, 265 Sabbato Sancto).

3. Dub. *Quae Missa celebranda est vespere diei 7 decembris 1975?*

Resp. Difficultas exoritur e concurrentia inter duas sollemnitates: Dominica I Adventus et pervigilium sollemnitatis Immacultae Conceptionis B. Mariae Virginis.

Quaestio iam soluta est in *Notitiae* 10 (1974), pp. 222-223.

1. Cf. Instr. *Inter Oecumenici*, 26 sept. 1964, n. 34.
2. *Ibid.*, n. 35.
3. Cf. *Notitiae* 8 (1972), p. 328.

* **Notit.** 11 (1975) 287-288.

4410

1975 NOV 4.- SC pro RELIGIOSIS, RESCRIPTUM. PART.*

Conceditur facultas percipiendi eleemosynam cum bis aut ter celebratur Missa

PRECES. – *Beatissime Pater*, Magister Generalis Ordinis Fratrum Praedicatorum a Sanctitate Tua humillime petit ut Rescriptum n. 30975/70 sub die 5 octobris 1970, circa facultatem percipiendi eleemosynam Missarum binatarum ac trinatarum, ad subveniendum necessitatibus Provinciarum et Missionum, praesertim ad graves expensas in candidatorum formatione sustinendas, prorogetur. Et Deus, etc. ...

RESCR.- Vigore facultatum a Summo Pontifice tributarum Sacra Congregatio pro Religiosis et Institutis saecularibus, attentis expositis, annuit pro gratia prorogationis enuntiati indulti, *ad biennium*, servatis ceteris servandis.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, die 4 novembris 1975.- Augustinus Mayer, *Secretarius.* L. Ravassi, *Officialis.*

* Magistro Generalis Ordinis Praedicatorum: **AOP** 42 (1975-76) 343.

4411

1975 NOV 8.-SIGNATURA APOST., SENTENTIA. PART.*

Decretum dimissionis cuiusdam sororis declaratur irritum ob errorem in procedendo circa modum dimittendi sorores religiosas a votis perpetuis

FESULANA: Dimissionis

Soror Anna Maria N. - Sacra Congregatio pro Religiosis

FACTI SPECIES

1. Anna Maria N., nata die 23 febr. 1918 apud pagum V. dioecesis Veronensis, ingressa est Institutum, cui nomen "Suore Domenicane...", emittens primam professionem temporalem die 7 maii 1940, et perpetuam die 5 maii 1946, nomen religionis assumendo E.

In variis Instituti domibus commorata et tempore praesertim commorationis in Fesulana domo, varia dedit signa inquietudinis, intemperantiae et indisciplinae religiosae, nam, prout Antistitae et consorores referunt, perturbabat ubique pacem communitatum, lites et discordias suscitabat internas, difficultates provocabat in exercitio officii administrae infirmorum, etiam apud domus privatas, et, quod gravius est, oboedire recusabat Superiorissis, Suprema non exclusa, legitime etiam praecipientibus vi oboedientiae professae.

Collectis allegatisque actis, Priorissa Generalis Sororum Dominicarum exposuit die 12 iunii 1973 'casum' sororis E. Sacrae Congr. pro Religiosis, quae, solutis votis, dimisit sororem ab Instituto vel, prout deinde explicatur, eandem solvit coacte a votis religiosis, per decretum diei 27 iunii 1973, die postea 8 sept. 1973 confirmatum.

Contra eiusmodi decretum S. Congregationis pro Religiosis et Institutis saecularibus, soror E. recursum penes sectionem alteram Signaturae Apostolicae interposuit, quae, die 9 maii 1974, decrevit: "Recursum admittendum esse ad disceptationem". Die vero 15 iunii 1974 dubium concordatum fuit sub hac formula: "An constet de violatione legis vel in procedendo vel in decernendo relate ad actum S. Congregationis diei 27 iunii 1973, confirmatum die 8 septembris 1973".

Die, vero, 15 martii 1975, in coetu plenario Em.morum Patrum Cardinalium huius Supremi Tribunalis, decretum fuit: "Dilata et exquirantur a S. Congregatione pro Religiosis et Institutis saecularibus notitiae de dispensatione coacta".

In Plenario autem coetu diei 8 novembris 1975, Em.mi Patres huius Supremi Tribubnalis rursus coadunati, haec animadverterunt.

I - Quoad violationem legis in procedendo

IN IURE

2. Codex determinat modum procedendi in dimissione sororum a votis perpetuis servandum.

Suprema Instituti Moderatrix, habito voto sui Consilii, rem totam ad S. C. pro Religiosis deferre debet, cum omnibus actis et documentis dimissionem sororis respicientibus, in quibus etiam rationes et responsiones a religiosa datae in propriam defensionem fideliter referantur. Sacra Congregatio, supletis actis et documentis si quae deficerint, quod magis expedire censuerit, decernet (cfr. c. 652 § 3).

Acta igitur et relatio completa, S. Congregationi pro Religiosis et Institutis saecularibus transmittenda, continere debent facta seu causas graves et exteriores sorori iuridice et moraliter imputabiles, monitiones iteratas, remedia ad emendationem adhibita, incorregibilitatem religiosae loculenter comprobatam, libertatem plene sese defendendi eidem tributam, responsa accepta fideliter relata, votum a Moderatrice cum proprio Consilio latum (cfr. C. de Carlo, *Jus religiosorum*, Paris 1950, p. 490 n. 581, II, 2).

3. Nonnulla praecipua occurrunt in specie notanda, quae speciem praesentis casus propius tangere videntur.

a) *Religiosa dimittenda ius habet sese defendendi contra dimissionem.* Agitur de iure insito in ipsa dignitate personae humanae, et a fortiori in dignitate personae 'religiosae', quae Deo est publice sacra.

Hoc ius positive et explicite affirmatur in canone 650: "Religioso ius est suas rationes libere exponendi; eiusque responsiones in actis fideliter referendae sunt" (c. 650, § 3), cuius praescriptum, vi canonis 651, § 2, "etiam in religiosarum dimissione servandum est" (c. 651, § 2).

b) *Obiectum iuris ad propriam defensionem respicit directe et immediate ipsam dimissionem*; indirecte et mediate existentiam causarum.

Praesupponit ius propriae defensionis ut soror dimittenda cognoscat intentionem et propositum Superiorum procedendi ad dimissionem, et ut detur ei facultas seu possibilitas sese defendendi ab hoc specifico actu. Non requiritur certe exercitium iuris, nam potest soror libere ei renuntiare.

c) *Soror dimittenda exercet ius propriae defensionis coram auctoritate seu Superiore qui dimissionem decernere debet.* In casu nostro, coram S. Congregatione pro Religiosis, quae sola competens est ad dimittendam religiosam a votis perpetuis iuris pontificii.

Si quando soror dimittenda exercuerit de facto, vel data eidem fuerit possibilitas exercendi hoc ius, coram Superiore inferiori qui caret potestate dimittendi, omnia acta et documenta, in quibus contineantur 'fideliter relata' (c. 650 § 3) omnes allegationes, excusationes, responsa et defensiones sororis, transmittenda sunt ad S. Congregationem pro Religiosis.

Si vero religiosae data non fuerit possibilitas sese defendendi coram Superiore inferiori, Sacra Congregatio pro Religiosis acta complere, et hanc *possibilitatem sorori praebere debet* antequam dimissionem decernat. Scribit Vidal: " *in omni casu dimissionis* ... semper religioso ius est suas rationes libere exponendi, eiusque responsiones in actis fideliter referendae sunt et examinandae accurate ab iis, *a quibus dimissio est decernenda*" (Wernz-Vidal, *Ius can.*, vol. III, *De religiosis*, Romae 1953, p. 479, n. 441; cfr. C. de Carlo, *op. cit.* p. 491, n. 582). Si vero religiosa dimittenda "iuri se defendendi *renuntiet*, notandum est in actis", ut clarum sit "liberam defensionis facultatem neminem illi negasse" (C. de Carlo, *op. cit.*, p. 490, n.581, III; cf. can. 651 § 2).

Sacra ergo Congregatio pro Religiosis dimissionem decernere non debet, nisi fideliter referantur in actis et documentis responsiones expositae in propriam defensionem a sorore dimittenda, aut nisi constet in actis de renuntiatione libere facta a sorore iuri se defendendi contra dimissionem, aut nisi constet saltem de oblata possibilitate exercendi hoc ius et de non usu, intra definitum tempus, ipsius iuris ad defensionem.

d) *Religiosa dimittenda ius habet exercendi propriam defensionem, saltem ante decretum dimissionis et ante huius decreti confirmationem.* Potest in concreto sese defendere:

– *ante votum Moderatricis Generalis* cum proprio Consilio, et transmissionem actorum ad S. Congregationem pro Religiosis;

– *ante decretum Sacrae Congregationis pro Religiosis*, id-est "postquam acta et documenta ad Ap. Sedem transmissa sint; et tunc ad ipsam quoque Sacram Congregationem *immediate recurrere potest* si quid adhuc in sui defensionem proponere velit" (Ch. Berutti, *Inst. iur. can.*, vol. III, *De religiosis*, p. 348, n. 167), praecipue si antea hoc ius religiosa nondum exercuerit;

– *post decretum dimissionis et ante huius confirmationem* a Sacra Congregatione pro Religiosis; tunc enim soror dimissa potest adhuc recursum interponere et rationes adducere in propriam defensionem (cf. Ch. Berutti, *op. cit.*, ib.).

e) *Defensiones sororis dimittendae semper sunt in actis fideliter referendae.* Hoc praescriptum can. 650 § 3 in dimissione religiosarum a votis perpetuis servandum (c. 651 § 2), praesupponit ut de *fidelitate* responsionum aliquo modo legitimo constet, v. gr. quia subsignatae vel recognitae sunt a sorore, vel quia declaratae sunt authenticae a legitima auctoritate vel a fide digna persona.

http://www.obrascatolicas.com

IN FACTO

4. Actis sedulo examinatis iterumque attente perpensis, haud dubie constat sororem E. dimissam esse a Sacra Congregatione pro Religiosis, quin ei integre concessum fuerit ius "suas rationes libere exponendi" contra dimissionem. Neglectus fuit can. 651 § 2 et can. 650 § 3; ideoque Sacra Congregatio pro Religiosis non omnino excusatur ab *errore in procedendo*.

Huc illuc in Actis reperiuntur "rationes" seu "responsiones" sororis dimissae circa meritum dimissionis, sed eiusdem responsiones non sunt fideliter in Actis relatae, dum constat ex Actis sororem E. voluntatem habere adhuc sese defendendi, et hoc ius exercendi contra dimissionem, sicut fecit coram hoc Supremo Tribunali; unde aut non fuit plene recognitum sorori E. exercitium iuris sese defendendi, aut eiusdem "responsiones" non sunt "fideliter" in Actis relatae.

In utroque casu, manifestus est, ob inobservantiam can. 651 § 2, *error in procedendo*.

5. Singula momenta examinemus in quibus religiosa poterat ius ad propriam defensionem exercere.

a) *Sorori E. non fuit data debita possibilitas sese defendendi contra dimissionem ante diem 12 iunii 1973*, in qua Priorissa Generalis instavit apud Sacram Congregationem pro Religiosis ut dimitteret sororem. In Actis, quae expositionem et petitionem Priorissae comitabantur, non apparent "fideliter relatae" responsiones sororis dimittendae.

Legitur quidem in expositione praedicta circa recurrentem: "*minacciata* di un ricorso da parte della Congregazione alla Sacra Congregazione dei Religiosi e Istituti secolari per la dimissione, ha risposto che siamo liberi di farla e che saprà lei come comportarsi" (Summ. p. 26-27).

Haec verba exprimunt et continent *comminationem dimissionis* a Superiorissis factam, et soror, per responsionem relatam, sese defendit *contra comminationem* dimissionis, non *contra ipsam dimissionem aut eiusdem causas*. Soror manifestat, per eandem responsionem, explicitam voluntatem sese defendendi contra dimissionem. Inter media adhibita ad emendationem dimittendae, M. C. a Coronata recenset etiam "comminationes poenarum ecclesiasticarum, praesertim dimissionis" (M. C. a Coronata, *Inst. iur. can.*, vol. I, p. 858, n. 651). Sed inter comminationem dimissionis et ipsam dimissionem magna cedit differentia.

b) *Sacra Congregatio pro Religiosis decretum dimissionis vel dispensationis coactae a votis dedit die 27 iunii 1973, inaudita sorore dimissa*. Scribebat ipsa soror E. die 22 iul. 1973 ad Sacram Congregationem pro Religiosis: "poiché non hanno fondamento le accuse, sulle quali è basato il Decreto di dimissione, *chiedo* per tanto a codesta Congregazione con umiltà cristiana e *come è di diritto di ogni persona umana*, anche in considerazione delle mie precarie condizioni di salute, *di essere ammessa a manifestare personalmente le mie ragioni*" (Summ. p. 21).

Ipsa soror adibat personaliter Sacram Congregationem pro Religiosis, die 17 iul. 1973, animo sese defendendi, sed, licet etiam e sua culpa, quia adivit Dicasterium extra tempus debitum, non fuit admissa ad ius propriae defensionis exercendum. Prosequitur in iisdem litteris: " il 17 c. m. di buon mattino, dopo aver passato la notte ad assistere le ammalate, sono venuta a Roma arrivando un po' in ritardo e per il tempo ristretto non ho avuto modo di trovare la persona che mi mettesse in comunicazione alla Vostra Rev.ma Presenza, anche perché era di martedì" (Summ. p. 21). Soror igitur persistebat in voluntate sese defendendi propriasque rationes exponendi quoad dimissionem.

c) *Nec soror E. audita fuit ante confirmationem decreti dimissionis*. Non possunt in dubio poni quae leguntur in litteris Sacrae Congregationis pro Religiosis diei 8 sept. 1973, confirmantis dimissionem religiosae: "questa Sacra Congregazione non ha mancato di esaminare le ragioni addotte dalla ricorrente, decidendo di non poter accogliere il ricorso di cui si tratta". Sed Sacra Congregatio non potuit examinare rationes quas soror E. adhuc exponere intendebat et quae in allatis documentis coram hoc Supremo Tribunali exhibuit.

Litterae enim sororis diei 22 iul. 1973 non continebant rationes, sed *petitionem et desiderium* recurrentis rationes personaliter exponendi ante dimissionis confirmationem.

Constat igitur sororem E. non habuisse de facto debitam possibilitatem exercendi ius ad propriam defensionem contra dimissionem, nec ante decretum dimissionis diei 27 iunii 1973, nec ante huius decreti confirmationem diei 8 septembris 1973.

II - Quoad violationem legis in decernendo

IN IURE

6. Praescribit canon 651 § 1: "Etiam ad dimittendas religiosas professas a votis perpetuis sive sollemnibus sive simplicibus exiguntur causae exteriores graves una cum incorregibilitate, experimento prius habito ita ut spes resipiscentiae evanuerit, iudicio Antistitae".

Requiruntur igitur pro dimissione ab Instituto iuris pontificii religiosarum mulierum a votis perpetuis, causae graves et exteriores, moraliter et iuridice imputabiles, una cum incorregibilitate, experimento prius habito comprobata.

Quaenam sint in concreto istae causae, et cuiusnam debeant esse naturae, legislator non determinat.

Potest certe sustineri non esse necessaria "delicta" in sensu iuridico proprio; sufficit quaelibet actio vel omissio externa, quae probari possit in foro externo.

Ad definiendam *gravitatem* causarum, doctrina communis adhibet, prout etiam in aliis casibus, criterium *relativum*. Retinent enim auctores causas ad dimittendam religiosam votorum perpetuorum, "graviores esse debere quam pro dimittenda temporanee professa" (Wernz-Vidal, *Ius can.*, t. III, *De religiosis*, p. 480 n. 442). Graviores quidem "numero et adiunctis", ut recte notat C. de Carlo (*Ius religiosorum*, p. 490 n. 592).

Auctores in genere non requirunt "peccata gravia" in sensu morali, sed tantum causas externas psychologice et iuridice revera imputabiles sorori, ut sunt "actiones *culpabiles* disciplinam graviter laedentes" (S. Goyeneche, *De religiosis*, p. 219 n. 117). Aliis verbis, causae dimissionis sororum "aliae nequeunt nisi *culpae* seu defectus *morales* – non physici – religiosae delinquentis graviter imputabiles" (C. de Carlo, *Ius religiosorum*, p. 491 n. 582, 3).

7. "Incorregibilitas sine spe resipiscentiae" canonis 651 § 1, idem est ac "monitiones et defectus emendationis" canonis 649. Iam vero canon 661 praescribebat ut "monitionibus Superior addat *opportunas* exhortationes et correctiones, praescriptis insuper poenitentiis aliisque remediis poenalibus, quae *apta* censeantur *ad emendationem* rei et scandali reparationem" (c. 661 § 1).

At praescripta canonis 661 non referebantur per se ad religiones mulierum, etiam prius, quamvis nonnulli auctores retinerent hunc canonem in praxi applicandum esse quoque Institutis mulierum ad comprobandam incorregibilitatem, experimento prius habito, et sine spe resipiscentiae, quae ad dimittendas religiosas feminas a votis perpetuis requiritur (can, 651 § 1; cfr. M. C. a Coronata, *Institutiones iuris can.*, vol. I, p. 858 not. 3, n. 651).

At haec non erat mens Legislatoris, qui nunc canonem illum abrogavit una cum canonibus 654-668 (*Decretum* Sacrae Congregationis pro Religiosis etc. d. 2 martii 1974: AAS 66 (1974) 215-216).

Iudicium de incorregibilitate pertinet ad Antistitam (cfr. can. 651 § 1) quae tamen "rem totam ad Sacram Congregationem ... deferat cum omnibus actis et documentis. Sacra autem Congregatio ... quod magis expedire censuerit decernet, firmo praescripto can. 643 § 2" (can. 652 § 3).

IN FACTO

8. Priorissa Generalis Sororum Dominicarum, in expositione diei 12 iunii 1973 ad S. C. pro Religiosis, quattuor allegabat rationes seu causas pro dimissione sororis E.: " 1) per la sua inidoneità alla vita comune a causa del suo individualismo prepotente e intromettente; 2) perché non vive la vita regolare, adducendo pretesti di lavoro per stare fuori nelle case dei secolari, ove non dà buon esempio; 3) per la sua aperta ribellione all'obbedienza; 4) per la sua incorregibilità" (Summ. p. 17).

Causae dimissionis allegatae demonstrantur graves et sufficientes ad dimissionem in suo complexu.

9. *Prima causa dimissionis* allegata, vero, idest inidoneitatis ad vitam communem et religiosam de se non est legitima et sufficiens causa dimissionis. Institutum ius habet et *officium* examinandi et iudicandi de inidoneitate candidatarum ante harum professionem perpetuam. Sed subveniunt aliae.

10. Addit, enim, Priorissa Generalis de sorore E., ad consaecularibus, quas ratione ministerii exercendi frequentabat, "non dà buon esempio". Hoc factum apparet satis comprobatum in Actis e testimoniis productis ab Instituto religioso (cf.

Summ. p. 12, et litterae sororum Instituti) inter quae litterae dimissionis sororis E. ex hospitali infirmorum domo "U." ob hanc rationem: "non avendo potuta inserirla convenientemente" (Summ. p. 10).

Etiam, post documenta a sorore recurrente exhibita, veritas accusationis manet, nam familiae et personae quae ministerium et laborem sororis, in auxilium infirmorum apud domus privatas, laudant sub adspectu technico, humano et religioso, non auferunt mala exempla (quae pertingunt usque ad percussionem alicuius infirmae, ut testatur A. C., sorori curae commissae (Summ. p. 12), quae soror E. in aliis familiis et apud alias personas malo fato exhibuit. Actus boni non eliminant actus pravos, licet demonstrent personam non esse totaliter malam.

11. *Tertia causa dimissionis* allegata apparet *obiective* gravis, satis comprobata et sufficiens ad dimittendam sororem, nam est etiam multiplex ob repetitionem actuum (cf. P. Bastien, *Direct. can.*, p. 459, n. 639, 2).

Etiamsi admitti posset scandalosam apertam rebellionem contra Superiorissas et denegatam oboedientiam originem ducere e causis quae *imputabilitatem* sororis aliquantisper minuerent, non tamen causae excusantes talis erant naturae ut auferrent omnino responsabilitatem, vel tam imminuerent ut insufficientem evaderent ad dimittendam sororem.

Causae *minuentes imputabilitatem* erant in casu: infirmitates quas soror E. inde a pluribus annis patiebatur; et operositas dura et continua quam soror E. de facto exercebat penes infirmos. Tamen sorori non defuerunt debitae curae et aptae.

Moderatrix Generalis, die 28 maii 1973, *decem et quinque dies ante petitionem dimissionis*, scribebat recurrenti: se necessario, *continueremo a curarla*. Ma so e ho visto che le cure non le sono mai mancate" (Sum. p. 25). Eadem Moderatrix, in expositione ad S. C. pro Religiosis pro dimissione recurrentis, notabat: "*curata anche fisicamente* ha sempre però ricalcitrato a provvedimenti radicali" (Summ. p. 26).

Nec exaggerandae sunt quaedam perturbationes psychopatologicae quibus laboravit vel laborat soror E. ad imminuendam eiusdem imputabilitatem.

Tamquam manifestatio magnae caritatis accipienda sunt quae Vicaria Generalis in litteris diei 7 nov. 1972, scribebat de inaptitudine sororis E. ad vitam communitariam: "convivenza che ella, *volontariamente o no* (lo può giudicare soltanto il Signore) ostacola e perturba continuamente ... riversando la colpa del *suo stato psichico* sugli altri ...'. De cetero soror E. curas aptas et opportunas semper respuit, quia "invitata *ad internarsi in qualche Istituto psichiatrico*, si è sempre rifiutata energicamente" (Summ. p. 13).

Item est ipsamet recurrens quae fatetur sese antea voluisse esse "sororem" in Instituto religioso de quo agitur; nunc, vero, fatetur se mutavisse animum suum: "ora non si sente più 'observare' ciò che ha promesso un giorno con la professione religiosa" (Summ. 29a).

12. Quibus omnibus in iure et in facto perpensis, actis sedulo et accurate iterum rimatis, proposito dubio censuerunt Patres Em.mi respondendum:

ad primam partem: *Affirmative*, seu constare de violatione legis in procedendo, relate ad actum Sacrae Congregationis pro Religiosis et Institutis saecularibus diei 27 iunii a. 1973, confirmatum die 8 septembris a. 1973, ideoque actum ipsum irritum esse in casu;

ad secundam partem: *Negative*, seu non constare de violatione legis in decernendo.

Romae, e sede Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis, die 8 novembris 1975. - Dinus Card. STAFFA, *Praefectus* (*sequuntur ceterae Cardinalium subsignationes*); Petrus Card. PALAZZINI, *Ponens*.

* CpR 57 (1976) 374-381.

4412

1975 NOV 8.- CONSILIUM de LAICIS, DECR. PART.*
Statuta Piae Unionis "Militia Mariae Immaculatae" adprobantur

8 novembre 1975

Reverendo Padre, atteso che la Chiesa intende preparare i fedeli a rendere coerente testimonianza cristiana al carattere di figli di Dio ricevuto nel Battesimo (*Lumen gentium*, n. 33) ed a cooperare alla salvezza dei fratelli (*Apostolicam actuositatem*, n. 4), anche mediante la partecipazione attiva alle associazioni;

considerato che il Vicariato di Roma erigeva a Pia Unione la "Militia Mariae Immaculatae", fondata dal Beato Massimiliano Kolbe, il 16 ottobre 1917;

considerate le particolari attenzioni e le speciali sollecitudini dei Sommi Pontefici, concretizzate anche in documenti, quali il Breve di Pio XI *Pia Unio* del 18 dicembre 1926 con cui vengono concesse numerose indulgenze e privilegi e il Breve del medesimo Pontefice *Die XVIII mensis Decembris* del 23 aprile 1927 con cui la "Militia Mariae Immaculatae" viene elevata a Pia Unione Primaria;

considerato che nell'intento di promuovere, sul piano di più efficaci strumenti soprannaturali un effettivo ausilio alla formazione dei fedeli, alla conversione dei peccatori e alla santificazione di tutti sotto la tutela dell'Immacolata, la Pia Unione "Militia Mariae Immaculatae" intende aggiornare, pur conservando lo spirito e il desiderio del Beato Massimiliano Kolbe, i suoi orientamenti e le sue strutture nello spirito del Concilio Vaticano II,

in virtù delle facoltà a noi concesse dal Sommo Pontefice Paolo VI f. r. *approviamo* ad experimentum et ad quinquennium gli Statuti della "Militia Mariae Immaculatae".

Nel portare a conoscenza della Paternità Vostra Reverendissima tale nostra decisione, mi confermo, con i migliori ossequi nel Signore. - Fr. Lucas Moreiras Neves, Vescovo tit. di Feradi Maggiore, *Vice-Presidente del Consilium de Laicis*. Fr. Uylenbroeck Marcel, *Segretario*.

* Procuratori Generali O. F. M. Conv., Prot. N. 2464/75/S-61: COFMConv 72 (1975) 231.

4413

1975 NOV 12.- SC pro SACRAM.-CULTU, RESP. PART.*
Forma extraordinaria celebrationis matrimonii coram solis testibus sustinetur et ulteriores ipsius formae limitationes denegantur

Romae, die 12 Novembris 1975

Excellentissime Domine, Mense Augusto praeterito Excellentia Tua Reverendissima petebat ab hac Congregatione facultatem subiciendi applicationem formae extraordinariae matrimonii, statutae in can. 1098 C. J. C., sequenti limitatione: "*numquam vero, neque in mortis periculo, per actum quo matrimonium civile vel in religione non catholica contrahitur, nisi antea saltem alterutra pars, altera sciente, expresse et coram testibus, id statuerit*".

Re maturo examini subiecta, audita etiam Pontificia Commissione Codici Iuris Canonici recognoscendo, haec Congregatio Tuae petitioni consentire opportunum non reputat, quia postulatae limitationes sunt contrariae rationi propter quam inducta est forma extraordinaria matrimonii, et etiam quia, per facultatem Tibi concessam eligendi laicos, qui uti testes qualificati possint adsistere celebrationi matrimonii, applicatio praefatae formae extraordinariae matrimonii perrare certo fiet.

Quae dum renuntio, omni obsequio permaneo Excellentiae Tuae Reverendissimae add.mus. - James Card. KNOX, *Praefectus*.

* Ordinario Sancti Caroli Ancudiae, Prot. N. 263/75: Apoll 49 (1976) 484-485. Adn. J. L. YSERN in Apoll 49 (1976) 476-490.

4414

1975 NOV 14.- S. PAENITENTIARIA, FACULT. PART.*
Prorogantur facultates, a S. Paenitentiaria confessoribus concessae, vulgo dictae "Pagella"

I - *Rescriptum concessionis*

PRECES - *Beatissime Pater*, Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum humiliter petit prorogationem Rescripti N. 497-72, diei 23 octobris 1972, quo ipsi quaedam facultates concedebantur cum potestate eas subdelegandi aliquibus sacerdotibus sui Ordinis. Et Deus, etc.

RESCRIP.- Sacra Paenitentiaria, Apostolica auctoritate, benigne annuit pro gratia prorogationis iuxta preces ad aliud triennium, servato tenore memorati Rescripti (cuius hic exemplar typis impressum adnectitur). Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

http://www.obrascatolicas.com

Datum Romae, ex S. Paenitentiaria, die 14 novembris 1975. De mandato Eminentissimi. - J. Sessolo, *Regens.* U. M. Todeschini, *Adiutor a studiis.*

II - Pagella Facultatum S. Paenitentiariae Apostolicae

I. Absolvendi quoscumque poenitentes (exceptis haereticis haereresim inter fideles a proposito disseminantibus) a quibusvis censuris et poenis ecclesiasticis ob haereses tam nemine audiente vel advertente quam coram aliis externatas incursis; postquam tamen poenitens magistros ex professo haereticalis doctrinae, si quos noverit, ac personas ecclesiasticas et religiosas, si quas hac in re complices habuerit, supremae S. Congregationi S. Officii per se vel, de eius venia, per te ipsum denunciaverit; et quatenus ob iustas causas huiusmodi denunciatio ante absolutionem peragi nequeat, facta ab eo seria promissione denunciationem ipsam peragendi cum primum et quo meliori modo, iudicio tuo, fieri poterit; et postquam in singulis casibus haereses coram te secrete abiuraverit; iniuncta pro modo excessuum gravi poenitentia salutari cum frequentia Sacramentorum et obligatione se, prudenti iudicio tuo, retractandi apud personas, coram quibus haereses manifestaverit, atque illata scandala reparandi.

II. Absolvendi a censuris et poenis ecclesiasticis eos qui nomen dederint sectae massonicae aliisque eiusdem generis associationibus quae contra Ecclesiam vel legitimas civiles potestates machinantur; ita tamen ut a respectiva secta vel associatione omnino se separent eamque abiurent; denuncient, ut supra, personas ecclesiasticas et religiosas, si quas eidem adscriptas noverint; libros, manuscripta ac signa eamdem respicentia, si qua retineant, in manus tuas tradant, ad S. Officium quamprimum caute transmittenda, aut saltem, si iustae gravesque causae id postulent, destruenda; iuncta pro modo culparum gravi poenitentia salutari cum frequentatione sacramentalis confessionis et obligatione illata scandala reparandi.

III. Dispensandi, commutando, consideratis causis, in alia poenitentiae vel pietatis opera, omnia vota privata; exceptis votis perfectae ac perpetuae castitatis et ingrediendi Religionem votorum sollemnium, quae emissa fuerint absolute et post completum decimum octavum aetatis annum, necnon votis in quibus agitur de praeiudicio vel de iure tertii.

IV. Dispensandi in matrimoniis iam contractis super impedimento occulto criminis ex adulterio cum fide data, absque ulla tamen machinatione; monitis coniugibus de necessaria secreta inter sese tantum, idest sine interventu parochi seu testium, renovatione consensus, atque iniuncta gravi et diuturna poenitentia salutari.

V. Dispensandi super occulta irregularitate contracta ex violatione censurarum tantum cum clericis tam saecularibus, quam regularibus, in Sacris Ordinibus constitutis, sed ad hoc dumtaxat ut poenitens Ordines iam susceptos licite exercere valeat.

VI. Dispensandi ab irregularitate ex homicidio voluntario aut abortu de qua in can. 985 n. 4, sed ad hoc unice ut poenitens Ordines iam susceptos sine infamiae vel scandali periculo exercere queat; iniuncto eidem poenitenti onere, intra mensem saltem per epistolam per alium vel per se, reticito nomine docendi de omnibus casus circumstantiis et praesertim quoties delictum patraverit, ad S. Poenitentiariam recurrendi et standi eius mandatis.

* Ministro Generali O. F. M., Prot. N. 402/75: AOFM 95 (1976) 140-141.

4415

1975 NOV 17. - SC pro RELIGIOSIS, RESPONSUM. PART.*

Denegatur indultum subdelegandi Superioribus Provincialibus facultatem dispensandi a votis temporaneis

Capitulum Generale Ordinis Fratrum Praedicatorum apud 'Madonna dell'Arco' celebratum petiit ut Magister Generalis Ordinis curaret " de obtinenda facultate qua prior provincialis cum suo consilio dispensare possit a votis temporaneis" (n. 205 *Acta Capituli Generalis*).

Dictis placitis obtemperans, Magister Generalis Ordinis Fratrum Praedicatorum, a Sanctitate Sua implorat indultum subdelegandi Prioribus Provincialibus facultatem sibi datam vi n. 14 Rescr. Pont. *Cum admotae*, ita ut etiam Priores Provinciales, de consensu eorum consilii, restituere valeant subditos suos temporaria vota professa in saecularem condicionem.

Hoc Sacrum Dicasterium, omnibus mature perpensis, Rescripti Pontificii *Cum admotae* partialem abrogationem opportunam non putat eo quod Codicis iuris canonici recognitio iam ab aliquibus annis peragatur; et probabile est novum Codicem de hac re acturum esse.

Romae, 17 Novembris 1975.

* Magistro Generali O. P.: AOP 42 (1975-76) 228.

4416

1975 NOV 19. - SECRETARIA STATUS, FACULT. PART.*

Facultas datur Signaturae Apostolicae permittendi, nonnullis sub condicionibus, ut viri laici munere fungantur Promotoris iustitiae et Defensoris vinculi

Dal Vaticano, 19 Novembre 1975

Signor Cardinale, con pregiato Foglio N. 6722/75 C. P., in data 13 Giugno scorso, l'Eminenza Vostra ha pregato questa Segreteria di Stato di voler sottoporre alla considerazione del Santo Padre l'opportunità di dare a cotesto Supremo Tribunale la facoltà di permettere che i Vescovi nominino, in singoli casi, un laico a svolgere la funzione di Difensore del Vincolo.

In proposito mi pregio di significarLe che il Santo Padre ha benignamente concesso "*ad quinquennium*" la richiesta facoltà, cioè di autorizzare i Vescovi che ne facciano richiesta, ad ammettere laici, provvisti delle qualità richieste dal can. 1589, § 1, a svolgere la funzione di Difensore del Vincolo e di Promotore di Giustizia, in casi di vera necessità a giudizio dello stesso Vescovo e "*ad singulas causas*", purchè non si tratti di cause nelle quali intervengano chierici sia come attori sia come convenuti.

Profitto della circostanza per confermarmi con sensi di profonda venerazione di Vostra Eminenza Reverendissima dev.mo in Domino.- G. Card. VILLOT.

* Cardinali Praefecto Signaturae Ap., Prot. N.283927. Adn. Z. GROCHOLEWSKI in PrM 66 (1977) 271-295.

4417

1975 NOV 19. - SC pro INSTIT. CATH., RESP. PART.*

Animadversiones fiunt in novam rationem instituendi candidatos ad sacerdotium a Conferentia Episcopali Galliae propositam

Excellence, Notre Congrégation a pris aussitôt connaissance du document que l'Episcopat français vient d'élaborer, dans son Assemblée de novembre à Lourdes, à l'intention des responsables de la formation du clergé en France, et qui nous est communiqué par les soins de la Conférence épiscopale française.

Nous sommes sincèrement heureux de ce texte pour la haute qualité doctrinale dont il témoigne et pour la volonté unanime des évêques qu'il manifeste: c'est le fruit d'un long effort que nous n'avons cessé de suivre.

Délibérément, la Conférence épiscopale s'est imposé des limites que le titre choisi exprime clairement: "Aux éducateurs, pour una pratique de la préparation au ministère presbytéral". Le document "ne descend pas dans le détail, qui peut relever d'un règlement et d'une charte propre à chaque institution; il se contente de dire ce qui semble de toute manière indispensable comme orientations ou exigences essentielles pour la préparation pratique au ministère presbytéral". Afin de répondre pleinement à *Optatam totius*, n. 1, le document ainsi compris demande donc à être complété, en particulier et dès que possible, par une *Ratio studiorum*.

Tel qu'il se présente, ce texte a, sans aucun doute, le mérite d'une haute inspiration spirituelle et sacerdotale. Par ailleurs, il veut inscrire profondément la formation des futurs prêtres dans la ligne de la pastorale d'ensemble de l'Episcopat français et dans la pleine realité de la vie actuelle de l'Eglise en France.

Pour servir au mieux le développement du travail entrepris et sans préjudice de la préparation d'une *Ratio studiorum* et de quelques retouches demandées, notre Congrégation exprimera donc, dans la ligne adoptée, deux considérations qui lui apparaissent toutefois comme une condition indispensable pour la mise en oeuvre du projet tel qu'il est conçu.

La première concerne précisément les garanties d'une application effective de ce document qui déclare s'abstenir pour son compte d'entrer dans le concret de la vie des Séminaires. En effet, les déterminations que le document ne contient pas restent indispensables pour la vie des institutions. La Congrégation estime donc que serait très opportune la création d'une "Commission épiscopale" qui, ayant la confiance des Séminaires, puisse prendre avec eux des contacs réguliers et les accompagner dans le travail de mise en oeuvre d'une règle propre: l'expérience, en quelques nations, s'est révélée sur ce point facile et féconde. La 'Commission technique consultative" prévue par l'Assemblée de Lourdes en 1972 ne pourrait-elle pas remplir un tel rôle, à condition qu'on ait un peu élargi sa mission?

Plus délicate est la question des "Groupes de formation". Le décret conciliaire ne prévoyait rien de tel. Pas plus que la *Ratio fundamentalis*. La Congrégation ne peut donc s'engager sur une telle expérience. Il nous paraît cependant qu'elle appelle, en toute hypothèse, un certain nombre de conditions précises. On peut en énumérer trois:

1° Que les" groupes de formation", dans leur première étape, restent sous la responsabilité effective des évêques avec une "équipe animatrice" et non simplement un homme responsable, et que chacun des groupes soit relié organiquement à d'autres centres de formation.

2° Que la deuxième étape, ou temps plein de formation, dure au minimum quatre ans.

3° Enfin que, pendant cette deuxième période, les groupes se retrouvent à l'intérieur d'ensembles diversifiés.

Telles sont, Excellence, les observations que notre Congrégation croit devoir formuler à l'endroit du document épiscopal.

Il nous reste à souhaiter qu'il soit un bon point de départ pour le travail ultérieur. Tous y reconnaîtront la ferme volonté épiscopale de préparer à l'Eglise de France des prêtres tels que les veut l'Eglise et tels que les réclame ce temps. Les évêques trouveront, nous n'en doutons pas, dans les responsables des Séminaires de France, les collaborateurs généraux et compétents que cette tâche exige.

Veuillez agréer, Excellence, pour vous-mêmes et pour tous les membres de la Conférence épiscopale, l'assurance de nos sentiments respectueux et dévoués. - Gabriel Card. GARRONE, *Préfet*. J. Schröffer, *Secrétaire.*

* Praesidi Conferentiae episcopalis Galliae: Doc. Cath. 73 (1976) 61.

4418

1975 NOV 24. - SC pro RELIGIOSIS, RESCRIPTUM. PART.*

Facultas datur eligendi Superiores Maiores O. F. M. Conv. per suffragium universale et directum ab omnibus Provinciae vel Custodiae Fratribus

PRECES. - *Beatissime Pater*, Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum Conventualium, nomine Capituli Generalis extraordinarii Assisii celebrati anno 1975, a Sanctitate Tua humiliter petit ut, in Provinciis et Custodiis Ordinis, Superiores Maiores eligi possint per suffragium directum ab omnibus Fratribus sollemniter professis, iuxta modalitates praevisas prout continentur in litteris diei 27 iunii 1975. Et Deus, etc.

RESCR. - Sacra Congregatio pro Religiosis et Institutis saecularibus, attentis expositis, annuit pro gratia iuxta preces, experimenti causa usque ad proximum Capitulum Generale, servatisque ceteris de iure servandis.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, die 24 Novembris 1975. - Augustinus Mayer, O. S. B., *Secretarius.* Basilius Heiser, O. F. M. Conv., *Subsecretarius.*

* Ministro Generali O. F. M. Conv., Prot. N. C. 86-1/75: COFMConv 72 (1975) 230.

4419

1975 NOV 29. - SIGNATURA APOST., SENTENTIA. PART.*

Infirmatur sententia tribunalis inferioris nullitatem matrimonii declarantis e capite impotentiae sic dictae 'moralis", ob defectum nempe communionis vitae amorisque coniugalis

DIOECESIS ULTRAIECTEN.

Nullitatis matrimonii

SPECIES FACTI

I. Dominus S. M., natus a. 1937 in urbe F. (Italia), matrimonium contraxit die 12 februarii 1963 in Arnhem (Neerlandia) cum domina R. T., nata a. 1942. Tertio circiter mense a matrimonio nata est filia.

Mense iunio eiusdem anni vir uxorem deseruit et in Helvetiam se contulit. Ratio praecipua huius desertionis videtur fuisse intolerantia viri erga parentes uxoris – praesertim erga matrem – cum quibus coniuges inde ab initio cohabitarunt. Anno 1964 uxor divortium petiit. Hoc autem concessum non est, nisi anno 1968, cum vir in Neerlandiam rediit.

Anno 1970 vir matrimonium civile inire postulavit cum C. B.; at cum esset italicus et in Italia divortium non vigeret, matrimonium celebrare non potuit.

Tunc mater dominae C. B., die 6 maii 1970, litteras ad Episcopum Haarlemen. scripsit, rogans ut ipse a R. Pontifice facultatem postularet in favorem domini S. His litteris motus, Officialis Tribunalis Haarlemen. colloquium habuit simul cum S. M. et C. B., e quo apparuit competentiam in causa nullitatis matrimonii de quo agitur, ad Tribunal spectare Ultraiectense.

Dubium proinde a Tribunali Ultraiectense concordatum est his verbis: "*An constet de nullitate matrimonii in casu e capite defectus consensus*".

Sententia lata est die 12 augusti 1971, hac formula: "*Constare de nullitate matrimonii in casu e capite defectus consensus, nempe e capite impotentiae moralis*".

Appellatione interposita ad Tribunal Haarlemen., sententia secundi gradus lata est die 28 septembris his terminis: "En conclusion nous ratifions le jugement rendu par le Tribunal d'Utrecht en nous ralliant au point de vue de ce dernier, selon lequel il n'y a pas de mariage, au titre d'impuissance morale relative et au titre subsidiaire de consentement défectueux: ce dernier titre devant être consideré au moins en ce qui concerne le demandeur".

II. Tribunal Ultraiecten. die 5 septembris 1972 communicavit cum Supremo Tribunali Signaturae Apostolicae hanc sententiam definitivam pro eius exsecutione ad effectus civiles in Italia. Signatura autem Apostolica acta postulavit processus primae et secundae instantiae, quibus inspectis, et omnibus casus adiunctis attente perpensis, in Congressu diei 27 iunii 1973, decrevit: "Consulendum Ss.mum pro commissione Signaturae Apostolicae iudicii de merito in tertia instantia coram quinque Cardinalibus"

Ss.mus die 9 iulii 1973 concessit Commissionem, iuxta votum Congressus.

Actori, renuenti Patronum sibi constituere, Patronus ex officio datus est Adv. Carolus Tricerri, qui putavit aliud nullitatis caput posse adduci, nempe vis et metus.

Mulier conventa, legitime citata, per parochum declaravit necessitatem non videre novae instructionis.

Dubium concordatum est die 31 oct. 1974, sueta formula: "*An constet de nullitate matrimonii in casu*".

IN IURE

III. Iudices primae et secundae instantiae, in eorum sententiis nituntur principiis iuridicis quae nullimodo congruunt cum doctrina catholica de matrimonio, prout etiam proponitur in Constitutione *Gaudium et spes* Concilii Vaticani II et cum recta iurisprudentia, ideoque nullimodo probari possunt (cfr. quae Hoc Supremum Tribunal edixit in Haarlemen. diei 5 decembris 1. 1972: *Periodica*, 62 (1973) p. 567 ss.; *Apollinaris* XLV (1973) p. 281 ss.).

En aliqua ex sententia primi gradus: "La récente évolution qui s'est manifestée dans la pratique iuridique de l'Eglise par rapport au mariage, se base sur la définition de ce mariage tel qu'on la trouve dans la Constitution pastorale *Gaudium et spes* du Vatican II.

Comme on le sait, sans doute, on met dans ce document l'accent sur le fait que le mariage est à concevoir comme une 'union', consistant en la communauté intime de vie et d'amour conjugal. "Devenus par l'union conjugale non plus deux, mais une seule chair" (*Mt.* 19, 6), l'homme et la femme, de par leur intimité personnelle réciproque et leur etroite collaboration, s'assistent et se rendent service mutuellement, vivant leur union dans une plénitude qui ne cesse de s'accroître".

C'est cette vision du Vatican II qui permet, – dans les procédures se rapportant aux cas qui nous sont soumis et où nous devons traiter de situations dans lesquelles il est question de mariages dissous de fait – d'adopter tout d'abord la réalité de cette désintégration comme base de départ ...

Si nous prenons au sérieux la réalité d'un mariage dissous de fait, la considérant à partir de cette vision du mariage, selon laquelle ce dernier est une union de vie – conformément aux textes de *Gaudium et spes* – alors les causes concrètes de l'échec du mariage impliquent aussi le plus souvent les raisons pour lesquelles on peut dire de ce mariage que – nous employons des termes traditionnels – sa validité fait défaut; ou, et s'est là une manière de parler que nous préférions, qu'un tel mariage, même s'il a été contracté d'après les normes canoniques, ne saurait être invoqué absolument comme devant empêcher un nouveau mariage religieux éventuel ...

... Le principe traduit par le vieil adage "consensus facit matrimonium" acquiert une portée beaucoup plus grande. Dans la conception qui veut que le mariage soit une union, le 'consensus' n'a plus ce caractère momentément (sic) juridique d'un droit existentiel, d'engagement d'une union de vie.

Si l'on accepte ce sens, on verra qu'il se présente entre *commencement* du mariage et *existence* du mariage une relation beaucoup plus intime.

La réalisation d'une véritable union demande nécessairement qu'elle soit réellement et pleinement voulue dans toutes ses implications, dans toute son ampleur.

Pour pouvoir parler de consentement défectueux, plus n'est besoin alors de démonstrer qu'un des élements essentiels du mariage se trouve positivement exclu. Par rapport à la fidélité conjugale et à l'unité au sein du mariage, cela n'arrivera

http://www.obrascatolicas.com

que rarement de cette manière. Pour pouvoir constater une défectuosité dans le consentement, il suffira qu'on s'aperçoive clairement de ce que l'union dont il est question n'a pas été, dans toute sa réalité, l'objet d'une volonté réelle et sérieuse.

C'est ainsi qu'à propos de mariages, contractés dans une situation où il y a contrainte de la part du milieu social, parce que la jeune fille intéressée est devenue enceinte – même s'il n'y a pas de contrainte au sens classique du mot – il faudra se demander si les conjoints, alors, ont effectivement voulu cette union conjugale, ou s'ils ont voulu plutôt y trouver une solution à leurs difficultés.

Quand il s'agira de porter un jugement en cette matière, la première période du mariage se révélera avoir une importance particulière.

Si l'on a vraiment voulu une union de vie, il faudra que la réalisation de cette union se manifeste plus ou moins dans la manière don le tout évolulue. Si cette manifestation fait au contraire défaut, si la relation conjugale s'avère défectueuse dès le début et si dès le commencement la courbe qualitative descend au lieu de monter, alors une forte présomption pesera contre l'existence réelle du mariage, du fait d'un consentement défectueux.

Comment, en effet, pourra-t-on parler de la "naissance" d'une union, s'il n'y a guère eu question d'existence? ".

Judices secundae instantiae, etsi brevius rem absolvant, eamdem matrimonii conceptionem produnt. Ipsi enim declarant: "La lecture de cette cause provoque la réaction spontanée que ce mariage de peu de durée (de quatre mois à peine) n'a pas pu être un vrai mariage. Il n'a pas eu l'occasion de s'épanouir jusqu'à devenir une communauté normale de vie et d'amour".

IV. Ex his patet iudices utriusque instantiae principium "matrimonium facit partium consensus" sumere sensu omnino diverso ac doctrina communis et recta ac constans iurisprudentia. Praeterea gratis ac erronee asseritur Concilium Vaticanum II hanc mutavisse doctrinam.

Principium "matrimonium facit partium consensus" est proprium Magisterii Ecclesiae et doctrinae catholicae, sive canonicae sive theologicae, utpote principium fundamentale iuris naturalis (cfr. H. Denzinger - A. Schönmetzer, *Enchiridion Symbolorum*, nn. 643, 755, 756, 1327, 1497, 1813, 3713, 3701).

Consensus matrimonialis est actus voluntatis quo vir et uxor mutuo, perpetuo et exclusive se ipsos tradunt et accipiunt in ordine ad actus proprie coniugales. Iam Cynus Pistoriensis († 1336) efferendo differentiam inter contractus rerum, et matrimonium quod est contractus personarum: "Et advertatis, aiebat, pro tanto dicitur contractus matrimonii contractus personarum: quia in eo debetur persona personae, id est, quia persona debet seipsam. Secus est in aliis contractibus. Nam si ego promitto tibi decem, persona mea tibi obligatur. Sed personam meam tibi non debeo, et pro tanto illi dicuntur contractus rerum: licet sit personalis obligatio; merito ergo matrimonium suo respectu dicitur contractus personarum, quia duas personas quodammodo facit unam: et efficit quod persona quae habetur, habet; et quae habet, habetur" (*Super Codice et Digesto*, lib. V, tit. I, *De sponsalibus et sponsalitiis et proxenetis*, Lugduni 1547, fol. 2002). Eadem, maxima proprietate, repetebat Th. Sánchez: "Consistit ergo essentia matrimonii seu matrimonium ipsum in vinculo, quo formaliter sunt coniuges uniti, quod oritur ex mutua traditione" (Th. Sánchez, *De sancto matrimonii Sacramento*, lib. II, disp. I, n. 6). Haec mutua nupturientium traditio novam inter ipsos relationem iuridicam causat, id est matrimonium seu coniugium, quod est unum, sed duobus terminis constans, scilicet marito et uxore (cfr. S. Thomas, *Summa Theologica, Pars III, Supplem.*, qu. 44, art. 1, sed contra). Matrimonialis consensus, seu huiusmodi mutua donatio, est causa efficiens, intrinseca et essentialis matrimonii (cfr. S. Thomas, *Summa Theologica, Pars III, Supplementum*, qu. 44, a. 3; qu. 51, a. 1; D. Staffa, *De condicione contra matrimonii substantiam*, ed. 2a, p. 7 ss.). Haec mutua donatio proprium habet intrinsecum finem et specificum obiectum; etenim finis proximus actus idem est ac obiectum et ab hoc recipit speciem (S. Thomas, *De malo*, qu. 2, a. 4, ad 9. Cfr. etiam *Summa Theologica*, I, II, qu. 1, a. 3 et ad 2), et "Cum matrimonium sit coniunctio ad aliquid unum, talis coniunctio in speciem trahitur per illud ad quod ordinatur" (*Summa Theologica, Pars III, Supplementum*, qu. 44, a. 3); est nempe ordinata ad actus proprie matrimoniales (can. 1081, § 2), id est ad actus per se aptos ad mutuam unionem perficiendam et ad prolem generandam quibus coniuges fiunt 'una caro' (*Matth.* 19, 4-6) et mutua donatio consummatur. Iamvero coniuges fiunt duo in carne una, quando iunguntur ad efformandum unum camale generationis perfectum iustumque principium (Card. Caietanus, apud L. Ferraris, *Bibliotheca*, ed. a. MCMXCIX, Tom. IX, Supple-

mentum, cfr. V. *Unum*). E quibus eruitur obiectum formale matrimonialis consensus esse individuam vitae consuetudinem, ad prolem generandam et educandam ordinatam (cfr. Th. Sánchez, *o. c.*, Lib. II, disp. XXVIII, n. 3).

Eadem Const. *Gaudium et spes* docet de matrimonio, id est de "actu humano, quo coniuges sese mutuo tradunt atque accipiunt", dicens "institutum matrimonii amorque coniugalis ad procreationem et educationem prolis ordinatur" (n. 48); "intima unio, utpote mutua duarum personarum donatio" (ibid.); "matrimonium et amor coniugalis indole sua ad prolem procreandam et educandam ordinantur" (n. 50, initium). Eadem repetuntur in Litteris Encycl. *Humanae vitae* § 8: "per mutuam sui donationem, quae ipsorum propria est et exclusoria, coniuges illam persequuntur personarum communionem, qua se invicem perficiant, ut ad novorum viventium procreationem et educationem cum Deo operam socient" (AAS LX (1968), p. 486). In tota ergo traditione Ecclesiae, consensus matrimonialis intelligitur tamquam actus voluntatis indolis pacticiae, quo legitime posito, oritur relatio iuridica seu vinculum quo vir et mulier constituuntur maritus et uxor, cum iuribus et obligationibus coniugum propriis. Quia agitur de actu voluntatis indolis contractualis, haec relatio pergit existere independenter a coniugum voluntate subsequenti. Hoc actu voluntatis traduntur et acceptantur ipsae personae coniugum, et personae ipsae coniugum, sub specifica formalitate consideratae, constituunt obiectum huius actus voluntatis, qui est pactio quaedam seu contractus, etsi peculiaris naturae (cfr. W. Bertrams, *Notae aliquae quoad structuram metaphysicam amoris coniugalis*, in *De matrimonio coniectanea*, Romae 1970, p. 77).

V. Matrimonium hoc sensu "contractus" communiter accipitur a theologis, a canonistis et a Magisterio ordinario (cfr. Denzinger-Schönmetzer, *op. cit.*, n. 2598, 2966, 3145 ss. et can. 1012). Verbo "contractus" substantialiter intelligitur: *a*) Actus bilateralis quo matrimonium initur, et ita requiritur liber consensus utriusque partis; *b*) hic actus debet tendere in idem placitum (obiectum): quod est consortium proprium vitae coniugalis, in quo habetur, uti elementum essentiale, ius in corpus perpetuum et exclusivum in ordine ad actus per se aptos ad prolis generationem; *c*) hoc actu voluntatis fit matrimonium in concreto, id est creatur illa relatio iuridica seu vinculum, quo vinciuntur maritus et uxor cum iuribus et obligationibus propriis matrimonii; *d*) vinculum pergit subsistere independenter a subsequenti voluntate contrahentium, ita ut ne ipsa quidem positiva revocatio consensus praestiti, eius validitatem afficiat.

Matrimonii definitionem illustrans, aiebat Th. Sánchez: "dicitur *coniunctio*, quia in hac consistit matrimonii essentia ...; *maritalis*, id est orta ex mutua traditione, ut explicetur fundamentum ...; *viri et feminae*, ut explicetur subiectum inter legitimas personas, hoc est non habentes impedimentum dirimens: dicitur *individuam vitae consuetudinem retinens*, id est perseverantem, ut explicetur finis matrimonii ...; *et non esse solubile*, sicut alia vincula contractuum, quae mutuo consensu tolluntur" (Th. Sánchez, *op. cit.*, lib. II, disp. I, n. 8).

De Constitutione *Gaudium et spes* Concilii Vaticani II recolendum est imprimis ipsam voluisse quaedam solummodo de matrimonio et familia tradere, potius eorumdem momentum ac valorem existentialem, uti aiunt, in lucem ponendo, quam adspectus proprie iuridicos.

En verba Commissionis: "In textu pastorali, qui dialogum cum mundo instituere intendit, elementa illa iuridica non requiruntur ... Insuper in textu, qui stylo directo et pastorali mundum alloquitur, verba nimis technica ... vitanda apparent" (Modus 15c et 15f; nec non Modus 15a. Cfr. de his U. Navarrete, *Structura iuridica matrimonii secundum Concilium Vaticanum II*, Romae 1968, p. 34). Non obstante eius indole pastorali, in Const. *Gaudium et spes* doctrina, iuxta quam matrimonium actu voluntatis indolis pacticiae seu contractualis, sensu indicato, initur, perspicuis verbis et modo prorsus indubio proponitur.

En textus fundamentalis: "Intima communitas vitae et amoris coniugalis, a Creatore condita suisque legibus instructa, foedere coniugii seu irrevocabili consensu personali instauratur. Ita actu humano, quo coniuges sese mutuo tradunt atque accipiunt, institutum ordinatione divina firmum oritur etiam coram societate; hoc vinculum sacrum intuitu boni, tum coniugum et prolis tum societatis, non ex humano arbitrio pendet" (n. 48).

In hoc textu notanda sunt quae sequuntur:

1) *Matrimonium in facto esse* definitur "*intima communitas vitae et amoris coniugalis*". Ceterum notio matrimonii

uti "vitae coniugalis communio" (cfr. can. 1128), "communio vitae" (cfr. can. 1129), "consortium totius vitae", "coniunctio consuetudinem vitae retinens" et alia huiusmodi est tritissima in traditione canonica. Unde ex illa notione Conc. Vaticani II, nihil novi in re iuridica erui potest.

2) Haec "intima communitas vitae et amoris coniugalis" confici non potest arbitrio hominum in eius indole, firmitate, fine, sed est "*a Creatore condita suisque legibus instructa*".

3) Haec communitas vitae instauratur, seu initur, *foedere* quod vocatur "foedus coniugii", verbis: " *seu irrevocabili consensu personali*". Foedus coniugale est idem ac irrevocabilis consensus personalis, quo matrimonium initur (*matrimonium in fieri*). Hic ergo actus, quo matrimonium initur, est naturae *pacticiae* seu *contractualis*, sensu supra indicato, secus ei non esset nomen *foederis* nec consensus dici posset *irrevocabilis*, quia tantummodo consensus est irrevocabilis quatenus, semel praestitus, eius revocatio per actum contrarium non destruit effectum quem produxerat, id est, vinculum matrimoniale.

4) Obiectum consensus – qui consensus dicitur *actus humanus*, ut eius voluntarietas et libertas efferatur – declaratur esse *coniuges ipsos*: "Ita actu humano, quo *coniuges sese* mutuo tradunt atque accipiunt ...".

5) Indoles pacticia consensus etiam ex eo confirmatur quod matrimonium initur "actu humano quo coniuges sese *mutuo tradunt* atque accipiunt ...". Indoles enim actus huiusmodi talis est ut, semel legitime positus, suum effectum iuridicum – tradendi et acceptandi – producat, qui tota vita coniugum perseverat, independenter a subsequenti voluntate eorum qui actum posuerunt.

6) Effectus huius actus, quo contrahentes sese mutuo tradunt atque accipiunt est "*institutum ordinatione divina firmum* etiam coram societate"; semel effectum actu illo humano "quo coniuges sese mutuo tradunt atque accipiunt", seu "*irrevocabili consensu personali*", vinculum non desinit existere, etiam si desinat amor vel cesset voluntas coniugum manendi in relatione mariti et uxoris vel pessumdetur "intima communitas vitae et amoris coniugalis", in sua realitate – uti dicunt – existentiali.

7) Hoc ipsum institutum vocatur *vinculum sacrum*, et ita confirmatur sacra natura et vis illius actus voluntatis quo coniuges sese mutuo tradunt atque accipiunt, et permanentia eius effectus, independenter a voluntate contrahentium.

8) Affirmatur denique quod 'hoc vinculum sacrum' semel contractum 'non ex humano arbitrio pendet', et quidem propter bonum 'tum coniugum et prolis tum societatis', et ita non solum vis iuridica illius actus voluntatis quo matrimonium initur, sed et permanentia vinculi independenter a voluntate coniugum et eius intrinseca indissolubilitas iterum asseverantur.

Ex his patet falsum esse Concilium mutavisse doctrinam de consensu matrimoniali, veluti si traditionali notioni, consensum quemdam exsistentialem, uti dicunt, substituisset, quo cessante et ipsum vinculum matrimoniale ipso facto desineret exsistere (cfr. Nostrum Sacrum Tribunal: Haarlemen., *Nullitatis matrimonii*, diei 5 decembris 1972, in *Periodica* 62 (1973) 575-578; et *Apollinaris* XLVI (1973) p. 288).

VI. Instat sententia primi gradus, quam sententia appellationis confirmat: "Ce mariage est invalide: parce qu'il n'y a jamais eu question d'une intime 'communauté de vie et d'amour conjugal' ".

Videndum est ergo quo sensu matrimonium in sua essentia sit: *a*) communio vitae; *b*) communio amoris; *c*) essentaliter ordinata ad prolem.

a) De *communione vitae* haec dicenda sunt. Matrimonium in sua ipsa essentia a Concilio Vaticano II concipitur, ut vidimus, "utpote mutua duarum personarum donatio" (Const. *Gaudium et spes*, n. 48), qua "intima communitas vitae et amoris coniugalis ... instauratur" (*ibid.*). Matrimonium ergo non est societas ad quam constituendam coniuges non afferant nisi corpus materialiter acceptum. S. Thomas ait: "matrimonium ... non est essentialiter ipsa coniunctio carnalis, sed quaedam associatio viri et uxoris" (*Summa Theologica, Pars III, Suppl.*, qu. 48, a. 1). Hostiensis vero: "matrimonium est consensus maris et feminae habitus in praesenti quo sicut animi legitime sunt uniti, sic corpora" (*Summa*, IV, *de matrimoniis*, n. 3). Codex ipse iuris canonici edicit: "Ut matrimonialis consensus haberi possit, necesse est ut contrahentes saltem non ignorent matrimonium esse societatem permanentem inter virum et mulierem ad filios procreandos" (can. 1082, § 1): societas autem vere coniugalis nedum corporum, sed et animorum permanenti unione instauratur. Quaeritur ergo, utrum attenta hac matrimonii natura, obiectum formale consensus matrimonilis sit exclusive ius ad actus proprie coniugales seu per se aptos ad procreandam prolem, an etiam communio vitae et quatenus. Recolendus est imprimis nexus indissolubilis "inter significationem unitatis et significationem procreationis, quae ambae in actu coniugali insunt" (Enc. *Humanae vitae*, § 12: AAS LX (1968) p. 488). E relatione coniugali, ad prolem procreandam et educandam ordinata, necessario oritur vitae communio, seu inter virum et mulierem permanens societas, quae proprie ex hac ad prolem ordinatione, ab aliis societatibus seu vitae communis speciebus distinguitur. Potest enim haberi amor et communio vitae inter personas diversi sexus etiam extra matrimonium, utpote inter fratres et sorores vel amicos, uti iam animadvertebat S. Augustinus: "Poterat enim esse in utroque sexu etiam sine coniunctione ..., amicalis quaedam et germana coniunctio" (*De bono coniugii*, cap. 1, 1: Migne, P. L. 40, 374); cum quo concordat S. Thomas: "Dicitur mulier esse facta in adiutorium viri, sed non ad aliud opus nisi ad generationem, quia ad quodlibet aliud opus convenientius adiuvari potest vir per virum quam per mulierem" (*Summa Theologica*, I, qu. 98, a. 2). Propterea "substantia matrimonii consistit in consensu ad societatem coniugalem, sub quo tacite includitur ad perpetuam societatem, ad fidem mutuo sibi servandam, prolemque susciplendam, quae sunt tria bona matrimonii ...; ergo conditiones quae his adversantur, destruunt substantiam matrimonii et consequenter ipsum annullabunt" (Th. Sánchez, *op. cit.*, lib. V, disp. IX, n. 3). Exclusio iuris etiam temporanea, ad actus vere coniugales, matrimonium irritat, sive ius ipsum excludatur libidinis explendae causa tantum modo nefando, sive castitatis servandae. Invalidum est ergo matrimonium initum sub his conditionibus: dummodo post primum filium generationem vitemus; dummodo actus vere coniugales perficiantur diebus tantum infecundis (diebus agenesiacis); dummodo actus coniugales vitemus tempore quadragesimae vel sextis feriis, "quia conditio haec est contra totalem corporis traditionem" (F. Schmalzgrueber, *Ius ecclesiasticum universum*, L. IV, tit. V, n. 124; cfr. etiam D. Staffa, *op. cit.*, p. 20, nota 29 et p. 39). E perpetuitate et exclusivitate iuris ad actus coniugales necessario oritur communio, sine qua ius ipsum exerceri non potest. Propterea "communio vitae" seu " individua vitae consuetudo", "consortium omnis vitae", ad essentiam pertinet matrimonii quatenus accipiatur ut ius perpetuum, id est non intermissum, ad actus coniugales, vel ut "conditio sine qua non" ius ipsum exerceri non potest (cfr. Th. Sánchez, *op. cit.*, L. V, disp. X, n. 3 et L. IX, disp. IV, nn. 2-3; cfr. etiam Litter. Encycl. *Humanae vitae*, § 8, quam citavimus).

Si quis matrimonialem consensum revere limitat, uxorem cogens in separata domo habitare, ut eam e. gr. nonnisi semel in mense adeat ad matrimonio utendum, invalide contrahit. Consensu ergo matrimoniali individua vitae consuetudo nupturientium causatur quae, ex hoc ipso quod ad prolem generandam et educandam ordinatur, intimam et quodam modo moraliter continuam communionem necessario secumfert ac merito dici potest communitas amoris, ut statim videbitur. Individua unitas vitae sexualis, seu communionis amoris, ad bonum fidei reduci potest (cfr. Encycl. *Casti connubii*, nn. 23 et 60: AAS XXII (1930), pp. 547-550). Nec aliud ius ad essentiam communionis vitae coniugalis pertinere usque adhuc constat, praeter hoc ius ad individuam unitatem vitae sexualis: id est communio vitae matrimonialis proprie dictae, in communione vitae consistit quoad actus matrimoniales proprie dictos.

b) Amor accipi potest ut erotica inclinatio "quae, egoistice exculta, citius et misere evanescit" (Const. *Gaudium et spes*, n. 49); ut *affectus* a voluntate dirigendus (cfr. *ibid.*). In *Relatione ad textum recognitum Const. Gaudium et spes* "proponitur ut dicatur ...: amor de quo hic, non est actus, sed *habitus*" (p. 16 ad n. 53, A) seu *status facti*, qui necessarius est ut vita coniugalis suos reapse fines assequatur. Si ita suscipitur, amor non est actus voluntatis, ideoque consensum matrimonialem non ingreditur, quamvis ad matrimonialis vitae perfectionem, ad coniugum pacem et bonum enixe et continuo fovendus sit. Amor momentum habet in iure dummodo intelligatur ut actus liberae voluntatis (Encycl. *Humanae vitae*, n. 9: AAS LX (1968), p. 486) legitime manifestatus quo matrimonium initur: tunc autem amor, seu actus amoris quo nupturientes sese mutuo donant, idem est ac matrimonialis consensus. Est ergo *actus voluntatis*, non confundendus cum inclinatione, passione, impulsu vel motivo qui subiectum determinat ad eum eliciendum, quique diversus ab affectu vel habitu esse potest, quique, ut diximus, nullius

http://www.obrascatolicas.com

momenti est in iure, quique mutare potest, deesse aut deficere, dum e contra consensus matrimonialis est irrevocabilis (*Relatio ad schema receptum* explicite excludit: "deficiente amore etiam requisito, matrimonium nullum fieri" (p. 103, ad n. 61, A). Negandum est ergo amorem ut affectionem actualem vel habitualem seu statum facti esse principium seu fundamentum matrimonii (cfr. e. gr. H. Häring, *Il matrimonio problema scottante*, Roma 1969, p. 25), secus unitatis et indissolubilitatis vinculi fundamentum corrueret, sicut malo facto e praxi tribunalium constat quae hanc amoris et matrimonii notionem receperunt. Si e contra amor accipiatur ut actus voluntatis quo sponsi mutuo "sese tradunt atque accipiunt" ac constituuntur maritus et uxor, amor idem est ac consensus matrimonialis. Hoc actu unusquisque coniugum dat alteri propriam personam atque personam alterius acceptat, et quidem in perpetuum et exclusive, in ordine ad actus qui natura sua sunt maxime expressivi amoris coniugalis. Nisi eliciatur hic actus voluntatis, qui essentialiter est traditivus suipsius – ac proinde actus amoris – matrimonium non initur. Hoc sensu et tantum hoc sensu, amor pertinet ad causam efficientem, intrinsecam et essentialem, contractus matrimonialis, et consensus matrimonialis vocari etiam posset actus amoris, quo voluntas utriusque partis tradit et acceptat ius in corpus, perpetuum et exclusivum, in ordine ad actus per se aptos ad prolis generationem, id est ad actus proprios amoris coniugalis. Attamen, ne detur locus confusioni, affirmandum est consensum matrimonialem producere effectum proprium, scilicet matrimonium in facto esse, non quatenus est actus amoris, sed quatenus est actus voluntatis indolis pacticiae, quo nimirum utraque pars constituere intendit societatem coniugalem cum iuribus et officiis, quae propria sunt matrimonii.

A. C. Jemolo exempla adducit, quibus nonnulli abusi sunt, ad impugnandam notionem traditam matrimonii ...: "Persino nel caso estremo di colui che con un intento di vendetta familiare sposasse una donna con la precisa intenzione di farla soffrire, di rendere la sua vita un martirio, e di fare soffrire ed umiliare i suoi parenti, si avrebbe peccato mortale da parte sua, ma sol che egli non avesse con positivo atto di volontà escluso la *traditio-acceptatio* dello *ius in corpus*, né alcuno dei tre elementi, della prole, della fedeltà, della indissolubilità, il matrimonio resterebbe valido, non potendo invalidarlo la intenzione *causam dans*, il fine pravo propostosi; valido ancora nel caso dell'uomo, che, sempre senza escludere la *traditio-acceptatio*, già meditasse l'uccisione della moglie" (A. C. Jemolo, *Il matrimonio nel diritto canonico*, 1941, p. 76). Censemus e contra, iuxta superius dicta, nullum in utroque casu esse vinculum, quia in utroque casu consensus non tantum in suo fine extrinseco (quod accidit si elicitur ob aliquod minus rectum motivum a natura matrimonii alienum), sed in ipsa causa intrinseca vitiatur; quia vir nullimodo suipsius donationem facit sponsae, immo mutuae donationi, in qua matrimonium consistit, sua prava ac dolosa voluntate substituit odium; loco ordinationis ad prolem aliud primo et per se intendit, id est nocumentum coniugi, contra naturam ipsam contractus matrimonialis (habetur vero, in casu, simulatio consensus matrimonialis). Etenim "matrimonii finis ... ratione sui ... est traditio potestatis corporis alteri coniugi et mutua nimorum coniunctio" (Th. Sánchez, *op. cit.*, L. II, disp. XXX, n. 14). Elicito tamen matrimoniali consensu, seu actu amoris, quo uterque nupturiens semetipsum alteri tradit ad actus et vitam coniugales, vinculum perpetuo manet, etiamsi amor minuatur aut penitus cesset aut vertatur in odium.

In Concilio Vaticano II nullus locus habetur in quo asseratur continuitatem amoris esse elementum essentiale ad validitatem foederis coniugalis. E contra non desunt declarationes contrariae (e. gr. "Validitas vero consensus indeque ipsius matrimonii non dependet a particulari gradu perfectionis istius amoris, dummodo consensus sit liber nec positive excludatur unitas, indissolubilitas vel foecunditas: *Adnexum* II, p. 15, apud U. Navarrete, *op. cit.*, pp. 77-78; item Commissio, animadversioni unius Patris, qui "observat in toto hoc capite amorem tantum sublimari ut si deficiat matrimonium cessare videtur", respondet: "De indissolubilitate matrimonii inconcusse constat in textu ... Textus ipse nullo modo insinuat matrimonium, deficiente amore, dissolvi posse: *Modi generales*, 1, b, apud U. Navarrete, *op. cit.* nota 100).

In iure Codicis, merus defectus amoris coniugalis neque causa legitima reputatur separationis coniugum, quoad torum, mensam et habitationem, ad normam can. 1128-1132. Nec doctrina nec iurisprudentia merum defectum amoris coniugalis umquam ut causam legitimam separationis aestimarunt. Concilium nihil de hac quaestione dicit. Ius ergo Codicis pergit immutatum.

Concilium vero asserit quod "haec dilectio (amor coniugalis) proprio matrimonii opere exprimitur et perficitur" (Const. *Gaudium et spes*, n. 49 § 2); matrimonium consummatur actu coniugali "ad quem natura sua ordinatur contractus matrimonialis et quo coniuges fiunt una caro" (can. 1015, § 1). Iuxta doctrinam catholicam, matrimonium ratum et consummatum est indissolubile iure divino (can. 1118).

Coniuges ergo, prima vice qua actum illum ponunt, fiunt una caro atque foedus coniugale obsignant sigillo absolutae indissolubilitatis (de hoc cfr. quae optime scripsit U. Navarrete, *op. cit.* pp. 107-152).

c) In genere "hoc est amare aliquem: velle ei bonum" (S. Thomas, *Summa Theologica*, I, II, qu. 77, a. 4). Bonum autem specificum quod unusquisque nupturiens vult alteri, est eius physica et psychica integratio (cfr. Const. *Gaudium et spes*, n. 49), per donum suipsius, ad actus proprie coniugales (cfr. can. 1081, § 2); et A. Gutiérrez, *Il matrimonio*, Napoli 1974, p. 64).

Non quivis amor proinde aut qualiscumque mutua donatio matrimonium constituit, sed ut iam supra diximus, mutua donatio vere coniugalis, id est mutua, perpetua et exclusiva donatio corporis ad actum matrimonialem, quo nupturientes fiunt una caro (cfr. *Allocutio Pii XII*, diei 29 octobris a. 1951: AAS XXXXIII, (1951), p. 850).

Ordinationem matrimonii ad prolem confirmat, ut vidimus, Const. *Gaudium et spes*: "institutum matrimonii amorque coniugalis ad procreationem et educationem prolis ordinantur" (n. 48); et adhuc: "matrimonium et amor coniugalis indole sua ad prolem procreandam et educandam ordinantur" (n. 50, initium). Item Litterae Encyclicae *Humanae vitae* (AAS LXX (1968) p. 481 ss.): "Quodsi utraque eiusmodi essentialis ratio, unitatis videlicet et procreationis, servatur, usus matrimonii sensum mutui verique amoris ... retinet ... Pariter, si rem considerent, fateantur oportet, actum amoris mutui, qui facultati vitam propagandi detrimento sit, quam Deus omnium Creator secundum peculiares leges in ea insculpit, refragari tum divino consilio, ad cuius normam coniugium institutum est, tum voluntati primi vitae humanae Auctoris" (*ibidem*, p. 489).

VII. Patronus addit caput vis et metus. Quin immoremur in principiis iuris metum quod attinet exponendis, sufficiat recolere can. 1087 § 1: "Invalidum quoque est matrimonium initum ob vim vel metum gravem, ab extrinseco et iniuste incussum, a quo ut quis se liberet eligere cogatur matrimonium".

In facto

VIII. Praeter depositionem actoris et partis conventae, habentur tantummodo depositiones matris, fratris et sororis actoris, qui vix quidquam conferunt ad causam, cuius adiuncta ignorant; et depositio Reverendi parochi qui coniuges non novit nisi occasione celebrationis matrimonii.

Plura refert actor, qui tamen: 1) non est fide dignus; 2) falsa saepe deponit; 3) videtur instructus ab aliquo circa ea quae deponere debebat.

De actoris credibilitate, eius frater non praebet iudicium certum: "non mi sento di dare un giudizio sicuro sul fratello", nec audet negare eum incapacem esse periurii. Rev.dus B., parochus, ait: "Quant à lui, j'ai gardé l'impression qu'il est en moindre mesure digne de foi et de confiance".

Defensor vinculi primae instantiae plures respuit actoris assertiones, quae revera falsae demonstrantur, sive ipsius actoris depositionibus, sive praesertim depositione partis conventae, quae comprobatur fide digna, nec est contra declarationem nullitatis.

Iuxta actorem, ipse dixit matri suae, pridie matrimonii celebrationis, se nolle matrimonium celebrare; sed mater eius nihil scit de hac re; iuxta eundem actorem, ante matrimonium ipse pluries sponsae dixit se eam derelicturum, si res non recte post matrimonium processissent; conventa autem nescit hoc.

Ut videtur, actor instructus est ab aliquo circa ea quae deponere debebat. Dicit enim Rev.dus B. parochus: "Quand j'entends tout cela, j'ai l'impression qu'il a eu un conseilleur qui lui a dit ce qu'il devait dire. Ce qu'il raconte là lui a été soufflé, tandis que les déclarations qu'elle a faites me semblent davantage dignes de foi". Hoc videtur confirmari ex eo quod actor apparet vir illitteratus, et tamen in depositionibus loquitur modo nimis tecnico. Deponit Rev.dus B.: "Je me rappelle qu'il donnait l'impression d'être peu intelligent. Les parents du côté de la femme le trouvent peu intelligent également".

Actoris parentes fere nihil sciverunt de sponsa et de matrimonio. Attamen eorum testimonium momentum habet pro valore matrimonii, siquidem soror cum novit futuram uxorem fratris, in Helvetia, parum ante matrimonium, vidit sponsos mutuo se amare et tum soror tum mater testantur matrimonium, cui et ipsae adfuerunt, celebratum esse cum gaudio, modo prorsus normali.

IX. Sed etiamsi accipiantur depositiones actoris uti fide dignae, nullitas matrimonii probari non potest, sive ex capite defectus consensus, sive ex capite vis et metus.

Quodsi iudices primi et secundi gradus nullitatem matrimonii declararunt ex capite defectus consensus, id evenit quia in falsis principiis iuridicis circa naturam consensus matrimonialis nituntur.

Iudices enim cum censeant matrimonium non oriri ex *uno actu voluntatis* indolis pacticiae, qui vinculum matrimoniale producit uno momento, sed teneant matrimonium effici *consensu continuo*, qui tendit in integritatem vitae et amoris semper crescentem constituendam, concludunt, si haec integratio vitae non habetur, non haberi matrimonium.

Pro ipsis perduratio vitae coniugalis per quatuor menses tantum, constituit praesumptionem vehementem nullitatis matrimonii, in casu, ob defectum consensus, saltem ex parte viri. Ait sententia primae instantiae: "Le Defensor vinculi commence son argumentation comme suit: 'La lecture de la cause S. M. - R. T. provoque la réaction spontanée que ce mariage de peu de durée (de quatre mois à peine) n'a pas pu être un vrai mariage. Il n'a pas eu l'occasion de s'épanouir jusque'à devenir une communauté normale de vie et d'amour.' Eh bien, telle a aussi été la réaction des juges. Mais ceux-ci s'empressent d'ajouter que cette réaction leur semble juste et que, effectivement, il n'y a jamais eu question ici, d'aucune manière, de cette intime communauté de vie et d'amour conjugaux qu'est et que doit être la mariage".

Brevitas durationis vitae coniugalis semper habita est uti indicium nullitatis vinculi, sive ob vim et metum, sive ob positivum actum voluntatis excludentis aliquod elementum essentiale matrimonii, sive ob incapacitatem subiectivam alterutrius coniugum ad verum consensum matrimonialem praestandum, dummodo brevitas vitae coniugalis et defectus integrationis vitae coniugalis non sit tribuendus causis extrinsecis, v. gr. eventui impraeviso qui coniuges dividit. In casu revera adfuit factum magni momenti, quod iudices non satis consideraverunt, id est gravissima difficultas quam inopinate vir expertus est vivendi cum uxoris parentibus, praesertim propter indolem socrus.

Ruina ergo matrimonii tribuenda est difficultatibus provenientibus praesertim e parentibus uxoris cum quibus cohabitare coacti sunt coniuges.

Ad quaesitum: "Come esplicare che questo matrimonio ha preso un fine così rapido?", respondet viri frater: "Perche, come diceva mio fratello, la convivenza con la famiglia di lei era impossibile". Mater dat ulteriores explicationes: "So dire a proposito di difficoltà sorte all'inizio del matrimonio, che mio figlio non voleva stare con i suoceri, tanto è vero che se ne andò in Svizzera, dove sua moglie lo fece chiamare dalla polizia perche tornasse in Olanda. Mio figlio disse alla polizia che era disposta a ricevere sua moglie in Svizzera, perché lui non voleva stare insieme con i suoceri in Olanda. La moglie però si rifiutò di andare in Svizzera"; " ... Come già ho risposto alle domande precedenti, l'unica difficoltà che conosco circa la vita matrimoniale era che mio figlio non voleva stare con i suoceri e dopo pochi mesi di matrimonio se ne andò in Svizzera".

Non obstantibus difficultatibus ortis, vir promptus erat ad continuandam vitam cum uxore, prout patet ex eo quod ipse volebat ut uxor in Helvetiam se conferret, ibique vitam communem restauraret.

Prout legenti acta processus apparet, si coniuges potuissent instituere inde ab initio vitam communem separatim a parentibus uxoris, matrimonium felicem exitum habuisset, etsi suis difficultatibus non carens.

X. Nihil putamus dicendum quoad caput vis et metus, quod Patronus ex officio adduxit in tertia instantia. Qui enim legerit quae supra diximus ad comprobandum non fuisse defectum consensus in casu, facile animadvertet probatum non esse defectum libertatis ab vim et metum gravem ab extrinseco et iniuste incussum, a quo ut actor se liberaret eligere cogeretur matrimonium.

Argumenta desumuntur tantummodo ex aliquibus locutionibus actoris – haud fide digni – quae non confirmantur aliis depositionibus aut modo quo res processerunt quas vidimus. Ex parte familiae uxoris non fuerunt minae graves. Influxus socialis – uti dicitur – in casu adduci nequit. Quis enim serio dicere audebit in Neerlandia, ex eo tantum quod puella praegnans facta est, causari talem complexum circumstantiarum, qui constituat metum ab extrinseco et gravem pro constanti viro, ita ut eligere cogatur matrimonium ut se liberet a metu? Si ipse praeterea in Helvetiam se contulit post nuptias, mulierem deserens, facilius id antea facere potuisset.

Patronus quaesivit novum argumentum in favorem nullitatis matrimonii, ne eamdem viam percurreret ac iudices primae et secundae instantiae, quae ad nullum positivum exitum ducere poterat; at omnia quae cumulat, fundamento carent.

Cum post sententias primi et secundi gradus, quae, nullo solido argumento innixae, nullitatem matrimonii inter dominum S. M. et dominam R. T. declaraverunt, vir novum matrimonium inierit, patet gravissima iudicum responsabilitas.

Patet insuper sententiam nullitatis ad effectus civiles obtinendos transmitti non posse.

Decisio

Quibus omnibus tam in iure quam in facto rite perpensis atque attente consideratis, Nos infrascripti Patres pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, decernimus, declaramus et definitive sententiamus, proposito dubio respondentes: *NEGATIVE*, seu *non constare de nullitate matrimonii*, in casu. - Dinus Card. STAFFA, *Praefectus et Ponens* (*Sequuntur ceterae Cardinalium subsignationes*).

* **Apoll** 49 (1976) 31-48. **Adn.** in **Canon Law Society Newsletter**, n. 36, an. 1978, p. 31-40, n. 37, an. 1978 p. 14-36.

4420

1975 NOV 30.-PAULUS VI, EPIST. AAS 68 (1976) 599-600

Summi Pontificis rescriptum ad litteras Suae Gratiae Rev.mi Doctoris Friderici Donaldi Coggan, Archiepiscopi Cantuariensis:

De sacerdotali mulierum ministerio deque rationibus ob quas Ecclesia Catholica mulieres ad tale sacerdotium non admittit

We write in answer to your letter of 9 July last. We have many times had occasion to express to your revered predecessor, and more lately to yourself, our gratitude to God and our consolation at the growth of understanding between the Catholic Church and the Anglican Communion and to acknowledge the devoted work both in theological dialogue and reflection and in Christian collaboration which promotes and witnesses to this growth.

It is indeed within this setting of confidence and candour that we see your presentation of the problem raised by the developments within the Anglican Communion concerning the ordination of women to the priesthood.

Your Grace is of course well aware of the Catholic Church's position on this question. She holds that it is not admissible to ordain women to the priesthood, for very fundamental reasons. These reasons include: the example recorded in the Sacred Scriptures of Christ choosing his Apostles only from among men; the constant practice of the Church, which has imitated Christ in choosing only men; and her living teaching authority which has consistently held that the exclusion of women from the priesthood is in accordance with God's plan for his Church.

The Joint Commission between the Anglican Communion and the Catholic Church, which has been at work since 1966, is charged with presenting in due time a final report. We must regretfully recognize that a new course taken by the Anglican Communion in admitting women to the ordained priesthood cannot fail to introduce into this dialogue an element of grave difficulty which those involved will have to take seriously into account.

Obstacles do not destroy mutual commitment to a search for reconciliation. We learn with satisfaction of a first informal discussion of the question between Anglican representatives and those of our Secretariat for Promoting Christian Unity, at which the fundamental theological importance of the question was agreed on. It is our hope that this beginning 600
may lead to further common counsel and growth of understanding.

Once again we extend every fraternal good wish in Christ our Lord.

From the Vatican, 30 November 1975. - PAULUS PP. VI.

Adn. in **Doc. Cath.** 73 (1976) 771-780; vide etiam sub die 15 oct. 1976: **LE** n. 4471.

4421

1975 DEC 1.-PAULUS VI, LITT. AP. AAS 68 (1976) 171

In Papua Nova Guinea et Insulis salomonicis Delegatio Apostolica conditur

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. – Cum in Oceania Delegatio Apostolica Sydneyensis, per Litteras Apostolicas "In su-

http://www.obrascatolicas.com

blimi Principis" die XV mensis Aprilis anno Domini MCMXIII a Sancto Pio X Summo Pontifice datas, erecta sit, quae nunc, mutatis rerum adiunctis, nihil aliud comprehendit quam circumscriptiones missionales sacris commissas Praesulibus Conferentiae Episcopalis Papuae Novae Guineae et Insularum Salomonicarum, necesse idcirco est, ut ibidem nova constituatur Delegatio Apostolica. Quae cum ita sint, Nos, omnibus mature perpensis atque consilio considerato Venerabilis Fratris Nostri S. R. E. Cardinalis Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefecti, Apostolica Nostra potestate hasce per Litteras perpetuumque in modum Delegationem Apostolicam in Papua Nova Guinea et Insulis Salomonicis erigimus a Legatione Apostolica in Australia separatam, quae Sedem in urbe metropolitana Portu Moresbiensi habeat atque eidem Sacro Consilio Christiano Nomini propagando obnoxia sit. Huic igitur in praesens a Nobis institutae Delegationi Apostolicae ea omnia et singula deferimus officia, necnon privilegia atque indulta, quae ad huiusmodi Delegationes pertinent. Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub Anulo Piscatoris, die I mensis Decembris, anno MCMLXXV, Pontificatus Nostri tertio decimo. - Ioannes Card. VILLOT, *Secretarius Status.*

4422

1975 DEC 8.-PAULUS VI, ADHORT. AAS 68 (1976) 5-76

Adhortatio Apostolica ad Episcopos, Sacerdotes et Christifideles totius Catholicae Ecclesiae:
De evangelizatione in mundo huius temporis

PAULUS PP. VI

Venerabiles Fratres ac dilecti filii,
Salutem et Apostolicam Benedictionem

1. Evangelii nuntiandi studium notrae aetatis hominibus, spei plenis, sed timore etiam et angore saepe vexatis, procul dubio officium habendum est, quod non solum christianae communitati, sed universae quoque hominum consortioni praestatur.

Quo fit, ut confirmandi fratres munus – quod a Christo Domino accepimus cum munere Successoris Petri coniunctum (1), quodque instantiam Nostram cotidianam (2), Nostram vivendi agendique rationem ac primarias partes Pontificatus Nostri esse censemus – tunc multo magis excellere atque urgere Nobis videatur, cum praecipimur Nostros fratres in evangelizationis opere obeundo corroborare, ut iidem, in-
6 certis hisce ac / perturbatis temporibus, incensiore usque amore, studio ac laetitia opus illud exsequantur.

2. Id ipsum facere Nos nunc in animo habemus sub exitum huius Anni Sacri, per cuius decursum Ecclesia, *Evangelium omnibus hominibus nuntiare contendens* (3), nihil aliud spectavit, quam ut munere fungeretur praeconis Boni Nuntii, a Iesu Christo allati et ab ea vulgati, vi huius duplicis praecipui mandati: *Induite novum hominem* (4) et *Reconciliamini Deo* (5).

Ad id Nos impellit decima anniversaria memoria conclusi Concilii Vaticani II, cuius proposita breviter ad hoc unum redigi possunt: dare operam, ut Ecclesia XX saeculi evadat magis usque idonea Evangelio nuntiando hominibus eiusdem saeculi.

Hoc facere cupimus post exactum annum a celebrato Synodo Episcoporum tertio generali coetu – cuius argumentum, ut notum est, in evangelizatione versabatur – et quidem eo impensius, quod ipsi Synodi Patres id a Nobis postulaverunt. Ac revera, cum memoranda illa Synodus ad exitum pervenit, iidem statuerunt sui operis fructus magna cum fiducia et simplicitate in manus remittere universalis Ecclesiae Pastoris, declarantes se a Romano Pontifice novam impulsionem exspectare, quae Ecclesiae, uberius usque immortali vi ac potentia Pentecostes perfusae, feliciora evangelizationis tempora valeret afferre (6).

1. Cfr. *Lc.* 22, 32.
2. *2 Cor.* 11, 28.
3. Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus*, n. 1: A.A.S. 58 (1966), p. 947.
4. Cfr. *Eph.* 4, 24; 2, 15; *Col.* 3, 10; *Gal.* 3, 27; *Rom.* 13, 14; *2 Cor.* 5, 17.
5. *2 Cor.* 5, 20.
6. Cfr. Pauli Pp. VI, Allocutio habita ad Synodum Episcoporum, tertio exeunte generali conventu (26 Octobris 1974): A.A.S. 66 (1974), pp. 634-635; 637.

3. Nosmet ipsi grave huius quaestionis de evangelizatione momentum iterum iterumque in sua luce posuimus multo ante Synodi celebrationem: *Condiciones societatis* – ita sacrum Cardinalium Collegium allocuti sumus die XXII mensis Iunii anno MCMLXXIII – *nos omnes cogunt ad methodos recognoscendas / atque ad vias rationesque omnibus viribus re-* 7
periendas, quibus nostrae aetatis hominibus christianum nuntium perferatur, in quo uno ipsi interrogationibus suis responsionem invenire potuerunt necnon vim haurient ad officia mutuae hominum necessitudinis exsequenda (7). Quibus verbis hoc etiam addimus: ad Concilii postulatis, quae Nos urgent, apprime respondendum, necessarium omnino esse non solum ut prae oculis habeamus fidei patrimonium, quod integrum inviolatumque Ecclesia tradere debet, sed etiam ut hominibus, qui hodie sunt, quatenus fieri possit, ratione perspicua eademque ad persuadendum apta, patrimonium illud proponamus.

4. In hac fidelitate erga nuntium, cui inservimus, atque erga homines, quibus integrum ac vivum illud tradere debemus, cardo vertitur ipsius evangelizationis. Quae quidem tres maxime arduas quaestiones ponit, ad quas Patres Synodi anno MCMLXXIV assidue animum intenderunt:

– Quomodo hodie se habet haec evangelico nuntio insita vis, cuius est hominis conscientiam penitus attingere?

– Quousque et qua ratione huiusmodi Evangelii virtus efficax est ad hominum animos huius saeculi vere immutandos?

– Quibus viis ac rationibus utendum est in Evangelio annuntiando, ut eius potentia ad actum deducatur?

Hae interrogationes reapse apertim in medium iam proferunt quaestionem, quam Ecclesia hodie sibi proponit, quaeque his verbis enuntiari potest: utrum post Concilium ac vi ipsius Concilii, quod tamquam hora Dei historiae recentioris annalibus est referendum, Ecclesia magis idoneam sese experitur an non ad Evangelium annuntiandum atque conscio modo, cum spiritus libertate atque efficacitate cordibus hominum inserendum? / 8

5. Nos omnes compertum habemus necessitatem urgere huic interrogationi sinceram, humilem animosamque responsionem dandi, ab eaque vitae normas sumendi. Pro Nostra *sollicitudine omnium Ecclesiarum* (8), Nostris Fratribus ac Filiis, ut hac de re interrogationibus respondeant, auxilium praebere volumus. Utinam verba Nostra, quae in evangelizationis consideratione versantur, a divite materia ipsius Synodi initio facto, invitamento sint universo Dei Populo in Ecclesia congregato ad id genus considerationes instituendas, itemque in omnibus nova excitent studia, in iis maxime *qui laborant in verbo et doctrina* (9), ut unusquisque eorum sese reddat *recte tractantem verbum veritatis* (10) et opus faciat evangelistae, suum perfecte adimplens ministerium.

Talis haec Adhortatio capitalis Nobis visa est, quoniam nuntii evangelici propositio non ea est, ut Ecclesia arbitrio suo possit rem aut gerere aut non gerere; sed munus officiumque est, a Domino Iesu eidem impositum, ut homines credere atque salvari possint. Ita prorsus: Evangelii nuntiatio necessaria est, una est, eique nulla alia suffici potest. Quae praeterea neque incuriam patitur, neque compositionem cum principiis aliarum religionum, neque accommodationem aliquam, cum ex ea tota hominum salutis causa pendeat ac divinae Revelationis pulcherrima quaeque in ea contineantur. Eadem non humanam sapientiam poscit atque per se ipsa fidem potest excitare: fidem, dicimus, quae in Dei potentia innititur (11). Eadem est Veritas, ideoque oportet, ut praeco veritatis et tempus ei det totum et vires omnes et, si casus requirat, vitam ipsam ob eam causam profundat. / 9

I

6. Quod testimonium Christus Dominus de se ipse perhibuit et S. Lucas rettulit in Evangelio suo – *Oportet me evangelizare verbum Dei* (12) – magnum sane momentum habet, quippe quod uno vocabulo totum Iesu munus ac mandatum definiat: *Quia ideo missus sum* (13). Quae quidem verba plenam suam significationem prae se ferunt, si cum superioribus textus evangelici locis comparantur, ubi Christus sibi attribuit sententiam Isaiae prophetae: *Spiritus Domini super me; propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me* (14).

7. Pauli Pp. VI, Allocutio ad Sacrum Cardinalium Collegium (22 Iunii 1973): A.A.S. 65 (1973), p. 383.
8. *2 Cor.* 11, 28.
9. *1 Tim.* 5, 17.
10. *2 Tim.* 2, 15.
11. Cfr. *1 Cor.* 2, 5.
12. *Lc.* 4, 43.
13. *Ibidem.*
14. *Lc.* 4, 18; cfr. *Is.* 61, 1.

Laetum nuntium de civitate in civitatem afferre, pauperioribus in primis, qui saepe ad illud accipiendum sunt animo propensiores, ut declaretur impletas esse promissiones Foederis, a Deo oblati: hoc proprium munus est, ad quod exsequendum Iesus se esse a Patre missum profitetur. Omnes quoque Christi mysterii partes – Incarnatio ipsa, miracula, doctrina, discipulorum vocatio, missio duodecim Apostolorum, crux et Resurrectio, perpetua inter suos praesentia – spectaverunt ad ipsam Evangelii nuntiandi actionem.

7. Saepe saepius inter synodales coetus Episcopi hanc veritatem commemoraverunt, scilicet Iesum ipsum, Evangelium Dei (15), primum eundemque maximum Evangelii praeconem exstitisse. Talis fuit usque ad finem, et quidem usque ad perfectionem suaeque ipsius vitae terrestris sacrificium.

10 Evangelium nuntiare: quamnam significationem Christus / huic sibi concredito mandato attribuit? Haud quidem facile est negotium summatim definiteque exponere quid revera sit, quae elementa complectatur, quibus viis ac rationibus sit peragenda evangelizatio, qualem Christus intellexit et ad effectum adduxit. Ceterum, nisus ad summam hanc conficiendam numquam ad exitum pervenient. Nobis igitur satis esto praecipua quaedam elementa commemorare.

8. Christus, qua Evangelii praeco, primum omnium Regnum annuntiat, scilicet Dei Regnum, cui tale tribuit momentum ut, prae illo, omnia fiant "cetera", quae videlicet adiciantur (16). Quare Regnum Dei absolutum quiddam est habendum, et efficit ut reliqua omnia ad idem sint referenda. Christo Domino placuit multiformiter felicitatem ad hoc Regnum pertinendi describere, quae quidem felicitas ex miris quibusdam rebus constat, quas mundus respuit (17). Item huius Regni postulata descripsit eiusque *Magnam Chartam* (18), praecones (19), mysteria (20), parvulos (21), vigilantiam fidelitatemque, quae ab unoquoque poscuntur eorum, qui postremum eius adventum exspectant (22).

9. Tamquam Boni sui Nuntii caput et veluti centrum, Christus salutem annuntiat, scilicet magnum Dei donum, quod habendum est non solum liberatio ab iis omnibus, quibus homo opprimitur, sed potissimum a peccato et a Maligno liberatio cum gaudio coniuncta, quo quis fruitur, cum Deum cognoscit et ab Eo cognoscitur, Eum videt, in Eo fidenter quiescit. Haec omnia fieri incipiunt per Christi vitae decursum atque eius morte ac resurrectione perpetuo comparantur, sed inter
11 histo/riae vices in patientia sunt provehenda, donec explete perficiantur die supremi illius Christi adventus, qui quando venturus sit nemo novit praeter Patrem (23).

10. Hoc *Regnum* atque haec *Salus* – quae verba quaedam quasi claves sunt ad intellegendam Iesu Christi evangelizationem – a quolibet homine ut gratia ac misericordia accipi possunt; eadem tamen unusquisque simul consequi debet per vim – ea, ut ait Dominus, violenti rapiunt (24) – per laborem et dolorem, per vitam ad Evangelii normas traductam, per sui abnegationem et crucem, per spiritum evangelicarum Beatitudinum. At in primis eadem bona quisque consequi potest per plenam sui ipsius spiritualem renovationem, quae in Evangelio *metânoia* appellatur, scilicet per totius hominis conversionem, quo ipsius mens et cor penitus immutantur (25).

11. Haec Dei Regni nuntiatio a Christo peragitur per adsiduam praedicationem verbi, cui par et aequale nusquam invenias: *Quaenam doctrina haec nova? quia in potestate ... imperat* (26); *Et omnes testimonium illi dabant: et mirabantur in verbis gratiae, quae procedebant de ore ipsius* (27); *Numquam sic locutus est homo* (28). Namque Christi verba Dei arcana revelant, eius consilium eiusque promissiones, ac propterea cor hominis huiusque sortem permutant.

12. Huiusmodi vero nuntiationem Christus peragit etiam per signa innumera, quae multitudinum movent admirationem, easque eodem tempore ad se rapit desiderio permotas il-
12 lum videndi, audiendi seseque ipsius opera convertendi: huc spec/tant aegrotorum sanationes, aquae in vinum mutatio, panum multiplicatio, mortuorum ad vitam reditus. Ex his autem omnibus signum emergit, cui Is magnum tribuit momentum: scilicet pusilli seu pauperes evangelizantur, eius dicipuli fiunt, *in eius nomine* congregantur, magnam efficientes communitatem eorum, qui in Iesum credunt. Nam qui Iesus affirmabat: *oportet me evangelizare Regnum Dei* (29), idem est Iesus, quem Ioannes evangelista asseveravit venisse ac moriturum esse, *ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum* (30). Tali igitur modo ipse suam perficit revelationem, eam complens atque confirmans per totam, quam de se facit, manifestationem, per sua verba et opera, per signa et miracula, maxime vero per suam mortem et resurrectionem, per missionem Spiritus Veritatis (31).

13. Qui Bonum Nuntium sincero corde suscipiunt, vi eiusdem suscepti nuntii ac fidei secum communicatae, iidem in nomine Iesu congregantur, ut una simul Regnum quaerant, aedificent, in vitam suam traducant. Itaque communitatem condunt, quae et ipsa vicissim fit Evangelii nuntia. Iussus Duodecim datus – *Ite, praedicate Evangelium* – in cunctos christianos valet, etsi diversa ratione. Haec causa est, cur eos Petrus appellet *populum acquisitionis, ut virtutes annuntiet eius, qui de tenebris illos vocavit in admirabile lumen suum* (32), eadem scilicet magnalia Dei, quae unusquisque fidelium suo ipsius sermone audire potuerat (33). Ceterum, Evangelium Regni, quod advenit et iam incohatum est, ad universos universorum temporum homines spectat. Quotquot vero i- 13
dem nuntium receperunt eiusque / virtute in salutis communitatem congregantur, iidem hoc ipsum possunt ac debent tradere atque disseminare.

14. Hoc Ecclesia probe novit, cum prorsus sibi sit conscia verbum Salvatoris – *oportet me evangelizare Regnum Dei* (34) – verissime in se ipsam cadere. Ac libenter quidem cum S. Paulo addit: *Si evangelizavero non est mihi gloria; necessitas enim mihi incumbit; vae mihi, si non evangelizavero* (35). Ad Nos autem quod attinet, magno cum animi gaudio atque solacio, exeunte Episcoporum conventu, mense Octobri anni MCMLXXIV, praeclara haec audivimus verba: *Hoc iterum asseverare volumus, mandatum Evangelii omnibus hominibus nuntiandi primariam naturalemque esse missionem Ecclesiae* (36); quod quidem mandatum ac missionem magnae eaeque graves hodiernae societatis mutationes haud minus urgere significant. Siquidem evangelizandi munus habendum est gratia ac vocatio Ecclesiae propria, verissimamque eius indolem exprimit. Ecclesia evangelizandi causa exstat, id est ut praedicet ac doceat verbum Dei, ut per eam donum gratiae ad nos perveniat, ut peccatores cum Deo reconcilientur, ut denique Christi sacrificium in perpetuum repraesentet in Missa celebranda, quae eius mortis eiusque gloriosae Resurrectionis memoriale est.

15. Qui, Novi Testamenti libros pervolvens, mentem adverterit ad primordia Ecclesiae, eiusque singulos progressus necnon vivendi agendique rationem attente consideraverit, is non animadvertere non poterit evangelizationem cum intimis ipsius Ecclesiae rationibus cohaerere:

– Ecclesia ex opere evangelizationis Iesu ac duodecim Apostolorum suam originem ducit; cuius quidem operis ipsa exstat veluti fructus suapte natura editus, animo intentus, / u- 14
nus omnium proximus ac maxime conspicuus: *Euntes ergo docete omnes gentes* (37). Ac revera qui *receperunt sermonem eius, baptizati sunt; et appositae sunt in die illa animae circiter tria millia ... Dominus autem augebat qui salvi fierent quotidie in idipsum* (38).

– Ex huiusmodi ergo missione orta, Ecclesia vicissim ab ipso Iesu mittitur. Eadem manet in mundo, dum Dominus gloriae ad Patrem revertitur. Exstat veluti opacum simulque dilucidum signum novae Iesu praesentiae, ipsius profectionis et mansionis. Ipsum eadem prorogat atque continuat. Iamve-

15. Cfr. *Mc.* 1, 1; *Rom.* 1, 1-3.
16. Cfr. *Mt.* 6, 33.
17. Cfr. *Mt.* 5, 3-12.
18. Cfr. *Mt.* 5-7.
19. Cfr. *Mt.* 10.
20. Cfr. *Mt.* 13.
21. Cfr. *Mt.* 18.
22. Cfr. *Mt.* 24-25.
23. Cfr. *Mt.* 24, 36; *Act.* 1, 7; *1 Th.* 5, 1-2.
24. Cfr. *Mt.* 11, 12; *Lc.* 16, 16.
25. Cfr. *Mt.* 4, 17.
26. *Mc.* 1, 27.
27. *Lc.* 4, 22.
28. *Io.* 7, 46.
29. *Lc.* 4, 43.
30. *Io.* 11, 52.
31. Cfr. Conc. Oecum. Vat. II. Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum*, n. 4: A.A.S. 58 (1966), pp. 818-819.
32. Cfr. *1 Pt.* 2, 9.
33. Cfr. *Act.* 2, 11.
34. *Lc.* 4, 43.
35. *1 Cor.* 9, 16.
36. Cfr. "Declarationes Patrum Synodalium", n. 4: "L'Osservatore Romano" (27 Octobris 1974), p. 6.
37. *Mt.* 28, 19.
38. *Act.* 2, 41. 47.

http://www.obrascatolicas.com

ro, in primis, eius ipsius missionem eiusque evangelizatoris opus Ecclesia oportet continenter exsequatur (39). Christianorum enim communitas numquam in se ipsa concluditur, quoniam eius intima vita – hoc est precandi studium, verbi atque doctrinae Apostolorum auscultatio, fraternae caritatis exercitatio, fractio panis (40) – vim virtutemque suam haud plene consequitur, nisi cum in testimonium transit, admirationem animorumque conversionem gignit, Evangelii praedicatio ac nuntiatio efficitur. Sicque evangelizandi missio a tota Ecclesia suscipitur, atque uniuscuiusque opus valde omnibus prodest.

– Qua Evangelii nuntia, Ecclesia suum init opus, Evangelium sibi afferendo. Etenim, quatenus credentium communitas, itemque communitas spei, quae vivendo exprimitur cum aliisque communicatur, itemque communitas fraterni amoris, ipsi necesse est, ut continenter audiat et id in quod credit, et suae spei rationes, et novum amoris praeceptum. Quatenus Dei populus, qui mundo inseritur ac saepe idolis tentatur, ipsa constanti necessitate premitur, ut nuntiationem excipiat
15 *magnalium Dei* (41), quibus ad Dominum conversa est, utque a Domino rursus advocetur et in unum congregetur. Ut res breviter explicemus, Ecclesia semper evangelizanda est, ut suam in Evangelio nuntiando viriditatem, ardorem, vim servare possit. Concilium Oecumenicum Vaticanum II commemoravit (42) atque Episcoporum Synodus anno MCMLXXIV firmiter resumpsit hoc argumentum de Ecclesia, per suam non intermissam conversionem et renovationem, se ipsam evangelizante, ut credibili ratione valeat mundum evangelizare.

– Penes Ecclesiam depositum Boni Nuntii hominibus afferendi constitutum est Novi Foederis promissiones, in Iesu Christo impletae, doctrina Domini et Apostolorum, Verbum vitae, fontes gratiae et benignitatis Dei, salutis iter: haec omnia Ecclesiae concredita sunt. Huiusmodi bona, quae in Evangelio continentur ac proinde in evangelizatione, ab eadem servantur tamquam vivum ac pretiosum depositum, non ut occultum lateat, sed ut ad homines perferatur.

– Ecclesia, cum et missa et evangelizata sit, ipsa vicissim evangelizatores mittit. Eos salutis verbum quasi in ipsorum ore positum docet, iis nuntium declaret quo in deposito habet, mandatum tradit quod ipsa accepit, eosdemque ad praedicandum mittit: scilicet non ad se ipsos, non ad sua cogitata (43), sed ad Evangelium praedicandum, cuius neque ipsi neque ipsa constituti sunt absoluti domini cum plena potestate illo ad arbitrium utendi, sed administri, qui illud summa cum fidelitate tradant.

16. Arctissima igitur necessitudo intercedit inter Christum, Ecclesiam, evangelizationem. Per hoc "Ecclesiae tem-
16 pus", / ipsa munus creditum habet evangelizandi. Quod munus fas non est exsequi sine ipsa vel, multo minus, contra ipsam.

Expedit hoc breviter commonere, quod non sine dolore nostris audiri temporibus homines evenit – etsi bona fide ductos, ut Nobis opinari placet, a recta via tamen certe deflectentes – qui saepe affirment se amare velle Christum, non autem Ecclesiam. Quam absurda sit huiusmodi divisio, manifesto patet ex hac Evangelii sententia: *Qui vos spernit, me spernit* (44). Qua autem ratione quis dicat se Christum amare velle, quin amet Ecclesiam, quandoquidem testimonium unum omnium excellentissimum de Christo perhibitum, illud S. Pauli est: *Christus dilexit Ecclesiam et tradidit semetipsum*
17 *pro ea ?* (45)/

II

17. In opere evangelizantis Ecclesiae quaedam elementa et partes profecto sunt, quae retineantur oportet. Immo vero aliqua eorum tanti sunt momenti, ut interdum existimentur simpliciter constituere totam ipsam evangelizationem. Ita videlicet evangelizatio definiri potuit tamquam demonstratio Christi Domini iis qui illum non noverunt, uti praedicatio, catechesis, baptismus et aliorum Sacramentorum dispensatio.

39. Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 8: A.A.S. 57 (1965), p. 11; Decr. de activ. missionis Ecclesiae *Ad gentes divinitus*, n. 5: A.A.S. 58 (1966), pp. 951-952.
40. Cfr. *Act.* 2, 42-46; 4, 32-35; 5, 12-16.
41. Cfr. *Act.* 2, 11; *1 Pt.* 2, 9.
42. Cfr. Decr. de activ. missionis Ecclesiae *Ad gentes divinitus*, nn. 5, 11, 12: A.A.S. 58 (1966), pp. 951-952, 959-961.
43. Cfr. *2 Cor.* 4, 5; S. Augustini, *Sermo XLVI, De Pastoribus*: C.C.L., XLI, pp. 529-530.
44. *Lc.* 10, 16; cfr. S. Cypriani, *De Unitate Ecclesiae*, 14: PL 4, 527; S. Augustini, *Enarrat. 88, sermo*, 2, 14: PL 37, 1140; S. Ioannis Chrysostomi, *Hom. de capto Eutropio*, 6: PG 52, 402.
45. *Eph.* 5, 25.

Attamen, nulla talis manca et imperfecta definitio satisfacere valet implicitae et locupleti et dynamicae veritati illius rei, quae evangelizatio appellatur, quin periculum simul exsistat, ne sensus ipsius infirmetur vel etiam deformetur. Etenim nullo modo comprehendi ea potest, nisi uno conspectu omnia eius necessaria elementa respiciuntur.

Haec quidem elementa, quae in memorata Episcoporum Synodo vehementer sunt inculcata, altius iam hoc tempore pervestigantur ex impulsu earundem synodalium disceptationum. Gaudemus autem, quod illa denique congruunt cum elementis a Concilio Vaticano Secundo traditis, ac praesertim cum Constitutionibus *Lumen gentium, Gaudium et spes* et cum Decreto *Ad Gentes*.

18. Ecclesia sentit evangelizare idem revera esse ac Bonum Nuntium exportare in omnes usque coetus generis humani, ut, dum hoc propria vi intrinsecus penetrat, humanitatem ipsam novam efficiat: *Ecce nova facio omnia* (46). Atqui nulla esse poterit nova humanitas, nisi prius novi fuerint homines, ex baptismatis nempe novitate (47) et ex vita secundum Evangelium (48). Eo igitur spectat evangelizatio, ut perficiatur haec in/terior mutatio; quod si necesse est id uno ve- 18
luti verbo explicari, rectius ac verius dici potest Ecclesia tum evangelizare, cum ex sola divina virtute illius Nuntii, quem proclamat (49), convertere enititur et singulorum hominum et omnium universim conscientiam, deinde opera etiam, quibus vacant, ac tandem eorum vitam et omnem, in quo ipsi versantur, convictum.

19. Coetus generis humani dicimus, qui transformandi sunt: non solum quidem Ecclesiae interest Evangelium praedicare in latioribus semper locorum finibus illudve hominum multitudinibus usque maioribus, sed ipsius etiam Evangelii potentia tangere et quasi evertere normas iudicandi, bona quae plus momenti habent, studia ac rationes cogitandi, motus impulsores et vitae exemplaria generis humani, quae cum Dei verbo salutisque consilio repugnant.

20. Totum istud sic declarari potest: evangelizare oportere – non foris, tamquam si ornamentum aliquod vel exterior color addatur, sed intus, ex vitae centro et ad vitae radices – seu Evangelio perfundere culturas atque etiam culturam hominis, secundum latissimum illum ac plenissimum sensum, quem hae voces accipiunt in Constitutione *Gaudium et spes* (50), cum inde proceditur semper ab ipsa persona humana, semperque reditur ad necessitudinem inter personas atque coniunctionem earum cum Deo.

Evangelium, ac proinde evangelizatio, aequari sane non possunt cum aliqua cultura, cum soluta sint ab omnibus culturis. Nihilominus Regnum, quod Evangelio nuntiatur, in vitae usum deducitur ab hominibus, qui sua certa cultura imbuti sunt, atque in Regno aedificando necessario usurpanda sunt quaedam elementa culturae et culturarum humanarum. Etsi / 19
Evangelium et evangelizatio ad nullam proprie culturam pertinent, tamen non eiusmodi sunt plane, ut cum iis componi nequeant, sed contra valent easdem penetrare, neque ulli deserviunt.

Discidium inter Evangelium et culturam sine dubio detrimentosus nostri temporis casus est, sicut etiam aliis aetatibus fuit. Proinde, oportet omnem opem operamque impendere, ut sedulo studio humana cultura, sive potius ipsae culturae evangelizentur. Renasci eas necesse est ex sua cum Bono Nuntio coniunctione. Verumtamen, huiusmodi coniunctio non eveniet, nisi Bonus Nuntius proclamabitur.

21. Haec autem proclamatio, ante omnia, per testificationem fiat oportet: en christianum aliquem aut christianorum manipulum videmus, qui, in media hominum communitate, ubi vivunt, ostendunt se posse alios comprehendere et accipere, se communicare vitae condicionem ac fortunam cum ceteris, se conspirare cum omnibus, qui nobilia et bona tueri contendunt. En eos, praeterea, videmus simplices suaque sponte diffundere fidem erga spiritualia quaedam bona, quae cetera communia superant, et spem de aliqua re, quae non videtur, quaeque ne audaci quidem cogitatione fingi potest. Tali nimirum tacita testificatione hi christiani suggerunt mentibus eoles: Cur ita sunt? quare sic vivunt, quid vel quis eos incitat? cur inter nos versantur? Atqui huiusmodi testificatio iam silens proclamatio est, sed fortis sane et efficax, Boni Nuntii.

46. *Ap.* 21, 5; cfr. *2 Cor.* 5, 17; *Gal.* 6, 15.
47. Cfr. *Rom.* 6, 4.
48. Cfr. *Eph.* 4, 23-24; *Col.* 3, 9-10.
49. Cfr. *Rom.* 1, 16; *1 Cor.* 1, 18; 2, 4.
50. Cfr. n. 53: A.A.S. 58 (1966), p. 1075.

lam hic reperitur evangelizationis quoddam initium. Quaestiones hasce forte primas sibi ponent multi non-christiani, sive homines sunt quibus Christus numquam nuntiatus est, sive baptizati sed christianam vitam non exercentes, sive qui in societate christiana vivunt qui etiam cum dolore aliquid vel "Aliquem" ipsi conquirunt, quem praesentiunt, nominare autem
20 nequeunt. Aliae / etiam interrogatione, altiores et urgentiores, movebuntur, quas eadem illa testificatio suscitabit, quae nempe postulat praesentiam, vitae consortionem atque coniunctionem, et quae pars necessaria est, plerumque prima, ipsius evangelizationis peragendae (51).

Ad huiusmodi testimonium perhibendum cuncti christiani advocantur, qui hac quidem ratione veri evangelizatores esse possunt. Et Nostra cogitatio potissimum convertitur ad officium onusque migrantium proprium in iis Nationibus, a quibus ipsi hospitio excipiuntur.

22. Sed neque illud umquam sufficiet, quoniam etiam pulcherrima testificatio tandem aliquando deficiet, nisi illuminabitur et sustentabitur – quod quidem Sanctus Petrus dicere malebat: *rationem* reddere *de ea, quae in vobis est, spe* (52) – et enucleabitur per claram neque ambiguam nuntiationem Domini Iesu. Quamobrem, Bonus Nuntius, per vitae testificationem proclamatus, serius ocius annuntiandus erit etiam per vitae verbum. Nulla est vera evangelizatio, nisi nomen et doctrina, vita et promissiones, Regnum et mysterium Iesu Nazareni, Filii Dei, praedicantur.

Tota Ecclesiae historia, a Petri sermone in die Pentecostes ac deinceps, miscetur et confunditur cum historia huius nuntiationis. In unaquaque historiae humanae aetate Ecclesia, continenter rapta evangelizandi studio et cupiditate, unam curam inçitationemque persentit: Qui mittantur ad mysterium Iesu nuntiandum? quali sermone hoc mysterium praedicetur? quomodo agatur, ut illud percipiatur et perveniat ad eos omnes qui auscultare debent? Haec nuntiatio – *kérygma*, praedicatio vel catechesis –, talem igitur locum in evangeliza-
21 tione obtinet, ut huius idem saepe nomen facta sit. Attamen, eadem eius certa pars est. /

23. Etenim, nuntiatio plenam suam non accipit vim ac significationem, nisi cum attenditur, accipitur, asciscitur, et cum in eo qui ipsam suscepit, totam animi adhaesionem excitat. Aliquis videlicet adhaeret veritatibus, quas misericors Dominus revelavit. Sed multo magis adhaeret rationi et generi vitae – id est vitae iam transformatae – quae ibidem proponitur. Ut brevi dicatur, aliquis adhaeret ad Regnum, nempe "mundum novum", ad novum rerum statum, ad novam exsistendi viam, ad novam rationem vivendi et quidem coniuncte vivendi, quam Evangelium instaurat. Talis vero adhaesio, quae a rebus vitae concretis abstrahi non potest, reapse demonstratur alicuius aspectabili ac tangibili ingressione in ipsam fidelium communitatem. Ita ergo illi, quorum vita conversa est, ingrediuntur aliquam communitatem, quae suapte natura signum transformationis est atque vitae novitatis: nempe Ecclesiam, aspectabile salutis sacramentum (53). Sed ingressus ille in ecclesialem communitatem multis aliis vicissim signis declarabitur, quae idem Ecclesiae signum extendunt et explicant. Secundum dynamicam vim evangelizationis, is qui Evangelium amplectitur uti Verbum salutis (54), plerumque illud transfert in haec signa sacramentalia: in adhaesionem Ecclesiae et in frequentationem Sacramentorum, quae patefaciunt et fulciunt eandem adhaesionem per gratiam, quam conferunt.

24. Tandem, ipse qui evangelizatus est, alios vicissim evangelizat. Haec quidem veritatis probatio est, haec obrussa evangelizationis est: concipi, enim, animo non potest, quemquam Verbum suscepisse et sese Regno dedidisse, quin simul testis
22 et nuntiator is ipse fiat. /

Hisce iam factis animadversionibus de evangelizationis sensu, necesse est postremo aliud quiddam adnotare, quod Nos arbitramur convenienter illuminaturum esse sequentes considerationes.

Ut iam diximus, evangelizatio est processus implicatior variisque elementis compositus, cuiusmodi sunt: renovatio humanitatis, testificatio, nuntiatio aperta, animi adhaesio, ingressio in communitatem, acceptio signorum, apostolatus opera. Elementa haec videri possunt inter se dissidere, immo etiam excludere. Sed revera inter se complent ac perficiunt. Quapropter, oportet unumquodque elementum cum ceteris coniunctum inspicere. Id fuit recentioris Episcoporum Synodi meritum, quod tam strenue cohortatum est omnes ad eadem illa elementa non opponenda, inter se verum componenda, ut totum opus evangelizationis, quae ab Ecclesia perficitur, penitus intellegeretur. Hanc visionem universalem Nos explanare nunc cupimus, dum infra exploramus ea quae in evangelizatione continentur et evangelizationis subsidia, dumque explicamus ad quos evangelicus nuntius dirigatur et in
23 quos id oneris recidat. /

III

25. In nuntio, quem Ecclesia disseminat, multa certe sunt secundaria elementa, quorum propositio magnopere a mutabilibus rerum condicionibus dependet. Mutantur profecto etiam illa; attamen ibidem continentur essentialia capita sive substantia vitalis, quae nec mutari nec silentio praeteriri potest, quin ipsa evangelizationis notio in grave discrimen adducatur.

26. Supervacaneum fortasse non est hoc commonere: evangelizare significat, ante omnia, testificari simpliciter et directo Deum revelatum per Iesum Christum, in Spiritu Sancto; testificari eum mundum in Filio suo dilexisse, in Verbo Incarnato dedisse omnibus rebus exsistentiam hominesque ad vitam aeternam vocavisse. Haec de Deo testificatio multis forsitan pertinget Deum ignotum (55), quem illi adorant, etsi nominare nesciunt, vel quem quaerunt secreto quodam cordis instinctu, postquam omnium idolorum inanitatem experti sunt. Sed eadem expletam evangelizandi vim habet, cum ostendit illum Creatorem homini non esse potestatem quandam longinquam ac sine nomine, sed Patrem. *Filii Dei nominamur ac sumus* (56), eaque de causa, inter nos fratres sumus in Deo.

27. Evangelizatio semper continebit – velut fundamentum et centrum et culmen totius suae dynamicae virtutis – etiam claram hanc asseverationem: in Iesu Christo, Filio Dei homine facto, mortuo et resuscitato, salutem offerri unicuique homini, tamquam donum gratiae ac misericordiae ipsius
Dei (57). Quae qui/dem non est aliqua salus immanens secun- 24
dum magnitudinem necessitatum materialium vel etiam spiritualium, quae finibus vitae terrestris circumscribuntur, quaeque cum desideriis, optatis, negotiis, contentionibus temporalibus plene aequantur, verum etiam salus, quae omnes hosce limites excedit, ut impleatur in communione aliqua cum unico "Absoluto", id est cum Deo: est igitur salus rerum naturam transcendens et eschatologica, quae in hac vita certissime incipit, sed in aeternitate perficitur.

28. Quocirca evangelizationem complecti oportet nuntiationem propheticam rerum alterius vitae – id est altissimae ac perpetuae hominum vocationis, coniunctae eodemque tempore disiunctae a statu praesenti – alterius vitae, quae tempus et historiam superat, quaeque res huius mundi supervadit, cuius figura transit, et eventa huius mundi, cuius abscondita facies aliquando apparebit; quaeque ipsum hominem superat, cuius verissima sors non concluditur temporali vita, sed in futura vita revelabitur (58). Evangelizatio continet igitur etiam praedicationem spei de promissionibus, a Deo in novo Foedere factis per Iesum Christum; praedicationem amoris fraterni erga omnes homines – id est capacitatis largiendi doni et veniae, abnegationis et opitulationis pro fratribus – qui, ex amore Dei profluens, centrum est Evangelii; praedicationem mysterii iniquitatis atque actuosae inquisitionis honestatis; praedicationem similiter – et quidem semper urgentem – inquisitionis Dei ipsius per precationem in primis adorationis et gratiarum actionis causa admotam, sed etiam per communionem cum aspectabili illo signo coniunctionis cum Deo, quod est Ecclesia Iesu Christi; quae quidem communio vicissim significatur per impletionem aliorum illorum signorum Christi, viventis

55. Cfr. *Act.* 17, 22-23.
56. *1 Io.* 3, 1; cfr. *Rom.* 8, 14-17.
57. Cfr. *Eph.* 2, 8; *Rom.* 1, 16 et Sacrae Congregationis pro Doctrina Fidei *Declaratio ad fidem tuendam in mysteria Incarnationis et SS. Trinitatis a quibusdam recentibus erroribus* (21 Februarii 1972): A.A.S. 64 (1972), pp. 237-241.
58. Cfr. *1 Io.* 3, 2; *Rom.* 8, 29; *Phil.* 3, 20-21 et Conc. Oecum. Vat. II., Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, nn. 48-51: A.A.S. 57 (1965), pp. 53-58.

http://www.obrascatolicas.com

atque / operantis in Ecclesia, quae sunt Sacramenta. Sacramenta vivere ita, ut eorum celebratio perveniat ad veram christianae vitae plenitudinem, non significat – quemadmodum etiamnunc perperam affirmatur – impedimentum inicere evangelizationi vel ab eadem declinationem admittere, sed ei tribuere propriam integritatem. Etenim evangelizationis plenitudo, praeter alicuius nuntii praedicationem, consistit in Ecclesiae aedificatione, quae vero non exsistit sine hoc spiritu, qui est vita sacramentalis, in divina Eucharistia suum attingens fastigium (59).

29. Verumtamen evangelizatio plena non est, nisi ratio habetur mutuae appellationis, quae continenter intercedit inter Evangelium et vitam concretam personalem ac socialem hominis. Quapropter, evangelizatio secum infert nuntium explicitum, aptum variis vitae condicionibus, praesentem semper redditum de iuribus et officiis cuiusque personae humanae, de vita familiari, sine qua progressio singulorum hominum vix contingere potest (60), de vita communi in societate, de vita omnium nationum, de pace et iustitia et progressione; nuntium, denique dicimus, validum potissimum ac fortem nostra aetate, de liberatione.

30. Constat, quibus verbis locuti sint de hac re plures Episcopi in recentiore Synodo ex omnibus orbis partibus, praesertim Episcopi Tertii qui dicitur Mundi, cum impulsu et accentu pastorali, in quo millenorum vox Ecclesiae filiorum, eos constituentium populos, resonabat. Qui populi, ut omnes novimus, omnibus suis viribus enituntur et contendunt, ut ea omnia / superent, quibus coguntur in extremo vitae margine manere: famen, perpetuas contagiones, litterarum ignorationem, statum egestatis, iniustitiam inter nationes et potissimum in mutuis mercaturae agendae rationibus, statum *neocolonialismi* oeconomici et doctrinalis, interdum tam atrocis quam veteris *colonialismi* politici. Ecclesia – sic eius inculcaverunt Episcopi – officio tenetur nuntiandi liberationem centenorum milium hominum, cum eorum plurimi eius filii sint; officio pariter tenetur hanc liberationem adiuvandi, ut oriatur, pro ea testificandi, atque efficiendi, ut eadem plena sit. Omnia haec non sunt aliena ab evangelizatione.

31. Revera inter evangelizationem et promotionem humanam, seu progressionem et liberationem, interveniunt intima vincula coniunctionis: vincula sunt ordinis anthropologici, quia homo evangelizandus non est aliquid a rebus abstractum, sed persona obnoxia quaestionibus socialibus et oeconomicis; vincula sunt etiam ordinis theologici, quia consilium creationis segregari non potest a consilio redemptionis, quae pertingit usque ad condiciones valde concretas iniustitiae evincendae itemque iustitiae reparandae; vincula sunt etiam ordinis summe evangelici, qui est ordo caritatis: quo modo, enim, mandatum novum proclamari potest, nisi cum iustitia et pace promovetur vera ac germana progressio hominis? Istud voluimus afferre, cum monuimus non esse admittendum, in evangelizatione neglegi *posse vel debere gravitatem maximam ... illarum quaestionum, quae hodie tantopere agitantur et quae respiciunt iustitiam, liberationem, progressionem et pacem in mundo. Si enim istud fiat, etiam ignoretur doctrina Evangelii de amore erga proximum patientem et egentem* (61).

Iamvero, eaedem voces, quae studiose sapienter et fortiter tractaverunt inter memoratam Synodum hoc gravissimum / argumentum, Nobis laetantibus quidem subministraverunt lucida principia, ex quibus vis altaque significatio liberationis perciperetur, qualem Iesus Nazarenus nuntiavit et implevit, et qualem Ecclesia praedicat.

32. Negare non possumus, revera, multos vel magnanimos christianos, intentos quaestionibus maximae gravitatis, quas liberationis causa complectitur, cum cupiant Ecclesiam implicare ipso motu liberationis, saepe cogitare et conari redigere eius munus ad limites alicuius negotii anthropologici; salutem, cuius ipsa est nuntia, ad materialem prosperitatem; eius actionem ad incepta ordinis politici vel socialis, quavis cura spirituali et religiosa posthabita. Si autem sic res sese haberent, Ecclesia omnes suam significationem principalem amitteret. Nuntius liberationis, quem affert, propria sua natura careret, et facile posset flecti ac torqueri a doctrinalibus institutis et politicis factionibus. Ecclesia iam auctoritate nuntiandae liberationis nomine Dei destitueretur. Hanc ob causam, ineunte tertio Synodi coetu, voluimus eadem Nostra oratione inculcare necessitatem confirmandi *finem proprie religiosum evangelizationis. Etenim omnem suam amitteret significationem, si dimoveretur a fulcro illo religioso, quo sustentatur, quod videlicet est Regnum Dei secundum sensum plane theologicum* (62).

33. De liberatione autem illa, quam evangelizatio proclamat et exsequi studet, haec potius dicere oportet:

– eam contineri non posse aliqua ratione arcta quidem et simpliciter oeconomica, politica, sociali vel doctrinali, sed respicere debere integrum hominem, secundum omnes eius facies et partes, quatenus etiam patet ad "absolutum" quiddam, immo ad Absolutum, quod est Deus; /

– eam igitur inniti in certa hominis notione, in anthropologica doctrina, quae relinqui numquam potest ob necessitates cuiuslibet consilii, vel consuetudinis, vel efficacitatis quae ad breve tempus permaneat.

34. Propterea, Ecclesia, dum praedicat liberationem seque consociat cum omnibus, qui laborant et patiuntur pro ea, non admittit circumscribi proprium munus sola religionis regione, deserens quaestiones temporales hominis; sed iterum affirmat primatum muneris sui spiritalis, recusat substituere nuntiationi Regni proclamationem liberationum humani ordinis; simulque asseverat suas partes pro liberatione oblatas non esse plenas nec perfectas, si omittat nuntiare salutem in Iesu Christo.

35. Ecclesia coniungit, sed numquam aequat liberationem humanam saluti in Iesu Christo, quoniam ex divina revelatione, ex historiae experientia et ex fidei consideratione novit non quamlibet liberationis notionem iam necessario cohaerere et componi posse cum evangelica visione hominis, rerum et eventuum; neque sufficere liberationem comparari, prosperitatem et progressionem instaurari, ut Regnum Dei adveniat.

Quin immo, Ecclesia penitus sibi persuasum habet omnem liberationem ad res temporales spectantem. vel liberationem politicam – etiamsi nitatur in hac vel illa Veteris et Novi Testamenti pagina sua invenire fundamenta, etiamsi putet suae postulata doctrinae atque agendi normas a principiis atque conclusionibus theologicis auctoritatem habere, etiamsi se esse praesumat novam hodiernae aetatis theologiam – innata sui ipsius negationis semina continere atque a celsiore illo fine, quem sibi praestituerit, declinare, cum veriores eius causae nullo pacto ad iustitiam in caritatem stabiliendam referantur, cum rapiens ille ardor ac studium, quo ipsa feratur, neque spiritualis virtutis rationem habeat, neque ad salutem aeternamque in Deo beatitudinem tamquam ad extremam metam respiciat. /

36. Ecclesia certe iudicat magni sane interesse structuras humaniores, iustiores, observantiores iurium personae effici, quaeque minus opprimant et subdant; verumtamen intellegit etiam optimas structuras, instituta et sapientissime excogitata cito evadere inhumana, nisi inhumanae cordis hominis proclivitates sanentur, nisi fiat conversio cordis et mentis in iis, qui vivant has inter structuras, vel illis dominentur.

37. Ecclesia accipere non potest violentiam, ac potissimum vim armorum – quae cohiberi non valet, cum semel effusa est – neque cuiusvis hominis mortem tamquam viam liberationis, quia scit violentiam semper provocare ad violentiam atque necessario novas oppressionis formas gignere, itemque servitutis etiam gravioris quam illam, a qua dicebatur liberari homo. *Vos exhortamur* – ita perspicue ediximus in Columbiano Nostro itinere – *ne vestram collocetis fiduciam in violentia neve in rerum eversione; hic enim cogitandi agendique mos cum christiano spiritu repugnat, atque etiam, nedum faveat, refrenare potest socialem illam progressionem, cui iure quidem studetis* (63). *Hoc Nobis affirmadum itemque affirmandum est violentiam neque christianam neque evangelicam esse, atque repentinas violentasve structurarum immutationes fore fallaces, suapte natura non efficaces, ac procul dubio discrepantes a populi dignitate* (64).

62. Pauli Pp. VI, Sermo habitus ineunte tertia Synodo Episcoporum (27 Septembris 1974). A.A.S. 66 (1974), p. 562.
63. Pauli Pp. VI, Oratio ad "Campesinos" Columbiae (23 Augusti 1968): A.A.S. 60 (1968), p. 623.
64. Pauli Pp. VI, Sermo habitus in "Die Progressionis" Bogotae (23 Augusti 1968): A.A.S. 60 (1968), p. 627; cfr. S. Augustini, *Epistola* 229, 2: PL 33, 1020.

59. Cfr. Sacrae Congregationis pro Doctrina Fidei, *Declaratio circa Catholicam Doctrinam de Ecclesia contra nonnullos errores hodiernos tuendam* (24 Iunii 1973): A.A.S. 65 (1973), pp. 396-404.
60. Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes*, nn. 47-52: A.A.S. 58 (1966), pp. 1067-1074; Pauli Pp.VI, Litt. Encycl. *Humanae vitae*: A.A.S. 60 (1968), pp. 481-503.
61. Pauli Pp. VI, Sermo habitus ineunte Synodo Episcoporum (27 Septembris 1974): A.A.S. 66 (1974), p. 562.

38. His itaque dictis, gaudemus quod Ecclesia magis magisque sibi conscia fit proprii modi, suapte natura evangelici, quo adlaborat liberationi hominum. Et quidnam facit? Ipsa conatur usque magis incitare complures christianos, ut sese dedant aliis liberandis. Ipsa praebet his christianis "liberatoribus" spiritum ductumque fidei, causam amoris fraterni, est non animadvertere, sed quam is veluti suae sapientiae fundamentum iacere debet et experientiae, ut illam revera transferat in actionis normas, participationis et obligationis. Haec omnia quia non confunduntur cum consiliis callide sumptis, neque cum ministerio alicui politicae factioni adhibito, proprie designare debent studium christiani actuosi. Ecclesia contendit semper inserere conamina christiana liberationis in universale consilium salutis, quam ipsa nuntiat.

Hoc quod Nos repetivimus, saepius emerserat ex disceptationibus synodalibus. Ceterum, volueramus Nos huic argumento perspicuitatis causa nonnulla addere verba in ipsa oratione, quam Patribus iam exeunte Synodo habuimus (65).

Confidimus fore, ut hae omnes considerationes efficiant, ut ambiguitates vitentur, quas nimis saepe vox "liberationis" prae se fert in doctrinis, institutionibus et factionibus politicis. Liberatio, quam proclamat et praeparat evangelizatio, illa est, quam Christus ipse nuntiavit et dedit homini per suum sacrificium.

39. Ab hac autem legitima liberatione cum evangelizatione copulata, quae eo contendit ut structurae efficiantur, quae libertates humanas defendant, separari nullo modo potest tutela primariorum hominis iurium, in quibus religiosa libertas primum locum obtinet. Nuper quidem Nos de hac praestantissima quaestione iam collocuti sumus, in luce ponentes: *quot etiamnunc christiani, propterea quod christiani sunt et catholici, suffocantur meditata quadam oppressione! Casus etiamnunc fidelitatis erga Christum ac libertatis religiosae etiamnunc producitur, quamvis vehementibus interdum asseverationibus contegatur pro iuribus hominum humanaeque consortionis!* (66) /

IV

40. Rerum autem, quae in evangelizatione continentur, momentum manifestum impedire non debet, quin grave momentum aspiciatur viarum atque subsidiorum, quibus idem opus accuratur.

Haec enim quaestio in praesens semper firma ac valida permanet, quoniam evangelizandi rationes secundum temporum, locorum humanorumque cultuum adiuncta mutantur, atque adeo cuidam quasi provocationi nostrae facultati sunt, ut ipsae inveniantur atque accommodentur.

Nobis in primis, qui in Ecclesia sumus Pastores, incumbit onus renovandi animose ac sapienter summaque servata fidelitate erga res, quas evangelizatio complectitur, modos maxime idoneos atque efficaces, ut evangelicus nuntius ad hodierni temporis homines perferatur. Haec animo cogitantibus, sufficiat Nobis quasdam recensere vias, quas alias alia de causa primarium habere momentum constat.

41. Atque principio, nihil ea quae supra iam diximus iterantes, hoc probe iuvat commonere: in Ecclesia testimonium vitae vere proprieque christianae, quae Deo in indissolubili prorsus communione traditur quaeque immenso pariter animi fervore aliis donatur, primum evangelizandi subsidium esse reputandum. Ut laicorum coram coetu nuper ediximus, *homo nostrae huius aetatis libentius testes quam magistros audit; quodsi suas hisce praebet aures, ita facit, quoniam testes sunt* (67). Quod idem perbene Petrus apostolus enuntiavit, cum egregium exhiberet spectaculum castae observantisque conversationis, qua nempe *si qui non credunt verbo ... sine verbo lucrifiant* (68). Per suam / ergo conversationem suumque vivendi morem Ecclesia potissimum mundum evangelizare potest, id est per testimonium vita ipsa comprobatum, quo et suam erga Dominum Iesum fidelitatem, et paupertatem abstinentiamque, et libertatem a quavis terrestris mundi potestate, et sanctitatem demum aperte declaret.

42. Neque supervacaneum praeterea est illustrare, quanti referat sitque necesse praedicatio. *Quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine praedicante? (...) Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi* (69). Quae quidem lex, lata olim per apostolum Paulum, hodierno adhuc tempore integram vim suam virtutemque retinet.

Semper scilicet pernecessaria est praedicatio, qua nuntius verbis proclamatur. Qui sunt hodie homines, eos novimus, orationibus iam saturatos, saepe saepius audiendi fastidientes atque – quod peius est – contra verba obdurescentes videri. Neque vero sententias plurimorum psychologicis socialibusque rebus doctorum ignoramus, qui eosdem dicunt civilem cultum, a verbis appellatum, utpote inefficacem iam et inutilem esse praetergressos, atque in praesenti novum attigisse vitae cultum, ab imaginibus appellandum. Talis sane rerum status facile suadeat, ut ad evangelicum nuntium tradendum ea recentiora adhibeantur subsidia, quae eiusmodi cultus invexit. Ceterum, ad hoc quod attinet, bona ac probabilia existimantur experimenta, quae facta sunt, quaeque nostra libenter laude prosequimur atque adhortatione firmamus, quo magis magisque provehantur. Fastidium tamen, quod inanes tot hodie sermones afferunt, potiusque momentum, quod pluribus inest modis socialis communicationis, neque firmam verborum vim minuere neque fiduciam iisdem tribuendam adimere debent. Verbum sua semper pollet praestantia atque efficacitate, maxime vero cum id / Dei virtutem secumfert (70). Qua de causa, et illud sancti Pauli nostro tempore perstat: *Fides ex auditu* (71): quod enim verbum auditur, id ad credendum perducit.

43. Haec autem praedicatio, qua Evangelium nuntiatur, multas induere formas potest, easque ardens animorum studium suggeret et in infinitum paene multiplicabit. Revera enim innumerabiles sunt vitae eventus ipsaque, in quibus homines versantur, adiuncta, quae praebent opportunitatem res prudenter itemque praeclare nuntiandi, quas Dominus aliqua data occasione dicere velit. In quo satis cuique est, si vere spiritualem habeat sensum, quo Dei nuntium in rerum cursu signatum detegat. Verum, quoniam instauratus sacrae liturgiae ordo "Liturgiae Verbi" multum auctoritatis attribuit, is profecto erret qui homiliam esse validum atque lectissimum peragendae evangelizationis instrumentum neget. Oportet sane pernoscere in usumque convertere sive postulationes sive virtutes, homiliae proprias, ut ea nempe pastoralis efficacitatis plenitudinem consequatur. Sed hoc in primis oportet sibi quisque persuasum habeat, totoque amoris affectu ad hoc se devoveat. Haec eadem praedicatio, singulari modo in eucharisticam celebrationem inserta, ex qua peculiarem vim ac firmitatem haurit, nihil est dubii, quin praecipuum munus in evangelizatione expleat, quatenus intimam fidem sacri ministri praedicantis patefaciat penitusque amore imbuatur. Ab ea enim fideles, coadunati ut Ecclesiam paschalem efforment, quae festum Domini in medio eorum adstantis celebrat, multum sibi exspectant laetosque fructus percipiunt, modo sit simplex, perspicua, directa, accommoda, in Evangelii doctrina posita atque infixa, Ecclesiaeque pariter Magisterio fideliter adhaerens, apostolico incitata ac temperata ardore, qui ei suapte natura obveniat, plena bonae spei, fidem enutriens, pacem progignens et unitatem. Multae / communitates sive paroeciales sive alius generis per homiliam, domínicis habitam diebus, vivunt atque confirmantur, modo illis ditetur proprietatibus.

Huc insuper accedit quod, propter eandem sacrae liturgiae instaurationem, non in eucharistica tantummodo celebratione tempus adest habendae homiliae conveniens. Haec enim suum locum obtinet, neque proinde est neglegenda in Sacramentis omnibus celebrandis, atque etiam in caeremoniis liturgiae adsimilioribus peragendis, cum fideles una simul conveniunt. Semper eadem ad Verbum Domini annuntiandum opportunitas maxime singularis erit.

44. Alia ratio, quam evangelizatio nullo modo neglegere debet, catechetica institutio est. Ex religionis enim doctrina ordinatim tradita oportet mentes in primis infantium et adulescentium comprehendant partes principales, vivum thesaurum veritatis, quam Deus nobiscum communicare voluit quamque Ecclesia per longum suae historiae cursum plenius usque declarare studuit. Nemo praeterea negabit eandem doctrinam idcirco impertiendam esse, ut vitae christianae mores inde conformentur, non vero ut quoddam intellectus ornamentum maneat. Sine dubio totum opus evangelizationis plurimum sane proficit – in ipsa provincia catecheticae institu-

65. Pauli Pp. VI, Oratio habita exeunte tertio Synodi Episcoporum generali conventu (26 Octobris 1974): A.A.S. 66 (1974), p. 637.
66. Allocutio diei 15 Octobris 1975: "L'Osservatore Romano" (17 Octobris 1975).
67. Pauli Pp. VI, Sermo habitus ad sodales "Consilii de Laicis" (2 Octobris 1974). A.A.S. 66 (1974), p. 568.
68. Cfr. *I Pt.* 3, 1.
69. *Rom.* 10, 14. 17.
70. Cfr. *I Cor.* 2, 1-5.
71. *Rom.* 10. 17.

http://www.obrascatolicas.com

tionis quam Ecclesia curat, in scholis ubi illud fieri potest et, utcumque ea res se habet, in christianorum domibus –, si catechesis praeceptores uti poterunt aptis libris sapienter scienterque conscriptis sub Episcoporum auctoritate. Necesse autem est accommodentur docendi viae ad singulorum hominum aetatem et eruditionem et intellegendi potestatem, eodemque tempore opera detur, ut in memoria ac mente et animo veritates necessariae defigantur, quae per totam vitam alte penetrent. Sed opus est ante omnia, ut periti catechesis doctores praeparentur – sive sunt ipsius paroeciae catechistae sive magistri sive / parentes –, quorum etiam intersit sese ipsos 35 ulterius educare et perficere in hac religiosae institutionis arte, quae praestantior quidem est et pernecessaria, quaeque tantum insuper ab hominibus postulat. Ex altera autem parte, quamvis minime praetereunda sit infantium educatio, iam patet hodiernas condiciones plus plusque flagitare, ut institutio catechetica sub forma alicuius catechumenatus tradatur pluribus adulescentibus et adultis, qui gratia divina commoti paulatim detegunt Christi cultum et sentiunt quam sit necesse sese Illi totos dedere.

45. Nostra vero aetate, quae socialis instrumentis communicationis, vulgo *mass-media* appellatis, distinguitur, primus nuntius, catechetica institutio, vel penitior fidei consideratio horum usu subsidiorum carere nequit, quemadmodum supra monuimus.

Eaedem, cum ad inserviendum Evangelii causae adhibentur, ad prolatandum veluti in immensum spatium, ubi Dei Verbum auditur, valent, nuntiumque salutis ad milia et milia hominum afferunt. Ecclesia coram Domino suo quasi conscia reatus adesset, nisi praevalidis hisce subsidiis uteretur, quae humana mens in dies expolit perficitque. Etenim, eorum ope illum praedicat *super tecta* (72) nuntium, qui ipsi concreditus est; in iis recentiorem quandam efficacioremque formam sacri suggestus, seu cathedrae, invenit; per ea alloqui multitudines potest.

Usus tamen communicationis socialis instrumentorum ad evangelizationem exsequendam certam praefert provocationem, quoniam per ea nuntius evangelicus non solum ad magnam frequentemque hominum turbam pervenire debet, sed pollere etiam oportet facultate penetrandi in uiuscuiusque conscientiam, subsidendi in uniuscuiusque animo, quasi is ad- 36 sit unus / cum iis omnibus, quae maxime singularia et personalia sunt, sibique conciliandi personalem prorsus consensionem atque obligationem.

46. Quapropter, praeter illam Evangelii nuntiationem, quam generalem publicamque opportune dixerimus, semper probanda est suumque tenet momentum alia tradendi Evangelii forma, ab altera ad alteram pertingens personam. Ea enim ipse Dominus persaepe usus est – quemadmodum colloquia cum Nicodemo, cum Zacchaeo, cum Samaritana muliere, cum Simone Pharisaeo, testantur –, ipsique Apostoli usi sunt. Numquid exstat alia evangelizandi forma ab illa, qua quisque res, quas in se quoad fidem expertus sit, alteri tradat? Fieri sane non debet, ut necessitate Bonum Nuntium afferendi ad multitudines hominum oblitteretur memoria huiusce formae, qua personalis hominis conscientia contingitur, quippe cum moveatur mirifico admodum verbo, quod ab altero accipit. Equidem Nos paene impares sumus egregio merito sacerdotum, qui per Paenitentiae Sacramentum vel per pastorales collocutiones sese impigros sedulosque praestant ad personas secundum Evangelii vias ducendas, ad eas quae enitantur confirmandas, ad eas si ceciderint erigendas, ad eas quo semper consilio studiosaque voluntate adiuvandas.

47. Verumtamen, illud satis numquam perseverabitur, evangelizationem neque habita praedicatione neque aliqua tradita doctrina ex toto perfici. Etenim, ad vitam usque pertingat oportet: sive ad naturalem vitam, quam quidem nova significatione ditat, spe et exspectatione evangelici verbi reseratis; sive ad vitam supernaturalem, quae ipsam naturalem vitam, nedum respuat, purificat et auget. Supernaturalis haec vita quid sit quidque valeat, septem Sacramenta declarant eaeque inde mire radiantes virtutes gratiae atque sanctitatis.

Tali igitur modo suas omnes divitias evangelizatio in aper- 37 tum profert, cum per eam artissimum nectitur vinculum vel / potius continuatio coniunctioque inter Verbum et Sacramenta. Res enim in ambiguo quodammodo est, si – ut interdum fit – Evangelii nuntiatio et Sacramentorum ministratio ex adverso ponantur. Quidam sane Sacramenta conferendi mos, qui firmo careat fundamento catecheseos de iisdem Sacramentis atque *globalis*, ut aiunt, catecheseos, eum ad finem

72. Cfr. *Mt.* 10, 27; *Lc.* 12, 3.

recidit, ut illa magna ex parte sua efficacitate destituantur. Nam proprium evangelizationis munus est ad fidem ita educare, ut per eam singuli christiani adducantur ad Sacramenta veluti vera fidei Sacramenta vivenda, non autem ad ea desidiose recipienda vel aegre ferenda.

48. Nunc vero talis evangelizationis faciei mentionem inchoamus, quae neglegentes nos esse non sinit; quapropter, de illa iuvat re loqui, quae saepe in praesenti *popularis religiositas* nuncupatur.

Tam in regionibus ubi Ecclesia multa iam saecula consita est, quam in illis ubi in eo est ut conseratur, passim apud populum singulares consuetudines inveniuntur, quibus Dei investigatio atque fides significantur. Qui habitus, si diu tamquam minus puri existimati interdumque despecti sunt, ubique fere ab hodiernae aetatis hominibus ad novam quandam indagationem cognitionemque revocantur, eorumque sensum ipsi Episcopi, inter recentioris Synodi coetus, penitius intellegere conati sunt, insigni ducti rerum pastoralium veritate atque studio.

Fatendum sane est popularem religiositatem certis angustisque terminis contineri. Ea enim haud raro multis spuriisque religionis formis patet, propiusque etiam ad superstitionem accedit; saepe in inferioribus veluti gradibus religiosi cultus consistit, qui tamen animos ad germanam fidei consensionem non pertrahit; potest ad sectas etiam factionesque condendas impellere, ipsa unde ecclesialis communitas periclitetur.

At vero, si congruenter dirigatur, ac potissimum per evangelizandi viam rationemque, multis quoque bonis eadem uber / est, Namque aliquam Dei sitim portendit, quam simplices 38 pauperesque spiritu uni possunt experiri; hominibus tribuit facultatem sese devovendi et strenue impendendi ad apicem usque virtutis, cum de fide profitenda agatur. Acrem secumfert sensum, quo ineffabilia Dei attributa percipi queant: eius nempe paternitas, providentia, praesentia perpetuae benevolentisque caritatis. Ex interiore homine progignit habitus, quos rarius alibi pares aequalesque deprehendas: patientiam dicimus, conscientiam crucis in cotidiana vita ferendae, a rebus abstractionem, liberalem aliorum admissionem, officiosam observantiam. Pro hisce igitur dotibus eam potius *popularem pietatem*, seu populi religionem, quam religiositatem apellamus.

Pastoralis caritatis est illis omnibus, quos Dominus Ecclesiae communitatibus praeposuit, rectas agendi normas suadere ad tantam rem accurandam, quae tam fructibus uber, quam periculis obnoxia est. Ante omnia, molliore quis sensu oportet moveatur, menteque exercitata in interioribus eius elementis eiusque haud infitiandis bonis detegendis, promptoque animo ad eam sustentandam, ut suorum discrimina errorum propulsare valeat. Cum bene dirigitur, popularis eiusmodi religiositas magis magisque conferre potest, ut nostrae vulgi multitudines Deo in Christo Iesu revera occurrant./ 39

V

49. Postremis Iesu verbis, quae in Evangelio secundum Marcum continentur, evangelizationi, quam Dominus suis Apostolis iniungit, tribuitur universalitas, nullis finibus circumscripta: *Ite in mundum universum, praedicate Evangelium omni creaturae* (73).

Duodecim autem illi et prima christianorum aetas penitus comprehensam habebant doctrinam huius textus aliorumque similium textuum, siquidem ad eos inde ordo dispositus agendi manabat. Ipsa quidem persecutio, qua Apostoli disperdebantur, pro sua parte effecit, ut Verbum disseminaretur et Ecclesia latius in dies in regionibus dissitis constitueretur. Eo quod Paulus inter Apostolos est ascriptus et charismate, quo ipse praedicabat paganis, non Iudaeis, nuntians adventum Iesu Christi, universalitas illa in clariore luce ponebatur.

50. Generationes christianae per XX saeculorum cursum varia intervallatis temporibus impedimenta evincebant, quae huic muneri, ad universitatem pertinenti, obnitebantur. Etenim, ipsi Verbi praecones hinc inducedantur, ut campum, in quem actio missionalis ipsorum excurreret, varii generis praeta resistebant, ut virtute humana superari non possent. Ceterum, non sine animi maerore confiteamur oportet Ecclesiae operositatem, evangelizationi deditam, vehementer impugnari, ne dicamus praepediri, a publicis potestatibus. Hodieque accidit, ut Verbi divini nuntii iuribus suis priventur, persecu-

73. *Mc.* 16, 15.

tione vexentur, premantur minis, exstinguantur solum propterea quod Iesum Christum praedicant eiusque Evangelium. Spe autem ducimur fore, ut horum apostolorum navitas, 40 quamvis hae / res adversae lugendae sint, in nulla tandem orbis terrarum regione deficiat.

Ecclesia, quamquam hisce casibus gravatur, semper tamen altissimum mentis instinctum in se excitat, qui ad eam proxime a divino Magistro proficiscitur, hisce verbis resonantibus: mundo universo! omni creaturae! usque ad ultimum terrae! Quod iterum fecit in recentiore Synodo Episcoporum, monens ne nuntius evangelicus ligaretur, eo quod ad certam tantum partem humanae familiae iuberetur spectare, aut ad unum ordinem hominum, aut ad unam solummodo formam cultus civilis. Nonnullis exemplis res potest clarius explicari.

51. Ab ipso die Pentecostes illucescente, Ecclesia primariam agendi rationem, tamquam a Conditore suo acceptam, suscepit, quae in eo posita erat, ut Iesum Christum eiusque Evangelium iis revelaret, qui utrumque ignorabant. Totum Novum Testamentum, maxime vero Actus Apostolorum docent tempus tum fuisse singulare prorsus et opportunissimum, necnon vim exempli quodammodo praeferens, quo hic labor missionalis exerceretur; qui quidem deinceps, universa Ecclesiae historia est insignis.

Hunc primum Iesu Christi nuntium ea intulit actione multiplici et varia, quae interdum "prae-evangelizatio" appellatur, sed quae, ut verum dicamus, iam est evangelizatio, licet quoad gradum versans in initiis et nondum plena. Ad hunc enim finem assequendum adhiberi potest series paene interminata subsidiorum, veluti praedicatio aperta, quemadmodum liquet, sed etiam ars, pervestigatio in re doctrinali incohata, inquisitio philosophica, excitatio legitima sensuum animi humani.

52. Quodsi haec prima nuntiatio ad eos praesertim habetur, qui Bonum Iesu Nuntium numquam audierunt, aut pueris, tamen semper necessaria est – cum crebro hodie eae inva- 41 /luerint condiciones, quibus a lege christiana prorsus discedit – plurimis hominibus, qui sacro quidam tincti sunt baptismate, sed extra quamvis formam vitae christianae degunt, plebi simplici, quae quandam possidet fidem, sed eius fundamenta vix cognoscit, viris studia colentibus, qui opus sibi esse sentiunt, ut Iesum Christum agnoscant alia ratione sibi propositum quam institutione, quae puerili aetate tradi solet, necnon aliis multis.

53. Nuntius ille ingentes quoque partes humanae consortionis respicit, quae religiones non christianas profitentur. Ecclesia veneratur et magni facit eiusmodi religiones non christianas, quibus animi permultorum hominum coetum significanter exprimuntur; in iis enim percipere est quasi repercussas voces illorum, qui per mille annorum spatia Deum imperfecte quidem, sed saepe sincere ac recte quaesiverunt. Religiones illae, mirabile quoddam patrimonium textuum penitus religiosorum obtinentes, generationes hominum docuerunt precationes facere; eaedemque tamquam innumeris *seminibus Verbi* (74) distinguuntur atque adeo veri nominis *praeparationem evangelicam* (75) efficiunt, ut egregiis locutionibus Concilii Vaticani II utamur, de opere Eusebii Caesariensis depromptis.

Ceterum, ex huiusmodi consideratione multae quaestiones quam maxime implicatae magnamque postulantes prudentiam oriuntur. Theologis adhuc pervestigandae sunt, ratione habita Traditionis christianae et Magisterii Ecclesiae, hae quaestiones, quae neque pondere carent neque difficultate, ita ut missionariis, qui nunc sunt et in posterum erunt, novae pate- 42 scant / viae, quas in actione sua sequantur, religiones non christianas contingentes.

Neque reverentia et egregia aestimatio huiusmodi religionum neque implicatum genus quaestionum propositarum Ecclesiam inducunt, ut silentia tegat, ad non christianos quod attinet, nuntium Iesu Christi. Contra, ea opinatur hasce multitudines hominum ius habere cognoscendi Christi mysterii divitias (76); in quibus, ut arbitramur, tota humana familia in-

74. Cfr. S. Iustini, *I Apologia* 46, 1-4; *II Apologia* 7 (8) 1-4; 10, 1-3; 13, 3-4: *Florilegium Patristicum* II, Bonn 1911, ed. 2, pp. 81, 125, 129, 133; Clementis Alex., *Stromata* I, 19, 91, 94: *S. Ch.* 30, pp. 117-118, 119-120; Conc. Oecum. Vat. II, Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus*, n. 11: A.A.S. 58 (1966), p. 960; Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 17: A.A.S. 57 (1965), p. 21.

75. Eusebii Caesariensis, *Praeparatio Evangelica*, 1, 1: PG 21, 26-28; cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 16: A.A.S. 57 (1965), p. 20.

76. Cfr. *Eph.* 3, 8.

venire potest plenissimo modo ac nulli exspectationi obnoxio, ea omnia, quae quasi temptabunda ipsa perquirat de Deo, de homine eiusque sorte futura, de vita et morte, deque veritate.

Quare, etiam cum agitur de religionum naturalium formis, vel praestantissimis, Ecclesia hoc sibi proprium habere putat: vi religionis Iesu, quam ipsa per evangelizationem nuntiet, revera hominem iungi cum Dei consilio, cum viva eius praesentia cumque eius actione; eandem efficere, ut quis occurrat divinae mysterio Paternitatis, quae ad humanum genus inclinet; aliis verbis, per nostram religionem reapse cum Deo institui commercium, verum nempe vivumque, quod aliae religiones instituere nequeunt, etiamsi sua, ut ita dicamus, brachia ad caelum attollere ipsae videantur.

Hac de causa, Ecclesia ardorem missionalem suum alit ac fovet, quin immo augere studet hac, qua nos vitam degimus, aetate; necnon officio se teneri persentit erga universos populos; nullique parcit labori, ut pro suis viribus nitatur Bonum Iesu Salvatoris Nuntium edere. Novos semper, per hominum aetates, apostolos ad tale munus componit. Haec cum gaudio animadvertimus his temporibus, quibus non desunt qui putent atque etiam dicant apostolicum ardorem et alacritatem esse extincta, atque aetatem missionalem iam desiisse. Synodus quippe Episcoporum responsionis instar edixit missionalem nuntiationem non factam esse vigoris expertem, atque Ecclesiam ad huiusmodi munus implendum semper contenturam esse. / 43

54. Verumtamen, Ecclesia non se arbitratur onere eximi ratione pariter assidua attendendi iis, qui fidem susceperunt quique, saepe a pluribus hominum aetatibus, Evangelium attigerunt. Quocirca, fidem eorum, qui se iam Christifideles vel credentes profitentur, excolere, solidare, nutrire et in dies maturiorem efficere conatur, quo magis tales revera exsistant.

Quae plerumque fides hodie cum *saecularismo* atque etiam cum atheismo data opera adducitur, immo etiam obsidetur aperteque oppugnatur. Timor quoque est, ne ipsa suffocetur vel inedia pereat, nisi continenter alatur fulciaturque. Evangelizatio ergo saepissime postulat, ut fidei christifidelium necessariae hae alimonia et corroboratio afferantur, praesertim ope catecheseos, quae illo quasi suco evangelico vegetetur et sermone temporibus et personis accommodato ditetur.

Catholica Ecclesia assiduis pariter curis christianos prosequitur, qui plenam cum ipsa communionem non habent: dum una cum illis unitatem, quam Christus voluit, praeparat, idque propterea facit, ut unitatem in veritate operetur, plane conscia est se graviter officio suo esse defuturam, nisi coram iisdem testificetur eam plenitudinem Revelationis, cuius ipsa depositum servat.

55. Hac etiam sollicitudine eadem Synodus Episcoporum significanter tenebatur, scilicet ea, quae ad duas hominum rerumque condiciones spectat, quae quidem inter se valde differunt, sed tamen arcte inter se coniunguntur eo quod – utraque suo quidem modo – quasi provocando impugnant evangelizationem.

Quarum prior appellari potest augescens incredulitatis vis in mundo hodierno. Huic ipso mundo delineando memorata Synodus studuit: tali enim nomine late patente, quot cogitandi rationes comprehenduntur, quot bona vera atque ficticia, quot studia delitescentia aut semina perniciosa, quot opina- 44 tiones / veteres, quae evanescunt, et opinationes novae, quae animis imponuntur! Ad rem spiritualem quod attinet, hic mundus hodiernus *luctuoso eventu humanismi athei* iactari videtur, ut scriptor quidam nostrae aetatis appellavit (77).

Hinc enim animadvertendum est in ipso veluti centro mundi nostrae aetatis quiddam insidere, quod est quasi singularissima eius nota: *Saecularismum* dicimus. Non autem de *saecularizatione* loquimur, quae est conatus, per se rectus et legitimus neque prorsus a fide et religione alienus, deprehendendi in creatura, in qualibet re et in singulis eventibus mundi universi leges, quibus reguntur quadam *autonoma* ratione, dum mens penitus persuasum sibi habet Creatorem hasce leges iis indidisse. Recentius Concilium tali ratione legitimam humanae culturae ac praesertim scientiarum *autonomiam* asseveravit (78). Nos autem hic de vero *saecularismo* cogitamus, scilicet de illo mundi concipiendi modo, quo is ex ipsis suis principiis explicatur, neque opus est ut ad Deum ascendatur, qui ita supervacaneus fit et cuidam quasi impedimento est. Huius ergo generis *saecularismus*, potestatem hominis agnoscere nitens, eo ducit, ut Deus praetereatur atque etiam negetur.

77. Henri De Lubac, *Le drame de l'humanisme athée*, Ed. Spes, Paris 1945.

78. Cfr. Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes*, n. 59: A.A.S. 58 (1966), p. 1080.

http://www.obrascatolicas.com

Inde novae rationes atheismi manare videntur, videlicet atheismus *anthropocentricus*, non amplius a sensibus remotus et metaphysicus, sed pragmaticus, secundum praestituta consilia propositus et pugnax. Cotidie, multiplicibus sane modis, profertur – conexus cum hoc *saecularismo* atheo – civilis cultus ad id, quod consumitur, pertinens, *hedonismus*, ut aiunt, qui bonorum omnium supremum praedicatur, voluntas potestate utendi ac dominandi, cuiusvis generis discrimina inducta. Quae omnia totidem sunt inhumanae propensiones huius *humanismi*.

Verumtamen, in hoc ipso mundo hodierno – res sane mi-
45 ra / contraque opinionem multorum – negari nequit veras inesse iuncturas cum christiana religione atque etiam elementa evangelica, id saltem efficientia, ut animi inane quiddam sentiant et desiderio bonitatis teneantur. Haud nimis est dicere agi de vehementi quadam et miseranda imploratione, ut nempe mundus evangelizetur.

56. Altera condicio eorum est, qui religionem non exercent, scilicet permagnae multitudinis baptizatorum, qui plerumque non eiurarunt suum expresse baptismum, sed velut in extremis eius limitibus prorsus versantur neque ex eo vitam ducunt. In historia christianitatis res est vetus, quod homines religionem non colunt; idque ex naturali quadam infirmitate et ex intima inconstantia oritur, quae, pro dolor, in ipso animo humano penitus insidunt. Sed idem aetate nostra novis notis est insigne; atque saepe idcirco explicatur, quod nostris hisce temporibus hoc proprium est et peculiare, ut homines quasi evellantur. Inde etiam oritur, quod christiani cum non credentibus sunt expertes, continenter impelluntur. Ceterum, nostri aequales, religionem non exercentes, magis quam aliis temporibus fieri solebat, hunc statum suum explanare student et excusare nomine religionis interioris, suis legibus vivendi facultatis, vel authenticae sui ipsorum rationis.

Itaque, hinc athei et non credentes, illinc religionem non exercentes evangelizationi non leviter obnituntur. Priores quidem resistunt eo quod certo quodam modo fidem respuunt, non capaces sunt ad accipiendum novum rerum ordinem et novam significationem mundi, vitae, historiae; quod fieri nequit, nisi ab "Absoluto" quis proficiscatur, quod est Deus. Alteri resistunt inertia, habitu illo aliquatenus hostili, eorum proprio, qui rem suam se optime gerere sciunt, qui se omnia novisse affirmant, cunctisque fruitos esse, neque amplius iis credere.

Hic *saecularismus* atheus et nulla religionis exercitatio a-
46 pud / adultos aetate inveniuntur et apud iuvenes, apud electissimos homines et apud vulgus, in omnibus gradibus cultus civilis, in Ecclesiis antiquis atque recens conditis. Quae igitur in evangelizatione vertitur actio Ecclesiae, quippe quae utrumque, huiusmodi mundum nequeat ignorare neque sistere ante utrumque, eo coniti debet continenter, ut apta subsidia et sermonis ratio quaerantur ad revelationem divinam et fidem in Iesum Christum alterutri primum vel iterum proponendam.

57. Ut Christus suae tempore praedicationis, ut duodecim Apostoli matutino Pentecostes tempore, etiam Ecclesia ingentem coram se multitudinem hominum videt, qui Evangelium desiderant et pro suo iure vindicant, quia Deus *vult omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire* (79).

Cum suum esse sentiat officium omnibus salutem praedicandi, sciens evangelicum nuntium non paucis initiatis, vel privilegio donatis, vel electis, sed omnibus destinari, Ecclesia eadem sollicitudine angitur, qua Christus coram turbis errantibus et languentibus, quasi *ovibus sine pastore*, et saepe eius renovat verba: *Misereor super turbam* (80). Sed et intellegit, ut evangelica praedicatio sit efficax, nuntium suum sibi esse dirigendum, in medio turbarum, ad fidelium communitates, quarum actio possit et debet ceteros attingere.

58. Diu Synodus recens de his parvis communitatibus, seu a basi appellatas, egit, quoniam in hodierna Ecclesia saepius de iis mentio fit. Quid sunt hae communitates, et quare praecipue evangelizantur eodemque tempore evangelizent?

Cum, secundum varia testimonia quae in Synodo audivimus, ubique in Ecclesia quodammodo floreant, eae multum inter se differunt in eadem regione, sed multo magis aliae in
47 alia regione. /

In nonnulis enim regionibus oriuntur et crescunt, aliquibus exceptis, in Ecclesia, cuius et vitae participes sunt et doctrina nutriuntur et Pastoribus adhaerent. Cum tales sunt, nascuntur, quia Ecclesiae vitam ardentius vivere cupiunt, vel congruentiorem humanae naturae morem optant et inquirunt;

79. *1 Tim.* 2, 4.
80. *Mt.* 9, 36; 15, 32.

quem haud facile ampliores ecclesiales communitates praestare possunt, praesertim in magnis nostri temporis urbibus, ubi coacervatim simul ac veluti sine nomine vivitur. Hae communitates vel tantum modo suo, quoad ea, quae ad rem spiritualem et religiosam pertinent – ut sunt Dei cultus, subtilior fidei cognitio, caritas fraterna, preces, communio cum Pastoribus – parvum socialem coetum, pagum aliave extendere possunt; vel congregare volunt ad audiendum reputandumque Verbum, ad Sacramenta, ad agapes vinculum, coetus aetate, cultura, sociali condicione similes – coniuges, iuvenes, eos qui varia munera et artes profitentur, ceteros –; itemque homines ipsa vivendi ratione concordes, quoniam una simul iustitiam, opem fraternam pauperibus ferendam, humanam progressionem propugnant; christianos denique, ubi penuria sacerdotum non favet ordinariae paroecialis communitatis vitae. Haec omnia fieri putantur intra communitates ab Ecclesia constitutas, et maxime intra ecclesias particulares et paroecias.

In aliis regionibus, contra, communitates hae primordiales conveniunt acerbo impulsae studio faciendi censuram Ecclesiae, cui libenter notam *institutionalem* inurunt cuique sese opponunt, tamquam communitates charismaticas, a structuris solutas, tantummodo afflatas Evangelio. Earum proprium est erga Hierarchiam et signa, quae Ecclesiam exprimunt, aperte obiurgare et recusare. Hanc enim Ecclesiam ex integro impugnant. Ita sensus, quibus eae permoventur, brevi *ideologici* fiunt, nec raro politica optione, aliqua secta, tum aliquo instituto, vel etiam factione arripiuntur, non sine periculo, ne iis inserviant.

Iam non mediocris est discrepantia: communitates, quae / 48
suo repugnandi studio ab Ecclesia discedunt, cuius ceterum unitatem laedunt, profecto appellari possunt communitates "a basi" seu primordiales, sed hoc nomen est proprie sociologicum, nec fas est eas, nisi impropria verborum significatione, communitates *ecclesiales* 'a basi" appellari, etsi perseverare se perperam affirmant in Ecclesiae unitate, cum Hierarchiae obstent. Talis appellatio ceterarum communitatum propria est, quae in Ecclesia congregantur, ut cum Ecclesia coniungantur et Ecclesiam augeant.

Hae quidem communitates seminarium erunt evangelizationis atque servient maioribus communitatibus, praesertim Ecclesiis particularibus; praeterea – ut in dictae Synodi exitu docuimus – Ecclesiae universae spem eatenus proponent, quatenus:

– alimenta sua ex Verbo Dei haurient neque se ipsas patiuntur irretiri extremis factionum politicarum studiis populariusque doctrinis, quae libenter semper abutentur maxime earum potentia humana.

– resistunt instanti semper sollicitationi ad praeparatam institutorum expostulationem immodicamque censuram sub nomine sinceritatis, veritatis ac voluntatis adiutricem operam praestandi;

– firmiter ad Ecclesiam loci, in quam inseruntur, simulque ad universalem Ecclesiam adhaerescunt, quod faciendo impedient – quod nimis facile accidere potest – ne videlicet in se solas invertantur neve arbitrentur se unicam esse germanam Christi Ecclesiam, et ceteras proinde communitates ecclesiales aspernentur;

– sinceram custodiunt communionem cum Pastoribus, quos Dominus Ecclesiae suae dedit, atque cum Magisterio, quod Spiritus Christi iisdem credidit;

– numquam existimant sibi tantum nuntiari Evangelium, vel sibi solis obvenire munus illud proclamandi, eoque minus / apud se unice Evangelii depositum esse; contra, sibi persua- 49
dentes Ecclesiam multo ampliorem esse multoque maiores recipere varietates, agnoscunt eandem hanc Ecclesiam etiam formis contineri et exprimi aliis ac per ipsas solas;

– in singulos dies crescunt officiorum conscientia, religionis studio, sedulitate et missionali erga alios navitate;

– se probant usquequaque patere omnibus hominibus, neque unquam peculiaribus favere partibus.

His tantum condicionibus, quae plurimum sine dubio postulant, verum etiam magnopere animos incitant, primordiales illae communitates ecclesiales satisfacient praecipuae suae destinationi: scilicet audientes Evangelium sibi nuntatum atque recipientes singulari modo ipsam evangelizationem, eae sine ulla mora fient Evangelii nuntiae. / 50

VI

59. Si sunt homines, qui Evangelium salutis in mundo pronuntiant, id faciunt iussu, nomine et gratia Christi Salvatoris.

Quomodo vero praedicabunt, nisi mittantur? (81), ille scripsit qui haud dubie unus e maximis Evangelii praeconibus fuit. Nemo igitur id muneris explere potest, nisi missus fuerit.

Cui autem missio est evangelizandi?

Concilium Vaticanum II praeclare respondet: Ecclesiae *ex mandato divino incumbit officium eundi in mundum universum et Evangelium praedicandi omni creaturae* (82). Et alio loco affirmat totam Ecclesiam missionariam esse, et *opus evangelizationis* esse *officium Populi Dei fundamentale* (83).

Iam mentionem fecimus de intima huiusmodi inter Ecclesiam et evangelizationem coniunctione. Cum Ecclesia Regnum Dei nuntiat et aedificat, ipsa in medio mundo sese penitus collocat, tamquam signum et instrumentum huius Regni, quod est et venit. Quam ad rem, Concilium rettulit significantissimum illud Sancti Augustini effatum de missionali duodecim Apostolorum actione: *Praedicaverunt verbum veritatis et genuerunt ecclesias* (84).

60. Ecclesiam autem missam esse, eandemque ad evangelizationem proprie spectare, hoc duplicem in nobis excitat persuasionem. Ac primum, opus evangelizationis nemini singulare m actum esse et solitarium, sed omnino ecclesialem. Ideo-
51 que, / cum praedicator vel humillimus, catechista vel pastor, in perquam longinqua regione, Evangelium nuntiat, sive parvam suam communitatem colligit, sive aliquod Sacramentum ministrat, etiamsi sit solus, actum Ecclesiae exsequitur, eiusque opus cum totius Ecclesiae evangelizantis actione certe coniungitur, non solum vinculis *institutionalibus*, sed invisibilibus etiam vinculis atque occultis cum superna gratia radicibus. Ex hoc inducitur eum non veluti sibi sumpto sponte officio, nec sua ipsius ductum mentis incitatione agere, sed in communione cum Ecclesiae munere atque eiusdem nomine.

Exinde altera persuasio eruitur: si quisque nomine Ecclesiae evangelizat – quae et ipsa ex Domini mandato agit –, nullus evangelizator summus est suae evangelizandi actionis arbiter, sui ipsius iudicio agens eamque perficiens iuxta suam indolem suamque impulsionem, sed servata cum Ecclesia eiusque Pastoribus communione eam exsequi debet.

Ecclesia, ut iam diximus, tota evangelizat. Ideo, sive ad universum terrarum orbem, sive ad unamquamque eiusdem partem quod attinet, Ecclesia suum officium esse sentit Evangelium pervulgare.

61. Postquam haec animo volutavimus, nunc, Fratres et Filii, vobiscum sistimus ad rem, quae hodie peculiaris momenti est, perpendendam. Prisci christiani, in suis liturgicis celebrationibus, in suis coram iudicibus et carnificibus testificationibus, in suis de re apologetica scriptis, se firmissime in Ecclesiam credere libenter declarabant, eam ubique terrarum diffusam esse demonstrantes. Prorsus sibi conscii erant se ad magnam pertinere communitatem, quae neque spatio neque tempore circumscriberetur: *A iusto Abel ad ultimum electum* (85); *usque ad ultimum terrae* (86); *usque ad consummatio-*
52 *nem saeculi* (87). /

Talem Dominus voluit Ecclesiam suam: universalem, arborem magnam, cuius in ramis volucres caeli veniunt et habitant (88), sagenam ex omni genere piscium congregantem (89), vel rete quod Petrus centum quinquaginta tribus magnis piscibus onustum trahit (90), gregem qui ab uno pascitur pastore (91): Ecclesiam nempe universalem, quae nec saepta habet nec fines, nisi, pro dolor, limites, qui in corde animoque hominis peccatoris sunt.

62. Haec tamen universalis Ecclesia reapse penitus inseritur singulis particularibus Ecclesiis, quae vicissim ex hac aut illa humani generis portione constant; quaeque hac vel illa utuntur lingua; quae certam eruditionem atque doctrinam, cer-

81. *Rom.* 10, 15.
82. Decl. de libertate religiosa *Dignitatis humanae*, n. 13: A.A.S. 58 (1966), p. 939; cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 5: A.A.S. 57 (1965), pp. 7-8; Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus*, n. 1: A.A.S. 58 (1966), p. 947.
83. Cfr. Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus*, n. 35: A.A.S. 58 (1966), p. 983.
84. S. Augustini, *Enarrat. in Ps. 44*, 23: C.C.L. XXXVIII, p. 510; cfr. Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus*, n. 1: A.A.S. 58 (1966), p. 947.
85. S. Gregorii Magni, *Homil. in Evangelia*, 19, 1: PL 76, 1154.
86. *Act.* 1, 8, cfr. *Didachè*, 9, 1: Funk, *Patres Apostolici*, 1, 22.
87. *Mt.* 28, 20.
88. Cfr. *Mt.* 13, 32.
89. Cfr. *Mt.* 13, 47.
90. Cfr. *Jo.* 21, 11.
91. Cfr. *Jo.* 10, 1-16.

tum res mundi sentiendi modum, certam praeteriti temporis memoriam, certum denique humanitatis fundamentum heredi tate veluti possident iisdemque astrictae manent. Ac proprio nostri temporis hominis sensui consentaneum est hisce Ecclesiae particularis divitiis patere.

Caveamus autem, ne Ecclesiam universalem cogitemus quamdam esse summam vel, si dicere licet, foederatam consociationem, plus minus *heteroclitam*, Ecclesiarum particularium, quae suapte natura inter se differant. Secundum voluntatem Domini, Ecclesia ipsa, vocatione et missione universalis, cum radices mittit in varias condiciones, ad civilem, socialem et humanum ordinem spectantes, in quavis orbis terrae parte exteriores facies ac lineamenta diversa induit.

Itaque, quaelibet particularis Ecclesia, quae sua voluntate ab universali Ecclesia seiungatur, necessitudinem suam cum Dei consilio amittat et sua ecclesiali indole pauperior fiat. Ceterum, Ecclesia, in toto orbe diffusa, abstractum quiddam fieret, nisi corpus et vitam per ipsas particulares Ecclesias sume-/ 53
ret. Tantum si hosce duos Ecclesiae veluti axes constanter aspexerimus, nobis intellegere licebit divitias huius, quae inter Ecclesiam universalem atque Ecclesias particulares exstat, necessitudinis.

63. Ecclesiae particulares, quae penitus non modo cum ipsis hominibus commiscentur, sed etiam cum appetitionibus, divitiis angustiisque, necnon orandi, amandi, vitam mundumque spectandi modis, quae distinguunt definitum quemdam hominum coetum, debent substantiam evangelici nuntii intellectam excipere eamque, sine ulla vel minima eius fundamentalis veritatis immutatione, in sermonem transferre, qui ab iisdem hominibus comprehendatur, eamque postea tali sermone nuntiare.

Quae quidem translatio facienda est – iis sane adhibitis consilio, gravitate, reverentia et competenti facultate, quae res ipsa postulat – in campis ad sacrae Liturgiae rationes (92), ad cathecesim, ad theologiae enuntiata, ad secundarias ecclesiales structuras, ad ministeria pertinentibus. Cum vero *sermonem* dicimus, verbum tali sensu accipiendus est, ut potius quam ad verborum explicandorum disciplinam vel ad litterarum rationem, ad anthropologicam et culturalem rem referatur.

Quaestio profecto haud parum prudentiae habet, cum evangelizatio multum suae virtutis suaeque efficacitatis amittat, nisi rationem habeat populi, ad quem reapse dirigitur, nisi eius lingua eiusque signibus et imaginibus utatur, nisi quaestionibus respondeat, quas ipse ponit, nisi demum eius verum vivendi morem tangat et moveat. Altera vero ex parte, evangelizatio in periculo est, ne naturam sibi propriam perdat et omnino evanescat, si, per speciem res, quas continet, in ser-
monem / transferendi, eas inanes reddat vel corrumpat, aut si 54
eo consilio, ut veritas universalis alicui veluti spatio aptetur, haec ipsa veritas proiciatur atque unitas frangatur, sine qua nulla datur universalitas. Iamvero, ea tantummodo Ecclesia, quae conscientiam servat suae universalitatis ac sese praebet revera universalem, nuntium in promptu habet, qui comprehendi potest ab omnibus, ultra cuiuslibet regionis fines.

Cum aequa ratio Ecclesiarum particularium habetur, Ecclesia profecto augetur; idque oportere atque urgere censendum est, quia omnino congruit cum penitus insitis populorum humanarumque communitatum appetitionibus, quibus magis magisque agnoscere suae naturae lineamenta contendunt.

64. Ut vero huiusmodi auctus eveniat, necesse est ut Ecclesiae particulares prorsus pateant Ecclesiae universali. Bene enim animadvertendum est christifideles, qui maxime simplices et Evangelio fideles sunt atque ad verum Ecclesiae sensum magis attendentes, sua quasi sponte attrahi ad hanc universalem indolem percipiendam, eam ultro ac vehementissime desiderare, libenter in ea sese recognoscere, cum ea uno concentu consentire, atque imo ex animo angi, cum, vi quarundam opinionum, quas non intellegunt, in Ecclesiam costringantur hac universalitate carentem, alicuius regionis finibus circumscriptam atque omnis prospectus expertem.

Ceteroquin, ut historia clare docet, quotiens haec vel illa Ecclesia particularis, optimis etiam propositis permota atque argumentis innixa, quae sive ex theologia, sive ex sociali doctrina, sive ex politica scientia, sive ex ipsa pastorali ratione depromantur, aut cupiditate impulsa alicuius libertatis sive sese movendi sive agendi, seiuncta est ab Ecclesia universali atque ab eius vitae centro visibili, vis fieri potuit (si tamen eve-

92. Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, nn. 37-38: A.A.S. 56 (1964), p. 110; cfr. etiam liturgici libri ceteraque documenta, insequenti tempore ab Apostolica Sede edita ad reformationem liturgicam exsequendam, quam Concilium Vaticanum II faciendam decrevit.

http://www.obrascatolicas.com

nit), ut duo effugeret discrimina, pariter gravia: hinc discri-
men cuiusdam arefacientis secessionis, ac deinde celeris ipsius
55 disgregationis, quia unaquaeque ius cellularum ab ea / digre-
diebatur eodem modo, quo ipsa a nucleo principali recesserat;
illinc autem discrimen, ne suam libertatem amitteret, cum, se-
parata a capite atque ab aliis Ecclesiis, quae robur et firmita-
tem eidem impertiebant, sola obnoxia fuit multimodis illorum
viribus, qui eam in servitutem redigere et quaestui habere co-
narentur.

Revera, quo solidiora sunt communionis vincula, quibus Ecclesia particularis cum Ecclesia universali devincitur – vincula dicimus caritatis et fidelitatis, prompti erga Petri Magisterium obsequii, unitatis in lege orandi, quae est etiam lex credendi, sollicitudinis servandi unitatem cum ceteris Ecclesiis, quae universalitatem efficiunt –, eo aptior haec eadem Ecclesia evadet ad thesaurum fidei in legitimas varietates transferendum, quibus exprimi possunt sive eiusdem fidei professio, sive orationis formae ac Dei cultus, sive christianorum vita et mores, sive spiritualis populi vis, in quo ipsa versatur; eoque etiam verior fiet Evangelii nuntia, hoc est facultate pollens hauriendi a patrimonio universali id quod ad sui populi emolumentum cedat, itemque eiusdem populi experientiam vitamque Ecclesiae universali tradendi in omnium utilitatem.

65. Hac quidem mente, cum ad finem perduceretur tertius Synodi coetus, clarum, paterni amoris plenum, instans verbum habuimus de munere Petri Successoris, qua principii visibilis, vivi, actuosi unitatis inter Ecclesias, atque adeo unius Ecclesiae universalitatis (93). De gravi insuper officio etiam atque etiam monuimus, quod ad Nos pertinet, quodque tamen cum Fratribus in Episcopatu participamus, immutabile fidei catholicae depositum servandi, a Domino Apostolis traditum. Quod depositum, etsi in omnes vertatur linguas, laedendum non est neque amputandum; etsi symbolis singulorum popu-
56 lorum / propriis induatur, et elocutionibus theologicis explicetur cum variis uniuscuiusque sive culturae, sive societatis, sive etiam gentis modis et instrumentis congruentibus, ea catholicae fidei summa maneat necesse est, quam ecclesiale Magisterium et recepit et tradit.

66. Universa ergo Ecclesia ad praedicandum Evangelium vocatur; in hac tamen provincia varia sunt, quae inter se differunt, opera exsequenda. Quae ministeriorum varietas, in uno eodemque mandato, evangelizationis divitias et pulchritudinem efficit. Quapropter placet haec, quae sequuntur, munera commemorare.

Et primo, liceat nobis indicare, quam assidue in Evangelio Dominus Verbi nuntiandi munus Apostolis committat. Eos elegit (94), per nonnullos familiarissime annos excoluit (95), instituit (96) et misit (97) nuntii salutis testes atque magistros, auctoritate valentes. Et Duodecim suos invicem successores miserunt, qui, iisdem Apostolorum gressibus instantes, Evangelium pergunt praedicare.

67. Christi itaque voluntate, Petri Successor praeeminenti munere docendae veritatis revelatae auctus est. Saepe Novum Testamentum Petrum *Spiritus Sancti plenum* inducit, nomine omnium loquentem (98). Quamobrem, Sanctus Leo Magnus eum meritum esse dicit apostolatus principatum (99). Hac eadem de causa, Ecclesiae vox Summum Pontificem in culmine – *in apice, in specula* – apostolatus esse demonstrat (100).
57 Concilium / Vaticanum II, pronuntians *Christi mandatum praedicandi Evangelium omni creaturae* (cfr. *Mc.* 16, 15), *cum Petro et sub Petro, Episcopos primo et immediate afficit* (101).

Potestas igitur plena, suprema atque universalis (102), quam Christus Vicario suo tradidit ad pastoralem Ecclesiae gubernationem, in eo potissimum posita est, quod Summus Pontifex praedicandi opus exercet et aliis mandat, ut Bonum salutis Nuntium praedicetur.

68. Cum Successore Petri coniuncti, Episcopi, Apostolorum successores, vi episcopalis ordinationis, potestatem suscipiunt veritates revelatas in Ecclesia docendi. Ipsi fidei magistri constituti sunt.

Cum Episcopis in ministerium evangelizationis consociantur, huius potestatis ex peculiari titulo participes, ii qui per sacerdotalem ordinationem *personam Christi gerunt* (103), qua educatores Populi Dei in fide, divini Verbi praecones, simulque Eucharistiae ceterorumque Sacramentorum administri.

Nos omnes igitur Pastores, magis quam quodlibet aliud Ecclesiae membrum, invitamur ad huius muneris conscientiam in nobis excitandam. Quod nostrum sacerdotale ministerium distinguit, quod efficit ut apte inter se cohaereant innumera ea negotia, quae per totius nostrae vitae cursum nos sollicitos tenent, quod denique peculiarem prorsus notam nostrae indu/striae impertit, est hic finis, cuilibet insitus actioni 58
nostrae: *Evangelium Dei praedicare* (104).

En verae imaginis nostrae proprietas, quam nulla umquam dubitatio extenuare, nulla obiectatio obscurare debet: qua Pastores, miserenti Pastoris Summi consilio (105) electi sumus, etsi impares, ad Verbum Dei cum potestate praedicandum, ad congregandum Populum Dei dispersum, ad innutriendum hunc Populum signis actionis Christi, quae Sacramenta sunt, ad illum per salutis iter ducendum in eaque servandum unitate, cuius nos ipsi in variis ordinibus activa ac vitalia instrumenta constituti sumus, denique ad continenter animandam hanc communitatem circa Christum congregatam, secundum intimam eius vocationem. Cum autem haec omnia absolvimus pro nostris humanis viribus et secundum gratiae Dei mensuram, tunc profecto evangelizationis opus perficimus, sive Nos, qui munere fungimur Pastoris Ecclesiae universalis, sive Nostri in episcopatu Fratres Ecclesiis particularibus praepositi, sive Presbyteri et Diaconi coniuncti cum episcopis suis, quorum cooperatores sunt per communionem, quae e sacramento Ordinis sacri et ex Ecclesiae caritate proficiscitur.

69. Religiosi sodales praeterea in sua ipsorum vita, Deo sacrata, adiumentum singularis excellentiae inveniunt ad evangelizationem efficaciter peragendam.

Ex ipsa religiosae vitae natura ii inseruntur in dynamicam actionem Ecclesiae, quae "Absolutum", quod Deus est, sitienter expetit et ad sanctitatem vocatur. Huius sanctitatis ipsi sunt testes, cum Ecclesiam in se exprimant, quatenus severioribus Beatitudinum postulationibus se committere exoptat. Per suam vivendi rationem signum sunt eius vitae status, quo quis Dei, Ecclesiae ac fratrum famulatui se totum addicit. Quam ob rem, religiosi sodales peculiare momentum habent / quod attinet ad testificationem illam, quae, ut supra 59
diximus, primarium est evangelizationis elementum. Tacita huiusmodi testificatio paupertatis et seiunctionis a rebus huius mundi castitatis et candidae vitae innocentiae, voluntatis in oboedientia acquiescentis, praeter quam mundo atque ipsi Ecclesiae considerandi causas suggerit, fieri etiam potest diserta quaedam praedicandi forma, quae permovere valet etiam homines non christianos, recta praeditos voluntate et ad certa spiritualia bona aestimanda propensos.

Quae cum ita sint, facile intellegitur, quas partes agant in evangelizatione religiosi sodales atque sanctimoniales, qui precationibus, silentio, poenitentiae operibus, sui devovendi studio se dedunt. Alii etiam religiosi, et illi quidem plurimi, recta via incumbunt ad Christum nuntiandum. Missionalis eorum actio manifesto pendet ex Hierarchia et componenda est cum tota actione pastorali, quam ipsa ad effectum deducere cupit. Verumtamen quis aestimare potest, quantum hi attulerint atque conferre etiam nunc pergant ad evangelizationis opus? Ob ipsam suam consecrationem religiosam, illi potissimum liberi sunt sponteque valent omnia deserere et abire us-

93. Pauli Pp. VI, Allocutio habita exeunte tertio coetu Synodi Episcoporum (24 Oct. 1974): A.A.S. 66 (1974), p. 636.
94. Cfr. *Io.* 15, 16; *Mc.* 3, 13-19; *Lc.* 6, 13-16.
95. Cfr. *Act.* 1, 21-22.
96. Cfr. *Mc.* 3, 14.
97. Cfr. *Mc.* 3, 15; *Lc.* 9, 2.

96. Cfr. *Mc.* 3, 14.
97. Cfr. *Mc.* 3, 15; *Lc.* 9, 2.
98. *Act.* 4, 8; cfr. *Act.* 2, 14; 3, 12.
99. Cfr. S. Leonis Magni, *Sermo 69*, 3; *Sermo 70*, 1-3; *Sermo 94*, 3; *Sermo 95*, 2; *S. Ch.* 200, pp. 50-52; 58-66; 258-260, 268.
100. Cfr. Conc. Oecum. Lugdunense I, Const. *Ad apostolicae dignitatis*; *Conciliorum Oecumenicorum Decreta*, Ed. Istituto per le Scienze Religiose, Bologna 1973, ed. 3, p. 278; Conc. Oecum. Viennense, Const. *Ad providam Christi*, ed. mem., p. 343; Conc. Oecum. Lateranense V, Const. *In apostolici culminis*, ed. mem., p. 608; Const. *Postquam ad universalis*, ed. mem., p. 609; Const. *Supernae dispositionis*, ed. mem., p. 614; Const. *Divina disponente clementia*, ed. mem., p. 638.

que ad terminos orbis, ut Evangelium praedicent. Illi sunt in opere alacres, atque eorum apostolaus saepe excellit propriis sui ingenii consiliis et inceptis, quae admirationem inspicientibus movent. Illi sunt magnanimi, et crebro inveniuntur in extremis missionum stationibus ubi maxima nonnumquam obeunt valetudinis ipsiusque vitae pericula. Ipsis profecto plurimum debet Ecclesia.

70. Laici homines, utpote qui pro sua condicione in medio mundo versentur et variis temporalibus muneribus praeponantur, peculiarem idcirco evangelizationis formam exercere debent.

Praecipuum ac proximum eorum munus eo spectat, non ut ecclesialem communitatem condant vel promoveant –
60 quod / munus Pastoribus proprium est –, sed ut ad effectum plene adducant omnes christianas atque evangelicas vires ac virtutes latentes, sed iam praesentes atque operantes in hoc mundo. Campus eorum evangelizationis navitatis proprius est latissima eaque implicata provincia rei politicae, socialis atque oeconomicae; item provincia ingeniorum culturae, disciplinarum et artium, mutuarum inter Nationes necessitudinum, instrumentorum communicationis socialis; accedunt res quaedam, quae peculiari modo ad evangelizationem patent, cuiusmodi sunt amor, familia, puerorum et adolescentium educatio, variarum professionum exercitatio, humanus dolor. Quo plures erunt laici homines spiritu evangelico imbuti, in quos harum rerum onus recidit quique iisdem rebus manifeste sunt addicti, et quo magis eas promovere valent et conscii erunt sibi efferendas esse omnes in se positas christianas vires, quae saepe latentes atque interclusae iacent, eo magis hae res omnes – nihil humanae efficientiae suae amittentes vel imminuentes, immo ad novos quosdam superioris ordinis campos saepe pandentes – aedificando Dei Regno inserviunt, ac proinde afferendae saluti in Iesu Christo.

71. In apostolatus regione, laicorum propria, quae ad evangelizationem spectat, non animadverti non possunt partes, quae ad familiam pertinent. Ipsa iure merito pulcherrima appellatione dicta est *Ecclesia domestica*, ut ipsum Concilium Vaticanum II agnovit (106). Quod declarat oportere in unaquaque christiana familia reperiri varias Ecclesiae universae facies atque lineamenta. Ac praeterea familia, haud secus atque Ecclesia, habenda est campus, quo affertur et unde diffunditur Evangelium.
61 Quamobrem, apud familiam huius muneris consciam, / omnia eiusdem familiae membra evangelizant atque evangelizantur. Parentes non tantum communicant cum filiis Evangelium, sed ab ipsis possunt recipere idem Evangelium penitus ita expressum. Eadem familia Evangelii nuntia fit apud alias multas familias, atque circumstantem, cui inseritur, convictum.

Ipsae familiae, quae ex matrimonio mixto exortae sunt, Christum suae proli annuntiare debent secundum plenam vim et significationem communis baptismi; ipsae praeterea difficili tenentur officio sese efficiendi unitatis artifices.

72. Rerum adiuncta nos invitant, ut peculiarem mentis attentionem ad iuvenes dirigamus. Eorum auctus numerus eorumque percrebrescens in societate humana praesentia, quaestiones quibus sollicitantur, haec omnia excitare debent in omnibus curam porrigendi eis studiose ac sapienter exemplar evangelicum cognoscendum et colendum. Attamen necesse est, ut iuvenes, recta ad fidem et precationem informati, fiant magis magisque apostoli suorum aequalium. In tali sane iuvenum auxilio Ecclesia multam spem reponit, iisdemque saepe saepius plenam Nosmet ipsi fiduciam ostendimus.

73. Ita quidem maximum sui momentum consequitur operosa laicorum praesentia in rebus temporalibus. Neglegendus igitur non est neque oblivione praetereundus alter rerum prospectus: laici enim possunt animadvertere se vocatos esse vel vocari ad consociandam operam cum Pastoribus in famulatu communitatis ecclesialis, in eius auctum et vitae ubertatem, dum ministeria valde distincta exercent, pro gratia atque carismatibus, quae Dominus iis dilargiri voluerit.

Magna cum interiore laetitia contuemur Pastorum multitudinem, religiosorum atque laicorum, qui muneris sui Christum praedicandi studiosi, nuntiare valenter Evangelium aptioribus usque rationibus nituntur. Nos confirmamus late pa-
62 ten/tem actionem, quam, hoc in itinere et hac cum cura, Ecclesia nostrae aetatis explicat. Quae late patens actio meditationem ante omnia respicit, deinde ministeria ecclesialia, quibus est facultas renovandi atque firmandi alacritatem in evangelizando.

Absque dubio, iuxta ministeria per sacramentum Ordinis collata, vi quorum Pastores constituuntur atque peculiari modo communitatis famulatui se devovent, Ecclesia agnoscit alia ministeria, quae, etsi cum sacro Ordine non sint coniuncta, accommodantur tamen ad peculiare Ecclesiae officium exercendum.

Consideratio ad Ecclesiae primordia intenta multum luminis affert atque nobis sinit, ut utamur vetusta experientia, quod ad ministeria attinet; quae experientia eo validior est, quoniam pristinae Ecclesiae facultatem dedit accrescendi, se corroborandi atque extendendi. Haec tamen primordiorum exploratio complenda est consideratione necessitatum humanae condicionis Ecclesiaeque nostrae aetatis. Haurire ex fontibus istis semper consiliorum plenis, nullum horum bonorum posthabere atque apte accommodari postulatis et necessitatibus huius temporis: haec sunt capita, quae facultatem praebebunt sapienter inquirendi atque in luce collocandi ministeria, quibus Ecclesia indiget, quaeque plures Christifideles libenter suscipient ad maiorem usque fovendam ecclesialis communitatis vivacitatem. Haec ministeria secum ferent veram pastoralem virtutem secundum rationem, qua servabunt omnino unitatem normasque latas a Pastoribus, utpote qui unitatis Ecclesiae sponsores atque auctores sint constituti.

Huiusmodi ministeria, quae specie quidem nova videntur, sed valde contra cohaerent cum antiquis Ecclesiae experimentis per longum vitae eius curriculum – ministeria, verbi causa, dicimus catechistarum, precationis et cantus moderatorum, christianorum deditorum praedicationi Verbi Dei vel famulatui fratrum egentium, praepositorum communitatum parvarum, auctorum motuum apostolicorum, et aliorum istius ge-
neris – / utilissima quidem sunt ad Ecclesiam condendam, vi- 63
vificandam et amplificandam, atque etiam efficere possunt, ut ipsa magis circumcirca effulgeat eosque tangat, qui procul absunt. Peculiaris a Nobis aestimatio declaranda est omnibus laicis, qui consentiunt aliquid sui temporis et virium, immo etiam universam vitam, sacris missionibus devovere.

Omnibus evangelizationis operariis sedula praeparatio necessaria est, qua quidem multo magis ii indigent, qui ministerio Verbi sunt addicti. Incitati altiore semper conscientia excelsitatis et ubertatis Verbi Dei, illi, quorum officium est idem Verbum diffundere, quam maximum studium adhibere debent ad dignitatem et diligentem curam et accommodationem sermonum suorum. Omnes enim noverunt loquendi artem hodie permagnum prae se ferre momentum et pondus. Quomodo igitur praedicatores et catechistae poterunt eam contemnere? Vehementer proinde optamus, ut in unaquaque Ecclesia particulari Episcopi convenienter procurent institutionem omnium ministrorum Verbi. Illa videlicet educatio seria augebit in iis necessariam fiduciam sui, sed etiam studium inflammabit Iesu Christi praedicandi hoc ipso tempore nostro. / 64

VII

74. Neque vero colloquii huiusce cum Fratribus Filiisque Nostris amantissimis finem ante faciendum putamus, quam et unum aliud addiderimus invitamentum: quoniam animo quove consilio scilicet ii duci debeant, qui propagando Evangelio operam dant.

Ita nomine Domini Iesu Christi atque Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, eos omnes, qui Spiritu Sancti instinctu Ecclesiaeque mandato veri Evangelii praecones sunt, cohortamur, ut vocatione, quam audierunt, digni sint, illamque nulli dubitationi vel timori cedentes exerceant, neque omnino omittant ea, quae ad evangelizationem non modo aditum faciant, sed assiduam etiam ac fructuosam reddant. En, prae ceteris, primarias quas iuvat condiciones commendare.

75. Nulla umquam fieri potest praedicatio sine Sancti Spiritus munere. Qui profecto et in Iesum a Nazareth descendit ipsum dum baptizaretur, tum videlicet, cum vox Patris – *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui* (107) – manifeste ostendit ipsius electionem et missionem. Qui praeterea *ductus a Spiritu* deserta petit supremumque certamen init in discrimenque maximum venit, antequam huius missionis initium faciat (108); itidemque *in virtute Spiritus* (109) redit in Galilaeam, in civitate sua Nazareth praedicaturus, sibi illud Isaiae tribuens: *Spiritus Domini super me, et: Hodie, im-*

106. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 11: A.A.S. 57 (1965), p. 16; Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem*, n. 11: A.A.S. 58 (1966), p. 848; S. Ioannis Chrysostomi, *In Genesim Serm.* VI, 2; VII, 1: PG 54, 607-608.

107. *Mt.* 3, 17.
108. *Mt.* 4, 1.
109. *Lc.* 4, 14.

http://www.obrascatolicas.com

65 *pleta est / haec Scriptura* (110). Huc accedit, quod discipulis, quos missurus erat, insufflans ait: *Accipite Spiritum Sanctum* (111).

Re quidem vera, solummodo post Spiritus Sancti adventum in die Pentecostes, Apostoli in omnes partes terrae profiscuntur, ut grande evangelizationis opus, Ecclesiae concreditum, aggrediantur, idque Petrus ita populo explicat, quasi per illum eventum prophetia Ioelis impleatur dicentis: *Effundam de Spiritu meo super omnem carnem* (112). Ipse Petrus Spiritu Sancto repletur, ut de Iesu, Filio Dei, populo verba faciat (113). Atque Paulus ipse Spiritu repletur Sancto (114), antequam apostolico operi se tradat, quemadmodum Stephanus, eodem Spiritu plenus, diaconus eligitur ac postea fuso sanguine martyrium facit (115). Scilicet Spiritus ille, qui Petrum, Paulum ac duodecim Apostolos loquentes facit, subiciens quid dicant, idem in eos etiam cadit, qui verbum Dei audiunt (116).

Ceterum, Spiritus Sancti consolatione repleta, Ecclesia crescit (117), cuius ille est anima. Ille, inquimus, efficit, ut fideles verum tum doctrinae tum mysterii Christi intellectum habeant; ille hodie, quemadmodum initio Ecclesiae, in unoquoque Evangelii praecone operatur, modo ei se tradat dirigendum. Ille tandem verba suggerit, cum unus ille praestare possit, simul audientium animos molliens, ut Evanvelium et annuntiatum Regnum plane excipiant.

Equidem evangelizationis artes bonae sunt; sint tamen illae absolutae atque perfectae, nequeunt secreto Spiritus instinctui suffici. Vel diligentissime adhibita praeconis praeparatio nihil agit sine Illo, et quaevis dialectica nisi Illo spirante
66 est / ad hominem permovendum impar, atque praeterea disciplinae tum sociologicae tum psychologicae inventa, subtilia licet, sine Illo nullius virtutis deprehenduntur.

Nimirum, hodie, in Ecclesia singularem quandam Spiritus Sancti aetatem animadvertimus. Satagunt enim ubique fideles, ut non modo melius Illum cognitum comprehensumque habeant, qualem videlicet Scripturae sanctae revelant, sed etiam ut quam iucundissimo animo Ei se tradant, vela sua pandentes inspiranti; atque praeterea frequentissimi ad Illum coeuntes, libenter ab Eo agi patiuntur. Iamvero, si Spiritus Sancti momentum in vita Ecclesiae tantum est, profecto in evangelizationis opere reperitur maximum. Neque credendum est temere ac fortuito accidisse, ut evangelizationis initia die Pentecostes proficiscerentur, divini nempe Spiritus afflatu.

Cogi ergo inde facile potest, Spiritum Sanctum in propagatione Evangelii primas agere, utpote qui et moveat ad praedicandum, et hominis intima ad excipiendum intellegendumque verbum salutis praeparet (118), iure pariter affirmari potest Eum esse etiam finem ac terminum omnis evangelizationis; unus enim novam creationem operatur, humanitatem nempe novam, ad quam evangelizatio ipsa tendere debet per illam unitatem in varietate, ad quam praedicatio necessario provocat in communitate christiana. Per Illum insuper, Spiritum Sanctum dicimus, Evangelium in mundum permanat, cum unus *signa temporum* – id est Dei – quae sint, discernere faciat, quae evangelizatio percipit eaque in hominum vita illustrat.

Episcoporum Synodus quidem, anno MCMLXXIV habita, postquam opportune institit operam Spiritus Sancti in negotio evangelizationis, vota pariter suscepit, ut animorum pastores atque theologi – inter quos fideles etiam ponimus, quos signum Spiritus Sancti per Baptismum notavit – naturam at-
67 que agendi / modum divini illius Paracliti altius excuterent in evangelizatione praesentis temporis. Quod et Nos in votis habemus, dum Evangelii praecones hortamur, cuiuscumque ordinis vel conditionis sunt, ut sine intermissione Spiritui divino summa fide et ardore supplicent, illiusque ductui prudenter se permittant tamquam auctoris praecipui consiliorum suorum, suorum coeptorum suaeque operae ad evangelizationem spectantis.

76. Nunc autem ipsos respicimus Evangelii praecones. Saepius, enim, homines dictitant aetatem nostram sitire sinceritatem ac veritatem rerum. Adulescentes praesertim dicuntur ab-

110. *Lc.* 4, 18. 21, cfr. *Is.* 61, 1.
111. *Io.* 20, 22.
112. *Act.* 2, 17.
113. Cfr. *Act.* 4, 8.
114. Cfr. *Act.* 9, 17.
115. Cfr. *Act.* 6, 5. 10, 7, 55.
116. Cfr. *Act.* 10, 44.
117. Cfr. *Act.* 9, 31.
118. Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus*, n. 4: A.A.S. 58 (1966), pp. 950-951.

horrere prorsus ab omni falsa vel fictitia rerum natura, atque contra requirere totam earum veritatem et claritatem.

Haec *signa temporum* magnam Nobis suadent vigilantiam. Etenim vehementer semper – sive taciti sive magna voce – nos interrogant: Creditisne vos ipsi ea quae dicitis? Vivitisne ea quae creditis? Praedicatisne revera et quae vivitis? Plus quam umquam alias testimonium vitae, sic factum est pernecessaria condicio plenae efficacitatis praedicationis. Quapropter, ecce in nos ipsos tamquam auctores quadamtenus recidit omnis progressus et effectus Evangelii, quod proclamamus.

"Quid est de Ecclesia decem post annos a conclusione Concilii?", ita nobiscum quaerebamus, hanc commentationem inchoantes. Estne illa radicitus constituta in medio mundo ac tamen satis libera et sui iuris, ut mundum interroget? Estne illa testis consociatae voluntatis cum hominibus eodemque tempore cum "Absoluto", quod est Deus? Estne vividior ipsius contemplatio et adoratio, estne pariter vehementior eius actio missionalis, caritatis effectrix, liberatrix? Estne studiosius usque operosa in sustinendis inceptis plenae christianorum unitatis restaurandae, quae efficaciorem reddit ipsam communem testificationem, *ut mundus credat* (119). Nos omnes simul / advocamur ad responsiones his interroga- 68
tionibus reddendas.

Hortamur ergo Venerabiles Fratres, quos *Spiritus Sanctus posuit pascere Ecclesiam Dei* (120). Hortamur Presbyteros et Diaconos, Episcoporum adiutores atque spiritalis alacritatis suasores in consociationibus Populi Dei et in locorum communitatibus. Hortamur Religiosos, testes huius Ecclesiae, quae ad sanctitatem invitatur, ideoque exstimulatos ad talem amplectendam vivendi rationem, quae evangelicarum Beatitudinum sit argumentum. Hortamur laicos: familias christianas, iuvenes et adultos, illos omnes qui artificia exercent, moderatores, neque obliviscimur pauperes saepe fide et spe affluentes, laicos omnes conscios suarum in evangelizatione partium in famulatu Ecclesiae, vel in media societate et mundo. His omnibus dicimus: necesse est, ut nostrum evangelizationis studium vehemens a germana vitae sanctitate proficiscatur, quam precatio ac praesertim amor erga Eucharistiam alant, atque – sicut Concilium Vaticanum II nos admonet – praedicatio ex parte sua incrementum afferat sanctitati praedicatoris (121).

Mundus qui, contra omnium opinionem, licet innumerabilia ostendat denegationis Dei signa, Deum tamen quaerit per itinera inopinata et Deo graviter indiget, idem mundus repetit Evangelii praedicatores, qui ipsi loquantur de Deo ab iis cognito tamque sibi proximo, quasi Eum invisibilem videant (122). Mundus repetit et exposcit a nobis vitae simplicitatem, precandi habitum, caritatem in omnes, praesertim erga parvulos et pauperes, oboedientiam et humilitatem, nostri oblivionem et renuntiationem. Hac sanctitatis nota deficiente, sermo noster difficulter permanabit ad cor hominum huius temporis: in discrimen ponitur, ut reducatur ad vanum et irritum./

77. Evangelizationis vis valde deminuetur, si nuntii Evangelii disiuncti erunt inter se variis divisionis causis. Nonne hoc est quoddam e magnis evangelizationis huius temporis incommodis? Re vera, si Evangelium, quod praedicamus, appareat dilaceratum controversiis de doctrina, sententiis inter se oppositis mutuisve damnationibus inter christianos – prout eorum quisque sentit de Christo et de Ecclesia, atque etiam ob dissimiles suas opiniones de societate deque humanis institutionibus – nonne fiet, ut illi, ad quos nostra praedicatio convertitur, perturbentur, in errorem inducantur, immo etiam scandalizentur?

Sacrum Domini testamentum nos docet, unitatem inter Christifideles esse non tantum documentum nostrae ascriptionis in numero suorum, sed etiam ipsius missionis a Patre, probantissimum argumentum fidei, quae christianis vel ipsi Christo debetur. Quoniam Evangelii praedicatores sumus, nobis praebenda est fidelibus Christi non species hominum dissidentium ac dissentientium ob controversias, quae nullo modo aedificant, sed species hominum in fide firmatorum, qui sciunt simul congredi, praeter contentiones hic et nunc exorientes, ob communem sinceram et aequam veritatis inquisitionem. Ita est: evangelizationis sors profecto conectitur cum unitatis testimonio ab Ecclesia exhibito, hinc sane officiorum pondus et gravitas, sed etiam consolatio exoritur.

Hoc autem loco denotare iuvat signum unitatis inter om-

119. *Io.* 17, 21.
120. Cfr. *Act.* 20, 28.
121. Cfr. Decr. de Presbyt. ministerio et vita *Presbyterorum ordinis*, n. 13: A.A.S. 58 (1966), p. 1011.
122. Cfr. *Heb.* 11, 27.

nes christianos, tamquam modum et instrumentum evangelizationis. Divisio christianorum quaedam praesens res est magnae profecto gravitatis, quae eo usque pertingit, ut ipsum opus Christi debilitet. Etenim, Concilium Vaticanum II locuIenter vehementerque affirmat: *Divisio christianorum sanctissimae causae praedicandi Evangelium omni creaturae detrimentum affert et aditum ad fidem multis praecludit* (123).
70 Qua / de causa, cum Annum hunc Iubilaeum indiceremus, necessarium Nobis visum est omnes fideles orbis catholici illud quoque commonefacere: *Prius quam homines universi reducantur aliquando et restituantur in Dei* Patris nostri *gratiam, communionem inter eos redintegrari omnino oportet, qui fide iam agnoverint ac receperint Iesum Christum uti Dominum misericordiae, qui homines liberet et amoris veritatisque consociet Spiritu* (124). Magna vero Nos cum spe contemplamur conatus illos, qui a christianis nunc suscipiuntur ad plenam restituendam hanc unitatem, quam Christus voluit. Sanctus Paulus hac de re nos facit certiores: *Spes autem non confundit* (125). Dumque hoc etiam tempore enitimur et contendimus, ut a Domino perfectam unitatem impetremus, volumus ut preces multiplicentur. Praeterea, idem assumimus votum, a Patribus tertii coetus generalis Synodi Episcoporum nuncupatum: ut maiore usque studio socia conferatur a nobis opera cum christianis fratribus, quibuscum perfecta communione nondum coniungimur, idque fiat innitendo in baptismatis fundamento et in fidei patrimonio, quod cum illis commune habemus; adeo ut ex ipso evangelizationis opere latior iam nunc prodeat communis testificatio de Christo coram mundo.

Ad hoc mandatum Christi nos impellit, idque poscit officium praedicandi ac testificandi Evangelium.

78. Evangelium, quod nobis commissum est, est etiam verbum veritatis. Quae veritas libertatem affert (126), eaque sola pacem animo confert. Eam homines expetunt, cum nos adeunt Bonum Nuntium illis nuntiantes: veritatem de Deo, veritatem de homine eiusque arcano fine, veritatem de mundo; veritatem difficilem, quam in Verbo Dei perscrutamur, cuiusque – iterum dicimus – nec magistri nec auctores sumus, sed
71 custodes, praecones, administri. /

Poscitur ab eo qui Evangelium nuntiat, ut veritatem colat, eo vel magis quod veritas, quam ille perpendit et tradit, est veritas revelata, ideoque prae ceteris primariae particula veritatis, qui est Deus ipse. Evangelii igitur praedicator is est qui, summa etiam cum sui oblivione et iactura, semper veritatem exquirit aliis transmittendam. Numquam ille veritatem adulterat, numquam dissimulat, desiderio motus placendi hominibus, admirationem movendi vel animos excitandi, neque novitate vel studio sese ostendendi. Ille veritatem non respuit; veritatem revelatam non obumbrat socordia ignaviaque eam inquirendi, vel sui commodo ductus, vel timore impulsus. Non recusat incumbere in eius studium; ei magnanimiter inservit, neque tamen eam in servitutem redigit.

Quoniam populi fidelis sumus Pastores, ministerium nostrum urget nos, ut tueamur, defendamus et communicemus veritatem, damna et iacturas contemnentes. Plurimi excellentes sanctique Pastores nobis largiti sunt exemplum huiusmodi erga veritatem amoris, qui haud raro heroum more demonstratus est. Deus veritatis exspectat, ut eiusdem nos simus propugnatores vigilantes atque praedicatores deditissimi.

Doctores, quicumque estis, sive theologi, sive exegetae, sive historiae cultores: evangelizationis opus indiget vestra indefatigata inquisitione vestraque diligentia atque sagacitate in transmittenda veritate, ad quam studia vestra vos appropinquant, quaeque tamen semper exsuperat cor hominis, cum sit ipsa veritas Dei.

Parentes et magistri, munus vestrum, quod difficilius evadit ob multiplices huius temporis contentiones, vos adducit ut auxilium praebeatis filiis atque discipulis vestris in detegenda veritate, religiosa et spiritali haud excepta.

79. Evangelizationis ministerium in evangelizatore fraternum et in dies crescentem amorem erga eos, quos evangelizat,
72 requirit. Paulus apostolus, cuiusvis praedicatoris exemplar, / haec Thessalonicensibus verba scripsit, quae nobis agendi rationi sunt: *Ita desiderantes vos ... volebamus tradere vobis non solum Evangelium Dei, sed etiam animas nostras, quoniam carissimi nobis facti estis* (127). Qui iste amor est? Non tam paedagogi, quam patris, vel potius matris (128). Cupit Dominus ut quisquis, sive Evangelium praedicat, sive Ecclesiam exstruit, hunc habeat amorem.

Amoris signum est donandae veritatis et in unitatem evangelizandos inserendi cura. Signum item amoris est sine exceptione et ambagibus Iesu Christi nuntiando se tradere.

Nonnulla alia amoris signa liceat addere. Primum signum est eos, qui evangelizantur, vereri nec aspere tractare, quod ad religionem, ad animum, ad vitae modum, iure non intemperanter celerandum, ad conscientiam et ad sententiam pertinet.

Itidem aliud signum est cavere, ne quis, praesertim si sit fide infirmus (129), dictis offendatur, quae, si clara esse possunt eruditis, tamen fidelibus, velut vulnera animi, fontes perturbationis et scandali esse possunt.

Demum, signum amoris erit eniti, ut christianis non dubitationes et haesitationes tradantur, ex male percepta eruditione ortae, sed firmae, cum in Verbo Dei consistant, persuasiones. Fidelibus opus est his persuasionibus, ut christiane vivant, easque sibi pro iure vindicant, cum filii Dei sint, in cuius complexu haerentes, toti in iis acquiescunt, quae amor postulat.

80. Adhortationem Nostram nunc e vita maximorum praedicatorum et evangelizatorum sumere volumus, quorum vita apostolatui dicata fuit, quorum in numero eos commemorare peculiariter placet, quos hoc Anno Sancto proposuimus fide/libus colendos; multa enim evangelizationis impe- 73
dimenta superaverunt.

Satis habemus ex illis impedimentis, quae nostrorum etiam temporum sunt, illud indicare, quod et multiplex et tamen gravissimum est, cum sit domesticum: neglegentiam videlicet, et praesertim gaudii ac spei defectionem in multis evangelizatoribus. Nos itaque omnes hortamur, qui, aliquam ob causam aliquove modo, evangelizandi funguntur munere, ut fervorem spiritus alant et augeant (130).

Hic fervor exigit in primis, ut excusationis titulos reiciamus evangelizationi contrarios. Omnium insidiosissimi ii sunt, quibus quis contendit se hac vel alia doctrina, a Concilio proposita, fulciri et sustineri.

Sic accidit, ut vario quidem modo asseverari saepius audiamus: veritatem imperare, etiamsi Evangelii sit, viam praecipere, etiamsi salutis sit, idem esse ac religiosae libertati vim inferre. Ceterum – addunt – quae causa est, cur Evangelium nuntietur, si omnes cordis probitate salutem consequuntur? Constat, praeterea – aiunt – et mundum et historiam *seminum verbi* plena esse: eo velle Evangelium portare, ubi iam idem in seminibus inest, a Domino satis, nonne est falsa opinione duci?

Altius perscrutanti in Concilii documentis quaestiones quae, illis titulis suadentibus, inde nimis inconsiderate hauriuntur, de his argumentis diversissima apparebit sententia.

Vitium profecto est quidquid imponere conscientiae fratrum nostrorum. Sed prorsus aliud est, si huic conscientiae evangelica veritas et salus in Christo Iesu proponuntur ratione admodum perspicua et salva omnino eiusdem conscientiae potestate eligendi vel optandi – secluso *omni actionis genere, quod coërcitionem vel suasionem inhonestam aut minus rectam sapere videatur* (131) –; id, nedum libertati religiosae iniuriam / faciat, obsequium praestat eidem libertati, cui pote- 74
stas tribuitur viam eligendi, quae nobilis et laudabilis ab iis quoque habetur, qui Deum esse non credunt. Numquid crimen adversus alienam libertatem erit in gaudio pronuntiare Evangelium, quod a misericordissimo Domino accepimus? (132) Cur, praeterea, ius erit dumtaxat mendacium et errorem, dedecora atque obscena proponere, immo saepe, pro dolor, imperare tum per suasoria et exitialia communicationis socialis instrumenta, tum per leges huiusmodi licentiam tolerantes, tum etiam per ignaviam bonorum et audaciam malorum?

Haec reverens erga alios ratio, qua Christus eiusque Regnum nuntiantur, officium potius quam ius evangelizatoris dicenda est. Pariter ad homines, qua fratres ipsius evangelizatoris, ius pertinet, ut sibi ab eo evangelium salutis nuntium afferatur. Hanc salutem in iis, quos vult, Deus operari potest per extraordinarias vias, quas Ipse solus novit (133). Si autem Fi-

123. Decr. de activ. mission. Eccl. *Ad gentes divinitus*, n. 6: A.A.S. 58 (1966), pp. 954-955; cfr. Decr. de Oecumenismo *Unitatis redintegratio*, n. 1: A.A.S. 57 (1965), pp. 90-91.
124. Bulla *Apostolorum Limina*, VIII: A.A.S. 66 (1974), p. 305.
125. *Rom.* 5, 5.
126. Cfr. *Io.* 8, 32.

127. *1 Th.* 2, 8; cfr. *Phil.* 1, 8.
128. Cfr. *1 Th.* 2, 7. 11; *1 Cor.* 4, 15; *Gal.* 4, 19.
129. Cfr. *1 Cor.* 8, 9-13; *Rom.* 14, 15.
130. Cfr. *Rom* 12, 11.
131. Cfr. Decl. de libertate religiosa *Dignitatis humanae*, n. 4: A.A.S. 58 (1966), p. 933.
132. *Ibidem*, nn. 9-14: *l. c.*, pp. 935-940.
133. Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus*, n. 7: A.A.S. 58 (1966), p. 955.

http://www.obrascatolicas.com

lius eius in hunc mundum venit, id eo consilio fecit, ut verbis vitaque sua ordinarias nobis patefaceret vias salutis. Ipse nobis mandavit, ut, sua ipsius praediti auctoritate, hanc transmitteremus revelationem. Haud inutile erit, si singuli fideles singulique evangelizatores orando hanc perscrutantur sententiam: homines, etiamsi eos non evangelizaverimus, salvi esse poterunt etiam per alias vias, propter Dei misericordiam; at, si desidiosi vel pavidi vel "erubescentes Evangelium", ut scripsit Sanctus Paulus (134), vel, falsas secuti sententias, illud praemittimus nuntiare, num possumus nosmet ipsos salvos facere? Id enim nihil aliud est quam irritam facere vocationem Dei, qui vult bonum semen per vocem ministrorum Evangelii germinare; perque nos stabit, ut idem semen in arborem excre-
75 scat suumque fructum proferat. /

Servemus igitur spiritus fervorem; custodiamus suave et solacii plenum gaudium evangelizandi, tunc etiam cum seminare flendo opus est. Talis sit nobis animi impetus – sicut fuit Ioanni Baptistae, Petro et Paulo, ceteris Apostolis atque multitudini illi admirabilium per totum Ecclesiae decursum evangelizatorum –, quem neque homines neque res exstinguere valeant. Istud nobis, qui vitam nostram obtulimus, magnae laetitiae sit. Utinam mundus aetatis nostrae, qui tum in angore tum in spe quaerit, Evangelium accipiat non ab evangelizatoribus afflictis vel spe destitutis, neque ab impatientibus vel anxietate affectis, sed ab Evangelii ministris, quorum vita fervore renideat, ab iis videlicet, qui primi gaudium Christi in semet ipsis receperunt, neque renuunt vitam impendere, ut et Regnum nuntietur et Ecclesia in mundo penitus instauretur.

81. En igitur, Fratres et Filii, clamor, qui ex imo pectore Nostro effunditur, quique cum repercussa consonat voce Nostrorum Fratrum, qui tertium generalem Synodi Episcoporum coetum celebraverunt. En id, quod fieri iussimus, exeunte hoc Anno Sancto, quo cum maxime et necessitates et appellationes percepimus multorum fratrum, qui, sive christiani sive non christiani, ab Ecclesia exspectant Verbum salutis.

Utinam huius lux Anni Sancti, quae innumerabilibus hominibus Deo reconciliatis tum in Ecclesiis particularibus tum Romae orta est, etiam post Iubilaeum aequaliter illucescere pergat per ordinatam quandam rationem pastoralis navitatis, cuius evangelizatio praecipua pars est, hac nostra aetate, quae proximum iam ostendit novum saeculum, immo tertium millesimum Christianae religionis annum!

82. Hoc votum deponere gaudemus in manibus et in corde Sanctissimae Deiparae Virginis Mariae, hoc ipso die singulariter ei sine labe conceptae sacro, atque decimo expleto anno
76 ab exitu Concilii Vaticani II. Quae mane Pentecostes primor-/ diis evangelizationis, Sancto Spiritu operante, orando praefuit, eadem tamquam Stella refulgeat evangelizationis usque renovandae, quam Ecclesia, mandato sui Domini obtemperans, promovere ac perficere debet praesertim hisce sane arduis, sed spei plenis temporibus!

In nomine Christi, Nos vobis omnibus vestrisque communitatibus, familiis, necessariis paterne benedicimus, his utentes verbis Sancti Pauli ad Philippenses: *Gratias ago Deo meo in omni memoria vestri, semper in omni oratione mea pro omnibus vobis cum gaudio deprecationem faciens super communione vestra in Evangelio ...; sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus vobis, eo quod habeam in corde vos et ... in defensione et confirmatione Evangelii socios gratiae meae omnes vos in visceribus Christi Iesu* (135).

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die VIII mensis Decembris, in Sollemnitate Conceptionis Immaculatae B. M. V., anno MCMLXXV, Pontificatus Nostri tertiodecimo. - PAULUS PP. VI.

134. Cfr. *Rom.* 1, 16.
135. *Phil.* 1, 3-4, 7-8.

Adn. Ph. DELHAYE in **Esprit et vie** 86 (1976) 65-71, 97-107, 113-120; A. M. DI MONDA in **Pal. clero** 55 (1976) 676-689; J. SNIJDERS in **CR** 62 (1977) 170-175.

4423

1975 DEC 29. - SC DOCT. FID., DECL. AAS 68 (1976) 77-96

Declaratio de quibusdam quaestionibus ad sexualem ethicam spectantibus

1. Persona humana, secundum doctorum virorum nostrae aetatis aestimationem, tam penitus affici sexualitate perhibetur, ut haec in elementis annumeretur, quae hominis vitam praecipue informent. Ac revera, a sexu eae profluunt notae peculiares, quae in regione biologica, psychologica et spirituali personam ipsam efficiunt marem ac feminam, quaeque propterea plurimam vim ac momentum habent ad explendam singulorum hominum maturitatem ad eosque societati inserendos. Quare, quod quisque facile animadvertere potest, hodie res, quae ad sexum pertinent, materia sunt, de qua crebro ac propalam agitur in libris, in commentariis et ephemeridibus, atque in ceteris communicationis socialis instrumentis.

Interea magis magisque invaluit morum corruptio, in cuius gravissimis indiciis ponenda est immoderata sexus praedicatio, eademque instrumentorum communicationis socialis spectaculorumque ope adeo progressa est, ut educationis campum invaserit communemque infecerit vulgi existimationem.

In hac rerum condicione, si ex una parte educatores, paedagogi, disciplinarumque moralium cultores, operam conferre potuerunt, ut bona utriusque sexus propria clariore in lumine ponerentur aptiusque traducerentur in vitae usum, ex altera parte alii opinationes proposuerunt vitaeque ducendae rationes, quae veris moralibus postulatis hominis repugnant, immo eo pervenerunt, ut ad edonismi licentiam viam sternerent./ 78

Hinc factum est, ut etiam apud christianos doctrinae, morales normae vivendique rationes hucusque fideliter servatae, paucorum annorum spatio vehementer in discrimen vocata sint, ac multi hodie secum quaerant, quid, tot pervagantibus opinionibus contrariis doctrinae quam ab Ecclesia receperunt, etiam nunc pro veritate retinere debeant.

2. In hac mentium perturbatione morumque corruptione fas non est Ecclesiam neglegenter se habere. Siquidem de questione agitur summi sane momenti sive ad singulorum christianorum vitam, sive ad socialem vitam nostrae aetatis quod attinet[1].

Episcopi cotidie experimento cognoscunt augescentes difficultates, quibus laborant tum christifideles in percipienda sana doctrina de moribus, peculiarique modo de rebus quae ad sexum pertinent, tum etiam pastores in eadem doctrina efficaciter exponenda. Hi probe sciunt sibi pastorale munus iniungere, ut in re tantae gravitatis necessitatibus subveniant suorum fidelium; ac praeclara sane documenta de hac quaestione edita iam sunt a nonnullis sacris Pastoribus et a quibusdam Conferentiis Episcopalibus. Attamen, cum falsae opiniones pravaeque inde ortae agendi rationes disseminari ubique pergant, Sacra Congregatio pro Doctrina Fidei, pro munere suo in Ecclesia universali[2] ac de Summi Pontificis mandato, necessarium duxit hanc Declarationem promulgare.

3. Nostrae aetatis homines magis in dies sibi persuasum habent personae humanae dignitatem vocationemque id postulare, ut ipsi, rationis lumine ducti, bona virtutesque naturae suae insita detegant, contiuenter promoveant, in vitaeque suae / actionem tra- 79
ducant, eo quidem consilio, ut magis in dies progredi possint.

Attamen in re morali aestimanda homo nequaquam arbitrio suo procedere potest: *In imo conscientiae legem detegit, quam ipse sibi non dat, sed cui oboedire debet ... Nam homo legem in corde scriptam habet, cui parere dignitas eius est et secundum quam ipse iudicabitur*[3].

Praeterea nobis christianis Deus per revelationem

1 Cfr. Conc. Vat. II, Const. *Gaudium et spes*, n. 47: A.A.S. 58 (1966), p. 1067.
2 Cfr. Const. Apost. *Regimini Ecclesiae Universae*, 15 aug. 1967, n. 29: A.A.S. 59 (1967), p. 897.
3 *Gaudium et spes*, n. 16: A.A.S. 58 (1966), p. 1037.

suam notum fecit suum salutis consilium, ac proposuit tamquam supremam atque immutabilem vitae normam, Christum, Salvatorem et Sanctificatorem, per doctrinam et exempla Ipsius, qui dixit: *Ego sum lux mundi: qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitae*[4].

Hominis, igitur, dignitas vere promoveri nequit, nisi ordo essentialis eius naturae servatur. Fatendum quidem est, per civilis cultus decursum bene multas rerum condiciones vitaeque humanae necessitates mutatas esse atque in posterum etiam mutatum iri; at quilibet morum profectus et quodlibet vivendi genus contineri debent intra fines, quos statuunt immutabilia principia, quae innituntur in elementis constitutivis et relationibus essentialibus cuiusque humanae personae; quae elementa ac relationes historica adiuncta transcendunt.

Haec principia fundamentalia, quae humana ratio percipere potest, continentur in *lege divina, aeterna, obiectiva et universali, qua Deus consilio sapientiae et dilectionis suae mundum universum viasque communitatis ordinat, dirigit, gubernat. Huius suae legis Deus hominem participem reddit, ita ut providentia divina suaviter disponente, veritatem incommutabilem magis magisque cognoscere possit*[5]. Haec autem
80 lex divina nostrae cognitioni pervia est. /

4. Perperam, igitur, multi hodie negant sive in natura humana sive in lege revelata ullam aliam inveniri posse normam absolutam atque immutabilem de actionibus particularibus praeter eam, quae exprimitur per generalem legem caritatis et observantiae dignitatis humanae. Ad quod quidem probandum iidem hanc afferunt rationem: ea quae normae legis naturalis vel Sacrarum Scripturarum praecepta vocari solent, potius formae cuiusdam humani cultus particularis, certo historiae tempore expressae, habenda sunt.

At vero revelatio divina atque etiam, in rerum ordine sibi proprio, naturalis rationis sapientia, cum germanas attingunt humani generis necessitates, simul necessario in luce ponunt leges immutabiles in elementis constitutivis naturae hominis insitas, quae eaedem apparent in omnibus viventibus qui ratione praediti sunt.

Accedit, quod a Christo Ecclesia instituta est tamquam *columna et firmamentum veritatis*[6]. Ipsa, auxiliante Spiritu Sancto, sine intermissione custodit et sine errore tradit veritates ordinis moralis, atque authentice interpretatur non solum legem positivam revelatam, *sed etiam principia ordinis moralis ex ipsa natura humana profluentia*[7], quae spectant ad plenum hominis profectum eiusque sanctificationem. Ecclesia reapse per totum suae historiae decursum semper retinuit certa legis naturalis praecepta vim habere absolutam atque immutabilem, eorumque violationem censuit doctrinae et spiritui Evangelii repugnare.

5. Cum autem ethica sexualis quaedam fundamentalia bona vitae humanae et christianae tangat, inde fit, ut ad illam pariter generalis haec doctrina applice-
51 tur. Hac in re principia / ac normae habentur, quae Ecclesia tamquam doctrinae suae partem sine ulla dubitatione semper tradidit, quantumvis ipsis opiniones moresque mundi obstiterint. Quae quidem principia ac normae haudquaquam exorta sunt ex aliquo culturae genere, sed ex divinae legis naturaeque humanae cognitione; quapropter putari non possunt vim ami-

4 *Io.* 8, 12.
5 Conc. Vat. II, Declar. *Dignitatis Humanae*, n. 3: A.A.S. 58 (1966), p. 931.
6 *1 Tim.* 3, 15.
7 *Dignitatis Humanae*, n. 14: A.A.S. 58 (1966), p. 940; cfr. Pius XI, Enc. *Casti connubii*, 31 dec. 1930: A.A.S. 22 (1930), pp. 579-580; Pius XII, Alloc. 2 nov. 1954: A.A.S. 46 (1954), pp. 671-672; Ioannes XXIII, Enc. *Mater et Magistra*, 15 maii 1961: A.A.S. 53 (1961), p. 457; Paulus VI, Enc. *Humanae vitae*, 25 iul. 1968, n. 4: A.A.S. 60 (1968), p. 483.

sisse vel in dubium vocari, propterea quod novae culturae adiuncta intercesserint.

Haec quidem principia sunt, e quibus ductum sumpserunt consilia ac normae Concilii Vaticani II eo spectantia, ut talis vita socialis institueretur atque ordinaretur, in qua debita ratio haberetur aequalis dignitatis maris et feminae, differentia utriusque servata[8].

Dum loquitur de indole sexuali hominis necnon de humana generandi facultate, Concilium animadvertit easdem *mirabiliter exsuperare ea quae in inferioribus vitae gradibus habentur*[9]. Deinde singillatim pertractat principia et regulas, quae sexualitatem humanam in matrimonio respiciunt, quaeque in propria eius functionis finalitate innituntur.

Ad rem quod attinet, Concilium declarat honestatem actuum vitae coniugalis, secundum veram hominis dignitatem ordinatorum, *non a sola sincera intentione et aestimatione motivorum* pendere, *sed obiectivis criteriis, ex personae eiusdemque actuum natura desumptis*, determinari debere, *quae integrum sensum mutuae donationis ac humanae procreationis in contextu veri amoris observant*[10].

Postrema haec verba summatim perstringunt Concilii doctrinam – antea fusius in eadem Constitutione explicatam[11] – de actus sexualis finalitate deque praecipua regula eius mora/litatis: honestas enim hu- 82
ius actus tunc in tuto posita est, cum haec finalitas servatur.

Idem hoc principium, quod Ecclesia ex divina revelatione suaque authentica legis naturalis interpretatione haurit, constituit etiam translaticiam eius doctrinam, secundum quam potestatis sexualis usus non accipit veram suam significationem probitatemque moralem, nisi in matrimonio legitimo[12].

6. Huic Declarationi propositum non est, ut omnes sexualis facultatis abusus tractentur, neque ut cuncta enucleentur quae castitatis cultus secum inferat, sed potius ut Ecclesiae normae repetantur de certis quibusdam doctrinae capitibus, cum iam vehementer necesse esse videatur gravibus erroribus ac pravis agendi rationibus adversari, quae late disseminantur.

7. Multi his diebus ius vindicant ad sexualem iunctionem ante initum matrimonium, saltem ubi firma voluntas nubendi atque affectio iam quodammodo coniugalis in amborum animis postulant illud complementum, quod ipsi connaturale esse arbitrantur; idque praesertim, quoties matrimonii celebratio externis rerum adiunctis impeditur, vel haec intima coniunctio necessaria iudicatur, ut amor ipse permaneat.

Huiusmodi opinio christianae doctrinae adversatur, quae statuit qualemcumque genitalem hominis actionem matrimonii terminis contineri debere. Quantumvis enim firmum est eorum propositum, qui praematuris hisce iunctionibus sese vinciunt, nihilominus hae iunctiones haud sinunt, ut sinceritas ac fidelitas mutuae necessitudinis inter viri ac mulieris personas in tuto ponantur, nec praesertim ut haec necessitudo a cupiditatum et arbitrii mobilitate protegatur. Atqui stabilem Chri/stus Dominus voluit iunctionem illam, 83
eamque ad nativam restituit condicionem, in ipsa sexus differentia fundatam. *Non legistis quia qui fecit hominem ab initio masculum et feminam fecit eos et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una?*

8 Cfr. Conc. Vat. II, Declar. *Gravissimum educationis*, nn. 1, 8: A.A.S. 58 (1966), pp. 729-730. *Gaudium et spes*, nn. 28, 60, 67: A.A.S. 58 (1966), pp. 1048-1049; 1080-1081; 1088-1089.
9 Cfr. *Gaudium et spes*, n. 51: A.A.S. 58 (1966), p. 1072.
10 *Ibid.*, cfr. etiam n. 49: *L mem.*, pp. 1069-1070.
11 *Ibid.* nn. 49, 50: *L men.*, pp. 1069-1072.
12 Haec Declaratio non complectitur omnes morales normas de vita sexuali in matrimonio, cum in Litteris Encyclicis *Casti connubii* et *Humanae vitae* perspicue expositae sint.

http://www.obrascatolicas.com

Itaque iam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet[13]. Verbis etiam apertioribus S. Paulus loquitur, cum docet, si caelibes vel viduae continenter vivere non possint, aliam optionem ipsis non dari, quam stabilem conubii unionem. *Melius est enim nubere quam uri*[14]. Per matrimonium, enim, amor inter coniuges amori illi inseritur, quo Christus irrevocabili modo Ecclesiam diligit[15]; coitus vero corporum in impudicitia[16] contaminat templum Spiritus Sancti, quod christianus ipse factus est. Coniunctio igitur carnalis legitima non est, nisi consortium vitae inter virum et mulierem perpetuum instauratur.

Hoc semper intellexit ac docuit Ecclesia[17], quae ceterum maximam reperit consensionem cum doctrina sua in humanae sapientiae rationibus atque in historiae testimoniis.

Experientia docet amorem stabilitate coniugii muniendum esse, ut sexualis copulatio reapse satisfaciat. Haec autem postulata coniugale exigunt foedus sanctum ac defensum a societate; quod quidem foedus vitae statum instaurat, qui sive ad exclusoriam iunctionem viri ac mulieris, sive etiam ad ipsorum familiae
84 totiusque humanae societatis bonum summi est mo/menti. Ac revera plerumque sexuales coniunctiones, quae legitimum matrimonium praecedunt, prolis excludunt exspectationem. Amor ille, qui tamquam coniugalis perperam proponitur, in amorem paternum atque maternum excrescere, ut omnino oportet, non poterit; idque, si forte contigerit, in detrimentum profecto cedet liberorum, quippe qui stabili priventur convictu, ubi rite adolescant ac viam ac subsidia reperiant sese toti societati inserendi.

Consensio igitur eorum, qui sese in matrimonio iungere cupiunt, exterius significari debet ac tali quidem modo, ut coram societate quoque valere possit. Fideles autem oportet secundum Ecclesiae leges declarent suum ad societatem coniugalem ducendam consensum, qui quidem efficit, ut conubium fiat Christi sacramentum.

8. Nostra aetate, contra perpetuam Magisterii doctrinam ac moralem populi christiani sensum, aliqui – secuti indicia psychologicae naturae – coeperunt indulgenter iudicare, immo etiam prorsus excusare relationes homosexuales quarundam personarum.

Distinctionem instituunt – quae ceterum non sine causa fieri videtur – inter homosexuales, quorum proclivitas nata ex falsa educatione vel infecta maturitate sexuali vel consuetudine vel pravo exemplo aliisque similibus causis, ad tempus tantum existit aut saltem insanabilis non est, et homosexuales, qui tales sunt in perpetuum ob quoddam quasi impulsus innati genus aut vitiatam constitutionem, quae existimatur sanari non posse.

Ad alterum hunc ordinem hominum quod spectat, nonnulli argumentantur eorum propensionem adeo naturalem esse, ut considerari debeat tamquam licitas illis reddens relationes homosexuales intra sinceram vitae amorisque communionem matrimonii consimilem, quatenus ipsi sibi videantur vitam solitariam to-
85 lerare minime valere. /

Profecto, dum pastoralis animarum cura agitur, tales homosexuales suscipiendi sunt cum considerata animi lenitate iidemque in spem sunt erigendi se diffi-

13 Cfr. *Mt.* 19, 4-6.
14 *1 Cor.* 7, 9.
15 Cfr. *Eph.* 5, 25-32.
16 Extramatrimonialis sexuum coniunctio expresse damnata est: *1 Cor.* 5, 1-6, 9; 7, 2; 10, 8; *Eph.*, 5, 5-7; *1 Tim.* 1, 10; *Hebr.* 13, 4; apertis quidem argumentis: *1 Cor.* 6, 12-20.
17 Cfr. Innocentius IV, Ep. *Sub Catholicae professione*, 6 mar. 1254; *DS* 835. Pius II, Propos. damn. in Ep. *Cum sicut accepimus*, 14 nov. 1459: *DS* 1367. Decreta S. Officii, 24 sept. 1665: *DS* 2045; 2 mar. 1679: *DS* 2148. Pius XI, Enc. *Casti connubii*, 31 dec. 1930: A.A.S. 22 (1930), pp. 558-559.

cultates suas suamque alienationem socialem esse aliquando superaturos. Eorum quoque culpabilitas prudenter iudicabitur. Verumtamen nullam adhiberi licet viam aut rationem pastoralem, quae eisdem tribuat excusationem moralem, propterea quod hi actus talium hominum condicioni congruentes aestimentur. Etenim, secundum obiectivum rerum ordinem moralem iunctiones homosexuales sunt actus, qui sua necessaria et essentiali ordinatione privantur. In Sacris Scripturis reprobantur uti graves depravationes, immo exhibentur tamquam funesta repudiationis Dei consecutio[18]. Haec quidem Divinarum Scripturarum sententia non sinit, ut concludatur eos omnes, qui ista deformitate laborent, hac de causa iam in personali culpa esse; nihilominus testatur actus homosexualitatis suapte intrinseca natura esse inordinatos, neque unquam ullo modo approbari posse.

9. Saepe hodie in dubium vocatur vel aperte negatur tradita catholicae Ecclesiae doctrina, secundum quam masturbatio gravem in re morali deordinationem constituit. Psychologia et sociologia, uti aiunt, ostendunt illam, praesertim in adulescentibus, ad maturescentem sexualitatem communiter pertinere, ac nihil propterea verae et gravis culpae in ea contineri, nisi quatenus consulto quis se dederit solitariae voluptati in eo ipso circumclusae ("ipsatio"); quo in casu actum utique omnino op/poni communioni amoris inter diversi se- 86
xus personas, quam quidem contendunt praecipuum esse propositum usus sexualis facultatis.

Haec tamen opinio et doctrinae et consuetudini pastorali Ecclesiae catholicae adversatur. Qualiscumque vis est aliquarum argumentationum indolis biologicae vel philosophicae, quibus interdum usi fuerunt theologi, revera tum Ecclesiae Magisterium – per decursum constantis traditionis – tum moralis christifidelium sensus sine dubitatione firmiter tenent masturbationem esse actum intrinsece graviterque inordinatum[19]. Potissima huius veritatis ratio in eo posita est, quod, quaecumque est ipsa agendi causa, deliberatus usus facultatis sexualis extra rectum coniugale commercium essentialiter eius fini contradicit. In eo namque deest relatio sexualis, quae ordine morali postulatur, quae nempe ad effectum deducit *integrum sensum mutuae donationis ac humanae procreationis in contextu veri amoris*[20]. Ad eam igitur rectam relationem referenda est omnis deliberata exercitatio sexualitatis. Etiamsi statui non possit S. Scripturam hoc peccatum peculiari quodam nomine damnare, tamen Ecclesiae traditio iure meritoque intellexit illud in Novo Testamento improbari, cum sermo fit de "immunditia" vel de "impudicitia" aliisve vitiis castitati et continentiae contrariis.

Sociologicae inquisitiones demonstrare quidem valent huius deordinationis crebritatem secundum loca, incolarum varietates vel rerum temporumque adiuncta, quae consideranda suscipiuntur; et sic facta ipsa colliguntur. At facta non praebent regulam, qua ac-

18 *Rom.* 1, 24-27: *Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam; ut contumeliis adficiant corpora sua in semetipsis, qui commutaverunt veritatem Dei in mendacium et coluerunt et servierunt creaturae potius quam Creatori, qui est benedictus in saecula. Amen. Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiae; nam feminae eorum immutaverunt naturalem usum in eum usum qui est contra naturam. Similiter autem et masculi, relicto naturali usu feminae, exarserunt in desideriis suis in invicem, masculi in masculos turpitudinem operantes et mercedem, quam oportuit, erroris sui in semetipsis recipientes.* Cfr. etiam quae dicit S. Paulus de masculorum concubitoribus in *1 Cor.* 6, 10; *1 Tim* 1, 10.
19 Cfr. Leo IX, Ep. *Ad splendidum nitentis*, a. 1054: *DS* 687-688; Decretum S. Officii, 2 mar. 1679: *DS* 2149; Pius XII, Alloc. 8 oct. 1953: A.A.S. 45 (1953), pp. 677-678; 19 maii 1956: A.A.S. 48 (1956), pp. 472-473.
20 *Gaudium et spes*, n. 51: A.A.S. 58 (1966), p. 1072.

87 tuum humanorum honestas iudicari possit[21]./ Crebritas huius rei, de qua agitur, consocianda quidem est cum ingenita hominis debilitate ex originali peccato orta, sed etiam cum amisso Dei sensu, cum morum corruptione per vitiorum mercaturam inducta, cum effrenata tot spectaculorum ac scriptorum licentia, nec non cum oblivione pudoris, qui custos est castitatis.

Psychologia hodierna complura valida et utilia indicia suppeditat de masturbationis argumento, ex quibus aequius iudicium de responsabilitate morali feratur atque pastoralis actio convenienter dirigatur. Eadem adiuvare potest ad intellegendum, quo pacto immaturitas adulescentiae, quae nonnumquam ultra hanc aetatem protrahitur, vel aequilibritatis psychologicae defectus vel consuetudo suscepta afficere possint hominis agendi rationem, cum imminuant actuum deliberationem et efficiant, ut subiective non semper culpa gravis contrahatur. sed in universum absentia gravis responsabilitatis praesumi non debet; quod si contingit, ipsa hominum potestas moraliter agendi haud agnoscitur.

In ipso autem pastorali ministerio ad aequum iudicium faciendum in singulis casibus, universa et consueta alicuius hominis operandi ratio aestimari debet non solum quod attinet ad caritatis et iustitiae exercitationem, verum etiam ad curam, qua peculiare castitatis praeceptum ab eo observatur. Praecipue ergo videndum est, sintne adhibita subsidia necessaria, cum naturalia tum supernaturalia, quae christiana ascesis ex diuturna sua experientia commendat ad cupiditates edomandas et ad virtutis profectum consequen-
88 dum. /

10. Observantia legis moralis in re sexuali, sicut et exercitatio castitatis, in periculum haud leve adducta est, praesertim inter christianos minus ferventes, ob hodiernam proclivitatem ad circumscribendam quam maxime realitatem gravis peccati, saltem in vita hominum concreta, immo ad eam subinde omnino infitiendam.

Sunt etiam qui eo usque progressi sunt, ut affirment peccatum mortale, quod hominem a Deo seiungat, habendum esse tantummodo recusationem directam et formalem, qua quis Deo vocanti sese opponat, vel cum quis, sui solius amans, penitus deliberateque excludat proximi amorem. Tunc videlicet solum illi dicunt intercedere "optionem fundamentalem", id est decisionem voluntatis, quae totam personam humanam obstringat, quaeque requiratur ut mortale exsistat peccatum; per hanc nempe optionem hominem ex imis personae suae suscipere vel ratum habere fundamentalem quendam habitum erga Deum vel erga homines. Ex contrario, animadvertunt, actus dictos "periphericos" – in quibus negant plerumque electionem esse decretoriam – non eo usque procedere, ut iidem mutent optionem fundamentalem; idque tanto minus, quod saepius ex consuetudine proficiscantur. Hos actus, igitur, posse quidem infirmare optionem fundamentalem, non ita tamen, ut funditus illam evertant. Atqui, secundum hos auctores, immutatio optionis fundamentalis erga Deum difficilius evenit in regione vitae sexualis, ubi homo communiter non violat ordinem moralem aliquo actu plene deliberato et responsabili, sed potius impulsu passionis suae, debilitate vel immaturitate, nonnumquam etiam vana illa opinione, qua putat se ita testificari suum in proximos amorem; quibus causis saepe additur pondus ipsorum socialium adiunctorum.

Re quidem vera optio fundamentalis tandem apte definit moralem hominis propensionem; eadem tamen radicitus commutari potest actibus singularibus, praesertim cum hi, ut saepe accidit, iam praeparati sint praecedentibus actionibus modo / magis superficiali 89
positis. Utcumque autem id est, haud recte affirmatur singulares actus non sufficiere, ut mortale peccatum patretur.

Secundum Ecclesiae doctrinam, peccatum mortale, quod Deo opponitur, non continetur sola recusatione formali et directa praecepti caritatis; illud enim invenitur etiam in hac oppositione contra verum amorem, quam prae se fert quaevis deliberata transgressio uniuscuiusque legis moralis in re gravi.

Christus ipse designavit duplex amoris mandatum velut vitae moralis fundamentum. Sed ex hoc mandato *universa lex pendet et prophetae*[22]; quamobrem alia praecepta peculiaria complectitur. Ac revera adolescenti interroganti: ... *quid boni faciam ut habeam vitam aeternam?* respondit Iesus: *Si autem vis ad vitam ingredi, serva mandata ...: Non homicidium facies, non adulterabis, non facies furtum, non falsum testimonium dices, honora patrem tuum et matrem tuam, et diliges proximum tuum sicut teipsum*[23].

Peccat, igitur, homo mortaliter non tunc tantum, cum eius actus procedit ex directo contemptu Dei et proximi, verum etiam cum ipse sciens ac volens, quacumque ex ratione, eligit aliquid graviter inordinatum. In hac enim electione, ut dictum est supra, iam continetur despicientia praecepti divini: homo se ipsum deflectit a Deo et caritatem amittit. Atqui, secundum christianam traditionem Ecclesiaeque doctrinam, et sicut recta ratio agnoscit, ordo moralis sexualitatis amplectitur bona vitae humanae adeo praestantia, ut omnis directa violatio eiusdem ordinis obiective sit gravis[24].

Fatendum quidem est in peccatis indolis sexualis, perspectis eorum genere et causis, facilius fieri, ut liber consensus / non plene praestetur; quocirca pru- 90
dentiam et cautionem postulari in quovis iudicio ferendo de hominis responsabilitate. Hac in re peropportune repetuntur verba Sacrarum Scripturarum: ... *homo enim videt ea quae parent: Dominus autem intuetur cor*[25]. Attamen, si haec prudentia commendatur in iudicanda subiectiva gravitate alicuius singularis actus pravi, minime inde sequitur, ut opinari liceat in rerum sexualium provincia peccata mortalia non committi.

Animarum ergo pastores patientia uti debent et bonitate; verum ipsis non permittitur, ut inania reddantur Dei mandata, neve plus aequo minuantur propria hominum officia. *Porro si nihil de salutari Christi doctrina demittere praecellens quoddam caritatis erga animos genus est, at idem semper cum tolerantia atque caritate coniungantur oportet, quarum ipse Redemptor, cum hominibus et colloquens et agens, exempla prodidit. Is enim, cum venisset non ad iudicandum, sed ad salvandum mundum, acerbe quidem severus in peccata, sed patiens ac misericors in peccatores fuit*[26].

11. Ut supra dictum est, huic Declarationi est propositum, ut in hodiernis rerum adiunctis fideles de certis erroribus agendique rationibus commoneantur, a quibus cavere debent. At virtus castitatis minime to-

21 *Si investigationes sociologicae utiles sunt ad melius cognoscendum habitum mentis hominum, qui certo quodam sunt loco, sollicitudines et necessitates eorum, quibus verbum Dei praedicamus, necnon oppugnationes, quibus humana aetatis nostrae ratio illi adversatur eam pervulgatam sententiam sequendo, ex qua nulla aequa scientiae forma extra ipsam alterius doctrinam exsistat, conclusiones eiusmodi investigationum non iudicium seu, uti dicunt, criterium veritatis, normae vim obtinens, efficere valent* (Paulus VI, Adhort. Apost. *Quinque iam anni*, 8 dec. 1970: A.A.S. 63 [1971], p. 102).

22 *Mt.* 22, 40.
23 *Mt.* 19, 16-19.
24 Cfr. superiores notae 17, 19; Decretum S. Officii, 18 mar. 1666: *DS* 2060; Paulus VI, Enc. *Humanae vitae*, nn. 13, 14; A.A.S. 60 (1968), pp. 489-491.
25 *1 Sam.* 16, 7.
26 Paulus VI, Enc. *Humanae vitae*, n. 29: A.A.S. 60 (1968), p. 501.

http://www.obrascatolicas.com

ta sistit *in praedictis* culpis vitandis; eadem postulat, ut ad altiora etiam quaedam bona assequenda spectetur. Eiusmodi enim virtus est, quae integram personam attingat, quoad eius internam et externam agendi rationem.

Hac quidem virtute pro variis vitae suae statibus homines ornari debent: alteri virginitatem aut coelibatum Deo sacrum profitentes, qua quidem eminenti ratione ipsi facilius uni / Deo vacare indiviso corde pos- 91
sunt[27]; alteri vero vitam agentes ea forma, quae omnibus lege morali statuitur, prout matrimonio iunguntur aut sunt caelibes. Attamen, in quovis vitae statu castitas non circumscribitur solo externo corporis habitu; ipsum cor hominis purum efficere debet, secundum haec Christi verba: *Auditis quia dictum est antiquis; Non moechaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam iam moechatus est in corde suo*[28].

Castitas includitur in ea continentia, quam S. Paulus donis Spiritus Sancti annumerat, dum luxuriam condemnat tamquam vitium, quod speciali modo christianum hominem dedecet, atque a Regno caelorum excludit[29]. *Haec est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra: ut abstineatis a fornicatione, ut sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione et honore; non in passione desiderii sicut et gentes quae ignorant Deum, ut ne quis supergrediatur neque circumveniat in hoc negotio fratrem suum ... Non enim vocavit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem. Itaque qui spernit non hominem spernit, sed Deum, qui etiam dat Spiritum suum Sanctum in vos*[30]. *Fornicatio autem et omnis immunditia aut avaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, ... et turpitudo et stultiloquium aut scurrilitas, quae non decent, sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote, intellegentes quod omnis fornicator aut immundus aut avarus, id est idolorum cultor, non habet hereditatem in regno Christi et Dei. Nemo vos decipiat inanibus verbis, propter haec enim venit ira Dei in filios diffidentiae. Nolite ergo effici comparticipes eorum; eratis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in* 92
Domino; ut filii lucis ambulate[31]. /

Praeterea Apostolus, rationem affert christianorum propriam, cur castitas sit excolenda, dum reprobat peccatum fornicationis non solum quatenus haec actio proximos vel socialem ordinem laedit, sed etiam quia fornicator offendit Christum, cuius sanguine acquisitus est cuiusque est membrum, et Spiritum Sanctum, cuius est templum: *Nescitis quoniam corpora vestra sunt membra Christi? ... Omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. An nescitis quoniam membra vestra templum sunt Spiritus Sancti qui in vobis est, quem habetis a Deo, et non estis vestri? Empti enim estis pretio magno. Glorificate et portate Deum in corpore vestro*[32].

Quo magis fideles momentum intellegent castitatis eiusque necessarium munus in sua ipsorum vita ut virorum et mulierum, eo magis percipient, instinctu quodam spirituali permoti, quid haec virtus praecipiat vel suadeat; ac facilius etiam, magisterio Ecclesiae obsequentes, ea excipere et implere scient, quae recta conscientia in singulis casibus dictaverit.

12. Apostolus Paulus vividis verbis acerbam pugnam describit, quam homo, servus peccati, interius

27 Cfr. *1 Cor.* 7, 7. 34; Conc. Trid. Sess. XXIV, can. 10: *DS* 1810; Conc. Vat. II, Const. *Lumen gentium*, nn. 42, 43, 44: A.A.S. 57 (1965), pp. 47-51; Synodus Episcoporum, *De sacerdotio ministeriali*, pars II, 4, b: A.A.S. 63 (1971), pp. 915-916.
28 *Mt.* 5, 27-28.
29 Cfr. *Gal.* 5, 19-23; *1 Cor.* 6, 9-11.
30 *1 Thess.* 4, 3-8, cfr. *Col.* 3, 5-7; *1 Tim.* 1, 10.
31 *Eph.* 5, 3-8; cfr. 4, 18-19.
32 *1 Cor.* 6, 15, 18-20.

experitur inter *legem mentis* suae et aliam legem, *quae est in membris*, ipsum captivantem[33]. Attamen homo liberari potest a *corpore mortis* per gratiam Iesu Christi[34]. Hac quidem gratia fruuntur homines, qui per ipsam iustificati sunt et quos lex spiritus vitae in Christo Iesu liberavit a lege peccati et mortis[35]. Quamobrem eos Apostolus obsecrat: *Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore ut oboediatis concupiscentiis eius*[36].

Haec autem liberatio, etsi aptos nos reddit ad servien/dum Deo in novitate vitae, minime tollit concu- 93
piscentiam ex originali peccato ortam, neque invitamenta ad malum in hoc mundo, qui *totus in maligno positus est*[37]. Quare Apostolus fideles adhortatur, ut vitiorum illecebras vincant virtute Dei[38], et stare valeant *adversus insidias diaboli*[39] per fidem, vigil orandi studium[40] et vitae austeritatem, qua corpus in servitutem Spiritus redigatur[41].

Vita christiana, quae vestigia Christi insistat, postulat ut unusquisque *abneget seipsum et tollat crucem suam cotidie*[42], spe remunerationis suffultus: *nam si commortui sumus, et convivemus; si sustinemus, et conregnabimus*[43].

Secundum vehementia huiusmodi monita, christifideles nostris quoque temporibus, immo hodie magis quam alias umquam, media adhibere debent semper ab Ecclesia commendata ad vitam castam ducendam, quae sunt: sensuum ac mentis disciplina, vigilantia ac prudentia in praecavendis peccandi occasionibus, pudoris custodia, sobrietas in oblectationibus fruendis, sanae occupationes, assidua precatio sacramentorumque Paenitentiae et Eucharistiae creber usus. Iuvenes praesertim sedulo foveant pietatem erga Immaculatam Dei Genitricem, atque ad imitandum sibi proponant Sanctorum vitam aliorumque christifidelium, in primis iuvenum, qui in excolenda castitate ceteris praestiterunt.

Peculiari autem modo opus est, ut omnes magni existiment virtutem castitatis, eius pulchritudinem eiusque refulgentem splendorem. Quae quidem virtus hominis dignitatem in luce ponit eumque aperit ad amorem verum, magnanimum, non suae utilitatis studiosum, aliorumque observantem. / 94

13. Proprium Episcoporum officium est fideles docere moralem doctrinam, quae ad sexualitatem pertinet, quaecumque forte occurrant difficultates in hoc munere implendo, propter cogitandi vivendique rationes, quae passim hodie invalescunt. Haec autem translaticia doctrina altius investiganda est; praeterea ea ratione est tradenda, ut conscientias illuminet in novis rerum condicionibus constitutas; ac denique sapienter ditari debet iis elementis, quae de significatione ac vi sexualitatis humanae vere utiliterque proferri possint. At principia ac normae de vita morali, quae per hanc Declarationem confirmata sunt, fideliter retineri ac doceri debent. Opera peculiari modo danda erit, ut fideles sibi persuadeant Ecclesiam haec principia tueri non tamquam vetustas et inviolabiles res superstitiose servandas, neque, ut saepe contenditur, ob praeiudicatam quandam opinionem quae Manichaeismum sapiat, sed quia certo scit eadem principia plane respondere divinae creaturarum rerum ordinationi et Christi spiritui, ac propterea humanae quoque dignitati.

Episcoporum etiam est invigilare, ut in theologicis Facultatibus atque in Seminariis sana doctrina expo-

33 Cfr. *Rom.* 7, 23.
34 Cfr. *Rom.* 7, 24-25.
35 *Rom.* 8, 2.
36 *Rom.* 6, 12.
37 *1 Io.* 5, 19.
38 Cfr. *1 Cor.* 10, 13.
39 *Eph.* 6, 11.
40 Cfr. *Eph.* 6, 16, 18.
41 Cfr. *1 Cor.* 9, 27.
42 *Lc.* 9, 23.
43 *2 Tim.* 2, 11-12.

natur, sub lumine fidei et Ecclesiae magisterio duce. Pariter ipsis curae erit, ut et confessarii conscientias illuminent et institutio catechetica impertiatur tali ratione, quae fideliter ac perfecte doctrinam catholicam referat.

Ad Episcopos, sacerdotes eorumque adiutores spectat fideles monere, ut sibi caveant ab erroneis opinionibus, quae in libris, commentariis ac publicis conventibus saepe proferuntur.

Parentes in primis, necnon iuvenum praeceptores annitentur, ut per integram educationem liberos et discipulos ad congruam mentis, affectuum et morum maturitatem perducant. Propterea eos de hac etiam materia edocebunt cum prudentia ac modo ad ipsorum aetatem accommodato, eorumque voluntatem assidue ad christianos mores informabunt non solum 95
consi/liis, verum etiam ac potissimum vitae suae exemplo, Dei auxilio suffulti, quod sibi precando impetrabunt. Eos etiam a tot periculis defendent, quae iuvenes minime suspicantur.

Artifices, scriptores iique omnes, penes quos sunt instrumenta communicationis socialis, artem suam exerceant ratione suae christianae fidei consentanea, plane conscii de vi permagna, qua in homines pollere possunt. Hi meminerint *obiectivi ordinis moralis primatum absolute omnibus tenendum esse*[44], eique non esse praeponere ullam rationem, quam dictitant aestheticam, vel quaestuosa commoda, vel prosperum inceptorum exitum. Sive agitur de artis vel litterarum operibus, sive de spectaculis, sive de nuntiis evulgandis, unusquisque in provincia sibi propria circumspectionem, prudentiam, moderationem ac rectam rerum aestimationem prae se ferat. Hoc profecto modo, nedum faveant augescenti morum licentiae, operam conferent ad eam refrenandam, immo ad saniorem reddendum moralem societatis statum.

Fidelibus laicis universis, pro suis iuribus et officiis in opere apostolatus, curae erit, ut ad hanc agendi rationem sese conforment.

Praestat denique omnium in memoriam revocare haec Concilii Vaticani II verba: *Sancta Synodus declarat pueris ac adolescentibus ius esse ut in valoribus moralibus recta conscientia aestimandis et adhaesione personali amplectendis necnon in Deo perfectius cognoscendo et diligendo instimulentur. Ideo enixe rogat omnes qui vel populorum regimen tenent vel educationi praesunt, ut curent ne umquam iuventus hoc sacro iure privetur*[45].

Declarationem hanc de quibusdam quaestionibus, ad sexualem ethicam spectantibus, Summus Pontifex 96
Paulus div. Prov. / PP. VI, in Audientia concessa infrascripto Praefecto Sacrae Congregationis pro Doctrina Fidei, die 7 mensis Novembris, a. 1975, ratam habuit, confirmavit atque evulgari iussit.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis pro Doctrina Fidei, die 29 mensis Decembris, a. 1975. - Franciscus Card. SEPER, *Praefectus.* Hieronymus Hamer, O. P., Archiepiscopus tit. Loriensis, *Secretarius.*

44 Conc. Vat. II, Decretum *Inter mirifica*, n. 6: A.A.S. 56 (1964), p. 147.
45 *Gravissimum educationis*, n. 1: A.A.S. 58 (1966), p. 730.

Adn. AUCTORES VARII in **CR** 61 (1976) 131-237; M. DAYEZ in **La foi et le temps** 6 (1976) 236-249; Ph. DELHAYE in **Esprit et vie** 86 (1976) 177-186, 193-204, 225-234; Ph. DELHAYE - H. WATTIAUX in **Esprit et vie** 87 (1977) 161-171, 193-202, 209-223; F. GIUNCHEDI in **La Civ. Catt.** 130 (1979-I) 154-161; J. HAMER in **Esprit et vie** 89 (1979) 385393; B. LAMBERT in **Doc. Cath.** 76 (1979) 764-777; A. LEONARD in **La foi et le temps** 6 (9176) 250-269; G. RINGLET in **La foi et le temps** 6 (1976) 270-289; L. J. SUENENS in **Doc. Cath.** 73 (1976) 679-690; M. ZALBA in **PrM** 66 (1977) 73-115; **Doc. Cath.** 73 (1976) 178-182, 208-218, 293, 334-335; *** in **La Civ. Catt.** 127 (1976-I) 209-217.

4424

1975 ... ... - SECRETARIA STATUS, NORMAE. PART.*

Formulae relationis quinquennalis

Sedi Apostolicae mittendae ab Ordinariis circumscriptionum ecclesiasticarum quae continentur intra ambitum Sacrae Congregationis pro Episcopis, Sacrae Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus, et Sacrae Congregationis pro Gentium evangelizatione

PRO QUINQUENNIO 19 ... - 19 ...

ANIMADVERSIONES PRAEVIAE

1. Haec formularum series composita est tamquam schema, et tangit quaestiones pastorales de quibus Ordinarii poterunt libere loqui, exponentes facta concreta, indicantes eorum causas, illustrantes proposita pastoralia iam ad effectum deducta, vel in actu, vel in cogitatione tantum.

Haec igitur series formularum est solummodo adiumentum oblatum Episcopis, quorum multi illud expresse petiverunt etiam per Conferentias Episcopales, atque eo spectat ut ipsi facilius facere possint communicationes quinquennales apud Romanum Pontificem; agitur de formulis quae habent indolem indicativam tantum. Ordinarius res referre potest eo modo quem meliorem esse putat; conabitur autem breviter perstringere et summatim narrare condicionem, interdum implicatam, suae Ecclesiae particularis. Poterit etiam prae oculis habere *Directorium de Pastorali Ministerio Episcoporum*. Bene autem faciet, si complebit partem statisticam, quae adiuncta est hisce ipsis formulis. Poterit similiter addere tamquam "adnexa", si opportunum putabit, investigationes accuratiores de argumentis maioris momenti pro sua Ecclesia, atque etiam, si ita convenire iudicaverit, libros vel studia de eisdem quaestionibus edita in sua dioecesi.

2. Hoc schema, quod definitivum non est ac propterea exspectandum est ut in eo multa perficiantur et addantur, referre conatur veram condicionem Dioecesium, quibus est ingens numerus incolarum, et summam novarum et veterum quaestionum Ecclesiae in mundo huius temporis.

Idem schema aptari debebit ad statum proprium cuiusque Dioecesis, hac tamen ratione, ut Ordinarius semper studeat illud complere, ut Relatio Quinquennalis fiat utile instrumentum dialogi inter Pastores Ecclesiarum particularium et Pastorem Ecclesiae universalis, ac praebeat solidum fundamentum et, quantum fieri poterit, completum ad considerationes et deliberationes de re pastorali habenda in omnibus gradibus.

3. Primo intuitu hoc formularum schema videri potest valde analyticum, nimis longum et nimis subtile. Sed visum est ita illud conficere, potius quam aliquod schema breve et universale tantum, quo facilius responsiones redderentur.

4. In illis quaestionibus, quarum solutio pendet ex collectiva responsabilitate (verbi gratia: de seminariis, actis diurnis, televisione et ita porro), Ordinarius exponet ea quae suam solam dioecesim respiciunt.

5. Ut patet, Ordinarii illarum circumscriptionum ecclesiasticarum, quae continentur ambitu Sacrae Congregationis pro Episcopis, considerabunt tantum primam seu generalem partem harum formularum (etenim pars secunda integrativa, quae a Sacra Congregatione pro Ecclesiis Orientalibus procedit, et tertia, quae ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione pertinet, ad eos non spectant), Ordinarii vero circumscriptionum, quae continentur ambitu Sacrae Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus, considerare debebunt, praeter secundam partem, etiam totum formularum schema, non autem caput Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione. Denique Ordinarii circumscriptionum, quae continentur ambitu Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione, respondebunt formulis huius Sacri Dicasterii (nempe tertiae partis) sed suas responsiones, quantum fieri poterit, complebunt elementis, quae requiruntur in schemate generali seu prima parte.

6. Tandem Ordinarius mittet Relationem Quinquennalem ad Sacram Congregationem territorialiter competentem (Sacram Congregationem pro Episcopis vel Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione vel Sacram Congregationem pro Ecclesiis Orientalibus), quae curabit vicissim ut ad varia Dicasteria et Officia Romanae Curiae mittatur ea Relationis pars, quae magis illa attingat. Si de quaestionibus agatur omnino reservatis, Ordinarius rem nuntiare poterit directe variis Sacris Congregationibus vel Officiis Curiae Romanae.

PARS GENERALIS VEL PARS PRIMA

Schema pro relatione Quinquennali Ordinariorum intra ambitum Sacrae Congregationis pro Episcopis et Sacrae Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus

http://www.obrascatolicas.com

I. ORGANIZATIO PASTORALIS ET ADMINISTRATIVA DIOECESIS

A. *Descriptio.* Indicandae sunt praecipuae notae dioecesis, quod spectat ad varia genera vel ordines civium et hominum in ea, breviter descriptis aspectibus geographicis, historicis, oeconomicis et culturalibus, usque ad finem mensis Decembris ultimi anni huius quinquennii.

B. *Ordinarius Dioecesanus.* 1. Nomen et cognomen. 2 Gradus hierarchicus. 3. Natio eius ex nativitate. 4. Natio eius hoc tempore. 5. Lingua nativa – aliae linguae, quibus expedite loquitur. 6. Munera, si sunt, superdioecesana.

C. *Alii episcopi qui operantur vel commorantur in eadem Circumscriptione ecclesiastica.* Omnia de eis, ut supra de ipso Ordinario.

D. *Vicarii Generales* – de unoquoque haec dicenda sunt: 1. Nomen et cognomen. 2. Dies nativitatis. 3. Dies ordinationis sacerdotalis. 4. Dies nominationis.

E. *Delegati Episcopales et Vicarii Episcopales* – de unoquoque indicanda sunt: 1. Nomen et cognomen. 2. Dies nativitatis. 3. Dies ordinationis sacerdotalis. 4. Amplitudo et extensio iurisdictionis, et activitates ei commissae.

F. *Commissiones et Officia pastoralia - administrativa*, usque ad finem mensis Decembris ultimi anni ipius quinquennii.
1. Curia dioecesana: index Officiorum et Commissionum cum membris: Officiales (sacerdotes, religiosi, religiosae, viri, mulieres).
2. Capitulum Cathedrale, Capitula collegialia.
3. Consilium Pastorale et Consilium Presbyterale (dicendum est quo modo constituta sint – ab ipso Ordinario vel libera electione) – compositio – crebritas consultationis – experientiae. Participatio laicorum (cum quibus muneribus) in Consilio Pastorali dioecesano et in Consilio paroeciali. Alia Consilia.
4. Commissiones curae pastoralis dioecesanae: earum appellatio – negotia propria – constitutio.
5. Synodus dioecesana: quando postrema acta sit. Quaestiones tractatae maioris momenti. Congressio dioecesana vel alia forma amplior participationis Populi Dei in componenda et exsequenda cura pastorali dioecesana.
6. Tribunal dioecesanum (vel regionis): eius constitutio et auctoritas – Amplitudo et extensio iurisdictionis – Quales causae tractatae intra quinquennium – Quot processus canonici ad virtutes heroicas examinandas incepti sint – (cfr. nota statistica adiuncta n. 1).

II. CONDICIO RELIGIOSA GENERALIS

1. Actio Episcopi et Commissionis dioecesanae pro fidei tutela: index commentariorum – Editores et librarii catholici nationales – scripta theologica ex aliis linguis conversa quae in dioecesi diffusa sunt – Programmata transmissionum radiophonicarum et televisificarum – Necessitudines episcopi cum theologis – Relationes cum aliis communitatibus religiosis non catholicis.
2. Quaenam sint maximae quaestiones et difficultates doctrinales in dioecesi (S. Scripturae – fides in Deum – in Christum – Ecclesia – Primatus Summi Pontificis – Collegialitas Episcoporum – Sacramenta – Doctrina moralis, etc.) – Influxus Concilii Oecumenici et eius fortasse deformatio.
3. Quid factum sit ut catholica religio insereretur in culturam et traditiones proprias Dioecesis.
4. An habeatur actio pastoralis organica: ordinata dispositio pastoralis omnium inceptorum quae primum locum occupant in opere pastorali – fructus – difficultates. Rationes et consilia exsequendae operae pastoralis (cfr. nota statistica adiuncta n. 2).
5. Collaboratio cum episcopis alterius ritus intra fines dioecesis in inceptis quae commune bonum Ecclesiae respiciunt.

III. CONDICIO OECONOMICA DIOECESIS

Notitiae – incepta – difficultates – effectus – suggestiones – consilia – programmata, verbi gratia, de his quae sequuntur:
1. Quantitas et civilis inscriptio iuridica bonorum immobilium (rusticorum, urbanorum) – mutua, contractus (brevis vel longioris temporis) – Subsidia oeconomica recepta (a Sancta Sede, ab aliis dioecesibus, ab institutis internationalibus, a singulis privatis), et auxilia oeconomica oblata ab ipsa dioecesi aliis dioecesibus.
2. Quomodo bona administrantur? – Suntne Consilium administrativum dioecesanum (vel simile institutum) et Officium administrationis dioecesanum (vel simile institutum)?
3. Vigetne systema beneficiale? Quomodo providetur sustentationi et retributioni cleri et aequae distributioni bonorum vel redituum et proventuum ex beneficiis? Praevidentia et cautio pro sacerdotibus infirmis et senibus – Cura sanitatis et valetudinis pro clero et eius familiaribus – Potestne dioecesis confidere continuae liberalitati et magnanimitati fidelium? – Colligunturne ordinatim stipes fidelium?

4. Deliberationes de vectigali vel tributis dioecesanis ob ministeria pastoralia aliasque ob causas – Experimenta – effectus.
5. Bona Sanctuariorum et eorum administratio – templa et ecclesiae.
6. Custodia patrimonii artis Dioecesis et archiviorum historicorum.

IV. SACRA LITURGIA

1. Reformatio liturgica – abusus – tarditates – aequilibrium inter liturgiam et devotiones – Veneratio sanctorum – Cantus sacer liturgicus – Ars et musica huius temporis in cultu – Celebratio liturgiae Horarum etiam inter laicos.
2. Sacramenta: catechesis de singulis sacramentis – Petitio sacramentorum et sacramentalium. Quaestiones de singulis sacramentis; verbi gratia:
– *Baptisma.* Participatio communitatis in eius celebratione. Catechumenatus adultorum – Instructiones pro parentibus qui volunt filios baptizari – Dilatio baptismatis (indicandum est tempus medium procrastinationis baptismatis et petitio eius) – Relationes cum aliis communitatibus christianis non catholicis de mutua agnitione baptismatis.
– *Confirmatio.* Praeparatio fidelium et perceptio significationis huius sacramenti – Experimenta et incepta respicientia actionem pastoralem de Confirmatione – Praecipua problemata – Suntne baptizati qui Confirmationem non recepe-runt? – Confirmatio in Dioecesi administratur solum ab Episcopo vel etiam ab aliis qui sunt ab eo delegati?
– *Eucharistia.* Frequentatio et participatio actuosa in celebratione eucharistica – in locis turisticis – in vigiliis dierum dominicorum – quot facultates concessae sunt trinationis et quadrinationis? – Missae pro infirmis, pro iuvenibus – in domibus – Homilia dominicalis praeparaturne bene et serio animo? – Satisne faciunt novi textus liturgici? Quid amplius desideratur? – Cultus Eucharisticus extra Missam.
– *Paenitentia.* Observatio praescriptorum de celebrationibus paenitentialibus communitariis – Frequentatio confessionis – Abusus et congruae emendationes de administratione huius sacramenti – Animadvertiturne in fidelibus deminutus sensus peccati? – Incepta in actione pastorali paenitentiae.
– *Unctio Infirmorum*: Peculiares quaestiones quae respiciunt actionem pastoralem de hoc sacramento – Unctio Infirmorum consideraturne a fidelibus ut sacramentum infirmorum, non autem morientium? – Praeparatio fidelium circa effectus spirituales et corporales huius sacramenti – Animadvertiturne apud fideles catholicos parva aestimatio, immo etiam recusatio Unctionis Infirmorum?
– *Ordo Sacer.* Quomodo excitatur studium et cura Populi Dei de quaestione actionis pastoralis circa vocationes sacerdotales et religiosas? – Collatio et distinctio Ministeriorum, ministri extraordinarii, ordines minores, etc. – Dispensationes concessae ordinandis per quinquennium.
– *Matrimonium.* Indicia et considerationes de celebratione matrimonii civilis ante vel post celebrationem canonicam – Quot matrimonia celebrata sunt forma extraordinaria? (CIC, can. 1098, I) – Matrimonia mixta: novae forsitan rerum inclinationes et tendentiae – Quomodo receptus est novus ritus matrimonii? – Praeparatio ad matrimonium: Cursus – incepta – experimenta – difficultates.

V. CLERUS

1. Notitiae et experimenta de his quae sequuntur: Vicariatus Foranei, regiones pastorales vel alia forma divisionis provinciarum vel locorum in ipsa Dioecesi – Paroeciae territoriales et personales – Paroeciae subiectae iuri patronatus vel electioni populari – Ecclesiae – oratoria publica – sanctuaria et frequentia peregrinatorum. Sufficitne numerus paroeciarum? – Animadvertiturne crisis paroeciae territorialis? – Consociationes paroeciarum et structurae fortasse extraparoeciales – Difficultates quae impediunt bonam constitutionem pastoralem dioecesis – Capellae vel communitates infraparoeciales: parvae communitates ecclesiales – Communitates quae appellantur "basilares", experientiae et effectus talium associationum – Consilia paroecialia vel alia similis structura, eorum munera et potestates.
2. Clerus dioecesanus: familiaritas Ordinarii cum Clero – Sodalitates intra clerum et earum coniunctio cum Hierarchia – Formae vitae communis – Incepta spectantia ad formationem permanentem Cleri et ad eius renovationem theologicam et pastoralem – Pietas sacerdotalis et incepta ad eam fovendam – Exercitia spiritualia – Agnosciturne praestantia caelibatus? Describantur causae defectionum sacerdotalium – Condicio eorum qui a sacerdotio defecerunt – Incepta inita ad magis aequam Cleri distributionem obtinendam – Potestne Dioecesis concedere sacerdotes aliis dioecesibus aut, e contrario, ipsa indiget aliis sacerdotibus? – Quomodo Clerus se gerit in quaestionibus politicis – Diaconatus permanens, experientiae atque fructus – Mutuae relationes inter fideles et Clerum (cfr. adiuncta nota statistica, n. 3).

VI. RELIGIOSI ATQUE INSTITUTA SAECULARIA

1. Notitiae circa singula Instituta Religiosa ac Saecularia

quae sunt in Dioecesi, usque ad finem mensis decembris ultimi anni huius quinquennii, distinctione facta inter Instituta Iuris Pontificii et Instituta Iuris Dioecesani – Eorum activitates – Normae iuridicae particulares – Privilegia quibus forte gaudent – Opera et organizationes dioecesanae quae a religiosis diriguntur.
2. Insertio atque integratio religiosorum in actione pastorali dioecesana.

VII. COOPERATIO MISSIONARIA

Activitas Pontificiorum Operum Missionalium in Dioecesi – Incepta inita ut theologia missionaria inseratur in magisterium doctrinae theologicae (Decr. *Ad gentes*, 1; Motu proprio *Ecclesiae Sanctae*, [die 6 augusti 1966, III, 1]). Quomodo celebretur Annuus Dies Missionum, et quomodo foveantur vocationes missionales inter iuvenes et inter clericos – An detur Institutis Missionalibus opportunitas notas faciendi in Dioecesi missiones earumque necessitates – Auxilia collata ad incepta efficaciter promovenda in territoriis missionalibus (missio sacerdotum, religiosorum, laicorum) – An statuta sit certa stips quotannis solvenda pro Missionibus ad normam Motu proprio *Ecclesiae Sanctae* III, n. 8 – Cura pastoralis in Dioecesi pro studentibus e terris missionum oriundis.

VIII. SEMINARIA ET UNIVERSITATES

1. Activitas pro vocationibus sacerdotalibus et religiosis.
2. Seminaria: notitiae, experimenta sive frugifera sive minus felicia circa Seminaria Maiora, Minora vel alia Centra institutionis candidatorum sacerdotii condita pro Clero dioecesano – pro vocationibus adultorum – Seminaria dioecesana et interdioecesana: Superiores – Professores – alumni – Regulae – programmata studiorum – opera paedagogica humana, spiritualis, culturalis – Criteria pro admissione in Seminarium – Libertas quod attinet ad decernendum circa vocationem – Cognitio linguae latinae – Sexennium philosophicum et theologicum – Libri studiorum – Experientiae pastorales tempore studiorum in Seminario.
3. Universitates et Altiora Instituta studiorum sacrorum – Centra culturalia catholica – Notitiae circa singula Centra; catholica, acatholica et etiam non christiana – Notae peculiares – An ab auctoritate civili publice agnoscantur – Tituli qui conceduntur, etc. – Professores et alumni – Influxus in ambitu societatis – Cura pastoralis pro alumnis Universitatum – Cura pastoralis pro coetibus virorum doctorum.
4. Centra investigationis scientificae spectantia ad scientias ecclesiasticas et profanas.
5. Bibliothecae et tabularia Ecclesiae, Civitatis et privatorum.
6. Universitates et scholae altiores studiorum profanorum non obnoxiae auctoritati ecclesiasticae: notitiae – quomodo se habeant circa Religionem et Ecclesiam – Associationes et incepta catholica ad eas spectantia – An et cuius generis in iisdem Centris habeantur contestationes (cfr. adnexa nota statistica n. 4).

IX. INSTITUTIO CATHOLICA

1. Scholae catholicae, medii ordinis et elementariae (institutio religiosa – eius effectus – difficultates – quid prospiciatur circa futurum tempus) – Relationes cum auctoritate civili – Condicio oeconomica – Tituli agniti vel non ab auctoritate civili – Associationes apostolatus causa conditae inter educatores, inter patres familias, inter alumnos et inter quondam alumnos – Scholae mixtae eorumque problemata.
2. Institutio religiosa apud scholas publicas (effectus – difficultates – programmata – activitates extrascholasticae ortae ut haec institutio compleatur).
3. Institutio religiosa pro adolescentibus qui scholas non frequentant.
4. Catechesis pro pueris, iuvenibus, adultis, itinerantibus, rusticantibus – pro iis qui procul sunt a praxi religiosa, pro operariis, pro viris doctis: incepta, effectus, programmata – Centrum vel Commissio dioecesana Cathecheseos (cfr. adnexa nota statistica n. 5).

X. LAICI: VITA ET ACTIO APOSTOLICA

1. Vita et actio laicorum in paroeciis, in "Communitatibus Basilaribus", vel in aliis formis vitae ecclesialis – Dialogus et cooperatio inter laicos et Hierarchiam (afferantur quaedam exempla quae per hoc quinquennium videntur maioris momenti) – Quid de formatione laicorum quae spectat ad altiorem cognitionem theologicam, ad fidem solidiorem et profundiorem, ad activitatem apostolicam, ad dialogum oecumenicum, ad participationem liturgicam et ad collaborationem in Liturgia – An sit Centrum pro formatione laicorum: notae peculiares et ratio agendi – Motus actionis apostolicae, quibus laici inseri possint in suum socialem ambitum apostolatus causa, nec non penitius excolere valeant doctrinam et vitam spiritualem, in variis campis quae respiciunt opera caritatis, familiam, culturam, iuventutem – Motus qui conditi sunt a Hierarchia, qui laicos auctores habent, qui prae se ferunt notas Actionis Catholicae proprias (cfr. Decr. *Apostolicam actuositatem*, n. 20), qui conectuntur cum institutis internationalibus: realis condicio, notae propriae, numerus membrorum et efficacia actionis. Motus huius quinquennii decursu orti, exstincti, causa eorum exstinctionis – An sint "Coetus spontanei" qui dicuntur.
2. Sacerdotes, sodales religiosi addicti formationi laicorum: eorum aptitudo et praeparatio, problemata peculiaria – Laici qui activas partes habent in nova aliqua forma ministerii ecclesialis – An sint in Dioecesi laici formatione et vita christiana valde praestantes, quorum praesentia peculiare momentum habeant in vita politica et sociali, in campis culturae, artis et communicationis socialis – Influxus in coetus qui procul ab Ecclesia vivunt – Laici ab aliis Nationibus vel Dioecesibus oriundi, qui voluntariam operam praestant: locus originis, quamnam activitatem exerceant, quo animo excipiantur (cfr. adnexa nota statistica n. 6).

XI. OECUMENISMUS

1. An sint confessiones christianae non catholicae in Dioecesi – Earum activitas – Ex variis confessionibus christianis, estne aliqua quae sit addicta proselytis faciendis? Estne Commissio dioecesana pro christianorum unitate fovenda? Incepta pro dialogo oecumenico fovendo – Difficultates – Mutuae incomprehensiones – Programmata communia pro tempore praesenti et futuro.
2. An sint religiones non christianae in Dioecesi – Earum condicio iuridica et socialis – Quaenam organizationes magis praestent et quinam ex earum moderatoribus praecipua polleant auctoritate – Earum dies festus principalis – Quaenam sint earum Centra pro organizatione et diffusione – Earum actio ad proselytismum faciendum earumque socialia incepta – Earum agendi ratio erga Ecclesiam catholicam et Christianismum – Praecipuae obiectiones contra Ecclesiam catholicam – Experimenta cooperationis inter non christianos et christianos (catholicos vel non) – Causae incomprehensionum – Quid faciendum ad mutuas relationes meliores efficiendas;
3. An sint coetus organizati non credentium in Dioecesi – Media et instrumenta propagationis – Nomina moderatorum – Incepta catholicorum ad rationes cum eis ineundas – Effectus propagationis doctrinae atheisticae et antireligiosae – An numerus non credentium in Dioecesi crescat vel minuatur – Causae peculiares aucti numeri non credentium – Quaenam incepta catholicorum suadeantur hac in re (cfr. adnexa nota statistica n. 7).

XII. ASSISTENTIA SOCIALIS

Organizationes dioecesanae pro pauperioribus adiuvandis – Experimenta – Centra assistentiae pro valetudine – Valetudinaria – Organizationes paroeciales et superdioecesanae – Subsidia missa ab exteris Nationibus – Problemata – Caritas dioecesana – Solidarietas erga pauperes et incepta ad superandam indolem mere assistentialem subsidiorum.

XIII. ALIAE QUAESTIONES PASTORALES

1. Actio pastoralis respiciens familiam (Experimenta – difficultates – programmata – Consultores matrimoniales – Collaboratio cum christianis non catholicis circa problemata de matrimonio – familia).
2. Quaestiones de divortio: an opinio publica evolutioni obnoxia sit – Condicio eorum qui divortium fecerunt vel sunt irregulares in societate – Causae divortii – Motus contra divortium (relationes cum non catholicis de hac re – Experimenta – Effectus).
3. Usus mediorum anticonceptivorum (Ratio agendi Cleri estne conformis cum magisterio Pontificio? – Diffusio mediorum anticonceptivorum – Ratio agendi auctoritatis civilis – Problemata demographica).
4. Abortus (Diffusio – Ratio agendi auctoritatis civilis).
5. Migrantes, maritimi, turistae, nomades et ceteri itinerantes: pondus huius facti in Dioecesi – Incepta pastoralia hoc in campo.
6. Actio pastoralis urbana – Variae formae actionis pastoralis pro urbe – Problemata peculiaria de hac re – Experimenta – Problema saecularizationis – Relativismus quoad valores morales et mores – Vita religiosa in populo – Actio pastoralis in universum ordinata.
7. Problemata concreta in Dioecesi quae respiciunt iustitiam socialem et defensionem dignitatis personae humanae – Incepta inita in Dioecesi quoad haec problemata – Diffusio doctrinae socialis Ecclesiae – Problemata quae peculiari modo respiciunt discriminationem (ratione stirpis, immigrationis, religionis, linguae, sexus, etc.), coactam operis vacationem, defectum domorum – Mutuae relationes inter operarum conductores et opifices – Doctrinae marxistarum, atheorum, materialistarum et factionum contra publicam securitatem quamnam vim habent sive apud classes excultas atque administrationi rei publicae praepositas, sive apud populum in universum? Adestne conflictus inter Ecclesiam et auctoritates civiles quoad iustitiam socialem?

http://www.obrascatolicas.com

8. Ratio agendi catholicorum in vita publica et damna quae forte oriantur e diversitate opinionum politicarum inter catholicos.

Nota statistica N. 1

Consilia: Pastorale, Presbyterale. *Tribunal* dioecesanum et/vel regionale.

Respondeatur ad quaestiones quae sequuntur:

1. Consilium Pastorale dioecesanum. *a*. numerus membrorum, exeunte mense decembri ultimi anni huius quinquennii. *b*. numerus membrorum laicorum, idem idem. *c*. numerus sacerdotum saecularium vel dioecesanorum, idem idem. *d*. numerus religiosorum, idem idem. *e*. numerus religiosarum, idem idem. *f*. frequentia consultationum vel congressionum (quo temporis intervallo accidant, vel quot congressiones celebratae sint ultimo anno quinquennii).

2. Consilium Presbyterale. *a*. numerus membrorum, exeunte mense decembri ultimi anni huius quinquennii. *b*. frequentia consultationum vel congregationum (quo temporis intervallo eveniant, vel quot congressiones celebratae sint ultimo quinquennio). *c*. quo temporis intervallo Consilium renovetur.

3. Tribunal dioecesanum et/vel regionale. *a*. numerus iudicum, exeunte mense decembri ultimi anni huius quinquennii: clerici, laici. *b*. ceteri qui operam praestant, exeunte mense decembri ultimi anni huius quinquennii: clerici, laici. *c*. numerus causarum matrimonialium (declaratio nullitatis, dispensatio super rato et non consummato, separatio, etc.) quae pertractatae sunt singulis annis quinquennii. *d*. numerus causarum "iurium", "criminalium" et nullitatis Sacrae Ordinationis, etc., quae pertractatae sunt singulis annis quinquennii. *e*. numerus processuum canonicorum quibus examen institutum est virtutum heroicarum, singulis annis quinquennii.

Nota statistica N. 2

Res editorialis – Scripta typis edita.

Usque ad finem mensis decembris ultimi anni huius quinquennii, quot numerantur:

1. Societates librariae catholicae. 2. Tabernae librariae catholicae. 3. Ephemerides dioecesis (declaretur quo temporis intervallo edantur, an scilicet singulis diebus, hebdomadibus, vel mensibus; declaretur etiam numerus exemplarium cuiusvis editionis). 4. Cetera scripta typis edita periodica (declarentur omnia ut in superiore numero 3).

Nota statistica N. 3

Clerus – Centra pastoralia.

Quod spectat ad spatium quinque annorum continuum, quorum primus initium sumit ex primo die mensis Ianuarii, quintus autem completur postremo die mensis Decembris, distincte significetur quot sint:

1. Sacerdotes dioecesani (saeculares) ordinati. 2. Sacerdotes dioecesani ab aliis nationibus oriundi atque in Dioecesim recepti. 3. Sacerdotes dioecesani ex aliis Circumscriptionibus Ecclesiasticis istius Nationis oriundi atque Dioecesi servientes. 4. Sacerdotes perpetuo exclaustrati atque in Dioecesim recepti. 5. Sacerdotes dioecesani defuncti. 6. Sacerdotes dioecesani missi a Dioecesi ad alias Circumscriptiones Ecclesiasticas. 7. Sacerdotes dioecesani qui sacerdotium reliquerunt. 8. Sacerdotes dioecesani muneribus vacantes ratione aetatis vel infirmitatis. 9. Paroeciae suppressae ("paroeciae" id est sedes pastorales canonice erectae, sive territoriales sive personales).

Inde a die primo mensis Ianuarii ipsius anni, ex quo quinquennium sumit initium, significetur quot sint:

10. Paroeciae parocho residente praeditae atque a Clero dioecesano gubernatae. 11. Paroeciae parocho residente praeditae atque a Clero religioso gubernatae. 12. Paroeciae parocho residente destitutae atque ab alia parocho vel sacerdote administratae. 13. Paroeciae parocho destitutae atque sodalibus religiosis non sacerdotibus commendatae. 14. Paroeciae parocho destitutae atque Sororibus religiosis commendatae. 15. Paroeciae parocho destitutae atque laicis commendatae. 16. Paroeciae omnino vacantes.

Usque ad diem 31 mensis Decembris ipsius anni quo quinquennium completur, significetur quot fuerint:

17. Paroeciae parocho residente praeditae atque a Clero dioecesano gubernatae. 18. Paroeciae parocho residente praeditae atque a Clero religioso gubernatae. 19. Paroeciae parocho residente destitutae atque ab alio parocho vel sacerdote administratae. 20. Paroeciae parocho destitutae atque sodalibus religiosis non sacerdotibus commendatae. 21. Paroeciae parocho destitutae atque Sororibus religiosis commendatae. 22. Paroeciae parocho destitutae atque laicis commendatae. 23. Paroeciae omnino vacantes. 24. Paroeciae habentes Consilium pastorale, paroeciale, vel aliud id generis. 25. Communitates basilares (v. d. "di base"). 26. Sacerdotes dioecesani in Dioecesi incardinati. 27. Sacerdotes dioecesani Licentia vel Laurea in Theologia exornati. 28. Sacerdotes dioecesani Licentia aut Laurea in aliis scientiis exornati.

Nota statistica N. 4

Instituta formationis et doctrinae.

Inde a die 1 mensis Ianuarii ipsius anni ex quo quinquennium sumit intium, significetur quot sint:

1. Seminaria Minora vel alia id generis collegia, in quibus instituantur candidati ad sacerdotium pro Clero dioecesano. 2. Seminaria Minora vel alia id generis collegia, in quibus instituantur candidati ad sacerdotium pro Religiosis. 3. Seminaria Maiora vel alia id generis collegia, in quibus instituantur candidati ad sacerdotium pro Clero dioecesano. 4. Seminaria Maiora vel alia id generis collegia, in quibus instituantur candidati ad sacerdotium pro Religiosis. 5. Seminarii alumni minores Cleri dioecesani. 6. Seminarii alumni maiores Cleri dioecesani.

Usque ad diem 31 Decembris postremi anni quo quinquennium completur, signifecetur quot fuerint:

7. Seminaria Minora vel alia id generis collegia, in quibus instituantur candidati ad sacerdotium pro Clero dioecesano. 8. Seminaria Minora vel alia id generis collegia, in quibus instituantur candidati ad sacerdotium pro Religiosis. 9. Seminaria Maiora vel alia id generis collegia, in quibus instituantur candidati ad sacerdotium pro Clero dioecesano. 10. Seminaria Maiora vel alia id generis collegia, in quibus instituantur candidati ad sacerdotium pro Religiosis. 11. Seminarii alumni minores Cleri dioecesani. 12. Seminarii alumni maiores Cleri dioecesani. 13. Universitates catholicae quotque ascripti. 14. Universitates civiles quotque ascripti. 15. Facultates Theologicae, quot docentes quotque singulis Facultatibus ascripti. 16. Aliae catholicae scholae superiores quotque eis ascripti secundum earum genus et gradum.

Nota statistica N. 5

Scholae catholicae, elementariae et mediae.

Inde a die 1 mensis Ianuarii ipsius anni ex quo quinquennium sumit initium, significetur quot sint:

1. Scholae catholicae elementariae. 2. Scholae catholicae mediae.

Usque ad diem 31 mensis Decembris ipsius anni quo quinquennium completur, significetur quot fuerint:

3. Scholae catholicae elementariae. 4. Scholae catholicae mediae. 5. Personae (sacerdotes, religiosi, laici) prorsus addictae ordinationi et promotioni Christianae doctrinae (catechesis) in Dioecesi instituendae. 6. Personae (sacerdotes, religiosi, laici) quae Christianam doctrinam doceant in: *a*) Scholis elementariis. *b*) Scholis mediis.

Nota statistica N.6

Coetus, associationes et motus apostolatus laicorum.

Usque ad finem mensis Decembris ipsius anni quo quinquennium completur:

1. Referatur index coetuum, associationum et motuum apostolatus laicorum in Dioecesi operantium, illis quidem expresse significatis, quorum praesentia vel navitas latius patet et maius pondus habet. 2. Significetur quot sacerdotes omnino ("full time") eorum curae addicantur.

Nota statistica N. 7

Coetus confessionales.

Usque ad finem mensis Decembris ipsius anni quo quinquennium completur, illis quidem expresse significatis, qui numero personarum vel momento navitatis praestiterint, index transcribatur:

1. Coetuum confessionis christianae non catholicae in Dioecesi exstantium. 2. Coetuum religionum non christianarum in Dioecesi exstantium. 3. Coetuum organizatorum non credentium in Dioecesi degentium.

PARS SECUNDA

Schema pro Relatione Quinquennali Ordinariorum intra ambitum Sacrae Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus

(complendum iuxta formulas generales primae partis)

CURIA PATRIARCHALIS (Sincellus, Oeconomus, Archivista, Curator tabularum accepti et expensi, Curator statisticae).

SYNODUS PERMANENS (Membra, dies conventuum, argumenta disceptata).

Ubi deest Synodus permanens:

CONSILIUM PATRIARCHALE (Membra, dies conventuum, argumenta disceptata).

TRIBUNALIA PATRIARCHALIA (Nomen Tribunalium, nomina Officialium, relatio causarum disceptatarum).

COMMISSIO LITURGICA (nomina membrorum, navitas Commissionis).

CURIA PATRIARCHAE DE RITU DEFENDENDO (in Patriarcatu, extra Patriarchatum).

NOVAE EDITIONES LIBRORUM LITURGICORUM (libri inscriptio, tempus novae editionis).

NECESSITUDINES cum Episcopis proprii Patriarchatus.

NECESSITUDINES cum Episcopis eiusdem Ritus extra Patriarchatum.

CONCILIA EPISCOPALIA INTERRITUALIA CONVOCATA (dies, argumenta disceptata, animadversiones).

COOPERATIO CUM PROPRIIS EPISCOPIS in gravibus Dioecesium negotiis.

NECESSITUDINES CUM CLERO PATRIARCHATUS (specialis sedulitas de vocationibus deque vita spirituali presbyterorum, de digno cultu et victu ipsis suppeditandis; quae incepta sint ut pecunia intereparchialis constitueretur pro curatione Cleri aegritudine affecti; significentur domus, quae forte sint in Patriarchatu, pro Clero senectute affecto).

VISITATIONES EPARCHIARUM (nomen Eparchiae, dies visitationis, animadversiones).

VISITATIONES SPECIALES (nomen Instituti, dies visitationis, animadversiones).

DIFFICULTATES TEMPORE SEDIUM EPISCOPALIUM VACANTIUM (electio novorum Titularium, tutela bonorum Eparchiae, custodia bonorum defuncti Pastoris ipsi Ecclesiae legatorum).

RELIGIOSI: 1. *Monasteria "stauropegiaca"*: nomen, dies erectionis, quot sint sodales, finis, animadversiones; 2. *Ordines iuris Patriarchalis*: nomen, dies erectionis, quot sint domus, quot sodales, finis, animadversiones; 3. *Congregationes iuris Patriarchalis*: nomen, dies erectionis, quot sint domus, quot sodales, finis, animadversiones.

LOCA "STAUROPEGIACA" (nomen, dies erectionis, finis, animadversiones).

CUSTODIA BONORUM ECCLESIASTICORUM (quae sint irregularitates, neglegentiae cognitae, remedia adhibita).

FACULTATES CONCESSAE ad bona pretiosa vel alia abalienanda et ad mutuum dandum.

COOOPERATIO CUM FRATRIBUS SEPARATIS (assiduitas conventuum ut preces simul cum eis adhiberentur; eorum interventus in operibus caritatis, in operibus socialibus; effectus certi ex dialogo obtenti; aucta mutua cognitio; pericula; alii effectus qui forte prodierint).

PARS TERTIA

Schema Relationis Quinquennalis pro Ordinariis qui in territoriis commorantur Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione subiectis

I. INCOLAE CIRCUMSCRIPTIONIS

A. *Sub aspectu civili.*

1. Numerus incolarum totalis. 2. Numerus vel proportio secundum incolarum stirpem et linguam; et quid de recentibus ac temporariis migrationibus. 3. Administratio civilis breviter delineatur.

B. *Sub aspectu religioso*

4. Catholici baptizati: numerus eorum totalis, numerus secundum sexum, varietatem rituum ac diversitatem stirpium; quid de eorum fervore et praxi religiosa. 5. Christiani non catholici: generalia secundum eorum numerum, varios ritus (quoad Orthodoxos) aut denominationes (quoad Anglicanos, Lutheranos, Calvinistas, etc.), ac progressum. 6. Alii coetus christiani non catholici: an sint alii coetus religiosi qui ex occidentalibus regionibus provenientes, christiani se dicunt; aut coetus locales qui, christiano more adhuc viventes, a communione cum Ecclesia Catholica vel cum aliqua denominatione christiana traditionali recesserunt; aut coetus syncretistici "christopagani" (1): elenchus coetuum ac compositio numerica approximativa, delineamenta peculiaria, progressio vel regressio. 7. Non-christiani: generalia circa eorum numerum aut proportio secundum diversitatem professionis religiosae vel systematis philosophico-moralis. 8. Neo-pagani moderni (2): aestimatio eorum qui catholici fuerunt, aut christiani non catholici.

II. STRUCTURAE ECCLESIASTICAE

A. *De Ordinario eiusque collaboratoribus directis.*

9. De Ordinario: nomen, generalia biographica, locum residentiae et indicatio postalis. 10. De Episcopis coadiutore et auxiliariis: nomen, generalia biographica. 11. De Vicariis Generalibus et Episcopalibus, vel de Vicariis Delegatis: nomen, generalia biographica, negotia propria. 12. De Consilio Pastorali et de Senatu Presbyterorum, seu de Consultoribus dioecesanis (Dioec.) vel de Consilio Missionis (VA, PA): compositio, nomina, frequentia consultationum.

1. Istae sunt quae, secessione a Christianismo vel Catholicismo facta, aliqua tamen de Christianismo retinentes, in corporationibus religiosis paganis novis se erexerunt.

2. Hic indicetur numerus approximativus baptizatorum qui nullam amplius religionem confitentur.

B. *De divisionibus ecclesiasticis.*

13. De mandato commissivo (3) pro aliquibus regionibus aut operibus (Dioec.), aut de systemate commissionis missionalis (VA, PA): quinam mandatarii sunt, cum quibus effectibus. 14. De contractibus forsitan directe initis inter Ordinarium et aliquos coetus missionariorum: quales. 15. De divisionibus districtualibus aut regionalibus et de earum praepositis (qui sunt Vicarii foranei, Superiores districtus aut "unitatis paroecialis") (4); status ecclesialis respectivus, regiones seu loca ubi adhuc deficiunt.

C. *De provisione sedis vacantis vel impeditae.*

16. In casu sedis vacantis vel impeditae, quomodo provisum sit.

III. MISSIONARII EORUMQUE COLLABORATORES

A. *De missionariis.*

17. De presbyteris: numerus sacerdotum dioecesanorum (autochthonum, exterorum) in ipsa circumscriptione incardinatorum, necnon numerus sacerdotum ibi ad tempus laborantium (sacerdotes sic dicti "Fidei donum"); numerus sacerdotum alicui Instituto addictorum (exterorum, autochthonum) stabiliter in ipsa circumscriptione laborantium (secundum Instituta). 18. De religiosis Fratribus: numerus eorum (autochthonum, exterorum) secundum Instituta. 19. De religiosis Sororibus: numerus earum (autochthonum, exterarum) secundum Instituta. 20. De missionariis laicis (5): brevis descriptio de illis, quoad numerum, provenientiam, operam. 21. Specialiter de catechistis autochthonibus ex professione (*Full Time, à plein temps*): accurata descriptio de illis, numerus virorum ac mulierum, eorum opus ad fidem dilatandam, ad catechesim proponendam, ad communitates christianas regendas deficiente sacerdote. 22. De his omnibus: quid re relationibus illorum inter se, et cum Ordinario; an sint conventus missionariorum cum Ordinario; utrum eorum activitas satisfaciens evadat in omnibus pro eruditione Populi Dei ac pro progressu Ecclesiae novellae.

B. *De collaboratoribus*

23. Consilia pro laicorum apostolatu: quot et qualia sint. 24. Adsistentes paroecialies (6): brevis conspectus. 25. Catechistae occasionales (7): in paroeciis aut communitatibus catholicis, in scholis (privatis, publicis) aut in aliis institutionibus; numerus virorum ac mulierum.

C. *De seminaristis maioribus* (8).

26. Seminaristarum numerus pertinentium ad clerum dioecesanum; illorumque numerus in Institutis.

IV. OPUS MISSIONALE

A. *De Fidei propagatione ac de initiatione christiana.*

27. De Fidei Catholicae propagatione: quibus personis, quibus methodis, quibus effectibus et difficultatibus. 28. An adsint impedimenta sat diffusa quominus illi bene ad fidem catholicam dispositi a susceptione baptismi recedere debeant aut velint. 29. De initiatione christiana neo-conversorum: quomodo proceditur, vel per ordinarios cursus pro catechumenis – si revera alicubi sint – vel per generalem ordinationem cathecheseos. 30. Numerus illorum neo-conversorum qui hoc quinquennio baptismum receperunt, et proportio secundum sexum, stirpem et aetatem.

B. *De formatione christiana iuventutis*

31. Pro iuvenibus catholicis in paroeciis aut stationibus missionalibus: quibus methodis, quibus personis, an omnes religiosam formationem recipere queant. 32. Pro iuvenibus catholicis in scholis: an adsit possibilitas educationis religiosae pro alumnis catholicis in scholis cuiusvis regiminis (cath., prot., statalis) aut gradus (elementarii, medii, superioris); quinam sunt effectus. 33. De formatione christiana in associatione iuventutis catholicae: an satisfaciens evadat etiam relate ad praeparationem apostolicam. 34. De nupturientibus ad matrimonium christianum praeparandis: an et quomodo provideatur.

3. S. C. pro Gentiuñ Evangelizatione, Instr. *Relationes in territoriis*, 24 febr. 1969 (A.A.S. 61 [1969], pp. 281-287).

4. Tales "unitates" varias complectuntur paroecias (sive formatas sive non) sub cura alicuius presbyterorum coetus communiter operantium.

5. Illi aut illae sunt qui, sive ad aliquod Institutum Saeculare, sive ad aliquam Associationem pertinentes, aut modo privato viventes etiam matrimonio iuncti, allaborant in totali deditione vitae, licet ad tempus praefinitum, in opere missionali, cum officiali deputatione ad hoc ab Ordinario recepta vel sancita.

6. Illi aut illae sunt qui, licet nullo organismo apostolatus laici adscripti, sat actuose cum missionariis collaborant in paroeciis aut stationibus missionalibus.

7. "Part time catechists – Catéchistes à temps partiel" hic etiam recensentur magistri catholici scholarum qui doctrinam catholicam in scholis aut extra exponunt.

8. Sub hoc nomine veniunt illi, ex ipsa circumscriptione immediate provenientes, qui in aliquo Seminario Maiore aut Scholasterio (novitiatu incluso) inscripti sunt.

http://www.obrascatolicas.com

C. De actione pastorali erga fideles

35. Quibus linguis Liturgia Verbi populo fideli proponitur; an homilia regulariter et modo congruo facta sit; quid de actuosa participatione fidelium Missae sacrificio; proportio fidelium qui Missae de praecepto intersunt; quid de frequentia communionis sacramentalis. 36. De baptismo: numerus puerorum baptizatorum ex familiis catholicis natis (durante quinquennio); numerus totalis baptismorum (etiam in periculo mortis). 37. De matrimonio: utrum polygamia vel divortium a legislatione civili agnita sint et quomodo fideles catholici se gerant; utrum matrimonia mixta invalescant et cum quibus effectibus pro parte catholica et prole. 38. De numero eorum qui vitam et praxim catholicam derelinquunt: cur id faciant, et quinam fiant (an adhaereant coetibus atheorum vel in paganorum societatem revertantur, vel ascribantur alicui coetui alius religionis).

D. De centris aut institutionibus ad opus missionale fovendum

39. De Seminario maiore: Notitiae utiles praebeantur circa professores (autochthones, exteros), directores, studentes, regimen, ac circa exitum formationis impertitae. 40. De centris apostolatus sive pro conversione ad Ecclesiam, sive pro incremento actionis pastoralis erga fideles: brevis descriptio de his centris (9). 41. An adsint scholae speciales pro formatione catechistarum et magistrorum catholicorum; brevis conspectus de illis quae circumscriptioni sunt propriae. 42. An adsint centra aut institutiones ab ipsa Missione erecta pro progressu technico-sociali incolarum praesertim catholicorum: etiam pro actione medico-caritativa: brevis conspectus de variis istis centris aut institutionibus. 43. An adsint organizationes sportivae aut recreativae pro iuventute catholica. 44. An difficultates speciales ponantur erga aliquas ex istis institutionibus; an reapse omnes istae criteriis modernis efficaciae apostolicae respondere videantur.

F. De problematibus maioris momenti

45. Delineantur problemata principaliora circa evangelizationem et implantationem Ecclesiae particularis autochthonis; obstacula et exspectationes pro futuro.

9. V. gr.: Centra investigationum socio-religiosarum, centra pro mediis modernis communicationis socialis, centra pro praeparatione novellorum missionariorum, centra pastoralia, domus convictuales pro studentibus catholicis, etc.

* Typis Polyglottis Vaticanis 1975. Adn. L. de ECLEVERRIA in REDC 32 (1976) 401-413.

1975 ... ... - SC pro CULTU DIVINO, NORMAE. PART.*

Normae servandae, ut aliqua ecclesia localis titulo Basilicae Minoris decoretur, recognoscuntur

I. CONDICIONES

1. Ecclesia congruenti amplitudine et artis decore emineat, et sit consecrata (1).

2. Ad structuram et formam quod attinet, liturgicis legibus adamussim respondeat (v. gr. altare maius versus populum sit exstructum; sedes celebrantis et ambo ad verbum Dei proclamandum, crux, baptisterium, locus pro asservatione Ss.mae Eucharistiae habeantur apte disposita; imagines quoad formam, numerum, collocationem vigentibus normis con-

1. Longitudo aedificii ca. 50 m. de more computatur.

gruant); idonea sit ad liturgicas actiones rite exsequendas et ad fidelium actuosam participationem obtinendam.

3. In universa dioecesi quadam celebritate gaudeat, v. gr. quia corpus vel insignis reliquia alicuius Sancti canonizati in ea asservatur, vel celebris imago ibidem peculiari veneratione colitur, vel *ipsa* ecclesia refertur ad singularem quendam eventum religiosae dioecesis historiae.

4. Vitae religiosae et pastoralis veluti radiationis centrum exsistat; hinc:

a) sacrae Liturgiae et praesertim Eucharistiae celebratio omnimoda cum dignitate peragatur, quae sit aliis in exemplum, sive ob liturgicam legum observantiam sive ob actuosam populi participationem: *b*) *Schola Cantorum* ibi habeatur ac praeterea non desit qui fidelium participationem ducere et sustinere queat; *c*) sacerdotes numero sufficientes ecclesiae addicti et confessarii paenitentium necessitati, statutis horis, praesto sint; *d*) verbi divini praedicatio frequens fiat nec ad homiliam dierum festorum dumtaxat redigatur.

5. Documenta dirigenda Sacrae Congregationi pro Sacramentis et Cultu Divino ad titulum Basilicae Minoris obtinendum ea quae sequuuntur amplecti debent: *a*) petitionem rectoris ecclesiae ab Ordinario loci approbatam, etiamsi agatur de ecclesiis exemptis; *b*) indicationem an aliae et quaedam Basilicae in dioecesi inveniantur; *c*) "nihil obstat" Conferentiae Episcoporum; *d*) opuscula, libros, imagines luce impressas, ex quibus ecclesiae forma, structura, condicio, sufficienter illustrentur; *e*) responsiones "Quaestionario" adnexo (2).

II. OBLIGATIONES

6. Intra Basilicae fines promoveatur religiosa fidelium institutio, peculiaribus cursibus instructionis, collationum seriebus, ceterisque eiusmodi inceptis.

7. Inter Basilicae opera et incepta plurimum tribuatur studio et vulgationi documentorum, quibus Summi Pontificis mens et magisterium exhibetur.

8. In ipsa Basilica singulari cum sollemnitate celebrentur: *a*) festum Cathedrae S. Petri (22 febr.); *b*) sollemnitas SS. Apostolorum Petri et Pauli (29 iun.); *c*) anniversarium electionis Summi Pontificis.

9. In quavis Basilica, pro opportunitate, diebus praesertim festivis, una alterave Missa lingua latina celebretur. In eiusmodi Missis gregorianae melodiae vel sacra polyphonia peculiari cura et studio proferantur.

Item, pro opportunitate, celebrentur etiam Missae lingua vernacula frequentioribus coetibus peregrinorum propria.

10. In fronte Basilicae Summi Pontificis vel Apostolicae Sedis insigniae collocentur.

III. CONCESSIONES

11. Fideles plenariam indulgentiam, suetis condicionibus, acquirere possunt Basilicam diebus infrascriptis visitantes: *a*) in sollemnitate SS. Apostolorum Petri et Pauli (29 iun.); *b*) in sollemnitate Titularis; *c*) die 2 augusti, quo "Portiunculae" indulgentia occurrit; *d*) die ad libitum semel in anno electa.

12. Signum pontificium, idest Claves decussatae, adhiberi poterit in vexillis, in supellectile, in sigillo Basilicae.

13. Rectori Basilicae super rochetum uti licet mozetta ex serico nigro cum oris, ocellis et globulis rubini coloris.

2. In "Quaestionario" notitiae quaeruntur circa mensuram ecclesiae eiusque dispositionem ad celebrationes liturgicas iuxta exigentias instaurationis liturgicae, diem consecrationis, reliquias et imagines quae in ea coluntur, eius momentum historicum et artisticum eiusque vitam religiosam et pastoralem.

* Notit. 11 (1975) 260-262; cfr. Decretum S. C. Rituum Domus Dei diei 6 Iunii 1968: LE n. 3663. Adn. C. BRAGA in EL 90 (1976) 505-506.

ANNUS 1976

4426

1976 IAN 9. - SOLLEMNIS CONVENTIO CUM AUSTRIA. AAS 68 (1976) 422-424

Conventio Addititia inter Apostolicam Sedem et Rempublicam Austriacam circa rem patrimonialem

SECONDO ACCORDO ADDIZIONALE

Fra la Santa Sede e la Repubblica Austriaca alla Convenzione fra la Santa Sede e la Repubblica Austriaca per il Regolamento di Rapporti Patrimoniali del 23 Giugno 1960.

Fra la Santa Sede, rappresentata dal suo Plenipotenziario Sua Eccellenza Rev.ma Mons. Dr. Opilio Rossi, Arcivescovo
423 tit. di Ancira e Nunzio Apostolico in Austria, e /

La Repubblica Austriaca rappresentata dai suoi Plenipotenziari il Signor Dr. Erich Bielka, Ministro Federale per gli Affari Esteri, e il Signor Dr. Fred Sinowatz, Ministro Federale per l'Istruzione e l'Arte, viene concluso, a ulteriore complemento della Convenzione fra la Santa Sede e la Repubblica Austriaca per il Regolamento di Rapporti Patrimoniali del 23 Giugno 1960, il seguente Accordo Addizionale:

Art. I. La somma di 67 milioni di scellini, di cui all'Articolo II, Capov. 1, lettera a della Convenzione fra la Santa Sede e la Republica Austriaca per il Regolamento di Rapporti Patrimoniali del 23 Giugno 1960 nella redazione dell'Accordo Addizionale del 29 Settembre 1969, verrà elevata a partire dall'anno 1976 a 97 milioni di scellini.

Art. II. L'Articolo XXII del Concordato del 5 Giugno 1933 vale, per analogia, per la soluzione di difficolta concernenti l'interpretazione del presente Accordo Addizionale.

Art. III. Questo Accordo Addizionale, il cui testo italiano
424 e tedesco sono ugualmente autentici, dev'essere ratificato / e gli istrumenti di ratifica devono essere scambiati al piu presto in Roma. Esso entra in vigore il giorno dello scambio degli istrumenti di ratifica.

In fede di che i Plenipotenziari hanno firmato il presente Accordo in doppio originale.

Fatto a Vienna, il 9 gennaio 1976.

Per la Santa Sede: Für den Heiligen Stuhl: O. Rossi.

ZWEITER ZUSATZVERTRAG

zwischen dem Heiligen Stuhl und der Republik Oesterreich zum Vertrag zwischen dem Heiligen Stuhl und der Republik Oesterreich zur Regelung von vermögensrechtlichen Beziehungen von 23. Juni 1960.

Zwischen dem Heiligen Stuhl, vertreten durch dessen Bevollmächtigten, Seine Exzellenz, den Herrn Apostolischen Nuntius in Oesterreich, Titularerzbischof von Ancyra, Msgr. Dr. Opilio Rossi, / 423

und der Republik Oesterreich, vertreten durch deren Bevollmachtigte, Herrn Dr. Erich Bielka, Bundesminister für Auswärtige Angelegenheiten, und Herrn Dr. Fred Sinowatz, Bundesminister für Unterricht und Kunst, wird in neuerlicher Ergänzung des Vrtrages zwischen dem Heiligen Stuhl und der Republik Oesterreich zur Regelung von vermögensrechtlichen Beziehungen von 23. Juni 1960 nachstehender Zusatzvertrag geschlossen:

Artikel I. Der in Artikel II Absatz 1 lit. a des Vertrages zwischen dem Heiligen Stuhl und der Republik Oesterreich zur Regelung von vermögensrechtlichen Beziehungen von 23. Juni 1960 in der Fassung des Zusatzvertrages von 29. September 1969 genannte Betrag von 67 Millionen Schilling wird beginnend mit dem Jahr 1976 auf 97 Millionen Schilling erhöht.

Artikel II. Artikel XXII Absatz 2 des Konkordates von 5. Juni 1933 gilt für die Regelung von Schwierigkeiten bezüglich der Auslegung dieses Zusatzvertrages sinngemäss.

Artikel III. Dieser Zusatzvertrag, dessen deutscher und italienischer Text authentisch ist, wird ratifiziert; die Ratifi- 424
kationsurkunden werden sobald wie möglich in Rom ausgetauscht werden. Er tritt mit dem Tag des Austausches der Ratifikationsurkunden in Krakft.

Zu Urkund dessen haben die Bevolmächtigten diesen Zusatzvertrag in doppelter Urschrift unterzeichnet.

Geschehen zu Wien, am 9. Jänner 1976.

Für die Republik Oesterreich: Per la Repubblica Austriaca: E. Bielka, Fred Sinowatz.

Sollemni Conventione inter Apostolicam Sedem et Rempublicam Austriacam rata habita, die XIV mensis Maii, anno MCMLXXVI, in Aedibus Vaticanis instrumenta Ratihabitionis accepta et reddita mutuo fuerunt. Exinde Conventio eodem die vigere coepit.

4427

1976 IAN 27. - SC pro EPISCOPIS, LITT. CIRC. PART.*

Monentur Episcopi, sacerdotes atque utriusque sexus religiosi ut vestem seu habitum sacerdotatem vel religiosum uniuscuiusque proprium deferant cum simplicitate et dignitate

Roma, 27 gennaio 1976

Eccellenza Reverendissima, Per venire incontro alle mutate esigenze del costume la Santa Sede ha a suo tempo autorizzato le Conferenze episcopali ad introdurre nelle loro nazioni i mutamenti che tutti conoscono nella foggia dell'abito ecclesiastico, permettendo nello stesso tempo ai responsabili delle Famiglie Religiose di fare altrettanto per quello proprio del loro Istituto. Lo stesso significato avevano i vari indulti particolari.

Nello spirito di quelle concessioni l'abito degli ecclesiastici e delle persone professanti lo stato religioso – salvo le norme vigenti per il servizio liturgico – doveva essere "simplex ac modestus, pauper simul et decens" (cfr. *Perfectae caritatis*, n. 17), tale da costituire sempre un segno evidente per i fedeli della loro condizione.

Purtroppo questi valori sono stati largamente trascurati e perfino impugnati con pretestuose motivazioni dottrinali e pastorali, con gravissime conseguenze negative, tra cui l'imbarazzo e il disorientamento del popolo di Dio.

Ma ciò che costituisce il motivo di questa mia corrispondenza è il penoso rilievo che tali arbitri siano non di rado par-

http://www.obrascatolicas.com

titi dagli stessi Vescovi ed incoraggiati dal loro esempio, se non addirittura da loro formali indicazioni come nei casi di comunità femminili spinte da taluni Vescovi ad abbandonare l'abito religioso.

Compio pertanto il superiore incarico di chiedere all'Eccellenza Vostra di voler richiamare l'attenzione dei Vescovi di codesto Paese, nella forma che riterrà più opportuna, affinché, essi stessi, consapevoli del dovere di essere "forma gregis" particolarmente nei confronti del proprio presbiterio e dei religiosi, "insignia sui gradus legitime statuta cum simplicitate deferant, nec sine iusta causa deponant" (*Directorium de pastorali ministerio Episcoporum*, n. 28). Vorranno inoltre impiegare ogni miglior impegno affinchè il clero secolare e regolare eviti, anche in ciò che concerne la sua tenuta, quanto può offuscare lo "status clericalis decorem" (*Christus Dominus*, n. 35, 4), e non venga mai meno questa testimonianza della sua consacrazione, che "omnia Ecclesiae membra ad officia vocationis christianae impigre adimplenda efficaciter attrahere potest ac debet" (*Lumen gentium*, n. 44). Non si escludono che circostanze particolari, come sono ad esempio taluni momenti di svago o di diporto, possano giustificare l'uso di un vestito adeguato alla situazione, sempre però decoroso e lontano da ricercatezza o vanità, che "a formis aperte saecularibus quadamtenus distinguatur" (Esort. Apost. *Evangelica testificatio*, n. 22).

Grato per il cortese servigio che viene a rendere a questa sacra Congregazione, Le invio il mio fraterno saluto e mi confermo suo dev.mo nel Signore. - S. Card. BAGGIO, *Prefetto.*

* Legatis Pontificiis in singulis Nationibus, Prot. N. 669/72: CpR 58 (1977) 269-270. Adn. S. BELOSO in CpR 58 (1977) 270-274.

4428

1976 IAN 30.- SIGNATURA APOST., DECRETUM. PART.*

Conflictus competentiae inter duo Tribunalia inferiora committitur solvendus Tribunali superiori

MATRITEN.

In causa de qua supra, cum domina Rosa T. petierit ut Hoc Supremum Tribunal dirimeret conflictum competentiae inter Tribunal Matritense, cui ipsa libellum exhibuerit in causa de qua supra, et Tribunal Petropolitanum in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis coram quo eius maritus proposuerat actionem nullitatis eiusdem matrimonii;

Cum duae propositae causae sint inter se connexae, ac ideo "ab uno eodemque iudice cognoscendae sint" (can. 1567), nempe ab illo qui prior partem conventam legitime citaverit (can. 1725);

Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal, praemisso quod duo tribunalia adita subsunt distinctis tribunalibus superioribus, ac ideo "contraversiae definitio reservatur tribunali superiori illius iudicis coram quo actio primo promota est" (can. 1612 § 2);

Cum propositio actionis fiat per praesentationem libelli, uti patet ex can. 1706: "Qui aliquem convenire vult, *debet* libellum competenti iudici exhibere ..."; et si actor oretenus petitionem proponat, notarius debet "scriptis actum redigere, qui actori legendus est et ab eo probandus" (can. 1707, § 3);

Attento quod, in casu, libellus ex parte mulieris exhibitus est Tribunali Matritensi die 7 iulii 1975 et die 14 iulii 1975 admissus; dum non habetur dies exhibiti libelli a viro nec dies acceptationis, ad quam pronuntiandam requirebatur quoque consensus tribunalis partis conventae;

Exclusa, in praesenti stadio, competentia Signaturae Apostolicae, *declarat* conflictum competentiae, in casu, dirimi debere a foro superiori Tribunalis Matritensis, seu a Rota Nuntiaturae Apostolicae in Hispania, ad quam partes contendentes accedant ad sua iura tuenda. Proinde utrumque Tribunal coram quo causa pendet, processum interim suspendat.

Idque notificetur eidem Rotae Nuntiaturae Apostolicae in Hispania, Tribunali Matritensi et Petropolitano, necnon, ope horum Tribunalium parti quae in uno et altero foro actrix apparet.

Datum Romae, e sede Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis, die 30 ianuarii 1976. - Dinus Card. STAFFA, *Praefectus.* Aurelius Sabattani, *Secretarius.*

* Apoll 49 (1976) 49-59.

4429

1976 IAN .. - SC pro SACR.-CULTU, RESPONSA. PART.*

Responsa ad proposita dubia: **1. De Sanctorum celebratione in Liturgia Horarum recte ordinanda. 2. De muneribus diaconi in communitatibus sacerdotum**

1. De Sanctorum celebratione in Liturgia Horarum

Ad normam n. 224 *Institutionis generalis de Liturgia Horarum*, in Officio Sanctorum peragendo "partes proprias, si forte desint, supplent respectiva *Communia Sanctorum*". Ex alia parte, n. 235d, cum de lectionibus Officii agit, haec habet: "Altera lectio est hagiographica ...; si autem non est propria, sumitur e textibus Patrum *diei currentis*". Qua de re inter duas normas contradictio adesse videtur.

Resp. Numerus 224 generale enunciat principium, quod recte est interpretandum. De facto norma valet pro sollemnitatibus et festis, dum e contra simpliciter indicatur pro memoriis, quia n. 235b expresse dicit quod partes communes, excepta tantummodo oratione finali, usurpari valent ad libitum: *de communi vel de feria.*

Ratio huius rubricae eo tendit ut inutilis ac omni varietate carens diuturna repetitio vitetur, ut olim eveniebat cum hymno *Iste Confessor* aut antiphona *Hic vir despiciens mundum* tam frequenter occurrente. Praeterea spiritualiter minus utile esset alteram lectionem semper de communi adhibere, quia lectiones istae ad frequentem usum minime destinantur. Memoretur insuper quod lectiones Patrum saepe rationem dicunt ad biblicam lectionem, quae praecedit, aut aliquando seriem continuam per dies plurimos constituunt. Manet ergo facultas aptiorem lectionem eligendi propter devotionem erga aliquem Sanctum: "Loco lectionis alterius tali diei assignatae, eligi potest, iusta de causa, alia lectio eiusdem temporis, desumpta sive e libro Liturgiae Horarum sive e Lectionario ad libitum" (n. 250).

De cetero, semper varietas taedioso usui est praeferenda.

2. De muneribus diaconi in communitatibus sacerdotum

Nonnullae communitates petierunt utrum diaconus, sacerdotibus religiosis adstantibus, legitime possit: *a*) celebrationi Officii divini praesidere hebdomadarium munus explendo; *b*) benedictionem eucharisticam impertire; *c*) homiliam habere.

Resp. a) Expressio "sacerdos vel diaconus" quae in nn. 254, 256 *Institutionis generalis de Liturgia Horarum*, et in rubricis *Ordinarii* recurrit (Lit. Hor. I, 532, 537), minime postulat quod diaconus exercere valeat munus praesidendi coram sacerdotibus, quamvis in illis textibus explicita condicio "vel, eo deficiente" non inveniatur. Mens legislatoris est diaconum ordinari ad presbyterum adiuvandum vel substituendum, eo deficiente. Quapropter secundum normas diaconum celebrationi Officii ne praesideat cum praesto sint sacerdotes. Ipse vero procul dubio munus praesidendi exercebit in coetu religiosarum, laicorum aut coram presbyteris legitime impeditis (infirmis, senibus, etc.).

b) Pari modo, expressio "sacerdos vel diaconus" in nn. 91, 92, 97, 99, 100 Ordinis "de sacra Communione et de cultu Mysterii Eucharistici extra Missam", etsi condicio "eo deficiente" explicite non ponitur, minime significat quod diaconus, minister ordinarius in expositione Ss.mi Sacramenti, presbyteris adstantibus, benedictionem eucharisticam impertiri possit. Solutio et exceptiones eaedem sunt ac in paragrapho antecedenti.

c) Diaconus est minister ordinarius verbi Dei sicut et Baptismi celebrandi atque Communionis distribuendae. Qua talis legitime ipse post Evangelium proclamatum facit homiliam, sicut habetur in n. 61 *Institutionis generalis Missalis romani*, qui adiungit verbum "aliquando". Itaque diaconus munus sibi proprium in verbo Dei praedicando exercere valet, quin presbyteros supplantet in fidelium institutione.

* Notit. 12 (1976) 46-47.

4430

1976 FEB 9.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 68 (1976) 204-208

Allocutio ad Praelatos Auditores, Advocatos et Officiales Tribunalis Sacrae Romanae Rotae, a Beatissimo Patre novo litibus iudicandis ineunte anno coram admissos:

De pondere amori coniugali tribuendo in natura matrimonii determinanda et in causis matrimonialibus decidendis

Dilecti Filii, Magna cum laetitia vos consalutamus, qui – ut vobis sodalibus Tribunalis Sacrae Romanae Rotae singulis annis moris est – nos adiistis, libetque asseverare nos studiose

ac reverenter audivisse ea, quae illustris vester Decanus Bolesław Filipiak, quem carum habemus ac veneramur, est elocutus. Qui quidem, sensus animi omnium vestrum, qui hic adestis, interpretatus et verbis quam maxime egregiis et permoventibus usus est, quaedam adiungens, digna sane ad quae attendamus, circa quaestiones ad ius dicendum in Ecclesia pertinentes, et circa quosdam eventus, qui eo spectant.

Adventus hic vester, peculiarem vim et auctoritatem accipit, quandoquidem singulari commendamini titulo.

Quotiescumque enim nobis occasio offertur vos, dignissimi viri, conveniendi vel exercitationem munerum vestrorum observandi, menti nostrae semper sponte occurrit gravitas officii vestri et primarium momentum ministerii, quod pro Ecclesia obitis, ius dicentes nomine auctoritateque ipsius Apostolicae Sedis.

Est enim ministerium, quod non solum praeclaris traditionibus vestri Tribunalis illustratur, sed etiam, operositate vestra et praesertim spiritu apostolatus sacerdotalis, quo imbuimini, ostendit omnimodam severitatem iudiciorum et vestram praeparationem ad munus huiusmodi, studium flagrans, quod confertis ad cotidiana officia a Sede Apostolica vobis commissa magna quidem fiducia de defensione iustitiae.

Ita fit, ut sollemnis inauguratio anni iudicialis opportunitatem nobis praebeat exspectatam publicam meritamque laudem tribuendi clarissimo isti Tribunali, atque gratum animum nostrum vobis significandi vosque confirmandi ad pergendum munus vobis mandatum, arduum sane et tacitum. Hoc eo libentius praestamus quo magis aetate nostra exercitatio potestatis iudicialis – quemadmodum prorsus quaevis ordinatio iuridica – a non paucis impugnatur in Ecclesia, quasi sit quaedam struc/tura, quae super vim spiritualem et libertatem nun- 205
tii evangelici imponatur; haec autem res alias pertractata est.

Animum autem convertentes ad quaestiones, quae in iure canonico dicendo potiores sunt, facere non possumus quin mentes vestras dirigamus ad regionem, in qua ille veluti cultus vester iustitiae et efficacia moralis ac doctrinalis Tribunalis vestri, historia digni, magis oportet effulgeant. De Causis enim matrimonialibus cogitamus, quarum non levia incrementa sunt lugendum indicium periculorum, quibus societas horum temporum est obnoxia, quod attinet ad firmitatem, vigorem, felicitatem instituti familiaris.

Gaudemus profecto quod sollicitudo Concilii Vaticani secundi de promovenda indole spirituali matrimonii et de novis aperiendis viis, quas actio pastoralis Ecclesiae percurrat, serium officium istius Tribuanlis excitavit idque induxit, ut plenam perciperet significationem rationis magis personalis, quam magisterium Concilii proposuit quaeque in aequa aestimatione amoris coniugalis et in mutua perfectione coniugum nititur. Quibus tamen rebus nihil prorsus detrahi licet de dignitate ac stabilitate instituti familiaris, neque imminui excellentiam et munus coniugale procreationis, inde exorientia (1). Itaque multiplex experientia, quam Tribunal vestrum hausit, facultatem vobis praebet, nunc – ut ante actis temporibus – materiam perutilem et praestantissimam afferendi novae legislationi canonicae, quae in praesenti apparatur.

Nos iuvat iterum affirmare, quantum Ecclesia vobis confidat quoad hoc adiumentum vestrum, saluberrimum et pernecessarium, ad defendendum et constabiliendum institutum matrimoniale. Etenim eo quod e sententiis vestris elucent felices exitus, qui in colendis disciplinis iuridicis, biologicis, psychologicis et socialibus habiti sunt – per quas matrimonium melius cognitum est et perspectum secundum veram suam naturam ut communitas amoris – vos insimul firmiter haesistis illis principiis primariis, quae doctrina et consuetudo Ecclesiae semper sunt secutae, sive ut erroribus circa institutum matrimoniale eiusque corruptioni obviteretur sive ut ipsum matrimonium eo dirigeret, quo perfectius in dies et modo magis congruenti indolem suam consortionis coniugalis et sacramenti ostenderet.

Nunc autem sermonis iter eo nos adducit, ut mentes cogitationesque vestras dirigamus ad quasdam opiniones, quae e quibusdam placitis, quae hodie disseminantur, et e novis viis
206 per Concilium apertis exortae / sunt, quarumque fautores, cum plus aequo bona interdum extollant amoris coniugalis et coniugum perfectionis, eo sunt progressi, ut bonum fundamentale prolis posthabeant, immo etiam prorsus seponant; amorem vero coniugalem iidem elementum habeant tanti momenti etiam in iure, ut ei subiciant ipsam vinculi matrimonialis validitatem, ac propterea ad divortium, nullo fere obnitente impedimento, aditum patefaciant, quasi, deficiente amore (vel potius primigenia amoris cupiditate), ipsa deficiat validitas irrevocabilis foederis coniugalis, quod ex libero atque amoris pleno consensu ortum est.

Satis habemus hanc unam attingere vobisque probe notam animadversionem, quae quidem nobis plane digna videtur, quae nunc atque hoc loco in mentem revocetur.

Profecto dubitandum non est de momento, quod coniugali amori Concilium attribuit, cum illum praedicet perfectam coniugii condicionem optimamque metam, de qua coniuges monentur, ut constanter suam ipsorum communem dirigant vitam. Quod tamen magnopere nostra interest hoc loco rursus in sua luce ponere, hoc est: christianam de familiari instituto doctrinam, ut probe nostis, nullo modo talem coniugalis amoris notionem admittere posse, quae perducat ad relinquendam vel imminuendam vim ac significationem pernoti illius principii: *matrimonium facit partium consensus.* Quod quidem principium summum momentum habet in universa doctrina canonica ac theologica a traditione recepta, idemque saepe propositum est ab Ecclesiae magisterio ut unum ex praecipuis capitibus, in quibus ius naturale de matrimoniali instituto nec non praeceptum evangelicum innituntur (2).

Vi huius principii, omnibus probe cogniti, matrimonium exsistit eo ipso tempore, quo coniuges matrimonialem consensum praestant iuridice validum. Talis consensus est *actus voluntatis* indolis pacticiae (vel *foedus coniugii*, ut dictione utamur, quae hodie potior habetur quam vox *contractus*), qui quidem puncto temporis indivisibili gignit iuridicum effectum, seu matrimonium "in facto esse", uti aiunt, vel vitalem statum, neque postea ullam vim habet ad "realitatem iuridicam", quam creavit. Quod fit ut, cum semel effectum iuridicum creaverit seu vinculum matrimoniale, huiusmodi consensus irrevocabilis evadat ac virtute careat id, quod peperit, destruendi.

Hanc doctrinam Constitutio *Gaudium et spes*, licet sit pastoralis indolis, aperte docuit, ut constat ex eiusdem documenti verbis, quae / sequuntur: *Intima communitas vitae et a-* 207
moris coniugalis, a Creatore condita suisque legibus instructa, foedere coniugii seu irrevocabili consensu personali instauratur. Ita actu humano, quo coniuges sese mutuo tradunt atque accipiunt, institutum ordinatione divina firmum oritur etiam coram societate; hoc vinculum sacrum intuitu boni, tum coniugum et prolis tum societatis, non ex humano arbitrio pendet (3).

Definitorium Provicniae Erzegovinae, prout constat e declaratione Ministri Provincialis diei 10 martii 1971, "statuit omnes conditiones a can. 644 § 1 C. I. C. pro *apostasia a religione* atque ab art. 331 § 2 Constitutionum Generalium pro dimissione ipso facto ab Ordine petitas existere. Qua de re Definitorium Provinciae in praedicta sessione statuit declaravitque, iuxta praescriptum art. 331 § 2 Constitutionum Generalium, Rev.dum Patrem M. O. ipso facto ab Ordine dimissum esse".

Tamquam causa dimissionis Patris M. O. adducitur *apostasia a religione*; et Definitorium Provinciale secutum est in casu modum procedendi in art. 331 § 2 statutum pro apostata a religione dimittendo.

Attamen Pater O., quamquam dimissionem merebatur, non erat "apostata a religione", ut infra videbitur; ideo sequendus non erat modus statutus ad eum dimittendum "ob delicta pro quibus iure communi dimissio statuta est", vel ob apostasiam a religione, sed erat sequendus modus generalis pro dimissione communi et ordinaria.

E contra, actus Definitorii provincialis non videtur illegitimus ex eo quod Sacra Congregatio pro Religiosis iam apposuerat manus per rescriptum diei 18 februarii 1971, nam S. Congregatio urget solutionem casus per distinctionem: "orator aut suis Superioribus oboediat, aut Episcopum benevolum sibi inveniat"; ideoque nullo modo decisionem subtraxit a potestate Superiorum Ordinis.

Patet inde dubio concordato respondendum esse negative, id est, decretum Rev.di Ministri Provincialis Erzegovinae diei 10 martii 1971, confirmatum a S. C. pro Religiosis die 19 iulii 1971 et die 28 iunii 1973, non sustineri. Obiicitur decretum dimissionis diei 10 martii 1971 validum esse dicendum, quia, etsi Pater M. O. apostata dicendus non sit, nihilominus, ut in ipso decreto dicitur, religiosae oboedientiae se subtraxit et ita iustam dedit causam dimissioni; ad hoc vero ut huiusmodi decretum valeat, non requiritur ut omnes causae motivae sint veritati conformes.

Respondetur, in primis, clausulam 'non sustineri", non indicari nullitatem intrinsecam (analoga clausula invenitur in can. 46; cfr. e. gr. A. Van Hove, *De rescriptis*, p. 169; G. Michiels, *Normae Generales*, ed. a. 1949, vol. II, p. 390: A. I. Cicognani-D. Staffa, *Commentarium primi Libri C. J. C.*, vol. II, p. 370). Etsi tamen decretum diei 10 martii 1971 intrinsece validum dicendum esset, ambigi non potest de eius gravi iniustitia, quia Pater M. O. apostata non est. Oblivisci insuper non debemus apostatam a religione in excommunicationem ipso iure incurrere proprio Superiori maiori reservatam (can. 2385). Quapropter censuit Collegium iudicans huiusmodi decretum, etsi validum esset, reformari debere.

Verba tamen decisionis, latae per decretum ipsum, haec sunt: "Qua de re Definitorium Provinciae in praedicta sessione statuit, declaravitque, iuxta praescriptum art. 331 § 2 Constitutionum Generalium, Rev. Patrem M. O. *ipso iure ab Ordine dimissum esse*". Haec verba immediate sequuntur alia quibus dicitur: "omnes conditiones a can. 644 § 1 C. J. C. pro apostasia a religione atque ab art. 331 § 1 Constitutionum Generalium pro dimissione ipso facto ab Ordine petita existere". Iuxta hunc art. 331 Constitutionum Generalium, a. 1971 vigentium, qui correspondent art. 315 novarum Constitutionum Generalium, pro apostata a religione, qui post repetitas invitationes non redit nec respondet, sufficit declaratio facti (sicut pro delictis recensitis in can. 646). Processus communis, sicut requiritur pro Patre M. O. fit in casu triplicis delicti cum duplici monitione et decreto dimissionis. Concludendum est ergo causam dimissionis, iuxta decretum diei 10 martii 1971, fuisse specificum delictum apostasiae et in ipso vim decreti inniti. Quia apostasia in casu non habetur, decretum vi iuridica caret.

III – An Pater M. O. fuerit 'apostata' ab Ordine

IN IURE

Die 25 nov. 1969 S. C. pro Religiosis approbavit *Modum procedendi in dimissione religiosorum a votis sollemnibus* Ordinis de quo agitur.

Articulus 1, receptus deinde in art. 331 Constitutionum Generalium Ordinis, ita sonat: "Frater sollemniter professus ipso facto habendus sit dimissus ob delicta pro quibus iure communi dimissio statuta est. Insuper tamquam legitimi dimissi habendi sunt apostatae a religione qui post binam invitationem a Superiore maiore factam non redierint vel respondere renuerint vel se redire nolle declaraverint, tribus expletis mensibus a die quo Ordinem sine licentia dereliquerunt".

"Apostata a religione", de quo in art. 331 Constitutionum Generalium Ordinis, idem est ac "apostata a religione" canonis 664 § 1, qui haec habet: "Apostata a religione dicitur professus a votis perpetuis sive sollemnibus sive simplicibus qui e domo religiosa illegitime egreditur cum animo non redeundi, vel qui, etsi legitime egressus, non redit eo animo ut religiosae oboedientiae sese subtrahat" (can. 644 § 1).

In utroque casu, id est in can. 644 et in art. 331, primum requisitum ad "apostasiam a religione" est ut religiosus derelinquat religionem seu "Ordinem" et egrediatur a *qualibet* domo religiosa, saltem propriae religionis. Ergo dum religiosus manet in *aliqua* domo religiosa propriae religionis et remanere vult in Ordine seu religione, non est apostata a religione, cum *"egressus e domo religiosa"* non sit intelligendus de determinata domo religiosa, sed de domo religiosa qualibet, et consequenter animus non redeundi sit animus non redeundi ad religionem" (F. X. Wernz-P. Vidal, *Ius canonicum*, t. III *De religiosis*, Romae 1933, p. 466-467, not. 28); et adhuc "animus non redeundi seu se subtrahendi ab obedientia Superiorum religionis, intelligendus videtur non *de determinata domo et de determinato Superiore*, sed de ipsa religione eiusque Superioribus, praesertim in religione hierarchice organizata" (Wernz-Vidal, *op. cit.*, n. 431, p. 466).

http://www.obrascatolicas.com

F. Suárez concludit apostasiam a religione "non committi sine desertione religionis; itaque quantumvis aliquis sit incorregibilis, vel rebellis oboediendiae, licet retrocessio ab oboedientia possit late dici apostasia; tamen proprio et usitato modo loquendi iurium, *non committitur sine retrocessione ab ipso statu*" (F. Suárez, *De religione*, tract. 8 lib. 3 cap. 1 n. 12, ed. Lugduni 1625, t. 4 p. 195; cfr. J. B. de Lezama, *Summa quaest. regularium*, t. I, cap. 16, n. 7, ed. Lugduni 1655, t. I p. 119.

M. C. a Coronata: "Non videtur sufficere ad delictum apostasiae animus non redeundi ad domum a qua discessit, sed animus requiri videtur non redeundi ad religionem" (M. Conte a Coronata, *Institutiones iuris canonici*, I ed. an. 1950, n. 642, p. 845 not. 7).

Eiusdem opinionis est Th. Schäfer: "Animus non redeundi et se subtrahendi oboedientiae religiosae significat eandem rem, nempe desertionem a religione. Qui ergo obedientiae religiosae certi superioris se subtrahit, attamen non habet intentionem religionem deserendi, iuridice non est apostata" (Th. Schäfer, *De religiosis*, 1947, n. 1563, p. 932). Expressius adhuc scribit Regatillo: "Non est apostata, si animum redeundi in propriam domum non habet, sed utique in aliam eiusdem religionis" (E. F. Regatillo, *Inst. iur. can.*, vol. I, Santander 1960, n. 761, p. 557).

IN FACTO

Pater M. O., commorans in conventu Berolinensi Ordinis, nequit censeri iuridice "apostata ab Ordine". Ibi enim subtractus erat illegitime ab obedientia proprii Ministri provincialis, sed subiectus erat legitimo superiori conventus berolinensis et, modo quidem suo, subiectus etiam Ministro Generali Ordinis, ad quem de facto semel et iterum recurrit cum eoque manet iuridice salte coniunctus.

Tertio ergo dubio respondendum est negative.

Pater M. O. neque apostata neque fugitivus dicendus est. Etenim "fugitivus est qui, sine Superiorum licentia, domum religiosam deserit cum animo ad religionem redeundi" (can. 644 § 3). Quaesito: "An habendus est fugitivus, qui absque debita licentia in aliam domum suae religionis se confert", Claeys Bouuaert–Simenon respondent: "Videtur negandum, quia c. 644 supponere videtur exitum *non tantum a propria*, sed etiam *a quacumque religionis domo*" (F. Claeys Bouuaert-G. Simenon, *Manuale iuris canonici*, Gandae 1951, t. I n. 690, p. 427-428). Quae ait P. Vidal plene congruunt nostro casui: "qui domum religiosam illicite deserit ad aliam directe transiens v. gr. sub praetextu vitandi veras aut praetensas sui Superioris vexationes, transitum quidem a domo in domum illegitime perficit, sed *fugitivus non est adnumerandus*" (Wernz-Vidal, *op. cit.*, n. 432 p. 468).

Pater O. renuens conventum de "R". habitare et petens directe in domum berolinensem Ordinis, non volebat sane vagari et absolute extra obedientiam Superiorum Ordinis vivere, sed tantum mutavit, illegitime quidem, locum habitualis commorationis ab una, sc. de "R.", in aliam domum religiosam Ordinis, sc. Berolinensem, ubi re vera commorabatur sub obedientia, videtur, Superioris domus Berolinensis.

IV – An Pater O. dimittendus sit ab Ordine, et quomodo

Huic quaesito responsio patet e supra iam dictis. Pater O., quamvis reus non fuerit apostasiae a religione, motiva dedit plus quam sufficientia ad dimissionem.

Pro-Vicarius Generalis Ordinis, litteris diei 10 novembris Patri O. datis, exposuit causas propter quas religiosus M. O. dimittendus erat: "te illegitime et contra expressum mandatum tui Superioris Maioris reliquisse domum religiosam tibi assignatam et ipsam Provinciam, et te in Germaniam contulisse. *Qui actus inoboedientiae* nullo modo iustificari potest et nullam excusationem invenire".

Motiva dimissionis indicant etiam modum quo dimisio decernenda erat, id est, non prout ob delictum apostasiae a religione, sed iuxta modum descriptum in art. 5 et sequentibus Rescripti diei 25 nov. 1969 et in art. 331 § 3 et seq. Constitutionum Generalium Ordinis.

Nunc vero, *quoad modum procedendi*, applicandum est Decretum S. C. pro Religiosis: *De dimissione religiosorum qui vota perpetua nuncupaverunt in religione clericali exempta*, diei 2 martii 1974 (AAS 66 [1974] 215-216).

Utinam Pater M. O. hac ultima occasione utatur ad vitam religiosam in obedientia sancte degendam.

Dubio igitur Nobis proposito respondendum est: "*Negative* ad primam partem, seu Decretum Rev.di Ministri Provincialis Provinciae religiosae Erzegovinae diei 10 martii 1971, confirmatum a Sacra Congregatione pro Religiosis et Institutis saecularibus die 19 iulii 1971 et die 28 iunii 1973, non sustineri; *Affirmative* ad secundam, seu Rev.dum M. O. dimittendum esse ad normam iuris".

Romae, e sede Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis, die 8 maii 1976. - Dinus Card. STAFFA, *Praefectus et Ponens* (*Sequuntur ceterae Cardinalium subsignationes*).

* Prot. N. 6049/74 C.A.

4449

1976 MAI 10.- SIGNATURA APOST., NORMAE. PART.*

Novae statuuntur normae servandae pro causis nullitatis matrimonii ob defectum formae seu sacri ritus apud orientales orthodoxos

Romae, 10 Maii 1976

Eminentissime ac Reverendissime Domine, Litteris diei 23 octobris 1975 Eminentia Tua trasmisit processum N. - T., et simul proposuit quaesitum generale circa causas nullitatis matrimonii ob defectum ritus sacri.

Circa causam memoratam provisum est per decretum quod hic adnectitur.

Quaesitum vero propositum respicit matrimonium *civile*, initum nempe *absque ritu sacro* vel inter duos orthodoxos ritus byzantini, vel inter partem orthodoxam ritus byzantini et partem protestantem baptizatam.

Porro, hoc in casu matrimonium est nullum ob defectum formae religiosae seu interventus ministri sacri adsistentis et benedicentis, ut edixit Signatura Apostolica die 28 nov. 1970, et die 23 nov. 1974. Quoties autem legitime petitur a Tribunali ecclesiastico declaratio nullitatis eiusmodi matrimonii, causa vel processu summario vel processu ordinario pertractanda est, videlicet:

1) Cum ex certo et authentico documento, quod nulli contradictioni vel exceptioni obnoxium sit, constiterit de defectu ritus sacri; simulque pari certitudine, ex certo et authentico documento vel etiam alio legitimo modo habita, apparuerit partes matrimonium celebrare potuisse coram sacerdote citra grave incommodum, hoc in casu *speciali*, praetermissis sollemnitatibus in iure recensitis, poterit Ordinarius loci, citatis partibus et interveniente defensore vinculi, matrimonii nullitatem decreto declarare (C. I. C. cann. 1990-1992; Motu Proprio *Sollicitudinem Nostram*, can. 498-500; modo autem viget Motu Proprio *Causas matrimoniales* d. 28 martii 1971, nn. X-XI: AAS 63 [1971] 445; Motu Proprio *Cum matrimonialium* art. X-XI: AAS 65 [1973] 580).

2) Attamen, raro nullitas matrimonii, de quo agitur, decerni poterit processu summario; generatim huiusmodi causae sunt complexae, ideoque processu ordinario pertractari debent, id est: praevia citatione partium et dubii concordatione, excutiantur eaedem partes, audiuntur testes si qui sint, colligantur documenta, inquiratur an matrimonium celebrari potuisset coram sacerdote citra grave incommodum et, facta causae discussione inter partium patronos et defensorem vinculi, ad sententiam deveniatur.

3) Ad iudicium secundi gradus quod spectat, serventur normae iuris communis, seu: *a*) in casu processus ordinarii in prima instantia: cf. art. VIII et IX Motu Proprio *Causas matrimoniales*; *b*) in casu vero speciali, de quo supra in n. 1: cf. art. XII et XIII eiusdem Motu Proprio.

4) Quoties partes, de quibus sermo est in quaesito, "sine processu" alterum matrimonium contrahant coram ministro sacro orthodoxo, hoc matrimonium pro valido haberi nequit, nisi iuridice constet primum matrimonium initum fuisse sine ritu sacro, et partes potuisse idem matrimonium contrahere coram ministro sacro citra grave incommodum. ad id obtinendum causam de nullitate praecedentis matrimonii civilis instaurare potest sive Promotor iustitiae sive, suadente parocho vel Ordinario, pars habilis ad accusandum. Officialis est videre num causa processu summario vel processu ordinario pertractanda sit.

Signatura Apostolica confidit criteria supra exposita auxilium afferre posse iudicibus in hiusmodi procesibus celebrandis.

Occasionem nactus cuncta fausta Tibi a Deo adprecor addictissimus. - Dinus Card. STAFFA, *Praefectus*. Aurelius Sabattani, *Secretarius*.

* Ad Episcopum Moguntinum, Prot. N. 7209/75 VT: **Documenta recentiora circa rem matrimonialem et processualem**, vol. II, Roma 1980, p. 111-112.

4450

1976 MAI 13.- PAULUS VI, LITT. AP. AAS 69 (1977) 252

In Republica Capitis Viridis Nuntiatura Apostolica conditur

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. – Quo expeditius regimini provideatur Ecclesiae, quae Christi caritate omnes prosequitur gentes, Nos, qui suprema et immediata atque universali in curam animarum ex divina institutione gaudemus potestate, tempus iam advenisse censemus ut et in Republica Capitis Viridis Nuntiatura Apostolica constituatur, cuius vi publicae necessitudinis rationes inter Nationem istam et Apostolicam Sedem ineantur ad commune utriusque partis bonum provehendum. Hanc ob causam, re bene considerata atque perpensa, summa auctoritate Nostra hasce per Litteras de more datas Nuntiaturam Apostolicam in memorata Republica Capitis Viridis erigimus eidemque officia et privilegia atque indulta deferimus, quae talium Legationum sunt propria. Quae singula edicimus, statuimus, decernentes ut Apostolicae hae Litterae Nostrae sive nunc sive in posterum suam habeant vim. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIII mensis Maii, anno MCMLXXVI, Pontificatus Nostri tertio decimo. - Ioannes Card. VILLOT, *Secretarius Status*.

4451

1976 MAI 14.- RATIHABITIO CONV. AAS 68 (1976) 424

Ratihabitio conventionis inter Apostolicam Sedem et Rempublicam austriacam die 9 ianuarii 1976 initae

Vide textum supra sub die 9 ianuarii 1976: LE 4426.

4452

1976 MAI 21.- SECRETARIA STATUS, RESCR. PART.*

Dispensatur ad casum norma "Ordinis Synodi Episcoporum" electionem Episcoporum deputatorum atque horum substitutorum respiciens

Dal Vaticano, 21- 5 - 1976

Eccellenza Reverendissima, con lettera prot. n. 493/76 del 13 Maggio corrente anno, l'Eccellenza Vostra Reverendissima presentava una richiesta, a nome della Conferenza Episcopale Italiana, al fine di ottenere una deroga all'art. 6 § 1, 2 dell'*Ordo Synodi Episcoporum celebrandae recognitus et auctus* per l'elezione dei delegati e degli eventuali sostituti della C. E. I. al prossimo Sinodo.

Mi pregio ora significarLe quanto mi ha comunicato al riguardo l'Em.mo Card. Giovanni Villot, Segretario di Stato, cioè che il Santo Padre, in vista dei motivi addotti, ha accolto la supplica, dispensando "pro hac vice" dalla norma canonica stabilita al riguardo dal Regolamento del Sinodo dei Vescovi ed acconsentendo che l'elezione dei rappresentanti dell'episcopato Italiano alla prossima Assemblea Generale sia fatto secondo la procedura segnalata.

Colgo volentieri l'occasione per esprimerLe i sensi del mio distinto ossequio e per confermarmi dev.mo. - Ladislao Rubin, *Segretario Generale*.

* Praelato a secretis Conferentiae episcopalis Italiae, iuxta notificationem factam a Secretario Generali Synodi Episcoporum, Prot. N. 240/76: **Notiziario della Conferenza Episcopale Italiana**, ann. 1976, num. 6, p. 115. Vide, ib. p. 114, motiva allegata pro dispensatione obtinenda.

4453

1976 IUN 5.- SC. pro SACR.-CULTU, LITT. CIRC. PART.*

De linguis vulgaribus in Sacram Liturgiam inducendis

Romae, die 5 iunii 1976

Eminentissime Domine, Decem iam annos Conferentiae episcopales earumque Commissiones liturgicae ad opus libros liturgicos in sermones vulgares convertendi incumbunt; quod tamen nondum est ad finem perductum. Post versiones initio ad tempus et experimenti causa confectas, iam in cunctis nationibus textus et editiones terminali ratione apparantur. Agitur quidem de textibus publicis et legitimis, quibus Ecclesia orans fidem exprimit suam. Quapropter nemo non videt, quantum prudentiae hoc opus postulet, quantum conscientiae officium inferat, ut etiam eiusmodi libri, lingua vulgari editi, certi et accurati sint quoad doctrinam atque digni *ad cultum Deo tribuendum*. Necesse est praeterea iis omnibus praediti sint qualitatibus, per quas *Ecclesiarum particularium* textus authentici appareant, quibus Apostolica Sedes veluti signum unitatis et indolis authenticae in vinculo communionis ecclesialis impresserit.

Hac de causa eadem Apostolica Sedes semper studiose attendit atque promovit opus textus liturgicos in linguas vulgares convertendi, spiritu ducta fraterni servitii, quo cum Ecclesiis particularibus coniungitur, opportunas normas edendo atque consilia dando. In hoc spiritu servitii et ea mente, ut textus a Sede Apostolica expeditius confirmentur – quae quidem confirmatio per Constitutionem a verbis *Sacrosanctum Concilium* incipientem praescribitur – nonnullae normae suadentur, quae observandae sunt cum textus huic Sacro Dicasterio exhibentur.

1. Conferentiarum episcopalium est decernere de inducenda lingua vulgari in Sacram Liturgiam necnon de eius amplitudine seu limitibus. Statuant etiam oportet, qui sermones, in natione forte vigentes, in usum liturgicum introducantur. Huiusmodi decisiones a Sede Apostolica probari debent seu confirmari (cf. *Sacrosanctum Concilium*, 36, 3).

Verumtamen accipi nequeunt, ideoque non probari seu confirmari idiomata, quae dialecto aliqua efficiantur, vel quae tantum cuidam loco sint propria et peculiaria, scilicet idiomata, pro quibus substitui possunt sermones noti et communi institutione scholastica confirmati, maxime si haec lege praescribitur et ordinatur atque in scholis nationis iam est pervagata. Hoc propterea dicitur, ne qua dialectus vel idioma cuidam loco prorsus proprium et peculiare praevalendo antecellat sermoni vulgatiori, quem omnes intellegant, neque nimius evadat numerus linguarum liturgicarum particularium. Etenim, si, intra fines eiusdem nationis, congrua unitas sermonis in re liturgica habetur, foventur sive participatio fidelium sive praeparatio et impressio, typis facienda, versionum, quae quoad doctrinam sint certae et accuratae, dignae et integrae, necnon subsidiorum, quae praesto sint ipsis fidelibus.

Quodsi praeterito tempore interdum servata fuit ratio seu criterium discrepans ab iis, quae in parte proxime praecedente harum Litterarum exposita sunt, tamen permissiones datae non desinunt. Sed Conferentiae episcopales – de hoc humane monentur - conitantur, ut *nova* haec ordinatio recte existimetur, eo etiam consilio ut incepta liturgica, forte inita eidemque adversantia, emendentur, quae, licet legitime, ad effectum adducta sint, antequam hae Litterae Circulares ederentur.

2. Officium approbandi versiones textuum liturgicorum in linguas vulgares pertinet ad Conferentias episcopales: quae quidem approbatio rite fieri debet per suffragia (cf. Instr. *Inter Oecumenici*, diei 26 septembris anno 1964, n. 28; Commissio centralis coordinandis post Concilium laboribus et Concilii decretis interpretandis: Responsum ad propositum dubium: *AAS* 60, 1968, p. 361).

Diversus autem modus procedendi, quem Conferentiae episcopales in peculiaribus adiunctis positae servare voluerint, definiri debet Statutis Conferentiae, a Sede Apostolica approbatis.

3. Acta Conferentiae, quae approbationem factam testantur, significato suffragiorum exitu, ad hanc Sacram Congregationem mittantur una cum precibus circa confirmationem admotis; quibus actis *Praeses* et *Secretarius* Conferentiae subscribant (cf. Instr. *Inter Oecumenici*, 29).

Confirmationis causa etiam duo exemplaria textuum liturgicorum mittantur. Monendum est versionem librorum liturgicorum esse debere integram, non exceptis textibus "ad libitum", decretis initio positis et "Praenotandis".

4. Relatione illustrentur rationes seu criteria, quae in translatione servata sunt, atque differentiae forte inductae respectu habito textus typici latini (cf. *ibid.*, 30).

5. Peculiaris cura in versione et approbatione formularum sacramentalium est ponenda. Ad hoc quod attinet, peculiares normae in notitiam Conferentiarum episcopalium perlatae sunt a Sacra Congregatione pro Cultu Divino die 25 mensis Octobris anno 1973 (cf. *AAS* 66, 1974, pp. 98-99) et a Sacra Congregatione pro Doctrina Fidei die 25 mensis Ianuarii anno 1974 (cf. *AAS* 66, 1974, p. 661).

Quod nominatim ad sermones minus notos pertinet, haec, quae sequuntur, observentur: *a*) significatio cuiusque verbi textus vulgaris reddatur una e linguis notioribus, quae sunt: Gallica, Anglica, Italica, Lusitana, Hispanica, Germanica. *b*) Si translatio a textu primigenio discrepat, rationes indicentur, cur eiusmodi *interpretatio sit inducta*. *c*) Praeses et Secretarius Conferentiae Episcopalis approbationem translationis a

http://www.obrascatolicas.com

Conferentia episcopali peractam et authenticam naturam illius versionis, qua verbum ex verbo in unam e praedictis linguis translatum est, testificentur.

6. In textibus typis excusis confirmatio a Sede Apostolica data indicetur. Duo exemplaria textuum typis editorum ad hanc Sacram Congregationem transmittantur.

Gratum animum iam nunc declarans de opera, quam conferes ad exsequenda ea, quae supra dicta sunt, libenter hac utor opportunitate observantiam meam Tibi profitendi in Domino add.mus. - Iacobus R. Card. KNOX, *Praefectus.* Antonius Innocenti, Archiep. tit. Aeclanen., *a Secretis.*

* Ad Praesides Conferentiarum episcopalium, Prot. N. CD 691/76: **Notit.** 12 (1976) 300-301. **Adn. C. BRAGA in EL** 90 (1976) 487-488; **Notit.** 12 (1976) 315-323.

4454

1976 IUN 11.- SC DOCT. FID., DECR. AAS 68 (1976) 621-622

Decretum de Missa publice celebranda in Ecclesia Catholica pro aliis christianis defunctis

Accidit in diversis regionibus ut a ministris catholicis petantur missarum celebrationes in suffragium *defunctorum* qui baptizati fuerunt in aliis Ecclesiis vel Communitatibus ecclesialibus, tunc praesertim, cum defuncti religionem catholicam speciali devotione et honore prosecuti fuerunt, vel cum munera publica in servitium totius communitatis civilis gesserunt.

Ad missas privatas quod attinet, nulla, uti notum est, habetur difficultas, ut pro his personis defunctis celebrentur; e contrario, multiplici ex titulo, v. g. pietatis, amicitiae, grati animi etc. possunt commendari, nullo vetito obsistente.

Quoad publicas autem missarum celebrationes vigens disciplina statuit ne celebrentur pro his, qui extra plenam communionem Ecclesiae catholicae supremum diem obierint (cfr. Can. 1241, coll. 1240, § 1, 1°).

Mutatis hodie condicionibus religiosis et socialibus, quae supradictam disciplinam suadebant, diversis ex regionibus ab hac Sacra Congregatione quaesitum est, utrum certis in casibus etiam missa publica pro his defunctis celebrari possit.

Ad rem quod attinet, Patres S. Congregationis pro Doctrina Fidei, in Congregatione Ordinaria diei 9 Iunii 1976, omnibus rite perpensis, hoc tulerunt decretum:

I. Vigens disciplina quoad celebrationes missarum publicarum in suffragium aliorum christianorum in posterum quoque pro norma generali retinenda est; idque etiam propter consideration em debitam conscientiae talium defunctorum, qui fi-
622 dem catholicam non fuerunt plene professi. /

II. Huic autem normae generali derogari potest, usque ad promulgationem novi Codicis, quoties sequentes condiciones simul verificentur:

1) Publica missarum celebratio a familiaribus, amicis, vel subditis defuncti ex genuino motivo religioso expresse petatur.

2) Iudicio Ordinarii absit scandalum fidelium.

Quae duae supradictae condiciones facilius verificari possunt si de fratribus agitur Ecclesiarum Orientalium, quibuscum arctior, quamvis non plena, communio in rebus fidei exsistit.

III. Hisce in casibus missa publica celebrari potest, ea tamen condicione, ut defuncti nomen in prece eucharistica non commemoretur, quae quidem commemoratio plenam communionem cum Ecclesia catholica praesupponit.

Quodsi cum fidelibus catholicis in celebratione missarum participantibus praesentes adsint alii christiani, ad communicationem in sacris quod attinet, normae a Concilio Vaticano II (Decr. de Eccl. Orient. Cath. *Orientalium Ecclesiarum*, nn. 26-29; A.A.S. 57 [1965], pp. 84-85; Decr. de Oecumenismo *Unitatis redintegratio*, n. 8; *ibid.* 57 [1965], p. 98) et a Sancta Sede (Cfr. *Directorium de re oecumenica*, nn. 40-42 et nn. 55-56, in A.A.S. 59 [1967], p. 589 et pp. 590-591; *Instructio* de peculiaribus casibus admittendi alios christianos ad communionem eucharisticam in Ecclesia Catholica, nn. 5-6; *ibid.* 64 [1972], pp. 523-525) hac in materia latae, quam fidelissime observentur.

Summus Pontifex Paulus Pp. VI, in audientia infrascripto Cardinali Sacrae Congregationis pro Doctrina Fidei Praefecto, die 11 Iunii concessa, derogando quatenus opus sit can. 809 (simul cum can. 2262, § 2, n. 2) et 1241, contrariis quibuslibet non obstantibus, praedictam Patrum decisionem ratam habuit, adprobavit et promulgari iussit.

Romae, ex Aedibus S. Congregationis pro Doctrina Fidei, die 11 Iunii 1976. - Franciscus Card. SEPER, *Praefectus.* Fr. Hieronymus Hamer O. P., Archiep. tit. Lorien., *a Secretis.*

Adn. C. BRAGA in EL 90 (1976) 496; **P. TOCANEL in Apoll** 49 (1976) 351-353.

4455

1976 IUN 28.- PAULUS VI, CONST. AAS 69 (1977) 75-76

EPARCHIA APOSTOLICA
IN FOEDERATIS AMERICAE SEPT. CIVITATIBUS

Exarchatus Apostolicus pro fidelibus ritus byzantini Melchitarum in Foederatis Americae Septemtrionalis Civitatibus ad Eparchiae gradum attollitur

PAULUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei - Ad perpetuam rei memoriam

Cum apostolicum officium Nostrum requirat, ut aptius in dies Christianorum fidelium coetibus consulamus, visum est Nobis omnino accipiendam esse sententiam Venerabilis Fratris Nostri S. R. E. Cardinalis Praefecti Sacrae Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus de Exarchatu apostolico pro fidelibus ritus byzantini Melchitarum, in Foederatis Americae Septemtrionalis Civitatibus degentibus, ad gradum Eparchiae attollendo. Ex quo enim haud ita pridem constitutus est, multum in eo incrementi catholicae res habuerunt, ita ut vel maiora in posterum exspectari iure possint. Audita igitur hoc super negotio etiam sententia Patriarchae Antiocheni Melchitarum, Episcoporum praeterea Conferentiae earumdem Civitatum atque Apostolici ea in Natione Delegati, auctoritate Nostra decernimus ut Exarchatus apostolicus quem diximus ad gradum Eparchiae attollatur, titulo loci vulgo "Newton, Massachussetts", pro omnibus fidelibus ritus byzantini Melchitarum, princeps seu eparchiale cuius templum erit sacra aedes "Dominae Nostrae ab Annuntiatione", in loco vulgo "Rosindale" exstans. Sic conditam Eparchiam Apostolicae huic Sedi directo subicimus, firma Declaratione eiusdem Sacrae Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus, die XXV mensis Martii, anno MCMLXX, exarata de rationibus habendis cum Patriarchatu. Statuimus insuper ut eparchiales consultores deligantur, / qui sacro Praesuli consilio et auxilio assint; ut 76
mensa eparchialis constituatur, quae a fidelibus sponte oblatis pecuniis efformabitur, statutis paroeciarum tributis et bonis ad eandem Eparchiam spectantibus. Iura denique et obligationes sive conditae Sedis sive sacri Praesulis aliaque id genus desumantur e Litteris Apostolicis "Cleri Sanctitati" de ritibus orientalibus deque personis agentibus, a canone 392 ad 526, decretis quoque servatis Concilii Vaticani II ceterisque Apostolicae Sedis praescriptis. Quae vero iussimus ad effectum rite perducantur deque ansoluto negotio sueta documenta exarentur, ad Sacram Congregationem pro Ecclesiis Orientalibus mittenda.

Hanc Constitutionem Apostolicam nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duo de tricesimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo sexto, Pontificatus Nostri quarto decimo. - Ioannes Card. VILLOT, *Secretarius Status.* Paulus Card. PHILIPPE, *S. Congr. pro Ecclesiis Orientalibus Praefectus.* Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.* Marcellus Rossetti, *Prot. Apost.*

4456

1976 IUN 30.- PAULUS VI, CHIR. AAS 68 (1976) 481-483

CHIROGRAPHUM PONTIFICIUM

Opus Fundatum "Latinitas" constituitur propriis Statutis munitum

Romani sermonis praestantiam et usum nullo non tempore tueri et amplificare studuit haec Apostolica Sedes, quippe in qua ille, quamvis nonnullis mutationibus obnoxius – quod in cuiusque linguae natura est positum – ab antiqua Ecclesiae aetate per longum saeculorum cursum usque adhuc sine intermissione viguerit. Quodsi post Concilium Oecumenicum Vaticanum Secundum ob pastorales utilitates linguae vulgares in Sacram Liturgiam sunt inductae, tamen non paucae etiamnum manent pietatis ingeniique cultus, praesertim ad Eccle-

siam quod attinet, partes, in quibus sermo Latinus prorsus servandus et provehendus esse videtur.

Ad quod efficiendum cupientes praebere adiumentum, expedire censuimus, ut "Opus Fundatum" conderetur, cuius esset incepta, quae iam sunt, confirmare iisque addere nova, prout necessitas vel opportunitas suadeant, et sic, compage quadam constabilita, rei Latinae in futurum etiam pro viribus consulere.

Itaque cunctis mature perpensis, haec, quae sequuntur, *Statuta* approbamus et promulgamus:

Art. I – Opus Fundamum "Latinitas" constituitur, indole
482 praeditum personae moralis propriae. /

Art.II – Sedes Operis Fundati est in Civitate Vaticana.

Art. III – Operi Fundato -propositum est omnia incepta publica et privata fovere atque tutari eo contendentia, ut promoveatur:

a) usus linguae Latinae inter homines diversi sermonis, in conficiendis, ad altioris doctrinae rationem, scriptis, maxime ad Ecclesiae cultum ingenii pertinentibus, in catholicis studiorum Universitatibus, in Seminariis dioecesanis;

b) studium linguae et litterarum Latinarum classicarum, quae dicuntur, et Medii Aevi.

Art. IV – Ad haec proposita assequenda Opus Fundatum commentarios periodicos edit; certamina indicit; accurat praeparationem, impressionem typis faciendam, ac divulgationem librorum, praecellentium auctorum textus continentium, et subsidiorum didacticorum; fovet editionem librorum Latine conscriptorum, dummodo vera praestantia commendentur; instituit studiorum curricula seu scholas; praesertim scholas promovet, quibus initia linguae Latinae ecclesiasticae alumnis Seminariorum Collegiorumque Urbis tradantur; acroases habet, hisque similia.

Art. V – Operi Fundato praeest Consilium, quod e septem sodalibus constat; e quibus tres a Secretaria Status seu Papali eliguntur, ceteri vero a Consilio, quod de munere decedit, eidem Secretariae proponuntur. Omnes a Secretaria Status in quinquennium nominantur.

Art. VI – Ea quae in Art. IV agenda proponuntur, fieri debent praedicto Consilio probante et moderante.

Art. VII – Ad omnes effectus iuridicos quod attinet, Opus Fundatum a Praeside repraesentatur.

Art. VIII – Patrimonium Operis Fundati bonis efficitur, quae Apostolica Sedes in ipso constitutionis actu eidem attribuit, aliisque bonis, quae ei postmodum ab aliis dabuntur.

Art. IX – Collegium trium cognitorum, a Secretaria Status seu Papali in quinquennium nominatorum, expendit annuam sumptuum aestimationem ipsasque rationes sumptuarias annuas, atque administrationem pecuniae et rationes,
483 quoties / ei opportunum visum fuerit, inspicit. Approbationem vero annuarum rationum Consilium, postquam de iis rite cognovit, petit, Praeside agente, per Secretariam Status a Summo Pontifice.

Art. X – Si Opus Fundatum dissolvitur, eius bona in possessionem Apostolicae Sedis transferuntur.

Art. XI – Opus Fundatum minutas normas sibi proprias edet, Secretariae Status seu Papali approbandas.

Ex Aedibus Vaticanis, die XXX mensis Iunii, anno MCMLXXVI, Pontificatus Nostri quarto decimo. - PAULUS PP. VI.

4457

1976 IUN ...- SC INST. CATH.-CONS. LAIC., CIRC. PART.*

Normae et criteria proponuntur ad curam pastoralem in magistros et alumnos Universitatum studiorum apte exercendam

1. Introduzione

Questo documento è un *risultato provvisorio*, frutto del lavoro realizzato da cinque anni a questa parte dal Comitato Misto costituito dalla S. Congregazione per l'Educazione Cattolica e dal Consiglio dei Laici. Si riferisce, nelle linee generali, ad un'abbondante documentazione pervenuta da Chiese locali, Conferenze Episcopali di diverse regioni, alcune Organizzazioni Internazionali Cattoliche particolarmente interessate al tema e che assicurano una presenza cristiana nell'ambiente universitario ed ai risultati di numerosi seminari e consultazioni sull'argomento.

Il documento vuole essere unicamente uno strumento di lavoro: base di dialogo, sintesi che provoca lo scambio di esperienze e di riflessioni relative ad un problema pastorale che merita maggiore attenzione da parte della Chiesa, a tutti i livelli.

Non pretende dunque essere nè esaustivo nè deduttivo. Vuole presentare, al livello degli orizzonti "cattolici", un prospetto generale dei grandi problemi che si pongono; non ignora comunque la ricerca di risposte particolari ai contesti geopolitici, socio-economici, culturali e religiosi molto diversi nei quali si situano le varie Università e l'azione pastorale delle Chiese e dei cristiani; al contrario, vorrebbe stimolare tale ricerca.

La preoccupazione della "Pastorale universitaria" espressa in questo documento, si integra nel contesto del vasto programma d'evangelizzazione presentato dall'Esortazione Apostolica *Evangelii nuntiandi* al fine di "portare la Buona Novella in tutti gli strati dell'umanità... (e) convertire la coscienza personale e insieme collettiva degli uomini, l'attività nella quale essi sono impegnati,la vita e l'ambiente concreto loro propri" (*Evangelii nuntiandi*, 18).

2. Il contesto di tutta la pastorale universitaria

E' difficile avere una visione globale delle sfide, immense e complesse, che l'Università pone alla Chiesa in materia di evangelizzazione, se non le si integra in un contesto più vasto: quello dei principali problemi culturali sia a livello internazionale che a quello più particolare della vita dei popoli. Perciò si segnalano, in primo luogo, alcuni dei problemi riguardanti tutta la Pastorale universitaria e che aiutano a situarla correttamente; anche se, d'altronde, la superano ed esigono le molteplici risposte di un'azione evangelizzatrice d'insieme a livello locale, regionale e mondiale:

a) Diverse concezioni della cultura: cultura "illuminata" e "cultura popolare" (o l'ethos culturale di un popolo: relazioni uomo-natura, uomo-uomo, uomo-Dio).

b) Diverse concezioni dell'educazione: educazione come "bene di consumo" e come "bene di produzione", educazione "specializzata" e "integrale", educazione "addomesticata" o "liberatrice", educazione "laica" o "religiosa".

c) Cultura dominante – "moderna" – razionalistica, quantitativa e tecnico-strumentale, antropocentrica, desacralizzante e secolarista, animata dall'ethos della dominazione, dell'efficacia, del profitto, del potere. Riduzione di ogni trascendenza, alterità e gratuità. Riduzione della ragione al razionalismo: base radicale del radicalismo tecnocratico come del marxismo.

d) "Rottura epistemologica" del pensiero moderno: l'essere è diviso in valore e cosa, libertà portatrice di senso e atti privi di senso, idealismo e materialismo, soggettività sola o natura sola, scienze dello spirito e scienze della natura, senza che vi sia fra tutti questi elementi una unità fondamentale.

e) Sviluppo intensivo delle "scienze umane" e loro relazione con le "scienze naturali"; rischio di visioni "particolariste" dell'umano – rinchiuse in specializzazioni scientifiche spezzettate o tentate di sconfinare dal proprio ambito prendendo per assoluto una prospettiva parziale dell'essere umano – Posto della filosofia come mediazione critica e unificatrice negli sforzi per abbracciare l'uomo nella globalità del suo essere personale e sociale.

f) Interpenetrazione, distinzione e relazione del pensare "ideologico", di utopie, vecchie e nuove, con il sapere scientifico.

g) Impatto dei "mass-media" e dell'"industria della cultura". "Cultura di massa", standardizzazione dei "media" e del loro stile. Successione di mosaici, dati, immagini, messaggi provenienti da diverse fonti d'informazione e di credibilità. Inter-influenza e coordinazione della "cultura universitaria" e della "cultura di massa"...

h) Crisi di una pretesa cultura "universitaria" e "uniforme" imposta dall'espansione mondiale europea. Problematica dell' "identità", dell' "autenticità" e dell' "autonomia" delle culture; fattori di scambio e d'omogeneizzazione. Nuovi modelli di società – assunzione delle scienze e delle tecniche, processo d'industrializzazione, ecc. – partendo dalle radici culturali dei popoli.

i) Importanza crescente che gli Stati, gli organismi internazionali, le compagnie multinazionali danno alla politica programmata dell'educazione, dello sviluppo scientifico e culturale, della creazione, e transfert delle tecnologie, "fuga dei cervelli", ecc.

Non è invano che l'Esortazione Apostolica afferma risolutamente che "la rottura tra Vangelo e cultura è senza dubbio il dramma della nostra epoca" ed invita con urgenza a realizzare una "generosa evangelizzazione della cultura, più esattamente delle culture" (*Evangelii nuntiandi*, 20).

La coscienza ecclesiale di questa sfida fondamentale apre, all'opera evangelizzatrice, prospettive decisive, esigenti e complesse:

– "Cooperazione dei cristiani al progresso della cultura ..." per evangelizzare gli ambienti culturali, scientifici e filosofici in cui si elaborano le "nozioni dell'uomo, del mondo e della storia" (*"Lineamenta" per la preparazione del Sinodo 1974 su "Evangelizzazione del mondo contemporaneo"*);

– Scavare le basi delle scienze, canalizzare il loro sviluppo e offrire loro un punto di convergenza, articolando la fede

http://www.obrascatolicas.com

tramite le mediazioni filosofiche e teologiche – con il progresso scientifico e culturale;

– "... raggiungere e quasi sconvolgere mediante la forza del Vangelo i criteri di giudizio, i valori determinanti, i punti di interesse, le linee di pensiero, le fonti ispiratrici e i modelli di vita dell'umanità che sono in contrasto con la Parola di Dio e col disegno della salvezza" (*Evang. nunt.*, 19).

– "... evangelizzare – non in maniera decorativa, a somiglianza di vernice superficiale, ma in modo vitale, in profondità e fino alle radici – la cultura e le culture dell'uomo, nel senso ricco ed esteso che questi termini hanno nella Costituzione *Gaudium et spes*" (*Evangelii nuntiandi*, 20).

3. Segni dell'importanza di una pastorale universitaria

Non si può dubitare che negli ultimi decenni e specialmente negli anni 1960, la "problematica universitaria" abbia acquisito un'importanza particolare sotto il molteplice impatto di una dimanica accelerata di cambiamenti politici, socio-economici, culturali e religiosi, operati ed operanti a livello mondiale e con ripercussioni diverse a seconda delle regioni e dei paesi. La Chiesa si trova di fronte ad una nuova realtà universitaria che esige che essa prenda seriamente in considerazione queste sfide in vista della sua missione evangelizzatrice a livello universitario.

Sintetizzando si può dire che i seguenti segni provocatori danno un'importanza oggettiva alla Pastorale universitaria:

a) "Esplosione" della popolazione studentesca in una Università di massa, con tutti i problemi quantitativi e qualitativi che ne conseguono a livello delle strutture e della vita dell'Università.

b) Gioventù studentesca e universitaria quale settore fra i più espressivi e conflittuali in cui si manifestano le tensioni, i valori e i contro-valori, le ricerche e le aspirazioni dei giovani nelle società attuali.

c) Rottura dell' "isolamento" dell'Università: presa di coscienza d'inter-relazioni complesse con diverse strutture della società a vari livelli; inserimento più profondo in seno a tensioni politiche, sociali, economiche ed ideologiche del mondo attuale; redifinizione di funzioni e di modelli su scala sociale.

d) Impatto di questi fenomeni all'interno dell'Università: malessere diffuso, confusione, contestazione e politicizzazione.

e) Ricerca e conflitti sull' "identità" dell'Università, sul suo ruolo d'agente di conservazione o di trasformazione della società, sulla sua capacità di trasmettere, creare e diffondere la cultura, sulla gerarchia e complementarietà dei suoi ruoli, sui suoi metodi d'insegnamento, sulla configurazione di una comunità universitaria, sull'articolazione delle sue strutture, sulla sua autonomia rispetto allo Stato, ai gruppi politici, alle imprese, alle fondazioni e alle Chiese.

f) Importanza dell'Università nella formazione dei "quadri" dirigenti ai diversi livelli della vita sociale. Ma anche, crescita dei fenomeni di "proletarizzazione intellettuale" e di "disoccupazione qualificata".

g) Impatto dell'Università – il suo "ambiente", le sue convulsioni politiche, le sue determinanti culturali e ideologiche, il suo pluralismo – sulla fede, la formazione e l'attività degli universitari.

h) Istituzionalizzazione delle nuove condizioni nelle quali si pone la problematica delle relazioni tra fede – filosofia – scienze, a livello universitario.

4. Elementi della pastorale universitaria

Basta enumerare questi "segni" – problemi e sfide – per chiedersi se la Chiesa ha preso coscienza, ai suoi diversi livelli e a partire dalle sue varie realtà, delle esigenze di una "Pastorale universitaria" nel contesto di una "pastorale della cultura", che sembra essere una delle dimensioni essenziali della sua azione evangelizzatrice. E se questa presa di coscienza ha potuto articolarsi con una programmazione coerente, globale ed efficace per cercare di dare a tali esigenze una risposta positiva a livello della riflessione e dell'azione.

Al riguardo, e come base di revisione critica, si propongono i seguenti punti:

A) *Campo della Pastorale universitaria*

Il campo della Pastorale universitaria comprende:

– tutta la realtà universitaria: Università cattoliche e non-cattoliche (private s statali). In tal senso, le Università cattoliche dovrebbero essere considerate non solo come ambienti da evangelizzare, ma anche e fondamentalmente come strumenti pastorali della Chiesa (la "pastorale" non è unicamente un'attività specializzata in seno all'istituzione, ma ne qualifica tutto l'essere e l'attività); mentre le Università non-cattoliche sarebbero un ambiente in cui i cristiani – di Chiesa – potrebbero realizzare un'azione pastorale;

– tutta la popolazione universitaria (docenti, ricercatori, studenti, impiegati) e la vasta serie dei problemi segnalati (obiettivi, funzioni, strutture, programmi) della vita dell'Università.

Bisogna precisare ancora che lo sviluppo di numerosi centri e istituzioni di creazione e diffusione della cultura – non propriamente integrati nelle strutture universitarie –, l'esistenza de nuove e più complesse forme di socializzazione della cultura "superiore" e della sua inter-relazione con forme di educazione e di cultura "popolare", oltrepassano il campo di una pastorale che resterebbe chiusa nei muri dell'istituzione tradizionale dell'Università.

B) *Qualche considerazione pastorale sulle Università cattoliche*

L'esistenza di un numero considerevole di "Università cattoliche" – estremamente variabile a seconda delle regioni e dei paesi, che va dal moltiplicarsi dispersivo alla carenza totale – è, in linea di massima, per la Chiesa, un enorme "capitale" in vista della programmazione di una Pastorale universitaria. La consapevolezza che questo capitale non è ancora stato utilizzato debitamente e la necessità di far fruttificare tutte le sue ricche potenzialità ha suscitato in questi ultimi anni una riflessione critica sull'identità e le funzioni dell' "Università cattolica" (cf. numerosi seminari, studi e documenti, fra cui bisogna rilevare come prioritario quello del II Congresso Mondiale dei Delegati delle Università cattoliche).

I risultati di detti lavori danno piste pastorali. A titolo illustrativo, ne citiamo alcune che sembrano di particolare importanza:

– Una 'Università cattolica" – è evidente – deve essere innanzitutto una vera "Università" che risponda alle necessarie condizioni per dare una testimonianza di serietà e di rigore nello svolgimento delle sue funzioni, che risponda realmente – nella prospettiva della missione evangelizzatrice e di servizio della Chiesa – ad un bisogno della società in cui essa si impianta, e che si integri nella pianificazione d'insieme della pastorale della Chiesa in questa società.

– Il termine "cattolica" che la qualifica non può essere un semplice aggettivo aggiunto o lasciato da parte dinanzi agli assalti della "secolarizzazione" o al pluralismo di coloro che se ne servono o al contesto socio-culturale in cui essa si trova, ma deve essere un sostantivo – la stessa ragione di essere e il fondamento della sua identità nella professione individuale o collettiva del Vangelo – che ispirerà l'insieme delle sue attività.

– L' "Università cattolica" dovrebbe realizzare sistematicamente al suo interno un fecondo dialogo interdisciplinare fra teologia, filosofia e scienze, e ciò non solo a livello della menzione genetica dei suoi obiettivi, ma anche a livello dell'articolazione delle sue strutture, dell'elaborazione dei suoi programmi, della scelta del suo personale docente e di ricerca. Di qui l'importanza essenziale dell'esistenza di un istituto di studi teologici di un certo livello e dello sviluppo di studi filosofici esigenti.

– L'attività dell' "Università cattolica" non può limitarsi in alcun modo alla giustapposizione disarticolata dei corsi professionali o di ricerca scientifica con corsi di cultura cattolica o di "religione", mantenendo nei fatti un dualismo separatista tra fede e cultura. Essa dovrebbe quindi assicurare una catechesi di livello universitario, radicata negli interessi sia dell'attività professionale che dell'attività di ricerca dei docenti e degli studenti dell'istituzione e adattarla ai loro diversi gradi di maturità intellettuale.

– Le "Università cattoliche" dovrebbero essere capaci con le loro attività – nel senso della Lettera Apostolica *Octogesima adveniens*, n. 4 – "di analizzare obiettivamente la situazione del loro paese, chiarirla alla luce delle parole immutabili del Vangelo, attingere principi di riflessione, criteri di giudizio e direttive di azione ... e individuare – con l'assistenza dello Spirito Santo, in comunione coi vescovi responsabili, e in dialogo con gli altri fratelli cristiani e con tutti gli uomini di buona volontà – le scelte e gli impegni che conviene prendere per operare le trasformazioni sociali, politiche ed economiche che si palesano urgenti e necessarie in molti casi".

L'Università cattolica può svolgere questa funzione critica e prospettiva al livello del progresso sociale in modi molto diversi:

– con l'educazione della sua comunità universitaria ai valori evangelici di: fraternità, dignità, rispetto e uguaglianza delle persone, amore privilegiato dei poveri e degli oppressi, ecc. – in un ambiente animato da una prospettiva di educazione integrale e permanente, formando "uomini nuovi" che partecipano attivamente alla costruzione della giustizia e della pace in seno ai loro popoli e che collaborano alla missione di servizio della Chiesa dinanzi alla realtà nazionale;

– con lo studio approfondito nell'insegnamento e nella ricerca, dei più gravi problemi della vita sociale, in modo particolare quelli che toccano la sua comunità nazionale o regionale;

– con la denuncia – quando ciò si rivela necessario ed opportuno - di situazioni che attentano alla verità, alla dignità della persona umana e alla giustizia e che costituiscono problemi collettivi; sarà importante sensibilizzare al riguardo l'opinione pubblica, con il concorso disinteressato ma serio ed impegnato dell'Università;

Ces changements seraient: – que le Modérateur des Facultés ecclésiastiques renonce à son droit de nommer deux Représentants au Conseil de l'Université (demeurant sauf son droit de contacter directement l'Autoriré Académique de l'Université); – que le Modérateur renonce à nommer directement les enseignants de la Faculté théologique (il suffirait de fixer que les nominations se fassent par les Autorités de l'Université sur présentation du Modérateur, lequel pourrait y joindre immédiatement la concession de la "missio canonica docendi"), demeurant toujours sauf le droit de ce dernier de retirer ladite "missio" dans les cas où apparaîtrait, au terme d'une procédure adéquate, qu'existent des motifs proportionnés de le faire; – que le Doyen de la Faculté - pour la nomination duquel il appartiendra au Modérateur de donner son consentement préalable - soit constitué comme le représentant ordinaire et le délégué du Modérateur (demeurant réservés au Modérateur certaines compétences fondamentales telles que, par ex., l'approbation des programmes d'enseignement et de recherche); – que soit fixée une procédure claire pour les cas où serait mis en question l'enseignement ou la recherche des enseignants, ou encore lorsqu'il s'agirait de manquements graves d'ordre moral ou disciplinaire de leur part.

D'autres points de quelque importance pourraient sans doute trouver une juste adaptation aux dispositions académiques en vigueur dans l'Université. On le sait d'ailleurs, la préparation en cours de la future législation académique de l'Eglise sur les études ecclésiastiques suit le critère général de favoriser le plus possible l'adoption de la législation académique civile locale, restant évidemment toujours sauves les exigences substantielles dérivant de la nature spécifique des études ecclésiastiques.

V. NORMES DE LA SACREE CONGREGATION POUR LA DOCTRINE DE LA FOI TOUCHANT L'ENSEIGNEMENT DANS LES FACULTES THEOLOGIQUES D'ENSEIGNANTS PRETRES LEGITIMEMENT MARIES

1. Raison et portée de telles Normes

Il est nécessaire à ce point d'aborder rapidement la question de l'enseignement théologique de la part d'enseignants prêtres reduits à l'état laïc et légitimement mariés.

En lisant les opinions consignées à ce sujet dans le "Rapport", on n'est pas peu frappé de voir l'acharnement avec lequel un nombre considérable des promoteurs de la "Proposition A" défendent la présence dans la Faculté des enseignants en cause. On remarque en outre que c'est ce motif surtout qui a regroupé les tenants de la "Proposition A".

Sans vouloir épuiser la question, il est suffisant de rappeler ici – en y ajoutant un bref commentaire – l'essentiel de la communication qu'a faite à ce sujet le Préfet de la S. Congrégation pour l'Education Catholique, S. E. le Cardinal G.-Marie Garrone, à l'occasion du Congrès des Facultés théologiques, le 15 août 1975, à New Delhi (l'entier Document se trouve parmi les pièces citées dans le "Rapport").

a) Préalables des Normes. Avant d'entrer dans le vif du problème, le Cardinal met en évidence les deux préalables sur lesquels reposent ces Normes:

aa) Lien inséparable entre sacerdoce ministériel et célibat ecclésiastique. Dans l'Eglise Catholique Latine, sacerdoce et célibat librement pris en charge sont inséparablement liés. Même les prises de position récentes de la part de l'Autorité Ecclésiastique sur l'intacte validité théologique et juridique des normes concernant le célibat sacerdotal sont fermes et claires. Il n'est pas licite de se tromper sur le sens de ces normes, et moins encore de chercher à les infirmer par quelque moyen que ce soit, au gré d'une mentalité sécularisante tenace qui se manifeste ici et là dans l'Eglise.

bb) L'enseignement théologique appartient au prêtre d'une façon privilegiée. Il est également clair que l'enseignement théologique représente en soi une extension qualifiée du charisme magistériel reçu par le prêtre dans son ordination sacrée, comme une participation au Magistère spécifique de la Hiérarchie. Personne autant que le prêtre (évidemment à sa place dans la dépendence de la Hiérarchie) n'est objectivement en mesure de percevoir et de vivre le "sensus fidei", ainsi que le "sensus Ecclesiae", que la charge de l'enseignement théologique suppose aux fins d'une communication et explication efficaces et sûres de la foi.

b) Contresens pédagogique. De ces deux préalables découle la raison fondamentale qui a inspiré en fait les Normes de la S. Congrégation pour le Doctrine de la Foi et qui les justifie. Il s'agit en dernier ressort d'un motif d'ordre éducatif, car le prêtre enseignant n'est pas qu'un simple instructeur, il est d'abord un éducateur. Si donc il n'est plus permis au prêtre marié de continuer son enseignment dans une Faculté (ou Ecole non académique) de Théologie catholique, c'est parce que sa situation constituerait un contresens pédagogique: il représenterait – independamment de sa bonne volonté personnelle ou de celle de son entourage –, un désaveu objectif de l'importance du célibat sacerdotal. En effet, même avec les meilleures intentions, il ne serait pas objectivement en mesure, de par sa nouvelle condition de prêtre marié, d'éduquer positivement ses disciples (en premier lieu ecclésiastiques et religieux) à l'estime, à l'acceptation et à la pratique exemplaire du célibat consacré. (On relèvera que l'argumentation vaut également pour les étudiants non ecclésiastiques, aux yeux desquels l'ascèse chrétienne conserve sa valeur). Ce n'est donc pas à tort que certains affirment que la présence elle-même de ces prêtres dans l'enseignement théologique constituerait une offense et un déshonneur pour les étudiants.

Pour mieux peser la "ratio legis" de la mesure en question, il est nécessaire de considérer que les Normes relatives n'ont pas été émanées directement en vue du prêtre enseignant, mais du prêtre "simpliciter". En effet, l'influence contre-éducative du prêtre marié est déjà évidente chez celui que n'est pas voué à l'enseignement. Quelle qu'ait été la raison de sa décision (Dieu est juge), il reste le fait qu'il a manqué à un engagement grave, librement et consciemment assumé devant la communauté ecclésiale. C'est pour cela précisement que le prêtre marié, en tant que marié, est la personne la moins désignée pour la formation théologico-spirituelle des candidats au sacerdoce et, en général, de ceux qui, comme le simple fidèle, sont en droit d'attendre que les engagements pris, à plus forte raison si ceux-ci sont graves, soient gardés fidèlement. Le contraire ferait conclure que l'exemple aurait perdu désormais son influence déterminante dans le domaine de l'éducation.

2. Considération sur le cas de la Faculté théologique de Montréal

Il est surprenant qu'une statistique, même peu élaborée, des cas de demandes de réduction à l'état laïc de la part de prêtres enseignants de théologie fait apparaître d'emblée que la majeure partie d'entre eux enseignent dans des Facultés (ou Ecoles) théologiques insérées dans des Universités d'Etat. Du moment que la raison explicative du fait est à chercher dans le milieu lui-même où les Prêtres enseignants universitaires vivent et travaillent, elles paraissent tout à fait fondées les déclarations de divers évêques diocésains, selon lesquels cette raison se trouverait dans la lente mais progressive perte, de la part de ces prêtres, d'un vrai esprit ecclésiastique. Ces prêtres paraissent influencés, sans qu'ils s'en doutent, et moralement déformés par les conditions d'aisance que leur assure d'ordinaire un traitement économique consistant. Lorsque l'un d'eux prévoit de se marier (quelle qu'en soit la raison effective), il peut lui paraître tout naturel de passer à la revendication d'une stricte égalité entre l'enseignant de théologie et celui de n'importe quelle Faculté de disciplines profanes. Ainsi n'est plus du tout pris en considération le témoignage

http://www.obrascatolicas.com

spécial que lui-même doit donner par une vie exemplaire (cf. II, 2, c).

Quant à Montréal, ce qui vient d'être dit constitue regrettablement l'argument fondamental adopté par les partisants de l'abolition ou suspension des Normes en question. Le "Rapport" fait même état d'un recours à l'intangibilité des droits de la personne humaine, à croire que la réduction à l'état laïc apparaîtrait aux yeux de certains comme la reconquête d'un droit brimé injustement. On voit combien cette attitude s'oppose aux considérations exposées au paragraphe *a*.

Recourir, enfin, à l'argument qui soutient qu'entre le prêtre réduit à l'état laïc et le laïc lui-même enseignant de théologie il y a égalité de condition, fait injure à ce dernier, lequel est absolument exempt de l'inconvénient moral relevé sur le compte du premier.

Ces différentes remarques font apparaître les raisons pour lesquelles l'application des Normes de la S. Congrégation pour la Doctrine de la Foi ne peut donner lieu à des exceptions. On pourrait tout au plus en admettre dans les cas où la précédente condition sacerdotale de l'enseignant reste absolument secrète: ceci, toutefois, étant donné la facilité des communications, n'est guère possible à l'heure actuelle. Et ce n'est pas, de toute façon, le cas de Montréal.

Quant à la solidarité démontrée aux prêtres mariés de la Faculté théologique de Montréal de la part de plusieurs de leurs collègues, c'est un fait assez courant qui s'explique par l'esprit de corps jouant spontanément. On peut penser cependant, qu'une fois mise en lumière la réelle position théologico-juridique de ces prêtres, chacun conviendra loyalement qu'il n'est pas licite de répondre à quelque besoin personnel en causant un détriment à un innocent, et moins encore lorsque l'innocent est l'Eglise elle-même.

En conclusion, on comprend combien il serait grave de priver la Faculté théologique de Montréal d'un avenir fécond et indispensable pour soutenir, avec des arguments invalides, une cause qui ne vaut pas un tel sacrifice.

(*N. B.*: Il faut enfin relever que les Normes en question n'admettraient pas davantage d'exceptions dans le cas où une Faculté (où entité équivalente) théologique catholique acanonique venait à s'instaurer dans l'Université de Montréal).

VI. CONCLUSION

Au moment de faire la synthèse de tous les éléments qui composent la situation difficile de Montréal, le lecteur perçoit l'extrême importance qu'il faut accorder au n. II de cette Note ("Le Droit"): il en constitue le nécessaire point de repère et de comparaison, sans lequel toute tentative de solution apparaîtrait illogique et, par suite, inacceptable.

1. Au sujet de la "Proposition A"

C'est précisément cette référence au "droit" qui fait totalement défaut chez les tenants de la "Proposition A". On pourrait croire que n'est plus perçue ici l'absolue incompatibilité qui intervient entre leur proposition d'une part, et, d'autre part, la norme ecclésiologique du lien interne et inséparable qui unit Magistère et Théologie catholique, et donc Faculté théologique catholique et Hiérarchie sacrée.

Ce lien étant théologique avant d'être juridique, l'hypothétique constitution d'une Faculté (ou entité équivalente) de Théologie catholique acanonique au sein de l'Université de Montréal serait dès le départ privée du nécessaire fondement théologico-juridique pour pouvoir légitimement exister. Ce fondement ne peut être représenté que par l'erection canonique soit formelle, soit implicite dans un entente bilatérale (*N. B.*: Certains cas apparemment contraires s'expliquent différemment; ils n'infirment donc pas le principe général: cf. II, 1, a).

De plus, l'hypothétique érection d'une telle Faculté acanonique, suivie de son immédiate séparation de l'Autorité Ecclésiastique (condition de son acanonicité), constituerait une grave infraction morale et juridique de la part de la Hiérarchie, non seulement envers la Faculté mais envers l'Eglise elle-même. La "Proposition A" est donc inacceptable.

2. Au sujet de la "Proposition B"

La "Proposition A" ne pouvant être retenue, la "Proposition B" devient au moins non actuelle: pourquoi faudrait-it abolir l'actuelle Faculté canonique de Théologie catholique existant dans l'Université du moment qu'il n'est pas possible d'en constituer une autre, acanonique, pour l'y remplacer? Ce n'est que dans l'hypothèse où s'instaurerait de force une pseudo-Faculté que la "Proposition B" deviendrait hélas actuelle, mais elle naîtrait sous le signe de la division et de l'antagonisme. Sa création, en effet, supposerait, d'une part, que les tenants de la "Proposition A" (d'entente avec l'Autorité Laïque) aient maintenu des positions basées sur des arguments aveugles et que, d'autre part, le climat général de tension se soit irréparablement détérioré. Personne sans aucun doute ne voudrait être en partie responsable d'un tel dénouement.

3. Réorganisation de l'actuelle Faculté théologique de l'Université

L'unique voie honorable de sortie est représentée par la conservation et la réorganisation de la Faculté théologique actuelle (cf. n. IV). Cette conclusion, qu'on aurait bien fait d'avoir à l'esprit dès le début des difficultés, doit être accueillie maintenant au moins, dans l'intention d'éviter des dommages très graves qui dériveraient de toute autre hypothèse de solution. En effet (cf. III, B et C):

a) L'abolition "sic et simpliciter" de l'actuelle Faculté théologique, qui ne serait remplacée par aucun organisme universitaire de Théologie catholique, priverait l'Eglise de l'aide très précieuse que lui apporte un Centre académique de recherche interdisciplinaire: celle-ci est nécessaire pour le bénéfice réciproque de la science et de la foi; cette résolution aurait, de plus, de graves conséquences économiques sur les conditions des enseignants actuels, etc.

b) L'abolition de l'actuelle Faculté théologique, suivie immédiatement de son remplacement grâce à la nouvelle Faculté envisagée (ou entité équivalente) de Théologie catholique acanonique, étant donné l'inconsistance juridique qui l'affecterait au départ, rendrait invalides aussi bien l'enseignement que les grades octroyés par une telle pseudo-Faculté; la situation de ses enseignants (prêtres et non-prêtre) serait canoniquement et moralement irrégulière; sa clientèle étudiante deviendrait incertaine et destinée à s'amenuiser sinon à disparaître.

c) En outre, ces deux hypothèses mettraient l'Archidiocèse de Montréal dans la nécessité de faire face à la situation irrégulière en créant aussitôt la nouvelle Faculté théologique canonique prévue par la "Proposition B", malgré la prévision certaine d'innombrables et graves difficultés de tout ordre, et surtout d'ordre moral.

Pour toutes ces raisons, la S. Congrégation pour l'Education Catholique est fermement persuadée que la demande qu'on lui a adressée de rouvrir les pourparlers en vue de modifier l'entente intervenue en 1967 est objectivamente dénuée de motifs valables.

4. Voeu de la S. Congrégation pour l'Education Catholique

Face à ces perspectives, la Congrégation pour l'Education Catholique ne peut pas ne pas inviter les parties en cause à la plus sérieuse réflexion. La S. Congrégation reste profondément convaincue de la vérité des considérations précédentes. Tous les aspects de la complexe situation n'ont d'ailleurs pas été épuisés: si, par surcroît, le lecteur devra relever quelque inexactitude, la S. Congrégation sera reconnaissante qu'il lui en fasse part. Mais la substance indispensable des choses semble avoir été clairement perçue.

En consequence, elle estime "coram Domino" que la ligne d'une Révision statutaire de l'actuelle Faculté (cf. n. IV) est l'unique solution à retenir et qu'elle sera effectivement adoptée. Elle se permet donc de s'adresser à tous ceux qui prennent à coeur le sort de la Faculté théologique de Montréal pour les prier de déposer tout sentiment d'incompréhension et de discorde, et d'opter pour le bien de la vérité et de l'Eglise.

La S. Congrégation pour l'Education Catholique se fait un devoir de rendre hommage au sérieux et à la haute tenue qui ont empreint le comportement des Autorités de l'Université de Montréal dans toute cette conjoncture. Cette attitude est dans la droite ligne de l'esprit manifesté dans l'entente de 1967. En l'en remerciant, elle exprime la certitude de voir se maintenir cette même ligne de conduite.

La S. Congrégation éprouve pareillement l'obligation de rendre ce même hommage à Son Excellence l'Archevêque de Montréal, ainsi qu'à ses collaborateurs. Elle est bien consciente du caractère douloureux qui a marqué pour lui ces dernières années par suite d'une situation de différends aigus dans laquelle sont impliqués des fils spirituels également chers.

La S. Congrégation, enfin, adresse un appel spécial, insistant et très senti à tous et à chacun des composants de la Faculté théologique de Montréal: officiers, enseignants et étudiants. Elle se permet de rappeler que se détourner de l'erreur et de l'équivoque est un service très précieux rendu à la vérité; et de même, que c'est une preuve de charité fraternelle que d'aider son prochain à surmonter la tentation de l'obstination ou de la revanche.

C'est avec ses sentiments de sincère et profonde participation que la S. Congrégation pour l'Education Catholique exprime son espérance et adresse ses saluts cordiaux.

Rome, du Siège de la S. Congrégation pour l'Education Catholique, le 20 août 1976.

* Archiepiscopo Marianopolitano et Auctoritatibus Academicis Universitatis Marianopolitanae, Prot. N. 252/70: **Le Devoir**, 14 sept. 1976 p. 5-6, et 15 sept. 1976 p. 5-6.

4465

1976 AUG 31.- SC pro EPISCOPIS, NOTIFICATIO. PART.*

De titulo tribuendo Episcopis Coadiutoribus cum iure successionis

Roma, 31 agosto 1976

Eminenza Reverendissima, ho l'onore di comunicarLe che

il Santo Padre, nell'udienza del 3 luglio scorso, ha disposto che, in occasione della nomina di un Coadiutore "cum iure successionis" nella Chiesa latina, non si attribuisca più al medesimo il titolo di una sede vescovile estinta, ritenendosi sufficiente l'assegnazione "nunc pro tunc" della Chiesa particolare cui è destinato.

Tale disposizione rappresenta un secondo passo nell'applicazione della Mente espressa da Sua Santità nell'udienza del 31 ottobre 1970, a conclusione della Congregazione ordinaria di questo sacro Dicastero, svoltasi nei giorni 22-23 antecedenti, nel corso della quale la grande maggioranza dei Padri (14 su 20) si dichiarò favorevole all'abolizione dei Titoli vescovili, bastando l'assegnazione dell'incarico (Coadiutore, Ausiliare, Prelato, ecc.).

Secondo l'augusta Mente che mi pregio ora significarLe il vincolo reale che viene a stabilirsi tra il Coadiutore e la Chiesa nella quale egli dovrà succedere trova il suo dovuto risalto, senza che abbiano a sorgere problemi di sensibilità nei riguardi del Coadiuto (data la diversa nomenclatura) o compromissioni per il futuro, dal momento che il Coadiutore, come ogni altro Vescovo diocesano, può essere sempre trasferito ad altra sede residenziale o titolare.

Per quanto invece riguarda la situazione dei Prelati (un tempo "nullius"), la questione è stata ripresa in esame, ai fini di una sua definitiva soluzione.

Tanto ho creduto mio dovere di partecipare all'Eminenza Vostra per opportuna conoscenza e norma di codesto Consiglio.

Mi valgo ben volentieri dell'occasione per manifestarLe i sentimenti della mia fraterna stima e confermarmi devotissimo nel Signore. - S. Card. BAGGIO, *Prefetto.*

* Cardinali Praefecto Consilii pro publicis Ecclesiae Negotiis, Prot. N. 335/67: **Communicationes** 9 (1977) 223.

4466

1976 SEP 10.- SC pro GENT. EVANG., CIRC. PART.* Normae suadentur servandae pro relationibus coordinandis Sacrae C. pro Gentium Evangelizatione cum Pontificiis Operibus Missionariis, et inter varia Pontificia Opera Missionaria

Roma, 10 Settembre 1976

Eccellenza Reverendissima, Al fine di promuovere sempre più efficacemente il necessario coordinamento tra questo Sacro Dicastero e le Pontificie Opere Missionarie, nonché tra queste ultime, sono a pregare Vostra Eccellenza Reverendissima di voler indirizzare al sottoscritto, come Presidente delle Pontificie Opere Missionarie, carica sempre unita, come Ella sa, a quella di Segretario di Propaganda, tutte le pratiche concernenti la Pontificia Unione Missionaria, la Propagazione della Fede e San Pietro Apostolo. Si tratta soprattutto delle domande di sussidio, delle accuse di ricevimento delle stesse ecc. Le questioni meramente amministrative possono essere direttamente inviate ai Rev.mi Segretari Generali. Infine, pur essendo unita la carica di Presidente della Sant'Infanzia a quella di Segretario di Propaganda, secondo i nuovi Statuti, la corrispondenza riguardante tale Pontificia Opera andrà a Parigi.

Infatti, com'è noto a Vostra Eccellenza, le diverse domande alle Pontificie Opere Missionarie sono in genere relazionate con pratiche già in corso presso la Sacra Congregazione, o di sua competenza. E' quindi necessario prendere visione dell'insieme per poter meglio decidere sugli affari di comune competenza.

Sarò grato se vorrà informare di quanto sopra gli Ecc.mi Presuli dipendenti da Propaganda nell'ambito di codesta Rappresentanza Pontificia, i quali, peraltro, è bene si servano di questa per l'inoltro della loro corrispondenza, e per l'eventuale parere della stessa. Nel raro caso che non si adoperi il plico diplomatico, l'indirizzo postale da preferirsi è: Palazzo di Propaganda, Città del Vaticano.

Le pratiche concernenti la nomina dei nuovi Direttori Nazionali delle Pontificie Opere Missionarie (non sarà più nominato il Presidente Nazionale della Pontificia Unione Missionaria e la carica verrà unita a quella di Direttore Nazionale, tranne in casi particolari), saranno indirizzate, come d'uso, all'Em.mo Signor Cardinale Prefetto, cui spettano tali nomine.

Sempre grato per la Sua cortese collaborazione, godo confermarmi, con distinti ossequi, di Vostra Eccellenza Reverendissima devotissimo nel Signore. - D. S. Lourdusamy, *Segretario.* Alighiero Taddei, *Primo Minutante.*

* Legatis Pontificiis in Nationibus a S. C. pro Gentium evangelizatione seu de Propaganda Fide dependentibus, Prot. N. 4139/76: **Bibliografia missionaria**, an. XL-1976, Quaderno 19, Roma 1977, p. 311-314.

4467

1976 SEP 17.- SC DOCTR. FID., DECR. AAS 68 (1976) 623

Decretum circa quasdam illegitimas ordinationes presbyterales et episcopales

Exc.mus et Rev.mus Dominus Petrus Martinus Ngô-dinh-Thuc, Archiepiscopus tit. Bullensium Regiorum, media nocte diei 31 decembris 1975, in pago Palmar de Troya, contra expressam prohibitionem Em.mi et Rev.mi Cardinalis Archiepiscopi Hispalensis, neglecto praescripto can. 955, presbyteros ordinavit; immo die 11 ianuarii 1976, contra normam can. 953, sine mandato pontificio et, quod gravius est, sine provisione canonica quinque episcopos ordinavit; demum, episcopi tali modo ordinati ad ulteriores ordinationes presbyterales et episcopales, etiam aliis in locis, sua vice processerunt.

Gravitate delictorum perpensa, haec Sacra Congregatio pro Doctrina Fidei, de speciali mandato Ss.mi D. N. Pauli Pp. VI, ea quae sequuntur circa praedictas ordinationes declaranda decrevit:

1) Episcopi qui alios episcopos ordinaverunt, et ipsi episcopi ordinati, praeterquam in sanctiones, de quibus in canonibus 2370 et 2373, 1 et 3, Codicis iuris canonici, etiam in excommunicationem ipso facto incurrerunt, Apostolicae Sedi specialissimo modo reservatam, de qua in Decreto Sacrae Congregationis Sancti Officii, diei 9 aprilis 1951 (*A.A.S.*, XLIII, 1951, p. 217 s.). Poena vero, de qua in can. 2370, et presbyteris assistentibus, si qui adfuerint, applicatur.

2) Presbyteri, hoc illegitimo modo ordinati, sunt iuxta canonem 2374 ipso facto a recepto ordine suspensi et, quatenus actum ordinis posuerint, etiam irregulares (can. 985, 7).

3) Denique, quod attinet ad eos qui hoc modo illegitimo ordinationem iam acceperunt, vel qui ab his forte eandem accepturi sint, quidquid est de ordinum validitate, Ecclesia ipsorum ordinationem neque agnoscit neque agnitura est eosque, ad omnes iuris effectus, in eo statu habet, quem ipsi singuli antea habuerint, firmis manentibus, usque ad resipiscentiam, supra memoratis sanctionibus poenalibus. Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis pro Doctrina Fidei, die 17 septembris 1976. - Franciscus Card. SEPER, *Praefectus.* Fr. Hieronymus Hamer O. P., Archiep. tit. Lorien., *a Secretis.*

Adn. G. CAPRILE in **La Civ. Catt.** 127 (1976-IV) 375 378; **Doc. Cath.** 73 (1976) 233-235, 857-858; **L'Osservatore romano**, 20-21 sett. 1976.

4468

1976 OCT 8.- PAULUS VI, LITT. AP. AAS 68 (1976) 704

In Republica Islandiae Apostolica excitatur Nuntiatura

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quandoquidem nullum etiam humanae prudentiae diligentiaeque consilium praetermittendum esse existimamus quo prospici possit et Evangelii progressioni et Ecclesiae efficacitati et animarum saluti aeternae, idcirco operam pariter damus ut cum ipsis nationum atque civitatum per orbem terrarum gubernatoribus rationes salubriter contrahantur publicae amicitiae sive necessitudinis et ut Apostolicae Sedis Nuntii sic apud illos publica auctoritate agentes certius procurent religionis christianae incrementum. Prompta igitur alacrique voluntate et magna simul spe sententiam accepimus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione, quae ut in Republica Islandiae seu Thules legitime conderetur Nuntiatura Apostolica haud ita pridem persuasit. Certa exinde Nos scientia ac matura deliberatione, harum Litterarum Apostolicarum vi, in natione illa quam diximus, Nuntiaturam Apostolicam constituimus cui praeterea cuncta et singula tribuimus iura ac privilegia, honores ac praerogativas quae illius modi Nuntiaturis solent concedi. Decernimus praeterea ut erectae nunc Nuntiaturae Apostolicae sedes inveniatur in urbe principi Reykiavikensi, Pro-Nuntius vero ipse commoretur Hafniae, donec aliud aliquando edicatur. Quae autem hisce Litteris statuimus, firma iam sunto et in posterum vimque suam contrariis quibusvis nequaquam obstantibus omnino habento.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub Anulo Piscatoris, die VIII mensis Octobris anno MCMLXXVI, Pontificatus Nostri quarto decimo. - Ioannes Card. VILLOT, *Secretarius Status.*

http://www.obrascatolicas.com

4469

1976 OCT 10.-SANCTA SEDES, NOTIFICATIO. PART.*

Nonnulla festa de praecepto suppressa declarantur pro Italia

Si conferma che la Santa Sede, accogliendo le motivazioni addotte dal Governo italiano, ha acconsentito a una parziale deroga dell'art. 11 del Concordato Lateranense, in virtù del quale, a decorrere dal prossimo anno 1977, non saranno più riconosciuti agli effetti civili i seguenti giorni di festività religiosa: Festa di San Giuseppe (19 marzo), Ascensione, Corpus Domini, Festa dei Ss. Apostoli Pietro e Paolo (29 giugno), Ognissanti (1º novembre).

* L'Osservatore romano, 10 ott. 1976. Adn. F. D'OSTILIO in ME 102 (1977) 421-454; S. LENER in La Civ. Catt. 125 (1974-IV) 337-344; vide etiam infra sub die 28 feb. 1977: LE n. 4498.

4470

1976 OCT 11.-PAULUS VI, EPISTULA APOST. PART.*

Errores modusque procedendi Episcopi M. Lefebvre improbantur, et media proponuntur quibus ipse eiusdemque Seminaria redire possint in communionem totalem Ecclesiae catholicae

Venerabili Fratri MARCELLO LEFEBVRE
Archiepiscopo-Episcopo olim Tutelensi

Cum te die XI mensis septembris hoc anno in Arce Gandulfi coram admisimus, facultatem tibi fecimus cogitata tua ac desideria libere proferendi, quamvis varias causae tuae veluti facies iam probe cognitas haberemus. Memoria vero, quae apud Nos viget, illorum, quae te, Ecclesiae servitio addictum, anteriore tempore commendaverunt, id est studium, quo circa fidem et apostolatum inflammabaris, et bona opera, quae patrasti, spem Nobis iniecerunt et adhuc iniciunt fore, ut in perfecta communione ecclesiali constitutus talis denuo evadas, qui sis aedificationi. Iterum te rogavimus, ut coram Deo et conscius officii, quo astringeris, omnia ponderares post singulariter gravia facta, quae edidisti.

Per mensem exspectavimus. Mentis autem tuae habitus, quemadmodum verba tua et actiones adhuc, ac quidem publice, testantur, non videtur esse mutatus. Re quidem vera ante oculos habemus epistulam, abs te die XVI mensis Septembris datam, in qua haec affirmas: "Unum nos coniungit: desiderium flagrans eo pertinens, ut pravi usus, qui Ecclesiam deformant, desinant. Quantum opto cum Sanctitate Tua et sub Eius auctoritate ad eiusmodi opus salutare sociare laborem, eo consilio ut Ecclesia verum vultum suum redipiscatur". Quomodo interpretanda sunt haec pauca verba – per se quidem probanda – quibus tota responsio tua continetur? Loqueris enim quasi oblitus sis proposita tua et improbandi prorsus exempli actiones, quas adversus communitatem ecclesialem perpetrasti et quas reprobavisti numquam. Non enim, ut manifesto apparet, eiusmodi factorum te paenitet, ne illius quidem rei, propter quam suspensio a divinis tibi est irrogata. Nequaquam dicis aperte te auctoritati Concilii Vaticani II et Apostolicae Sedis adhaerere – quod est totius quaestionis caput – atque in opera, quae excitasti, pergis incumbere quamvis a legitima auctoritate expresse iussus sis ea intermittere. Ita fit, ut ambiguitas perseveret, ex hac duplici dicendi ratione exorta. Nos vero, ut promisimus, ea, quae conclusimus, postquam rem perpendimus, iam tecum communicamus.

I. Te ipsum facis reapse defensorem ac nuntium fidelium et sacerdotum, qui "dilacerantur iis, quae in Ecclesia aguntur", opinantes cum dolore fidem catholicam ac bona essentialia Traditionis non satis recte aestimari neque secundum ea vitam duci a parte quadam Populi Dei, saltem quibusdam in regionibus. Verumtamen in tua factorum explanatione, in peculiari munere, quod tibi sumpsisti, in modo, quo id exerces, inest aliquid, quod Populum Dei in errorem inducit et bonae voluntatis homines decipit, qui fidelitatem merito expetunt atque rem spiritualem et apostolicam plenius cognoscere et exsequi cupiunt.

Quodsi hodie a recto tramite quoad fidem et usum Sacramentorum deerratur, id sine dubio gravissimum est censendum, ubicumque id evenire constat. De hoc iam diu solliciti sumus, ad doctrinam actionemque pastoralem attendentes. Non tamen propterea neglegenda sunt signa valde positiva, ut aiunt, revirescentis vitae spiritualis et auctae officii conscientiae apud non paucos catholicos, neque oblitteranda causa implicata, unde discrimen seu crisis est exorta: permagna enim mutatio, quae in mundo huius temporis accidit, fidelium animos intimos afficit, eademque vel magis necessariam reddit apostolicam curam de iis, *qui longe sunt*. Sed exstat verum sive sacerdotes sive fideles suas ipsorum interpretationes ususque praeposteros, damnosos, immo vero scandalum moventes et interdum etiam sacrilegos, nomine tegere praescriptionum "conciliarium". Quos autem pravos usus non licet attribui ipsi Concilio neque renovationis operi, quod inde legitime manavit, sed iidem potius ideo invaluerunt, quod germana erga illa fidelitas defuit. Tu vero fidelibus persuades proximam discriminis causam, potius quam esse falsam interpretationem Concilii, ab hoc ipso proficisci.

Ceterum, te gerere ostendis quasi peculiare munus in hac provincia tibi sit mandatum. Officium autem discernendi et emendandi pravos usus imprimis ad Nos pertinet, et ad omnes Episcopos, qui una Nobiscum operantur. Nos quidem non desinimus vocem attollere, respuentes huiusmodi effrenas et immoderatas cogitandi agendique rationes. Sermone, quem in Sacro Consistorio die XXIV mensis Maii hoc anno habuimus, id ipsum dilucide et aperte iterum ediximus. Magis quam quivis alius, Nos dolores percipimus Christifidelium perturbatorum et ad clamorem respondemus illorum, qui fidem vitamque spiritualem sitiunt. Re quidem vera, nihil umquam nec ullo modo omisimus, quin sollicitudinem Nostram servandae in Ecclesia fidelitatis erga veri nominis Traditionem testificaremur, necnon voluntatem Nostram efficiendi, ut eadem Ecclesia, gratia Dei adiuvante, aetati praesenti ac tempori futuro occurrere valeret.

Modus denique agendi tuus non sibi constat; siquidem, ut dicis, pravis usibus, quibus Ecclesia foedatur, vis mederi; quereris quod auctoritati in Ecclesia non satis honoris habetur; tutari vis fidem authenticam, existimationem sacerdotii ministerialis et animorum ardorem ad Eucharistiam, in eius plenitudine acceptam, quatenus est sacrificium et sacramentum: qui zelus Nostram per se mereretur probationem confirmationemque, quia de rebus agitur, quae, una cum evangelizatione christianorumque unitate, sunt vigiles curae Nostrae, intima ratio ministerii Nostri apostolici. Verumtamen quomodo, ut hoc munus impleas, potes simul asserere te officio teneri repugnandi Concilio recens celebrato – idque contra Fratres tuos in Episcopatu – diffidendi ipsi Sedi Apostolicae, quam "Romam ad neo-modernismum et neo-protestantismum proclivem" esse criminaris, oboedientiam Nobis debitam aperte denegandi? Si revera, ut in postrema epistula privata asseveresti, "sub auctoritate Nostra" vis operari, oportet in primis finem imponas huiusmodi ambiguitatibus atque discordi ac discrepanti agendi modo.

II. Sed iam veniamus ad postulationes pressius conceptas, quas, in colloquio illo, die XI mensis Septembris habito, protulisti. Rogas, ut ius agnoscatur celebrandi Missam secundum ritum, a Concilio Tridentino editum, in variis sacri cultus locis. Est tibi etiam propositum persequi institutionem candidatorum ad sacerdotium secundum rationes seu criteria tua, scilicet "ut ante Concilium", in seminariis peculiaribus, veluti in seminario pagi *Ecône*. Verumtamen sub hisce quaestionibus et similibus, quas particulatim expendemus, latens deprehendatur oportet ipse cardo totius problematis, quod est vere proprieque theologicum. Illae enim quaestiones evaserunt modi certi atque concreti, ut aiunt, declarandi ecclesiologiam, quae in capitibus praecipuis prorsus falsa esse cognoscitur.

Agitur quidem de re, quae fundamentalis dici debet, de eo nempe quod, ut palam edixisti, in universum auctoritatem respuis Concilii et Summi Pontificis; cui detrectationi tuae actio disposita iungitur, eo pertinens, ut haec seditio tua – si enim pro dolor est appellanda – propagetur et ordine quodam constituatur. Haec est profecto res capitalis et praecipua, quae probari nullo modo potest.

Num necesse est, ut hoc te moneamus, qui es Frater Noster in Episcopatu, quin immo Pontificio Solio Astantis nomine honestatus, quo cum Petri Cathedra etiam arctius coniungaris oportet? Christus supremam auctoritatem in Ecclesia sua Petro et Collegio apostolico tradidit, atque adeo Summo Pontifici et Collegio episcoporum "una cum Capite"; cuivis enim fideli catholico persuasum est verbis, a Domino ad Petrum factis, etiam munus legitimorum eius Successorum, videlicet Summorum Pontificum, significari: *Quodcumque ligaveris super terram erit ligatum et in caelis* (*Mt* 16, 19); *Pasce oves meas* (*Io* 21, 16-17); *Confirma fratres tuos* (*Lc* 22, 32). Concilium vero Vaticanum I hisce verbis assensum Pontifici Maximo debitum enuntiat: *Cuiuscumque ritus et dignitatis pastores atque fideles, tam seorsum singuli quam simul omnes, officio hierarchicae subordinationis veraeque oboedientiae obstringuntur, non solum in rebus, quae ad fidem et mores, sed etiam in iis, quae ad disciplinam et regimen Ecclesiae per totum orbem diffusae pertinent; ita ut, custodita cum Romano Pontifice tam communionis quam eiusdem fidei professionis unitate, Ecclesia Christi sit unus grex sub uno summo pastore. Haec est catholicae veritatis doctrina, a qua deviare salva fide atque salute nemo potest* (Const. dogm. *Pastor aeternus*, c. 3; Denz.-Schön., 3060). Quod autem ad potestas, quatenus universam respicit Ecclesiam, sollemni modo in Conciliis exercetur, secundum verba, quibus Iesus cunctos simul Apostolos est allocutus: *Quaecumque alligaveritis super terram erunt ligata in caelo* (*Mt* 18, 18). Inde consequitur, ut in ea, quam tenes, agendi ratione agnoscere re-

nuas duas hasce formas, quibus suprema auctoritas ad usum deducitur.

Omnis Episcopus est quidem doctor authenticus, quippe cuius sit populum ipsi commissum fidem docere, qua mentes eius et mores dirigantur, atque errores, qui periculum inferant gregi, prohibere. Est tamen hoc animadvertendum: *Episcopalis ... consecratio, cum munere sanctificandi, munera quoque confert docendi et regendi; quae tamen natura sua nonnisi in hierarchica communione cum Collegii Capite exerceri possunt* (Const. *Lumen gentium*, 21; cf. 35). Episcopus vero solus et missione canonica carens multo minus fruitur, "in actu expedito ad agendum", facultate universe statuendi, quae sit regula fidei, atque ipsam Traditionem determinandi. Tu vero seorsum solus iudicare vis de iis, quae ipsa Traditione comprehenduntur.

Profiteris quidem te Ecclesiae esse subiectum Traditionisque fidelem, eo dumtaxat quod quibusdam temporis praeteriti normis obtemperas, normis dicimus editis a Decessoribus eius, cui Deus hac ipsa aetate potestatem Petro tributam contulit. Itaque, hac etiam in re, Traditionis notio, ad quam provocas, est vitiata. Traditio enim non est quiddam quasi immotum et mortuum, vel factum quoddam staticum, ut appellant, quod certo ac definito tempore historico vitam instituti organici et actione praediti, quod est Ecclesia seu Corpus Christi mysticum, coërceat. Summi Pontificis et Conciliorum est iudicium ferre, quo in traditionibus Ecclesiae discernantur ea, de quibus discedi non potest, nisi quis infidelis fiat Domino Iesu Christo et Spiritui Sancto – hoc videlicet est depositum fidei – et ea, quae ad temporum postulata possunt ac debent accommodari, ea mente ut precandi ratio et missio Ecclesiae in varietate temporum ac locorum faciliores evadant atque ut nuntium divinum in sermones nunc vigentes aptius vertatur meliusque communicetur, prorsus reiectis quibusvis mediis consiliis, quae non decent.

Traditio ergo seiungi non potest a Magisterio vivo Ecclesiae, perinde ac separari nequit a Sacra Scriptura: "Patet ... Sacram Traditionem, Sacram Scripturam et Ecclesiae Magisterium ... ita inter se connecti et consociari ut unum sine aliis non consistat, omniaque simul singula suo modo sub actione unius Spiritus Sancti, ad animarum salutem efficaciter conferant" (Const. *Dei Verbum*, 10).

Ita profecto se gerere consueverant Summi Pontifices et Concilia Oecumenica, accedente peculiari auxilio Spiritus Sancti; atque hoc ipsum egit Concilium Vaticanum II. In rebus ab hoc Concilio decretis, et in renovationis opere, quo illas ad usum deduci statuimus, nihil invenitur, quod ecclesiasticae Traditioni duorum milium annorum adversetur, prout ea respiciuntur, quae sunt fundamentalia et immutabilia. Huius rei auctores seu sponsores sumus Nos, non vi qualitatum, quibus ut persona praediti sumus, sed vi muneris, quod Nobis ut Petri locum legitima successione obtinentibus Dominus commisit, necnon vi specialis adiumenti, quod Nobis ut olim Petro est pollicitus: *Ego autem rogavi pro te ut non deficiat fides tua* (*Lc* 22, 32). Una Nobiscum huius rei auctores sunt Episcopi, in toto terrarum orbe degentes.

Neque amplius in medium proferre tibi licet illam distinctionem inter rem dogmaticam et pastoralem, qua fretus alios textus Concilii Vaticani II accipias, alios respuas. Re quidem vera, quae in aliquo Concilio edicta sunt, ea non eiusdem indolis consensionem postulant; etenim solum id, quod ut veritas fidei vel ut fidei adnexum actibus "definitivis", quos vocant, affirmatur, assensum fidei infert. Verumtamen cetera quoque partem efficiunt sollemnis Magisterii Ecclesiae, quod fidelium quisque fidenter debet accipere et sincere ad effectum deducere.

Dicis praeterea te, conscientiae officio astrictum, non semper intellegere, quomodo inter se componi possint quidam textus Concilii vel quaedam consulta ac decreta Nostra, quibus illos ad usum traduximus, cum sana Traditione Ecclesiae, ac speciali modo cum Concilio Tridentino, vel cum dictis Decessorum Nostrum, quod attinet exempli causa ad Collegium Episcoporum cum Summo Pontifice coniunctorum, ad novum Ordinem Missae, ad oecumenismum, libertatem religiosam, rationem dialogi instituendi, evangelizationem mundi huius temporis. Non est locus hisce in Litteris, ut singulas quaestiones eiusmodi pertractemus. Ipse enim documentorum tenor una cum senteniis ibi adumbratis, quae in rerum natura colorum varietates appellantur, ipsa contexta oratio, qua illi continentur, explanationes cum auctoritate factae, commentarii, quibus res altius et modo, ut aiunt, obiectivo sunt excussae, profecto eiusmodi sunt, ut te iuvare possint ad evincendas dubitationes haesitationesque, quibus turbaris. Consiliarii probatissimi omnino, callentes theologiam remque spiritualem, ad hoc quod pertinet, tibi queunt opitulari, divino lumine affulgente; Nosque parati sumus huiusmodi auxilium fraternum tibi expeditius reddere. Sed quomodo fieri potest, ut ipsius animi tui difficultas – gravis nempe perturbatio spiritualis, qua laboras et quam reverenter intuemur – tibi facultatem det te iudicem publicum faciendi illarum rerum, quae legitime et ferme unanimiter sunt inductae atque scienter partem fidelium impellendi, ut in hac repudiatione te sequantur?

Quodsi rationes, quae afferuntur, utiles sunt, quo facilius quis imperatis obsequatur, – Nosque percupimus, ut fideles turbati vel reticentes ea sint sapientia, honestate, humilitate,

quibus eiusmodi rationes probativas, iam abunde in medium prolatas, accipere valeant – tamen eaedem per se non sunt necessariae ad consensionem, cum oboedientia coniunctam, quae Concilio Oecumenico ac deliberationibus Pontificis Maximi debetur. Agitur de hic revera ipse sensus ecclesialis.

Si altiorem rei veritatem exigimus, tu ipse et asseclae tui immobiles in certo quodam ac definitivo temporis spatio ecclesialis vitae sistere contenditis; quod quidem facientes, Ecclesiae viventi adhaerere renuitis, qualis ea semper fuit; alienamini a Pastoribus legitimis, vituperantes exercitationem munerum, quibus iure funguntur. Quamquam vero eversionem, seu – ut ais – "subversionem", quam in Ecclesia fieri contingat, deploras, tamen neque praescriptionibus Summi Pontificis neque suspensione a divinis te commoveri fateris.

Nonne, hac ductus mente, sine litteris dimissoriis et contra apertum vetitum Nostrum sacerdotes ordinasti, constituens quendam gregem presbyterorum, qui in Ecclesia sunt irregulares gravibusque poenis ecclesiasticis innodati? Atque accedit, ut asseveres suspensionem a divinis, in quam incurristi, tantummodo ad sacramentorum celebrationem referri secundum ritum renovatum, quasi ea contra ius fasque in Ecclesia sint inducta; quam – eo enim progrederis – schismaticam appellas, arbitrans te poenam istam devitare, si sacramenta administras anterioribus formulis utens et statutis normis adversans (cf. *1 Cor* 14, 40).

Ex eodem hoc errato mentis tuae habitu pendet usus non legitimus Missam celebrandi a S. Pio V vocatam. Nosti hunc ritum fuisse exitum mutationum temporis cursu peractarum, atque Canonem Romanum primam esse Precum Eucharisticarum. Opus instaurationis liturgicae, hac aetate perfectum, ipsas causas, cur fieret, et normas directorias e Concilio hausit et e fontibus historicis Liturgiae. Quod quidem instaurationis opus efficit, ut fideles verbo Dei abundantius pascantur; qui dum Liturgiam actuosius participant, tamen munus sacerdotis, *in persona Christi agentis*, integrum manet. Auctoritate Nostra hanc renovationem sanximus, mandantes, ut ab omnibus, qui catholico nomine censentur, servaretur, Quodsi arbitrati sumus, in universum, moras non amplius huic rei esse afferendas neque exceptiones concedendas, id fecimus propter bonum spirituale et unitatem totius communitatis ecclesialis, siquidem catholicis Ritus Romani Ordo Missae est praecellens quoddam signum unitatis ipsorum. Ad te vero quod spectat, ritus ille anterior indicium est falsae ecclesiologiae atque materia impugnandi Concilium eiusque opus instaurationis, hoc praetextu seu interposita causa solum in illo vetere ritu servari verum sacrificium Missae verumque sacerdotium ministeriale, neque horum significationem offuscari. Nos vero hoc iudicium erratum, hanc accusationem iniustam prorsus reicimus, neque permittere possumus, ut divina Eucharistia, Sacramentum unitatis, scissuras gignat (cf. *1 Cor* 11, 18), et ut adhibeatur ut instrumentum signumque seditionis.

Est quidem in Ecclesia locus cuidam pluralismo, quem dicunt, sed solum iis in rebus, quae licitae sunt, intraque sane oboedientiae fines. Hoc quidem haud intellegunt, qui liturgicam renovationem in universum reiciunt; neque ii, qui Christi praesentiam realem et Sacrificium eucharisticum in controversiam vocant. Pariter institutio sacerdotalis, in qua Concilii ratio non ducatur, nequit probari.

Itaque postulationibus tuis obsecundare nequimus, quia de actionibus agitur, quae in illa repugnatione contra unam et veram Ecclesiam Dei continentur. Haec autem severitas non ex eo oritur – hoc tibi persuasum sit – quod nonnulla concedere renuimus, quae ad disciplinam vel Liturgiam spectant, sed, cum talis sit significatio actionum tuarum earumque momentum, si ita ageremus, notionem Ecclesiae ac Traditionis prorsus falsam induci sineremus.

Quapropter, Venerabilis Frater, conscii omnino officii Nostri, tibi dicamus oportet te in errore versari. Atque, amore fraterno, quo te prosequimur, et auctoritate Nostra, cuius pondere gravamur, te hortamur, ut verba et actiones tuas retractes, ut ad bonam frugem te recipias, ut Ecclesiae Christi vulnera desinas inferre.

III. Quid autem revera a te postulamus?

A) Ante omnia et in primis aliquam Declarationem talem, quae has res omnes sanet atque componat pro Nobis ipsis et etiam pro toto Populo Dei, qui nempe perspicuitatis ius habet quique diutius tolerare non potest, sine damno, eiusmodi ambiguitates. Haec ergo Declaratio affirmare debet te sincere adhaerescere ad Concilium Oecumenicum Vaticanum II et singula ipsius documenta, *sensu obvio* intellecta, quae quidem a Concilii Patribus confecta sint atque ex Nostra auctoritate approbata et promulgata. Nam huiusmodi adhaesio ad Concilia Oecumenica quod spectat, semper agendi regula fuit in Ecclesia a principio.

Ex eadem Declaratione patere etiam debet te similiter accipere consulta ac decreta, quae edidimus Nos post Concilium, ut illud ad effectum suum deduceretur, adiuvantibus variis Sanctae Sedis ministeriis; inter alia vero nominatim "Ordinis Missae", simulque ius Nostrum mandandi, ut talis renovatio ab universo populo christiano recipiatur et adhibeatur.

Confiteri sic praeterea debes obligationem normarum iuris canonici, quod nunc viget quodque maxima ex parte adhuc congruit cum Codice Iuris Canonici, a Decessore Nostro Be-

http://www.obrascatolicas.com

nedicto XV foras dato, non exceptis iis, quae poenas canonicas tangunt.

Quod dein ad Nos ipsos attinet, dimittes ac retrahes omnes accusationes graves nec non iniuriosas insinuationes, quas palam obiecisti adversus Nos, adversus fidei Nostrae integritatem et fidelitatem Nostram erga proprium munus Successoris Beati Petri.

Tum ad Episcopos quod spectat, agnoscere pariter debes illorum auctoritatem – in sua cuiusque dioecesi – vetandi, ne tu aut praedices ibique sacramenta administres: Eucharistiam, Confirmationem, Sacros Ordines, cetera, cum expresse iidem sese opposuerint.

Spondere denique debes te ab omnibus inceptis esse temperaturum (veluti ab acroasibus, scriptis editis ...), quae huic Declarationi repugnent, atque etiam aperte reprobaturum illa incepta, quae, nomine tuo inita, eidem pariter Declarationi adversantur.

Agitur enim ibi de minima quadam parte, quam amplectatur oportet omnis catholicus Episcopus: haec demum assensio et adhaerentia nullum pati potest medium consilium. Quoniam igitur Nobis significasti recipere te ipsum rei principium, Nos vicissim rationes "concretas" tibi explicamus, quibus Declaratio ista exhibeatur. Hoc enim prima condicio est, ut suspensio a divinis tollatur.

B) Superest deinceps solvenda quaestio de futura tua navitate, de operibus tuis ac praesertim de seminariis tuis. Probe intellegis, Venerabilis Frater, ob ipsas ambiguitates et actiones contra regulam admissas tum praeteritas tum praesentes, quae ad haec incepta spectant, Nos minime revocare posse iuridicam suppressionem "Fraternitatis sacerdotalis Sancti Pii X". Haec namque inculcavit animi habitum Concilio contrarium eiusque exsecutioni, quam Christi Vicarius magnopere enisus est provehere. Pronuntiatio tua, die XXI mensis Novembris anno MCMLXXIV facta, est eiusdem istius animi testificatio; sed, quemadmodum merito prorsus iudicavit Nostra Commissio Cardinalium die VI mensi Maii MCMLXXV, super tale fundamentum nulla exstrui potest institutio aut formatio sacerdotalis congruens necessitatibus Ecclesiae Christi. Hoc tamen nequaquam minuit bona, quae in iis seminariis inveniuntur; atqui respiciendae etiam sunt lacunae rei ecclesiasticae, de quibus diximus, et facultas exercendi hoc tempore pastoralis ministerii in Ecclesia. In rebus autem sic infeliciter permixtis Nobis curae est non ut destruamus, sed ut corrigamus et, quantum fieri potest, saluti consulamus.

Haec porro ratio est, cur Nos – ut supremi sponsores fidei atque institutionis sacerdotalis – te iubeamus committere Nobis officium et regimen operum tuorum, potissimum seminariorum. Id tibi maximum sine dubio sacrificium est, verum etiam experimentum tuae fiduciae nec non oboedientiae; condicio insuper una necessaria est, ut seminaria illa, quae nullum habent canonicum statum in Ecclesia, possint in ea fortasse aliquando locum obtinere.

Cum haec acceperis principia, tunc tantum optime consulere et prospicere valebimus cunctis hominibus illis, quorum res interest, curantes scilicet semper, ut verae vocationes sacerdotales promoveantur utque postulata doctrinae, disciplinae ac pastoralis actionis Ecclesiae rite observentur. Illo etiam tempore poterimus Nos benevoli attendere petitiones tuas et optata, dum, una cum Curiae Nostrae ministeriis, inibimus iusta et opportuna consilia.

Ad sacrorum autem ministros quod attinet, quos tu contra ius sacerdotio initiavisti, sanctiones, in quas illi incurrerunt vi canonum 985, 7 et 2374, licebit quidem auferri, si demonstraverint se resipuisse et si nominatim subscripserint Declarationi, quam a te poposcimus. Confidimus te, pro tuo sensu amoreque Ecclesiae, faciliorem redditurum iis esse hunc gressum.

De reliquis vero fundationibus, formationis domibus, "prioratibus" variisque aliis institutis, quae aut te ipso auctore aut fautore condita sunt, aequabiliter tibi praecipimus, ut ea singula committas Sanctae Sedi, quae diversis sub rationibus ponderabit eorum casum cum Episcopo loci. Illorum nempe vita et constitutio et industria apostolica subicientur – sicut communiter evenit in tota Ecclesia Catholica – convento pacto singillatim cum Episcopo loci – *nihil sine Episcopo* – ac secundum eum animum et spiritum, quem supra memorata Declaratio continebit.

Cuncta argumenta et rerum capita, quae in hisce Litteris inveniuntur et quae mature expedimus cum auxilio Praepositorum Dicasteriis, quorum res interest, propter maius dumtaxat totius Ecclesiae bonum et commodum suscepta sunt. Nobiscum tu ipse die XI mensis Septembris colloquens asseverasti: "Paratus sum ad omnia in bonum Ecclesiae". Iam responsio penes te est!

Si – quod Deus avertat – Declarationem assensionis, quam a te postulamus, conficere recusaveris suspensus a divinis manebis. Ex contrario tibi eatenus concedetur indulgentia Nostra et ipsa remotio suspensionis, quatenus honeste et sine ambiguitate compleveris condiciones harum Litterarum Nostrarum ac scandala quoque reparaveris. Oboedientia et fiducia, quas Nobis tu comprobabis, permittent, ut tecum tranquille agamus de tuis ipsius difficultatibus.

Utinam Spiritus Sanctus te illuminet ac dirigat ad unam illam quaestionis huius solutionem, quae te recuperare sinet conscientiae tuae pacem, ad tempus amissam, sed quae etiam efficiet, ut animarum bonum in tuto collocetur, ut firmetur unitas Ecclesiae, cuius curam Nobis commendavit ipse Dominus, ut declinetur schismatis periculum. Pro illa animi condicione, in qua nunc ipsum versaris, intellegimus, quam sit tibi difficile res clare percipere quamque asperum et durum humiliter commutare tuam agendi consuetudinem: nonne propterea omnino necesse est – quemadmodum fit in omnibus casibus similibus – constituas tibi tempus et locum taciti recessus, ubi necessariam reversionem praepares? Fraterno animo te admonemus, ut plane caveas a sollicitationibus instantibus quorumdam, qui te perseverare malunt in via aliqua et sententia intolerabili; etenim Nos ipsi, Fratres tui omnes in Episcopatu necnon maxima certe Christifidelium pars a te tandem exspectamus agendi modum illum ecclesialem, qui te magis honorabit.

Ut extirpentur pravi usus, quos deflemus, Nos, ut et vera renovatio spiritalis praestetur, necnon necessaria evangelizatio eaque animosa, ad quam Nos incitat Spiritus Sanctus magis quam umquam alias, nunc opus est auxilio promptissimoque studio universae communitatis ecclesialis circum Summum Pontificem et Episcopos. At seditio aliorum hinc ad extremum conglutinat, vel fortasssis acuit inoboedientiam sive, ut tu dicis, "subversionem" aliorum illinc, cum, sine propria tua contumacia, potuisses, Venerabilis Frater, – sicut te optare affirmavisti in novissima epistula tua – adiuvare Nos per fidelitatem tuam et sub Nostra auctoritate ad Ecclesiae progressionem efficiendam.

Proinde, Venerabilis Frater, nulla interposita mora, animo intentissimo vereque religioso sollemnem hanc obtestationem humilis quidem, sed legitimi Petri Successoris excepturus considera. Gravitatem huius temporis et occasionis diligenter ponderans, illud solum consilium capias, quod fidelem Ecclesiae filium decet. Haec est Nostra quidem spes, haec Nostra precatio.

Ex Aedibus Vaticanis, die XI mensis Octobris, anno MCMLXXVI, Pontificatus Nostri quarto decimo. - PAULUS PP. VI.

* **L'Osservatore romano**, 2 dic. 1976. Vide supra documenta relata sub diebus: 15 apr. 1975 (LE n. 4373); 6 mail 1975 (LE n. 4380); 31 mail 1975 (LE n. 4385); 29 lunii 1975 (LE n. 4391); 8 sept. 1975 (LE n. 4399); 27 oct. 1975 (LE n. 4407). Ipse Episcopus Marcellus Lefebvre scripserat die 17 iulii 1976 Summo Pontifici Paulo VI sequentem epistulam:

Très Saint Père, Tous les accès permettant de parvenir jusqu'à Votre Sainteté m'étant interdits, que Dieu fasse que cette lettre la rejoigne pour lui exprimer nos sentiments de profonde vénération, et par la même occasion lui formuler avec une prière instante l'objet de nos désirs les plus ardents qui, hélas! semblent être à litige entre le Saint-Siège et de nombreux catholiques fidèles:

Très Saint Père, daignez manifester votre volonté de voir s'étendre le règne de Notre-Seigneur Jésus-Christ en ce monde, en restaurant le droit public de l'Eglise, en rendant à la liturgie toute sa valeur dogmatique et son expression hiérarchique, selon le rite latin romain consacré par tant de siècles d'usage, en remettant en honneur la Vulgate, en redonnant aux catéchismes leur vrai modèle, celui du Concile de Trente.

Ce faisant, Votre Sainteté restaurera le sacerdoce catholique et le règne de Notre-Seigneur Jésus-Christ sur les personnes, sur les familles et sur les societés civiles.

Elle rendra leur juste conception aux idées falsifiées devenues les idoles de l'homme moderne: la liberté, l'égalité, la fraternité, la démocratie, à l'exemple de ses prédécesseurs.

Que Votre Sainteté abandonne cette néfaste entreprise de compromission avec les idées de l'homme moderne, entreprignitaires de l'Eglise et ceux des loges maçonniques, dès avant le Concile.

Persévérer dans cette orientation, c'est poursuivre la destruction de l'Eglise. Votre Sainteté comprendra aisément que nous ne pouvons collaborer à un si funeste dessein, ce que nous ferions si nous consentions à fermer nos Séminaires.

Que l'Esprit-Saint daigne donner à Votre Sainteté les grâces du don de force, afin qu'elle manifeste par des actes non équivoques qu'elle est vraiment et authentiquement le successeur de Pierre proclamant qu'Il n'y a de salut qu'en Jésus-Christ et en són épouse mystique, la Sainte Eglise catholique et romaine.

Et que Dieu ...

Albano, le 17 juillet 1976. - Marcel Lefebvre, *Ancien Archevêque-évêque de Tulle.* (**Doc. Cath.** 73 (1976) 811-812).

Adn. G. CAPRILE in **La Civ. Catt.** 127 (1976-II) 475-491; 127 (1976-III) 449-456; 127 (1976-IV) 260-275, 468-488; 128 (1977-II) 569-578; 128 (1977-III) 150-163; 128 (1977-IV) 61-72; J. DENIS in **L'année can.** 21 (1977) 318-325; **Doc. Cath.** 72 (1975) 611-616, 739-741; 73 (1976) 34-36, 712-719, 781-791, 810-823, 884, 939-940, 1056-1064; 74 (1977) 254-255, 276, 543-546, 738-740, 792-794, 840-844; 75 (1978) 594-596, 606, 748-749; **Notit.** 12 (1976) 417-427.

4471

1976 OCT 15. - SC DOCT. FID., DECL. AAS 69 (1977) 98-116

Declaratio circa quaestionem admissionis mulierum ad sacerdotium ministeriale

PROOEMIUM:

Pars mulieribus habenda in nostri temporis societate et Ecclesia

Inter insigniores aetatis nostrae notas, Ioannes Papa XXIII, fel. rec., in Enciclicis Litteris suis *Pacem in terris*, die 11 aprilis anno 1963 datis, eam assignavit *quod ... mulieres in re publica intersunt ..., quod fortasse celerius apud populos fit christianam fidem profitentes, et tardius quidem, sed late, apud Gentes aliarum memoriarum heredes alioque vitae cultu imbutas*[1], Concilium vero Vaticanum II, in sua Constitutione pastorali, quae a verbis incipit *Gaudium et spes*, enumerans hos discriminandi modos in iuribus personae fundamentalibus, qui superandi et removendi sunt, utpote Dei proposito contrarii, congruenter primum eum enuntiat, qui a sexu petatur[2]. Aequabilitas vero personarum, quae inde oritur, ad talem hominum societatem aedificandam tendit, quae non sit plane uniformis, sed harmonice componatur et una fiat, dummodo viri ac mulieres suas ipsorum proprias dotes et dynamicam vim in eam conferant, ut nuper
99 exposuit Paulus Papa VI[3]. /

In Ecclesiae ipsius vita decursu saeculorum, ut historia testatur, fuerunt mulieres, quae summa efficacitate adlaboraverunt, opera insignia perficientes. Meminisse satis sit earum, quae magnas Familias religiosas fundaverunt, ut sancta Clara Assisiensis, sancta Teresia Abulensis, meminisse eiusdem Teresiae atque Catharinae Senensis, quae scripta posteris tradiderunt tanta doctrina spiritali referta, ut eas Paulus Papa VI albo Ecclesiae doctorum inscripserit. Neque oblivioni dandae sunt innumerabiles illae mulieres, quae seipsas Domino consecraverunt, ut caritatem exercerent vel operi missionali se devoverent, sed nec christianae illae matresfamilias, quae ad suos permagnam vim habuerunt et praecipue in filios fidem transfuderunt.

Temporibus autem nostris, multo maiora vindicantur: *Cum ... nostris diebus mulieres magis magisque partes activas habeant in tota societatis vita, magni momenti est amplior earum participatio etiam in variis campis apostolatus Ecclesiae*[4]. Haec a Concilio Vaticano iussa impulsum excitarunt, qui iam fructus suos edit: quae tamen varia experimenta maturitatem adhuc exspectant. Numerosissimae vero iam sunt hodie, ut etiam Paulus VI dixit[5], christianae illae communitates, quae apostolica navitate mulierum fruantur; quin etiam quaedam ex illis mulieribus vocantur in partem consiliorum in ambitu tam dioecesano quam paroeciali ad res pastorales investigandas institutorum. Apostolica quoque Sedes iam in quibusdam suae Curiae laboris coetibus partem mulieribus attribuit.

Porro iam ab aliquot annis, quaedam christianae communitates, ex iis quae saeculo decimo sexto vel

1. A.A.S. 55 (1963), pp. 267-268.

2. Cf. Conc. Oec. Vat. II, Const. pastoralis *Gaudium et spes*, 7 decembris 1965, n. 29: A.A.S. 58 (1966), pp. 1048-1049.

3. Cf. Paulus PP. VI, *Allocutio ad membra Commissionis a studiis de muneribus mulieris in Societate et in Ecclesia itemque ad Membra Consilii praepositi anno internationali "de muliere" celebrando*, 18 aprilis 1975: A.A.S. 67 (1975), p. 265.

4. Conc. Oec. Vat. II, Decretum *Apostolicam actuositatem*, 18 novembris 1965, n. 9: A.A.S. 58 (1966), p. 846.

5. Cf. Paulus PP. VI, *Allocutio ad membra Commissionis a studiis de muneribus mulieris in Societate et in Ecclesia itemque ad Membra Consilii praepositi anno internationali "de muliere" celebrando*, 18 aprilis 1975: A.A.S. 67 (1975), p. 266.

posterioribus temporibus ab Apostolica Sede Romana separatae sunt, mulieres admi/serunt ad pastorale mu- 100
nus non aliter ac viros: quo novo incepto moti harum communitatum sodales vel etiam aliae huiusmodi communitates postulationes et scripta, ut mulieribus latior pateat haec admissio, nunc repetunt, contradicentibus vero aliis. Huius ergo negotii oecumenicum momentum patet, de quo Ecclesia catholica suam mentem aperire debet, eo vel magis quod publicae opiniones late in variis circulis sparsae quaestionem moverunt, num etiam catholica Ecclesia suam disciplinam mutare posset, ut mulieres ad sacerdotalem ordinationem admitteret. Nonnulli immo ex catholicis theologis eandem controversiam aperte agitarunt, pervestigationes incitantes non tantum in sacris Bibliis, in Patrum scriptis, in historia ecclesiastica, sed etiam in evolvendis institutorum et morum historiis, vel in psychologicis et sociologicis scientiis. Ex quo factum est, ut pleraque argumenta, quae conferre possent ad hanc gravem quaestionem solvendam, acri iudicio expensa sint. Cum vero agatur de tali controversia, quam, saltem uti nunc se offert, traditio scholarum theologicarum vix attigerit, fieri potest, ut in ea nunc evolvenda rationes quaedam necessariae ab iis, qui argumentantur, neglegantur.

Quamobrem Sacra haec Congregatio pro Doctrina Fidei, mandatum exsequens a Beatissimo Patre acceptum eiusque subsequens verba, quae in suis die 30 Novembris anno 1975 datis litteris scripsit[6], censet nunc resumendum: Ecclesiam, qaue Domini exemplo fidelis manere intendit, auctoritatem sibi non agnoscere admittendi mulieres ad sacerdotalem ordinationem; atque aestimat oportere, pro praesentibus adiunctis, ut in luce clariore ponat hanc doctrinam, quae dolenter forsitan a quibusdam percipiatur, unde tamen oriens bonum paulatim discernetur, quippe quae conferre possit ad *respectiva* viri ac mulieris munera altius investiganda. / 101

I. *Traditio perpetuo ab Ecclesia servata*

Numquam Ecclesia catholica sensit presbyteralem vel episcopalem ordinationem mulieribus valide conferri posse. Fuerunt quidem primis saeculis nonnullae sectae haereticae, praesertim gnosticae, quae mulieribus sacerdotale ministerium committere aggressae sunt: quod statim Patres animadversum vituperaverunt, utpote quod novum atque in Ecclesia minime accipiendum iudicarent[7]. Sane in eorundem Patrum scriptis haud dissimulanda percipitur contagio praeiudicatarum opinionum circa muliebrem sexum non aequarum, quae tamen fere nihil in eorum pastoralem actuositatem et etiam minus in eorum spiritalem directionem influxerunt. At praetermissis hisce commentationibus, illius temporis ingenio afflante concitatis, aperte legitur, praecipue in monumentis iuris ecclesiastici, quae Antiochena et Aegyptiaca traditio servavit, ob eam propriam praecipue causam solos viros ad ordinem ministeriumque vere sacerdotale vocari, quia Ecclesia fideliter servare intendit exemplar illlud sacerdotalis ministerii, quod Dominus Iesus Christus voluit quodque Apostoli accurate custodierunt[8].

Idem animi iudicium aetatis mediae theologos mo-

6. Cf. A.A.S. 68 (1976), pp. 599-600; cf. *ibid.*, pp. 600-601.

7. S. Irenaeus, *Adv. haereses* 1, 13, 2: *PG* 7, 580-581; Ed. Harvey, I, 114-122; Tertullianus, *De praescript. haeretic.* 41, 5: *CCL* 1, p. 221; Firmilianus Caesarien., in S. Cypriani Epist. 75: *CSEL* 3, pp. 817-818; Origenes, *Fragmenta in 1 Cor.* 74, in *Journal of theological studies* 10 (1909), pp. 41-42; S. Epiphanius, *Panarion* 49, 2-3; 78, 23; 79, 2-4; t. 2 *GCS* 31, pp. 243-244; t. 3, *GCS* 37, pp. 473, 477-479.

8. *Didascalia Apostolorum*, c. 15, ed. R. H. Connolly, pp. 133 et 142; *Constitutiones Apostolicae*, lib. 3, c. 6, nn. 1-2; c. 9, nn. 3-4: ed. F. X. Funk, pp. 191, 201; S. Ioannes Chrysostomus, *De sacerdotio*, 2, 2: *PG* 48, 633.

http://www.obrascatolicas.com

vit[9], etsi scholastici doctores, cum fidei veritates argumentis ratione conceptis illustrare satagerent, de illa quaestione argumenta saepe hauriebant, quae hodie docti difficile accipiant, immo iure improbent. Ex eo
102 tempore usque ad nostram aetatem non iam / videtur haec quaestio mota fuisse, quia sine controversia et universaliter accepta erat consuetudo, veluti iure possessionis gaudens.

Ecclesiae ergo hac de re traditio per saecula tam firma fuit, ut magisterium numquam necesse habuerit edisserere principium, cui nulla labes inferebatur, seu legem defendere, quae nullo infitiante vigebat. At quotiescumque traditio illa, occasione data, manifestabatur, ea testimonio erat Ecclesiam in id intentam esse, ut ad exemplar sibi a Domino traditum se conformaret.

Eandem traditionem religiose custodierunt Orientales Ecclesiae, quarum unanimis hac de re consensus eo magis conspicuus est, quod de multis aliis rebus varium esse suum cuiusque ius libenter accipiant; atque etiam hodie quidquam commune habere recusant cum iis postulationibus, quibus mulierum sacerdotalis ordinatio intenditur.

II. *Quomodo Christus se gesserit*

Christus Iesus nullam mulierem inter Duodecim adscivit. Si ita se gessit, id non propterea evenit, quod sui temporis moribus cedebat, nam ipsius cum mulieribus agendi ratio modo civium suorum prorsus dissimilis erat, et ab eorum observantia ille voluntarie audacterque se removebat. Sic nempe palam cum Samaritana muliere colloquitur, ideoque mirationem ipsis discipulis movet (cf. *Io* 4, 27); legalis immunditiae mulieris, quae sanguinis fluxum patiebatur, nullam rationem habet (cf. *Mt* 9, 20-22); a peccatrice muliere in domo Simonis pharisaei se tangi patitur (cf. *Lc* 7, 37 et ss.); mulierem in adulterio deprehensam absolvens, docere intendit haud severius agendum esse in mulierum quam in virorum culpas (cf. *Io* 8, 11); a lege Moysis se distineri non dubitans, aequalia asseverat viri ac mulieris quoad vinculum matrimonii iura et officia (cf. *Mc* 10, 2-11; *Mt* 19, 3-9).

Cum vero iter faciens Iesus evangelizaret regnum Dei, sibi comites adiunxit non tantum Duodecim, sed
103 etiam mulieres, / inter quas erat *Maria, quae vocatur Magdalene, de qua daemonia septem exierant, et Ioanna uxor Chusa procuratoris Herodis, et Susanna, et aliae multae, quae ministrabant eis de facultatibus suis* (*Lc* 8,2-3).

Quamvis secundum mentis habitum Hebraeum haud magni valoris esset, teste iure Iudaico, mulieris testimonium, tamen primae Dominum a mortuis suscitatum viderunt mulieres, et ille iis officium commisit primum paschale nuntium Apostolis ipsis afferendi (cf. *Mt* 28, 7-10; *Lc* 24, 9-10; *Io* 20, 11-18), qui praepararentur, ut publici Resurrectionis testes postea fierent.

Haec vero omnia – id fatendum est – non quidem talem evidentiam afferunt, ut cuique proxime perspicua sint, quod quidem mirandum non est, siquidem quaestiones, quas movet Verbum Dei, altiores sunt quam ut responsa pateant; nam ad intellegendum tam Iesu missionis, quam Scripturae ipsius ultimum sensum, non satis est mere historicam textuum enarrationem instruere. Hac tamen in re agnoscendus est velut fascis colligatus factorum, quae in idem indicandum vergunt, magisque admirationem movent quod Iesus munus apostolicum[10] mulieribus non concredidit. Ipsa Mater eius, Filii mysterio tam arcte sociata, cuius partes eximiae in Lucae et Ioannis Evangeliis extolluntur, apostolico non est affecta ministerio. Quod Patres induxit, ut Mariam in exemplum proponerent Christi hac in re voluntatis: eandemque doctrinam, saeculo ineunte XIII, adhuc confirmavit Innocentius Pp. III, scribens: *Licet beatissima Virgo Maria dignior et excellentior fuerit Apostolis universis, non tamen illi, sed istis Dominus claves regni caelorum commisit*[11]. / 104

III. *Apostoli quomodo se gesserint*

Hunc Christi modum cum mulieribus agendi Apostolica communitas fideliter observavit. Etsi B. Maria insignem locum obtinebat inter illos paucos, qui in Cenaculum post Domini ascensionem congregabantur (cf. *Act* 1, 14), non tamen ipsa in Collegium duodecim Apostolorum est cooptata, cum de electione ageretur, cuius exitus fuit designatio Matthiae; duo enim discipuli propositi erant, de quorum nominibus Evangelia ne mentionem quidem faciunt.

Die autem Pentecostes, Spiritu Sancto repleti sunt omnes, viri ac mulieres (cf. *Act* 2, 1; 1, 14), attamen nonnisi *Petrus cum undecim levavit vocem suam*, ut nuntiaret in Iesu adimpletas esse prophetias (*Act* 2,14).

Illis vero atque Paulo, quando terminos orbis Iudaeorum transierunt, necesse fuit, ut Evangelium et vitam christianam hominibus Graeco et Romano cultu atque humanitate imbutis praedicarent, Mosaicae Legis observantias solvere, et quidem interdum cum dolore. Potuissent ergo, nisi iis persuasum esset in hoc fidem Christo servandam esse, libenter sibi proponere ut mulieribus ordinem conferrent. Apud illius aetatis Graecos plura quorundam deorum sacrificia exstabant, quae per mulieres confici solerent. Graeci enim a Iudaeorum opinationibus aberant: etsi eorum philosophi mulierem viro inferiorem esse profitebantur fiebant inter eos ad promovendam aliquo modo mulierum dignitatem concitationes, quas historiarum scriptores notatu dignas aestimant, quaeque imperatorum temporibus creverunt. Revera ex libro Actuum Apostolorum atque Epistulis beati Pauli constat mulieres quasdam cum Apostolo in Evangelio laborasse (cf. *Rom* 16, 3-12; *Phil.* 4, 3); et ille gratus singularum nomina enumerat inter salutationes, quibus Epistulas suas concludit; ad conversiones promovendas partes haud par/vas habuerunt quaedam ex illis mu- 105
lieribus, ut Priscilla, Lydia, aliaeque; prae ceteris vero Priscilla, nam *Priscilla et Aquila assumpserunt Apollo* et *diligentius exposuerunt ei viam Dei* (cf. *Act* 18, 26), Phoebe etiam, quae erat *ministra Ecclesiae quae est Cenchris* (*Rom* 16, 1). Ex his omnibus manifeste constat mores Ecclesiae Apostolorum longe a Iudaeorum moribus recessisse; attamen numquam mulieribus illis ordinationem conferre cogitaverunt.

In Pauli Epistulis, probati exegetae animadverterunt varios esse dicendi modos ab Apostolo usurpatos; scribens enim *adiutores meos* (*Rom* 16, 3; *Phil* 4,

9. S. Bonaventura, *In IV Sent.*, Dist. 25, art. 2, q. 1: ed. Quaracchi, t. 4, p. 649; Richardus de Mediavilla (Middletown), *In IV Sent.*, Dist. 25, art. 4, n. 1, ed. Venetiis 1499, f° 177r; Ioannes Duns Scotus, *In IV Sent.*, Dist. 25: *Opus Oxoniense*, ed. Vivès, t. 19, p. 140; *Reportata Parisiensia*, t. 24, pp. 369-371; Durandus a Sancto Porciano, *In IV Sent.*, Dist. 25, q. 2, ed. Venetiis 1571, f° 364v.

10. Obiciunt quidam Iesum ideo duodecim viros elegisse, ut signum allegoricum compleret, quippe qui figura significaret, hos duodecim eorum personam acturos qui duodecim tribus Israel genuerant (cf. *Mt* 19, 28; *Lc* 22, 30). At in textibus ad id allatis nil asseritur nisi Duodecim in iudicio eschatologico partem habituros. Genuina ratio, cur Duodecim electi sint, intellegitur potius ex toto illorum munere, ad quod vocati sunt (cf. *Mc* 3, 14), ut scilicet Christum in populo repraesentarent eiusque opus continuarent.

11. Innocentius PP. III, *Epist.* 11 decembris 1210 ad episcopos Palentin. et Burgen, in *Corpore Iuris, Decretal.* lib. 5, tit. 38, *De paenit.* c. 10 *Nova*: ed. A. Friedberg, t. 2, col. 886-887; cf. *Glossa in Decretal.* lib. 1, tit. 33, c. 12 *Dilecta*, v. *Iurisdictioni*. Cf. S. Thomas, *Summ. theol.*, III pars, quaest. 27, art. 5, ad 3um; Pseudo-Albertus Magnus, *Mariale*, quaest. 42: ed. Borgnet 37, 81.

2-3), nominat indistincte viros et mulieres, qui quocumque titulo eum in Evangelio adiuvant; nomen vero *Dei adiutores* (*1 Cor* 3, 9; cf. *1 Thess* 3, 2) reservat Apollo, Timotheo sibique Paulo, utpote qui directe ad apostolicum ministerium et verbi Dei praedicationem segregati sint. Mulierum tamen quamvis insigne fuisset die Resurrectionis munus, cooperatio ad id a Paulo non extensa est, ut illo publico munere sollemniter praeconium nuntiandi fungerentur, quod unius missionis apostolicae proprium est.

IV. *Quae Christus et Apostoli fecerunt, norma sunt perpetua*

Etsi hic Christi et Apostolorum modus se gerendi a tota persaecula usque ad nos firma traditione ut norma habitus est, quaestio tamen oritur, num hodie aliter se gerere Ecclesiae liceat. Sunt qui affirmative respondeant, pluribus rationibus fulti, quas pervestigare oportet.

Asseverant praesertim Iesum et Apostolos sic egisse, quia mores illius temporis regionisque necessario observabant, nec aliam causam fuisse, cur Christus ministerium neque mulieribus neque ipsi Matri suae committeret, nisi quod aliter agere prohiberent eiusdem temporis adiuncta. Nemo tamen probavit, ac reapse probari non potest, eiusmodi agendi modum solum a rationibus socialibus et cultus humani propriis esse profectum. Revera, cum Evangelia supra exami-
106 naremus, Iesum / contra conspeximus ab opinionibus suorum coaetaneorum se longe distraxisse, ea auferendo discrimina, quibus mulieres a viris separabantur. Asseverari ergo non potest Iesum opportunitatis tantum rationem habuisse, cum mulieres in apostolicum coetum non adnumeraret. Eo minus Apostoli ad hunc morem observandum societatis cultusque adiunctis coacti sunt apud Graecos, quod illi haec discrimina ignorabant.

Praeterea obiciunt, inter ea, quae Paulus de mulieribus praescribit, nonnulla esse, quae nostris temporibus caduca censeantur, atque partes aliquas eius doctrinae difficultates movere. At contra animadvertendum est fere omnia praecepta illa, ut veri simile esse videtur, ab aetatis moribus petita, ad disciplinae nonnisi minoris momenti usus spectare, cuiusmodi est obligatio facta mulieribus caput velandi (cf. *1 Cor* 11, 2-16); quae praescripta iam non urgent. Cum vero Paulus, ut *mulieres in ecclesia taceant* statuit, non permittens eas loqui (*1 Cor* 14, 34-35; cf. *1 Tim* 2, 12), haec interdictio diversae est indolis eiusque significationem exegetae illustrant, nempe apostolum mulieribus non adimere ius, quod aliunde agnoscit, in ecclesia prophetandi (cf. *1 Cor* 11, 5), sed solum prohibere, ne publicum docendi munus gerant in coetu christiano. Haec interdictio secundum Paulum cum consilio divino de creatione conectitur (cf. *1 Cor* 11, 7; *Gen* 2, 18-24), nec facile cultui moribusque adscribenda est. Praeterea in mentem revocare iuvat Paulum eum fuisse, qui in Novi Testamenti scriptis, de primi iuris virorum et mulierum aequalitate, utpote Dei filiorum in Christo (cf. *Gal* 3, 28), maxima cum firmitate diceret. Nihil denique est, cur Paulus accusetur infensorum praeiudiciorum in mulieres, quibus ex contrario eum fiduciam significasse quasque ad lavorandum secum vocasse constet.

Ad haec vero de apostolicae aetatis adiunctis obiecta addunt, qui legitimam futuram esse hiusmodi disciplinae mutationem contendunt, considerandum esse, quomodo Ecclesia sacramentorum disciplinam mo-
107 deretur. Equidem animadver/titur, nostris praecipue temporibus, quam conscia sit Ecclesia se in sacramenta, quamvis a Christo instituta, potestate quadam pollere, cuius decursu temporum usa est, ut eorum signum distinctius designaret, atque ea ministrandi conditiones determinaret; quod patet ex recentibus Summorum Pontificum Pii XII Paulique VI decretis[12]. Attamen sedulo advertendum est hanc potestatem, quamvis veram, certis finibus circumscriptam esse. De hoc monuit Pius Papa XII scribens: *Ecclesiae nulla competit potestas in substantiam Sacramentorum, id est in ea quae, testibus divinae revelationis fontibus, ipse Christus Dominus in signi Sacramenti servanda statuit*[13]. Quae iam docuit Tridentina Synodus declarans: *Hanc potestatem perpetuo in Ecclesia fuisse, ut in Sacramentorum dispensatione, salva illorum substantia, ea statueret vel mutaret, quae suscipientium utilitati seu ipsorum Sacramentorum venerationi, pro rerum, temporum et locorum varietate, magis expedire iudicaret*[14].

Praeterea haud praetermittendum est sacramentalia signa non, quasi ex pacto convenerit, selecta esse: non solum sub multiplici respectu, signa sunt reapse naturalia, utpote quae gestuum, rerumque vim significandi naturaliter inditam assumant, sed praecipue ordinantur ad annectendos illi summo, qui praecesserit, salutis eventui posterioris aetatis homines, eosque uberi sacrorum Bibliorum vi educandos et arte symbolica docendos, qualem gratiam significent atque efficiant. Sic Sacramentum Eucharistiae non est mere fraternum convivium, sed simul memoriale praesens et *actuale* denuo faciens Christi sacrificium, nec non eius ab Ecclesia facta oblatio; sic ministeriale sacerdotium non est tantum pastorale munus, sed continuationem infert eorum munerum, quae Apostolis Christus con-
credidit, / potestatumque, quae ad ea munera perti- 108
nent. Aptatio ergo ad tempora civilisque cultus formas ad id extendi nequit, ut solvatur quoad substantiam hoc sacramentale vinculum cum iis eventibus, qui christianam religionem fundaverunt, et cum Christo ipso.

His in rebus, ad extremum est Ecclesiae, per suum Magisterium pronuntiantis, decernere quaenam partes sint immutabiles, quae vero partes mutationi sint obnoxiae. Ideo Ecclesia certas mutationes haud sibi admittendas esse censet, quia conscia est se Christi modo agendi obstrictam esse: tunc multum abest, ut moveatur antiquitatis fallaci studio, sed revera Domino suo servat fidem, cuius sola luce vera ratio eius iudicii intellegi potest. Ecclesia autem sententiam suam dicit, innixa in Domini promisso nec non in Spiritus Sancti praesentia, atque eo consilio, quo luculentius annuntietur Christi mysterium maioreque sedulitate custodiantur et ostendantur integrae eius divitiae.

Ecclesiae ergo praxis vim normae habet. In eo autem quod solum viris ordinatio sacerdotalis confertur, subest traditio continua per totam Ecclesiae historiam, universalis tam in Oriente quam in Occidente, intenta ad pravos usus statim coërcendos; quae norma, exemplo Christi innixa, ideo observata est, et observatur, quia putatur conformis esse proposito Dei circa Ecclesiam suam.

V. *Ministeriale sacerdotium mysterii Christi luce contemplandum est*

Postquam haec Ecclesiae norma huiusque fundamentum in mentem revocata sunt, utile et opportunum videtur eandem normam illustrare ostendendo eius, quam theologica cogitatio dignoscit, convenientiam: quod enim nonnisi viri ad ordinationem sacerdotalem accipiendam vocati sunt, hoc arcte convenit cum Sacramenti genuina indole eiusque specifica ad

12. Pius PP. XII, Const. Apost. *Sacramentum Ordinis*, 30 novembris 1947: A.A.S. 40 (1948), pp. 5-7; Paulus PP. VI, Const. Apost. *Divinae Consortium Naturae*, 15 augusti 1971: A.A.S. 63 (1971), pp. 657-664; Const. Apost. *Sacram Unctionem*, 30 novembris 1972: A.A.S. 65 (1973), pp. 5-9.

13. Pius PP. XII, Const. Apost. *Sacramentum Ordinis*: *loc. cit.*, p. 5.

14. Sessio 21, cap. 2: Denzinger-Schönmetzer, *Enchiridion symbolorum* ..., n. 1728.

http://www.obrascatolicas.com

Christi mysterium relatione. Tunc vero non intendi-
109 tur, ut argumentum de/monstrativum afferatur, sed
ut doctrina per analogiam fidei illustretur.

Constans Ecclesiae doctrina est, quam denuo fusiusque declaravit Concilium Vaticanum II, revocavit etiam Synodus Episcoporum anno 1971 habita, iteravit denique Sacra haec Congregatio pro Doctrina Fidei in sua die 24 Iunii anno 1973 data Declaratione, Episcopum vel Presbyterum, suo quemque munere fungentem, in persona propria non agere, sed Christum repraesentare, qui per eum agit: *sacerdos vice Christi vere fungitur*, ut scripsit iam saeculo III s. Cyprianus[15]. Christum ipsum repraesentare posse, hoc Paulus proprium esse affirmavit apostolici sui muneris (cf. *2 Cor* 5, 20; *Gal* 4, 14). Quae Christi repraesentatio tunc altissimam suam repraesentationem ac peculiarem prorsus modum assequitur, cum eucharistica celebratur synaxis, fons et centrum Ecclesiae unitatis, convivium sacrificale, quo populus Dei sacrificio Christi coniungitur: sacerdos, qui solus potestatem habet id perficiendi, agit non tantum virtute, quae ei a Christo confertur, sed in persona Christi[16], huius partes sustinens, ita ut ipsam eius imaginem gerat, cum verba
110 consecrationis enuntiat[17]. /

Christianum ergo sacerdotium est sacramentalis indolis, sacerdos est signum, cuius quidem supernaturalis efficacitas ordinatione accepta obtinetur, at signum, quod percipi oportet[18], cuiusque significationem fideles facile dignoscant. Tota enim sacramentorum oeconomia in signis naturalibus fundatur, quae vim significandi habent cum hominum animo concinentem: *signa sacramentalia*, ut ait S. Thomas, *ex naturali similitudine repraesentant*[19]. Eadem autem naturalis similitudo exigitur circa personas, quae circa res: cum enim repraesentare oportet sacramentaliter Christi agendi modum in Eucharistia, non haberetur haec naturalis similitudo, quae inter Christum eiusque ministrum postulatur, nisi partes a viro agerentur: secus difficile in eodem ministro imago Christi perspiceretur; siquidem Christus ipse fuit et permanet vir.

Sine dubio totius generis humani mulierum aeque ac virorum primogenitus est Christus: unitatem peccato fractam ita reparavit, ut iam non sit Iudaeus neque Graecus, non sit servus neque liber, non masculus et femina: omnes enim unus sunt in Christo Iesu (cf. *Gal* 3, 28). Attamen Verbum incarnatum est secundum sexum virilem; quae quidem res in facto innititur, quod, nedum excellentiam quandam viri super mulierem importet, ab oeconomia salutis seiungi non potest: etenim id cum universo consilio Dei consonat – sicut a Deo est revelatum – cuius nucleus est Foederis mysterium.

Salus enim, quae hominibus a Deo offertur, seu unio cum eo, ad quam vocantur, Foedus nempe, describebatur iam in Vetere Testamento, apud Prophetas, praecipue sub figura nuptialis mysterii: populum electum fieri Dei sponsam ardenter dilectam; cuius dilectionis familiaritatem intimam traditio cum Iudaea tum christiana pervidit, quae iterum iterumque Can/- 111
tica Canticorum perlegebat; sponsum vero fidelem mansurum esse, etiam quoties sponsa amorem eius deciperet, id est quoties Israel Deo infidelis esset (cf. *Os* 1-3; *Ier* 2). *At ubi venit plenitudo temporis* (*Gal* 4, 4), Verbum, Dei Filius, ideo caro factum est, ut iniret et sanciret novum et aeternum Testamentum in sanguine suo, qui pro multis effunderetur in remissionem peccatorum: cuius mors filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum; cuius e latere transfixo Ecclesia nascitur, sicut Eva e latere Adam est nata. Tunc plenum et sempiternum efficitur hoc nuptiarum mysterium, quod nuntiaverunt atque cecinerunt scripta Veteris Testamenti: Christus est sponsus; Ecclesia est eius sponsa, quam ideo diligit, quod eam acquisivit sanguine suo, ut eam exhiberet sibi gloriosam, sanctam et immacultatam, neque ab ea iam separari potest. Argumentum nempe nuptiarum evolvitur inde ab Epistulis sancti Pauli (cf. *2 Cor* 11, 2; *Eph* 5, 22-23) usque ad beati Ioannis scripta (praecipue *Io* 3, 29; *Apoc* 19, 7 et 9); innuitur vero etiam in synopticis Evangeliis, nam *quanto tempore habent secum sponsum, non possunt ieiunare* amici eius (cf. *Mc* 2, 19); *simile factum est Regnum caelorum homini regi qui fecit nuptias filio suo* (*Mt* 22, 1-14). Sermone illo Sacrae Scripturae, symbolis intertexto, quo vir et mulier in intima sua identitate exprimuntur et attinguntur, revelatum est nobis mysterium Dei et Christi, quod ex se pervestigari non potest.

Numquam ergo praetermittendum est Christum virum esse. Ideo, ne momentum huiusmodi symbolismi neglegatur in oeconomia Revelationis, tenendum est in iis actionibus, quae ordinationis characterem postulant et in quibus repraesentatur Christus ipse, auctor Foederis, sponsus et caput Ecclesiae, suo salutis officio fungens, quod praeclarissimo modo in Eucharistia fieri contingit, partes eius – haec est enim primigenia significatio verbi "personae" – viro agendas esse. Hoc vero in viro nequaquam oritur ab aliqua excellentia, quatenus est / persona, in ordine valorum, sed solum 112
a diversitate, quae, in ordine munerum et servitii rationum, in factis innititur.

Num dici potest, cum Christus sit nunc in caelesti condicione, iam nihil interesse, utrum a viro an a muliere repraesentetur, quia *in resurrectione neque nubent neque nubentur* (*Mt* 22, 30)? Haec tamen verba non significant viri ac mulieris distinctionem in aeterna gloria aboleri, cum identitatem personae propriam determinent. Quod de Christo dicendum est sicut de nobis. Plane enim compertum est sexus diversitatem in natura humana magnum influxum exercere, utique profundiorem quam exempli causa gentium diversitates; hae enim non tam intime humanam personam afficiunt quam sexus diversitas, quae directe ordinatur cum ad personarum communionem, tum ad humanam generationem, atque in revelatione biblica ascribitur primordiali Dei voluntati: *masculum et feminam creavit eos* (*Gen* 1, 27).

Attamen, instabunt aliqui forsan dicentes sacerdotem, maxime cum liturgicis et sacramentalibus actionibus praesideat, pariter Ecclesiam repraesentare, utpote cuius nomine agat, intendens "facere id quod facit Ecclesia". Eo nempe sensu aetatis mediae theologi tradebant ministrum etiam agere "in persona Ecclesiae", id est nomine totius Ecclesiae et ad eam repraesentandam. Re quidem vera, qualiscumque est, ad fideles quod attinet, participatio actionis liturgicae, totius tamen Ecclesiae nomine reapse celebrat sacerdos, quippe qui omnium nomine oret et in missa totius Ecclesiae sacrificium offerat: Ecclesia in novo Paschate Christum Dominum per sacerdotes sub signis visibilibus immolat[20]. Cum ergo Ecclesiam quoque ipsam sacerdos repraesentet, num cogitari licet hanc congruenter cum supra descripta ratione signi a muliere posse repraesentari? Fatendum sane est sacerdotem reapse Ecclesiam repraesentare, quae est Corpus Chri-
113 sti; at hoc ideo, quia in primis Christum ipsum / repraesentat, qui est caput et pastor Ecclesiae, quibus verbis Concilium Vaticanum II utitur, accuratius enuntians et complens locutionem *in persona Christi*[21]. Hoc munere fungens, sacerdos christianae synaxi praesidet atque eucharisticum sacrificium celebrat, in quo Ecclesia tota offert ipsaque offertur[22].

Quicumque praedictis rationibus obsequi voluerit, melius intelleget, quam iustis de causis Ecclesia hoc modo se gesserit; ex iis denique controversiis, quae nostra aetate ortae sunt, utrum mulieres ordinationem recipere valeant necne, christiani incitari se sentiant, ut mysterium Ecclesiae perscrutentur, naturam et significationem episcopatus et presbyteratus pressius investigent, item genuinum insignemque discernant locum sacerdotis in baptizatorum communitate, cuius membrum quidem est, a qua tamen secernitur, quia in iis actionibus, in quibus ordinationis character requiritur, sacerdos, cum illa efficacia, quae sacramentorum est propria, imago est ac signum ipsius Christi, qui convocat, absolvit, Foederis sacrificium conficit.

VI. *Ministeriale sacerdotium Ecclesiae mysterio illustratum*

In memoriam vero opportune redigendum est quaestiones, quae oriuntur e sacramentorum theologia et praesertim e sacerdotio ministeriali, de quo nunc agitur, solvi non posse nisi Revelationis luce affulgente. In iis enim solvendis humanae scientiae, quamvis magni sit aestimanda, quam in proprio ambitu conferant, cognitio, sufficere non possunt, quippe quae
114 non / apprehendant res fidei, in quibus, quod proprie supernaturale est, istarum scientiarum competentis iudicii non sunt.

Sic advertendum est, quantum Ecclesia a ceteris societatibus differat, natura et structura sua plane singularis. In Ecclesia enim pastorale munus cum ordinis sacramento pro more conectitur; non est ergo mere regimen, quod conferri possit iis potestatis formis, quae in rebus publicis inveniuntur. Non confertur spontaneo hominum delectu, etsi quidem forte per modum electionis designatur, qui munus accipiat: nonnisi enim per Apostolorum successorum manus impositionem et orationem electio ut a Deo facta confirmatur atque Spiritus Sanctus, qui in ordinatione datur, aliquem participem reddit reginiis Christi, supremi pastoris (cf. *Act* 20, 28). Quod munus est opus servitutis et amoris: *Si diligis me, pasce oves meas* (cf. *Io* 21, 15-17).

Quapropter non patet, quomodo proponi possit mulierum ad sacerdotium accessus ob eam, quae hominibus agnoscitur, iurium aequabilitatem, quaeque etiam christianis contingit. Ad quod probandum, non-
numquam ut argumento utuntur verbis supra allatis Epistulae ad Galatas (3, 28), quibus declaratur nullam esse iam in Christo distinctionem viri et mulieris. His tamen verbis non agitur de ministeriis Ecclesiae, sed tantum asseritur omnes aequaliter vocari, ut adoptionem filiorum Dei accipiant. Praeterea ac potissimum, in ipsa ministerialis sacerdotii natura vehementer erraret, qui illud inter humana iura ascriberet, cum baptismus nemini ullum ius conferat ad publicum ministerium in Ecclesia adipiscendum. Sacerdotium enim alicui confertur, non ut ei honori sit vel commodo, sed ut Deo et Ecclesiae serviat; immo respondet vocationi peculiari et omnino gratuitae: *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos et posui vos* (*Io* 15, 16; cf. *Heb* 5, 4).

Dicunt interdum, vel in libris seu ephemeridibus passim scribunt, esse mulieres, quae in animo vocationem ad sacerdotium percipiant. Huiusmodi proclivitas, quamvis generosus et / intellectu sit facilis, ad genui- 115
nam vocationem non sufficit: haec enim redigi nequit ad meram mentis inclinationem, quae subiectiva tantum maneret. Cum enim sacerdotium peculiare ministerium sit, cuius Ecclesia officium et custodiam acceperit, pro vocatione ad illud Ecclesiae auctoritas atque fides adeo expetenda est, ut eius sit pars constitutiva, nam Christus elegit *quos voluit ipse* (*Mc* 3, 13). Rursus universalis est vocatio omnium baptizatorum ad regale sacerdotium exercendum, suam Deo offerendo vitam, atque testimonium reddendo in laudem Dei.

Mulieres, quae ministeriale sacerdotium se ambire profitentur, serviendi Christo Ecclesiaeque desiderio sane impelluntur. Nec mirum est quod, simul ac ipsae consciae fiunt olim discrimina se passas esse in civitate, ad id adducuntur, ut ipsum ministeriale sacerdotium sibi exoptent. Praetermittendum tamen non est sacerdotalem ordinem in humanae personae iuribus non contineri, sed e mysterii Christi et Ecclesiae oeconomia pendere. Presbyteri munus ambiri non potest quasi provectionem secum ferat in excelsiorem societatis dignitatem; nullus enim mere humanus sive societatis sive personae progressus ex sese capax est ad illud aditum praebendi, quippe cuius status omnino diversus sit.

Restat ergo, ut profundius meditemur inter maxima christianae professionis asserta genuinam illam baptizatorum aequabilitatem, quae ideo non est uniformitas, quia Ecclesia est corpus varietate membrorum distinctum, in quo suum cuique membro munus assignatur. Munera ergo distinguenda, non permiscenda sunt, nulli alterius in alterum exuperantiae favent, aemulationis nomen non praebent. Unum charisma melius, quod quis aemulari potest ac debet, est caritas (cf. *1 Cor* 12-13). Maiores in Regno caelorum non sunt ministri, sed sancti.

Exoptat sancta Mater Ecclesia, ut christianae mulieres sibi plene consciae fiant, quanta sit ipsarum missio: partes earum / hodie maximae sunt, ut simul et 116
instauretur atque humanior fiat societas et fideles veram Ecclesiae imaginem agnoscant.

Declarationem hanc Summus Pontifex Paulus divina Providentia PP. VI in Audientia concessa infrascripto Praefecto Sacrae Congregationis pro Doctrina Fidei, die 15 octobris a. 1976, ratam habuit, confirmavit atque evulgari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis pro Doctrina Fidei, die 15 mensis octobris 1976, in festo Sanctae Teresiae Abulensis. - Franciscus Card. SEPER, *Praefectus.* Fr. Hieronymus Hamer, O. P., Archiepiscopus tit. Loriensis, *Secretarius.*

Adn. AUCTORES VARII, **Women Priests**, New York 1977; J. L. BERNARDIN in **Doc. Cath.** 74 (1977) 175; F. CORRIGAN in **CR** 62 (1977) 474-480; J. R. DONAHUE et D. BURRELL in **America**, ann. 1977 p. 285-292; R. ETCHEGARAY in **Doc. Cath.** 74 (1977) 174; J. GALOT in

15. S. Cyprianus, *Epist.* 63, 14: *PL* 4, 397 B; ed. Hartel, t. 3, p. 713.

16. Conc. Oec. Vat. II, Const. *Sacrosanctum Concilium*, 4 decembris 1963, n. 33: *... a sacerdote, qui coetui in persona Christi praeest ...*; Const. dogmat. *Lumen gentium*, 21 novembris 1964, n. 10: *sacerdos quidem ministerialis, potestate sacra qua gaudet, populum sacerdotalem effornat ac regit, sacrificium eucharisticum in persona Christi conficit illudque nomine totius populi Deo offert ...*; n. 28: *vi sacramenti Ordinis, ad imaginem Christi, summi atque aeterni Sacerdotis ... suum munus sacrum maxime exercet in eucharistico cultu vel synaxi, qua in persona Christi agentes ...*; Decr. *Presbyterorum Ordinis*, 7 decembris 1965, n. 2: *... Presbyteri, unctione Spiritus Sancti, speciali charactere signantur et sic Christo Sacerdoti configurantur, ita ut in persona Christi Capitis agere valeant*; n. 13: *ut sacrorum ministri, praesertim in sacrificio missae, praesbyteri personam specialiter gerunt Christi ...*; cf. Synodus Episcoporum a. 1971, *De sacerdotio ministeriali*, I, 4; S. Congr. pro Doctrina Fidei, *Declaratio circa catholicam doctrinam de Ecclesia*, 24 iunii 1973, n. 6.

17. S. Thomas, *Summ. theol.*, III pars, quaest. 83, art. 1, ad 3um; *dicendum est quod* [sicut celebratio huius sacramenti est imago repraesentativa crucis ipsius: *ibid.* ad 2um], *per eandem rationem etiam sacerdos gerit imaginem Christi, in cuius persona et virtute verba pronunciat ad consecrandum.*

18. *Quia cum sacramentum sit signum in eis quae in sacramento aguntur, requiritur non solum res, sed significatio rei*, ait S. Thomas plane ad ordinationem mulierum removendam: *In IV Sent.*, dist. 25, q. 2, art. 1, quaestiuncula 1a corp.

19. S. Thomas, *In IV Sent.*, dist. 25. q. 2, art. 2, quaestiuncula 1a, ad 4um.

20. Cf. Concilium Tridentinum, sessio 22, cap. 1: *DS*, n. 1741.

21. Conc. Oec. Vat. II. Const. dogmat. *Lumen gentium*, n. 28: *Munus Christi Pastoris et Capitis pro sua parte ... exercentes*; Decret. *Presbyterorum Ordinis*, n. 2: *ita ut in persona Christi Capitis agere valeant ...*; n. 6: *munus Christi Capitis et Pastoris.* - Cf. Pius PP. XII, Litt. Enc. *Mediator Dei*: *altaris administer personam Christi utpote Capitis gerit, membrorum omnium nomine offerentis*: A.A.S. 39 (1947), p. 556; - Synodus Episcoporum a. 1971, *De sacerdotio ministeriali*, I, 4: *Christum, Caput communitatis, praesentem reddit ...*

22. Paulus PP. VI, Litt. Enc. *Mysterium fidei*, 3 septembris 1965: A.A.S. 57 (1965), p. 761.

http://www.obrascatolicas.com

Seminarium 30 (1978) 98-116; A. GUINDON in **Eglise et théologie**, 1978 p. 1-8, 103-168; J. HAMER in **Doc. Cath.** 74 (1977) 347; C. HOWARD in **Ecum. Rev.** 29 (1977) 234-253; T. I. JIMENEZ in **REDC** 31 (1975) 429-444; J. A. KING in **Theology** 76 (1975) 142-172; L. LIGIER in **L'Osservatore romano**, 25 genn. 1978; R. METZ in **Studia can.** 12 (1978) 125-144; J. P. MICHAUD in **Eglise et théologie**, 1978 p. 37-50; A. PEELMAN in **Eglise et théologie**, 1978 p. 169-207; N. PROVENCHER in **Eglise et théologie**, 1978 p. 209-221; J. A. RANGE in **The Jurist** 34 (1974) 112-127; A. ROLLA in **Asprenas** 24 (1977) 67-96; I. SCARAMUCCI in **Vita cons.** 14 (1978) 98-102; L. VASQUEZ in **The Jurist** 34 (1974) 128-142; W. VOGELS in **Eglise et théologie**, 1978 p. 9-35; M. ZALBA in **Estudios eclesiásticos** 53 (1978) 93-102; **Apoll** 50 (1977) 5-10; **L'Osservatore romano**, 28 genn. 1977 p. 3-4; **ME** 101 (1976) 379-398; **Salesianum** 39 (1977) 384; **Theol. Digest** 25 (1977) 5-10.

4472

1976 OCT 23. - PAULUS VI, MOT. PR. AAS 68 (1976) 694-696

De Abbatiarum nullius dioeceseos innovatione

PAULUS PP. VI

Catholica Ecclesia, quae "una cum tota humanitate incedit eandemque cum mundo sortem terrenam experitur, ac tamquam fermentum et veluti anima societatis humanae in Christo renovandae et in familiam Dei transformandae exsistit" (1), eo valentius officium suum hominibus praestabit quo sollicitius compages suas, attenta quoque populorum progressione, restaurabit.

Qua de re, cum Sancta Oecumenica Synodus Vaticana II exoptet, ut monachi – servata indole propriae institutionis – antiquas beneficas traditiones renovent easque hodiernis animarum necessitatibus accommodent, atque "religiones quae ex regula vel instituto vitam apostolicam intime consociant officio chorali observantiisque monasticis" (2) rationem vivendi cum apostolatus sibi convenientis exigentiis componant, cumque oporteat, ut dioeceses, ad proprium finem consequendum, Ecclesiae naturam in populo Dei ad se pertinente perspicue manifestet (3), spes rerum in posterum longe meliorum tunc firmior multo consistet si fideliter servetur atque magis in dies eluceat in suo germano spiritu venerabile vitae monasticae institutum.

Haec sane commutatio non imminuit auctoritatem et "praeclara merita longo saeculorum cursu in Ecclesia et in humana consortione" (4) acquisita a canonicalibus institutis, quae inde a Sanctorum Patrum temporibus floruerunt atque a
695 monasticis institutis, illorum praesertim / quae a Benedicto auctore nomen unaque cum sanctissimis legibus miram in hominum utilitatem agendi perpetiendique vim mutuaverunt. Siquidem, cum Romanum imperium corrueret et in eius provincias turmatim barbari confluerent cumque ipsa Roma "dissoluta moenia, eversas domos, destructas ecclesias turbine" (5) ostenderet, religiosi viri cruce, libro, aratro indociles silvestresque gentes mansuefecerunt atque catholicae Ecclesiae validissimo fuerunt propugnaculo et vallo.

Cum igitur "monachorum praecipuum officium sit divinae Maiestati humile simul ac nobile servitium praestare intra saepta monasterii, sive in umbratili vita integre se divino cultui dedicent, sive aliqua apostolatus vel christianae caritatis opera legitime assumpserint" (6), opportunum visum est nonnullas canonicas normas, quibus Abbatiae nullius dioeceseos moderantur, retractare.

Itaque, Dicasteriis Romanae Curiae quorum interest auditis eorumque sententiis mature perpensis, certa scientia atque suprema et apostolica Nostra auctoritate, has quae sequuntur normas de Abbatiis nullius dioeceseos edere statuimus, simul abrogantes praescripta vigentia iisdem normis quomodocumque contraria.

1. Abbatiae nullius dioeceseos (7) in posterum ne erigantur, nisi peculiarissima adiuncta in bonum animarum cedentia aliter suadeant.

1. Conc. Oecum. Vat. II, Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes*, n. 40: A.A.S. 58 (1966), p. 1058.
2. Conc. Oecum. Vat. II, Decr. de accomm. renov. vitae religiosae *Perfectae caritatis*, n. 9: A.A.S. 58 (1966), p. 706.
3. Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia *Christus Dominus*, n. 22: A.A.S. 58 (1966), p. 683.
4. Conc. Oecum. Vat. II, Decr. de accomm. renov. vitae religiosae *Perfectae caritatis*, n. 9: A.A.S. 58 (1966), p. 706.
5. S. Gregorius M., *Dialogorum*, l. II, 15: *PL* 66, 162.
6. Conc. Oecum. Vat. II, Decr. de accomm. renov. vitae religiosae *Perfectae caritatis*, n. 9: A.A.S. 58 (1966), p. 706.
7. Cfr. can. 319 § 1 C. I. C.

Dopo la seconda ammonizione, trascorso un periodo di tempo da determinarsi con il criterio sopra esposto, qualora la suora persista nel suo comportamento irregolare, la Superiora Generale, sottoposta tutta la documentazione del caso al giudizio del Consiglio Generale ed avutone il voto deliberativo, espresso segretamente, deciderà circa la incorreggibilità della religiosa ed inoltrerà alla Sacra Congregazione la richiesta di dimissione.

La Superiora notificherà tempestivamente alla religiosa quanto il Consiglio generale avrà deciso nei suoi confronti e la informerà inoltre del suo diritto di difendersi, volendo, anche direttamente presso la Sacra Congregazione, alla quale potrà inviare un proprio esposto non oltre i dieci giorni dalla notifica.

III. Trasmissione dei documenti alla Sacra Congregazione

Tutti gli atti e documenti verranno inviati alla Sacra Congregazione per i Religiosi e gli Istituti secolari per il debito esame e la relativa decisione.

Il dossier dovrà contenere: 1) un breve *curriculum vitae* della religiosa; 2) una dichiarazione dei tentativi fatti dalle Superiore per aiutare la suora a correggere la sua condotta; 4) copia delle due ammonizioni canoniche imputanti le gravi colpe per le quali viene minacciata la dimissione, con la relativa ricevuta qualora fossero state inviate per lettera; 5) documenti comprovanti la possibilità di difesa offerta alla suora; la di lei personale difesa e la valutazione della medesima fatta dal Consiglio generale; 6) il verbale della seduta nel quale il Consiglio generale si è pronunciato sulla incorreggibilità della religiosa; 7) altri eventuali documenti di evidente pertinenza.

Qualora la religiosa non avesse posto alcun atto in sua difesa, se ne dovrà fare menzione, così come dovrà pure risultare se la suora ha rinunciato a difendersi e per quali motivi.

IV. Osservazioni particolari

Quanto precede vale anche per le religiose appartenenti a Istituti di diritto diocesano: in tal caso il decreto di dimissione verrà emanato dall'Ordinario locale.

Qualora la condotta riprovevole della suora si presentasse come fatto di pubblica notorietà, sarà opportuno rendere consapevole l'Ordinario del luogo del procedimento inoltrato per la di lei dimissione.

Ogni procedura di dimissione dovrà essere condotta con vera carità cristiana, equità e rispetto della persona umana.

Divenuto effettivo il decreto di dimissione, l'istituto non mancherà di assistere la religiosa uscente per il suo inserimento nella vita sociale, ai sensi del can. 643 § 2 e della Circolare della Sacra Congregazione per i Religiosi sul sussidio caritativo del 25 gennaio 1974.

* ISCRIS 2 (1976) 155-158. Die 16 Ianuarii 1979 eadem Sacra Congregatio pro Religiosis sensum "Normarum" exponebat in litteris Cardinali Praefecto Signaturae Apostolicae missis, quarum est tenor:

Prot. n. SpR. 461/79 Roma, 16 gennaio 1979

Signor Cardinale, con stimato Officio n. 10760/78 Var. codesto Supremo Tribunale chiedeva a questo Sacro Dicastero di voler precisare il valore legale del testo apparso nella Rivista "Informationes" 1976, pp. 83-86, relativo alla procedura da sequire nella dimissione di religiose di voti perpetui.

Con la pubblicazione di detto documento la Sacra Congregazione per i Religiosi e gli Istituti secolari non ha inteso né sospendere né modificare il diritto vigente (cann. 651-652), ma, al fine di apportare un sussidio agli istituti femminili spesso carenti di una adeguata preparazione giuridica per la soluzione di situazioni difficili che la materia presenta, ha semplicemente voluto esporre in maniera chiara e dettagliata la procedura da osservare nel caso si renda necessaria la dimissione di una religiosa di voti perpetui in un Istituto di diritto pontificio.

Nella parte relativa all'esposizione delle prove circa l'esistenza della cause gravi e della incorregibilità si è voluto equiparare, per quanto possibile, la procedura della dimissione delle religiose a quella vigente per i religiosi onde evitare distinzioni poco rispondenti alla sensibilità odierna.

Il testo, inoltre, è stato elaborato tenendo nel debito conto osservazioni contenute in alcune sentenze della Segnatura Apostolica e quindi in aderenza con la giurisprudenza di codesto Supremo Tribunale.

In conclusione, le norme suddette, frutto di una prassi maturata da alcuni anni non modificano le disposizioni vigenti e per questo motivo non si è fatto ricorso a nessuna delle formalità richieste a tale fine.

Profitto volentieri della circostanza per professarmi con sensi di profonda venerazione dell'Eminenza Vostra Reverendissima devotissimo nel Signore. - A. Mayer, *Segretario*. Basil Heiser, O. F. M. Conv., *Sottosegretario*. (Communicationes 11 (1979) 14-15).

Adn. in Vida rel. 43 (1977) 165-167; P. TOCANEL in Apoll 52 (1979) 362-374.

http://www.obrascatolicas.com

ANNUS 1977

4485

1977 IAN 6.- PAULUS VI, CONST. AP. AAS 69 (1977) 5-18

Vicariatus Urbis nova ratione ordinatur

PAULUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei - Ad perpetuam rei memoriam

Vicariae potestatis in Urbe exsecutionem cum in ipsa pastorali curatione Dioecesis Romanae magis accommodari oporteret ad directorias normas a Concilio Vaticano Secundo prolatas pleniusque simul aequari cum veris necessitatibus hominum istius aetatis, suasum est ut convenienter recognosceretur administrandi Vicariatus rationes et regulae, quas adhuc legitime quidem regebat Apostolica Constitutio *Etsi Nos* Sancti Pii Decimi edita primo die mensis Ianuarii anno MCMXII (1).

Porro si illius compago satis faciet propositis suis ac finibus praestitutis, si officia singulorum utiliter dividentur, si apostolatus scienter dispositus explebitur a ministris peritis – tunc sine dubio salutariter provehetur tota pastoralis navitas pro Urbe Aeterna, *quae videlicet curis commendatur Romani Pontificis, Successoris Beati Petri in ipsa huius Urbis sede, atque, ut talis, supremi Pastoris et visibilis capitis Ecclesiae* (2).

6 Etenim hic ab Apostolis Petro et Paulo condita atque erecta illa Ecclesia est, *quacum ob po(ten)tiorem principalitatem, necesse est omnem convenire Ecclesiam, hoc est eos qui sunt undique fideles, in qua semper ab his qui sunt undique, conservata est ea quae est ab Apostolis traditio* (3). Ad ipsam praeterea spectant ceterae Ecclesiae velut ad unam *quae caritati praesidet* (4).

Sed eadem illa dignitas ac praestantia officium quoque necessarium secum fert salubriter praemonstrandi exemplum christianae vitae toti Ecclesiae Christi, quae vivit et agit in variis communitatibus christianis, Ecclesiis scilicet particularibus, per omnem terrarum orbem dispersis (5).

Atqui hoc accommodationis opus rationem insuper ducit multiplicis nec non implicatae condicionis istius Urbis, in qua Clerus et Populus Romanus, cum Pastore suo coniuncti, testimonium fidei vivendo exhibent.

Ad Romanam enim Ecclesiam proprio nomine pertinent Collegii Cardinalium sodales quibus, ad normam iuris, munus est Romanum Pontificem eligendi (6). Hic insuper collocata sunt Curiae Romanae ministeria, quibus utimur ad exsequenda universalia munera Nostra (7).

Praeterea inveniuntur hic sedes gubernationis plurimorum Ordinum et Congregationum religiosarum, tum etiam praestantiora instituta litterarum ac studiorum Ecclesiae nec non principalia officia societatum catholicarum, quae in pluribus nationibus operantur.

7 Roma pariter sedes Primatis Italiae est atque sedes Confe-/rentiae Episcopalis eiusdem nationis, sicut et variorum eius institutorum apostolicorum.

1. A.A.S. 4 (1912), pp. 5-22.
2. Cfr. Paulus Pp. VI, Const. Apost. *Romano Pontifici eligendo*: A.A.S. 67 (1975), p. 609.
3. S. Irenaeus, *Adversus haereses*, III, 3, 1: ed. W. W. Harvey II, 1857, p. 9.
4. Cfr. S. Ignatius Antiochenus, *Epistola ad Romanos*, Inscr.: *Patres Apostolici* I, ed. F. X. Funk, 1901, p. 253.
5. Cfr. Conc. Oec. Vat. II Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium*, 15: A.A.S. 57 (1965), pp. 17-18.
6. Cfr. Paulus Pp. VI, Const. Apost. *Romano Pontifici eligendo*: A.A.S. 67 (1975), pp. 609-645.
7. Cfr. Paulus Pp. VI, Const. Apost. *Regimini Ecclesiae Universae*: A.A.S. 59 (1967), 1, § 1, p. 890.

Quam ob rem Urbem Aeternam incolunt permulti sacerdotes et religiosi et laici advenae ex variis orbis partibus, quorum vita et opera – si scite componitur – ditat ac locupletat christianum consortium eiusdem civitatis multiplicibus formis et experimentis vitae spiritualis.

Similiter Roma in se ostendit omnes qualitates ac proprietates capitis urbis Status huius temporis, ubi videlicet quaestiones et difficultates totius Nationis tamquam in speculo cernuntur. Cum autem ipsa sit sedes praecipuorum ministeriorum Nationis ac domicilium cultus humani ac rei socialis et politicae, quod sane maximo momento est praeditum, suo quoque modo importat ipsis incolis et civibus propriis peculiares necessitates.

Ex altera vero parte propagatio continua et tumultuaria Urbis genuit multitudinem hominum indigentium, quibus nempe opus est diligentissima cura ipsorum necessitatum tam spiritualium quam corporalium; inter alia quidem periculum est, ne migratio in Urbem adeo multorum hominum, qui a natali suo loco sunt avulsi, fidem complurium in discrimen magnum adducat.

Partitio etiam ipsius civilis administrationis urbanae poscit, ut christiani sua in regione praesentes agant proprias partes acri cum officii conscientia.

Ac tandem aedificatio sacrarum aedium, cura hominum vocatorum ad sacerdotium variasque vitae consecratae formas, postulatio catechistarum et adiutorium laicorum in re pastorali praegravia indicant opera atque officia venturi temporis.

Ceterum singularis historia Romam constituit metam tot iter facientium qui saepius peregrinationem sacram suscipiunt, permoti memoria Apostolorum et Martyrum et Sanctorum, non autem minus ipsa praesentia Vicarii Christi. Huiusmodi nimirum viatoribus occasio singularis offertur sumendae insti/tutionis religiosae omnino peculiaris, quae eo spectat, ut 8 quasi ante oculos ponatur perennis novitas Evangelii, quod Apostoli Petrus et Paulus hic nuntiaverunt, quod illi aliique Martyres suo sanguine hic aluerunt, quod innumerabiles Sancti et Sanctae exemplo vitae suae hic testificati sunt.

PRINCIPIA DIRECTORIA

1. Ut Vicariatus – hoc est Curia dioecesana – Urbis fiat instrumentum aptum renovationis ac progressionis pastoralis Romae, quem ad modum documenta post Concilium edita de singulis curiis dioecesanis praecipiunt (8), haec principia ac monita, quae sequuntur, considerari debebunt in explendo munere ministrorum et officiorum:

§ 1. Quodlibet opus vel inceptum intra Vicariatus ambitum initum – quovis in ordine aut gradu auctoritatis – semper suapte natura pastorale est: nempe eo spectat, ut ad effectum deducatur mysterium salutis pro Ecclesia Christi quae Romae est, ac vicissim ut fideliter procuret illud debitum exemplum, quod Apostolica Sedes oportet universae Ecclesiae Catholicae singulisque hominibus per orbem exhibeat.

§ 2. Accepta quidem distinctione et propria auctoritate officiorum (9), omnes qui quovis titulo operam navant in variis ministeriis (10) quique eliguntur tum secundum pietatem et peritiam tum secundum studium et navitatem suam pastoralem, praestabunt sociam operam cum animo vere serviendi, respicientes "diaconiam" Christi, qui venit ut ministraret non ut ministraretur ei (11). / 9

8. Cfr. Sacra Congregatio pro Episcopis, *Directorium de pastorali ministerio Episcoporum*, 1973, n. 200.
9. Cfr. Pius Pp. X, Const. Apost. *Etsi Nos*, 5: A.A.S. 4 (1912), pp. 5-22.
10. Cfr. Conc. Oec. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, 26: A.A.S. 57 (1965), pp. 31-32.
11. Cfr. *Mc.* 10, 45.

§ 3. Etiamsi officia singula proprios persequuntur fines, tamen inter se conspirent oportet coniunganturque similibus rationibus, consiliis atque inceptis ut organica evadat eorum temperatio et frugifera simul actio pastoralis (12).

§ 4. Actuosa navitas officiorum confirmanda pariter est per mutuum aliquod complementum, si fieri potuerit, et etiam per opportunam illam rationem qua munera per vices geruntur. Ut igitur efficaciter sustineantur vincula cum singulis communitatibus ecclesialibus, adiutricem suam operam conferent – etiam per intervalla tantum ac secundum propriam institutionem – sacerdotes, diaconi, religiosi, religiosae, laici ex diversis rei pastoralis campis.

§ 5. Omnes autem officio se astringi noverint sedulitatem constanter servandi, se ipsos progressione quadam renovandi et sese vere inserendi in vitam actionemque pastoralem Dioecesis; quod si sacerdotes sunt, etiam curam animarum actuose participent.

NORMAE

2. Ut exinde haec ipsa principia ad effectum deducantur, normas quae subsequuntur statuimus, sancientes ita et complentes – sive partim (quatenus opus sit) derogantes – ea universa quae adhuc decreta sunt (13).

§ 1. Cardinalis Vicarius nomine et mandato Nostro obit ministerium episcopale magisterii, sanctificationis, regiminis pastoralis pro Dioecesi Romana potestate ordinaria vicaria in-
10 tra / terminos a Nobis signatos. Quapropter ille etiam iudex ordinarius est Romanae Dioecesis.

Cardinalis Vicarius non cessat ab officio vacante Apostolica Sede (14).

§ 2. Intra fines autem Dioecesis Romanae (15) suo quisque modo distinctam iurisdictionem habent tam Cardinalis Archipresbyter Basilicae Vaticanae secundum regulas antiquas nec non vigentes etiam nunc constitutiones ipsius Basilicae (16), quam Vicarius Generalis pro Urbe Vaticana (17).

§ 3. Cardinalis Vicarius adiuvatur a Vices Gerente et Episcopis Auxiliaribus a Nobis nominatis.

§ 4. Vices Gerens, qui Archiepiscopi titulum fert, exercet iurisdictionem ordinariam vicariam intra limites statutos, arcta servata coniunctione et communione cum Cardinali Vicario.

Munera etiam Cardinalis Vicarii propria exercet, eo impedito vel absente aut eius officio vacante (18).

Officium Vices Gerentis non cessat vacante Sede Apostolica.

§ 5. Episcopi Auxiliares, potestate fruentes Vicariorum Episcopalium, ministerium pastorale obeunt in certa aliqua Dioecesis regione vel etiam in fixa pastoralis actionis provincia intra fines totius Dioecesis vel etiam coniuncte simul (19) secundum Cardinalis Vicarii designationem cum facultatibus insuper quas ipse de beneplacito Nostro statuerit ad normam Litterarum Apostolicarum motu proprio editarum *Romanae*
11 *Urbis* die II mensis Februarii anni MCMLXVI, c. III, n. 5. / Eae vero facultates et munera Episcoporum Auxiliarium minime cessant, vacante officio Cardinalis Vicarii donec novus creatus Vicarius officium suum rite ineat (20).

§ 6. Vices Gerens et Episcopi Auxiliares, moderante Cardinali Vicario, efficiunt una cum eodem Cardinali Vicario Consilium Episcopale Dioecesis (21).

12. Cfr. Conc. Oec. Vat. II Decr. de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia, *Christus Dominus*, 17: A.A.S. 58 (1966), p. 681; Sacra Congregatio pro Episcopis, *Directorium de pastorali ministerio Episcoporum*, 1973, n. 200.
13. Cfr. *Prima Romana Synodus, De Curia dioecesana*, artt. 11-18; cfr. Paulus Pp. VI, Litt. Apost. motu proprio datae *Romanae Urbis*: A.A.S. 58 (1966), pp. 115-118.
14. Cfr. *Prima Romana Synodus*, art. 12; Paulus Pp. VI, Const. Apost. *Regimini Ecclesiae Universae*: A.A.S. 59 (1967), p. 889; Const. Apost. *Romano Pontifici eligendo*, 14: A.A.S. 67 (1975), p. 616.
15. Cfr. *Prima Romana Synodus*, art. 11, par. 1.
16. Cfr. *Prima Romana Synodus*, art. 11, par. 3.
17. Cfr. Pius Pp. XI, Const. Apost. *Ex Lateranensi Pacto*: A.A.S. 21 (1929), pp. 309-311.
18. Cfr. *Prima Romana Synodus*, art. 13.
19. Cfr. Paulus Pp. VI, Litt. Apost. motu proprio datae *Ecclesiae Sanctae*, I, 14. par. 2: A.A.S. 58 (1966), p. 765.
20. Cfr. Paulus Pp. VI, Litt. Apost. motu proprio datae *Romanae Urbis*, III, 1: A.A.S. 58 (1966), p. 117.
21. Quoad relationes inter Episcopos ad participandam curam pastoralem Episcopi dioecesani ascitos cfr. Conc. Oec. Vat. II Decr. de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia, *Christus Dominus*, 25: A.A.S. 58 (1966), pp. 685-686; Paulus Pp. VI, Litt. Apost. motu proprio datae *Ecclesiae Sanctae*, I, 13, par. 3: A.A.S. 58 (1966), p. 764.

§ 7. Ut recte componatur ratio pastoralis totius Dioecesis, ut res necessariae efficaciter comprobentur et ut auxilia atque consilia accipiantur utilia quidem ad apostolicum ministerium, Cardinalis Vicarius opiniones et sententias expetet etiam a reliquis consiliariis coetibus Dioecesis; qui sunt: – Consilium Presbyterale (22), – Consilium Pastorale (23).

§ 8. Similiter non omittet Cardinalis Vicarius audire etiam Consilium Parochorum Praefectorum (24); eius quidem actio componenda erit cum reliquis institutis et consiliis dioecesanis iam memoratis.

§ 9. Ratio pastoralis totius Dioecesis, de qua in § 7, tunc tantum ad effectum adducetur cum a Nobis erit examinata, definita et probata.

§ 10. Cardinalis Vicarius de opere pastorali ac vita ipsa / 12 Dioecesis ad Nos statis temporibus et, quoties necessarium visum fuerit, referat.

§ 11. Hoc in primis sollemne sit, ne quidquam grave agatur, nisi fuerit antea Nobis significatum (25).

VICARIATUS ORDINATIO

3. § 1. Vicariatus seu Curia dioecesana constat Secretaria Generali, Officiis, Tribunalibus.

§ 2. Penes Cardinalem Vicarium est moderatio superior et effectiva Vicariatus.

§ 3. Vices Gerens, secundum normas directorias Cardinalis Vicarii, apto nexu componit omnia ministeria Vicariatus, cui, ad exsecutionem quod attinet, adest Praelatus Secretarius, libenter cooperantibus Officialibus praepositis.

§ 4. Ut omnia incepta Vicariatus inter se concordent, Cardinalis Vicarius utetur opera Consilii Curiae, quod sub moderatione ipsius Cardinalis Vicarii eove absente aut impedito Vices Gerentis participant idem Vices Gerens, Episcopi Auxiliares, Praelatus Secretarius et Officiales praepositi, quorum quaestiones, de quibus agitur, intersunt.

§ 5. Curetur, ut Episcopi Auxiliares certiores reddantur audianturque praesertim circa res, ad peculiare munus suum pastorale pertinentes.

I. SECRETARIA GENERALIS

4. *Secretaria Generalis*, quam Praelatus Secretarius a Nobis nominatus moderatur, munera implet, pertinentia ad cancellariam Curiae et ad acta administrativa, ad negotia generalia / et ministrorum, ad informationem et documentationem, 13 ad servitia nexu componenda, ad generalem consultationem circa res iuridicas et ad Officia coordinanda, peculiari ratione habita permanentis formationis pastoralis Cleri, religiosorum, religiosarum et laicorum, in pastorale opus incumbentium, atque etiam formationis magistrorum et catechistarum.

Praeterea sub eius recognitione (vulgo *supervisione*) Officia administrativum seu oeconomicum, iuridicum et technicum operantur.

II. OFFICIA

5. *Officia rei pastorali provehendae* (vulgo *Centri pastorali*) expendunt necessitates religiosas Dioecesis Romanae atque proponunt incepta pastoralia ad efficaciter implendum munus episcopale docendi, sanctificandi et regendi, cuius accuratam exsecutionem promoveant.

6. *Officium evangelizationi et catechesi provehendis* (vulgo *Centro pastorale per l'evangelizzazione e la catechesi*) promovet ministerium Verbi intra communitatem christianam praecipue per praedicationem et catechesim in ipsis paroeciis et familiis, atque inter discipulos scholarum elementariarum mediarumque ordinis tum inferioris tum superioris. Sustentat et adiuvat scholas catholicas, ut apte consequantur propria cuiusque instituti proposita. Incitat oecumenismum fideique annuntiationem non christianis et non credentibus.

7. *Officium cultui et sanctificationi provehendis* (vulgo *Centro pastorale per il culto e la santificazione*) promovet aptoque nexu disponit: a) actionem liturgicam et sacramenta-

22. Cfr. Conc. Oec. Vat. II Decr. de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum Ordinis*, 7: A.A.S. 58 (1966), pp. 1001-1003; Paulus Pp. VI, Litt. Apost. motu proprio datae *Ecclesiae Sanctae*, I, 16: A.A.S. 58 (1966), pp. 766-767.
23. Cfr. Conc. Oec. Vat. II Decr. de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia, *Christus Dominus*, 27: A.A.S. 58 (1966), pp. 686-687; Paulus Pp. VI, Litt. Apost. motu proprio datae *Ecclesiae Sanctae*, I, 16: A.A.S. 58 (1966), pp. 766-767.
24. Cfr. *Prima Romana Synodus*, art. 134.
25. Cfr. Paulus Pp. VI, Const. Apost. *Regimini Ecclesiae Universae*, 136: A.A.S. 59 (1967), p. 928.

http://www.obrascatolicas.com

lem, cantum sacrum et tutelam ipsarum aedium sacrarum earumque ornatus; b) animationem et formationem hominum ad ministeria permissa riteque instituta; c) incepta permanentia spiritualitatis christianae (exercitationes spirituales, curricula domestica, peregrinationes sacras, hisque similia). /

14 8. *Officium animationi communitatis christianae et ministeriis socialibus-caritativis provehendis* (vulgo *Centro pastorale per l'animazione della comunità cristiana ed i servizi socio-caritativi*) promovet aptoque nexu disponit rem pastoralem organicam in ambitu locali (Dioecesis, praefecturarum, paroeciarum), in variis condicionibus diversisque hominum ordinibus et statibus (cfr. familiam, culturam, instrumenta communcationis socialis, itinera relaxationis causa suscepta, spectacula et tempus vacuum), in operositate sodaliciorum laicatus (Confraternitatum, consociationum hisque similium) nec non in operibus dioecesanis.

Idem officium promovet aptoque nexu disponit actionem pastoralem pro infirmis (in valetudinariis, hospitiis hisque similibus), pro senibus, mente membrisque captis, corpore impeditis iisque omnibus, quibus magis opus est adiumento et curatione, atque actuositatem institutorum quibus promotio humana est proposita et operum socialium-caritativorum.

9. *Officium pro personis physicis et iuridicis* res pertractat pertinentes ad personas et instituta sacerdotalia, ad personas et instituta vitae consecratae, ad personas et instituta laicorum.

10. *Officia administrativum, iuridicum et technicum* prospiciunt rationibus administrativis, oeconomicis iuridicis et technicis, quae postulantur ad pastoralem actionem persequendam.

Ipsis utitur "Pontificium Opus praeservandae Fidei novisque Romae templis exstruendis", quod ut institutum iuridicum propriam sibi indolem distinctam et personae (iuridicae) rationem servat, iuxta pontificium documentum, quo est constitutum (26).

11. *Ministeria auxiliaria.* Ut rite haec ministeria expleantur
15 adhiberi poterunt peculiaria Consilia studii ac Secretariatus. /

III. TRIBUNALIA

12. § 1. Apud Vicariatum Urbis duo constituta sunt distincta Tribunalia: 1) Tribunal Ordinarium Dioecesis Romanae; 2) Tribunal Regionale Latii pro causis nullitatis matrimonii.

§ 2. Haec Tribunalia pro sua quodque natura pendent ex Cardinali Vicario. Quod autem ad Tribunal Regionale Latii attinet, facultates et munera, quae Normae Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae assignant Moderatori Tribunalium Regionalium, pertinent ad ipsum Cardinalem Vicarium, illis quidem casibus exceptis de quibus haec Nostra Constitutio aliter decernit (27).

Potestatem in Tribunalia Cardinalis Vicarii propriam exercet Vices Gerens, eo impedito vel absente aut ipsius officio vacante.

13. Singula Tribunalia consistunt ex Officiali et aequo numero Vice-Officialium, ex Iudicibus, Defensoribus Vinculi, Promotoribus Iustitiae, Praeposito Cancellariae ac nonnullis Notariis. Unumquodque Tribunal habet propriam administrationem.

14. Officiales Tribunalium, Vice-Officiales, Iudices, Defensores Vinculi et Promotores Iustitiae nominantur a Summo Pontifice ad certum ac definitum tempus, proponente Cardinali Vicario pro Tribunali Dioecesano atque Conferentia Episcopali Latii pro Tribunali Regionali.

15. Quisque Officialis suam auctoritatem administrativam, disciplinarem et oeconomicam exsequitur tantummodo supra et
16 intra proprium Tribunal separatim plane ab altero Tribunali./

16. In singulis Tribunalibus vices sive "turni" iudicationis statuuntur unoquoque ineunte anno iudiciali ab ipso Cardinali Vicario per decretum generale, quod ipsum Praesidem, Ponentem et Iudicem Instructorem destinabit. Causae vero variis "turnis" committuntur secundum ordinem, quo ipsae in tabulas relatae sunt. Constitutio "turnorum" iudicationis mutari potest a solo Cardinali Vicario si unus alterve Iudex impeditur, postquam impediti solidam rationem scripto detulerunt et Officialis ipse suam dixit sententiam.

26. Cfr. Pius Pp. XI, Litt. Apost. motu proprio datae *In allocutione*: A.A.S. 22 (1930), pp. 337-340.

27. Cfr. Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal, *Normae pro Tribunalibus interdioecesanis vel regionalibus aut interregionalibus*: A.A.S. 63 (1971), pp. 486-492.

17. Secundum varia argumenta album peritorum Tribunalis editur ineunte quoque anno iudiciali a Cardinali Vicario. Ex illo vicissim albo Iudices Instructores designabunt peritos in singulis causis.

1 – *Tribunal dioecesanum Romae*

18. Regitur canonibus 1572-1593 C. I. C. Constat ex Officiali, aequo numero Iudicum, Promotore Iustitiae, Defensore Vinculi, Praeposito Cancellariae et non nullis Notariis (28).

19. § 1. Hoc Tribunal iurisdictionem habet in universis causis, quae in foro canonico dirimi possunt, exceptis causis nullitatis matrimonii.

§ 2. In eiusdem illius generis causis ipsum putari debet tribunal secundae instantiae pro dioecesibus suburbicariis ceterisque dioecesibus Latii.

§ 3. Iurisdictionem etiam habet in causis Sanctorum secundum iam provisas accommodationes ea in re (29).

§ 4. Huic praeterea Tribunali concreditur institutio causarum dispensationis super ratum et non consummatum, solu-/ 17
tionis matrimonii in favorem fidei, nec non investigatio in causis petitae dispensationis ab oneribus ex sacra ordinatione (30).

20. A Tribunali Dioecesano appellatur ad Sacram Romanam Rotam.

2 – *Tribunal Regionale Latii*

21. Secundum normas Litterarum Apostolicarum *Qua cura* motu proprio editarum, Tribunalis Regionalis Latii est tractare et definire causas nullitatis matrimonii pro Regione Latii. Illud praeterea est appellationis Tribunal pro causis nullitatis matrimonii iam decisis in primo gradu a Tribunalibus Regionalibus Neapolitano et Calaritano (31).

22. Ab hoc Tribunali appellatur ad Sacram Romanam Rotam (32).

23. § 1. Priusquam hoc Tribunal recipiat causam pro sua auctoritate "fori plerarumque probationum", obtinere illud oportebit consensionem Cardinalis Vicarii, cui explicandum erit, quae definitae probationes et quales necesse sit in Regione Latii colligantur (33).

§ 2. Ut sententiae ferantur de regulis in casibus specialibus, Cardinalis Vicarius peculiare mandatum dare poterit Officiali Tribunalis Regionalis in singulis casibus (34). / 18

NORMA TRANSITORIA

Quod ad causas attinet, quae adhuc aguntur apud Tribunal Appellationis Vicariatus Urbis, quod supprimitur, iurisdictio per vices (seu per "turnos") iudicantium prorogatur usque ad earum conclusionem.

REGULAE VICARIATUS

24. Huic Constitutioni Apostolicae accedet ordo servandus seu peculiare normarum corpus a Nobis probandum definiens terminos auctoritatis agendique rationes in Vicariatu.

Nostra haec autem statuta et praescripta nunc et in posterum firma et efficacia esse et fore volumus, non obstantibus, quatenus opus est, contrariis Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, a Nobis et Decessoribus Nostris editis, ceterisque praescriptionibus, etiam specialissima mentione dignis.

Datum Romae, apud S. Petrum, die VI mensis Ianuarii, in sollemnitate Epiphaniae Domini, anno MCMLXXVII, Pontificatus Nostri quarto decimo. - PAULUS PP. VI.

28. C. I. C., Cann. 1572-1593.

29. Cfr. Paulus VI, Litt. Apost. motu proprio datae *Sanctitas clarior*: A.A.S. 61 (1969), pp. 149-153.

30. Cfr. Sacra Congregatio pro Doctrina Fidei, *Normae ad apparandas ... causas reductionis ad statum laicalem ...*: A.A.S. 63 (1971), pp. 303-308; Sacra Congregatio de Disciplina Sacramentorum, Instructio *Dispensationis matrimonii*: A.A.S. 64 (1972), pp. 244-252.

31. Pius Pp. XI, Litt. Apost. motu proprio datae *Qua cura*, I-II: A.A.S. 30 (1938), p. 412.

32. Pius Pp. XI, Litt. Apost. motu proprio datae *Qua cura*, II: A.A.S. 30 (1938), p. 412.

33. Cfr. Paulus Pp. VI, Litt. Apost. motu proprio datae *Causas matrimoniales*, IV, par. 1, c: A.A.S. 63 (1971), p. 443.

34. Cfr. Paulus Pp. VI, Litt. Apost. motu proprio datae *Causas matrimoniales*, X-XI: A.A.S. 63 (1971), p. 445.

Adn. PAULUS VI in AAS 69 (1977) 53-56; J. M. PIÑERO in REDC 33 (1977) 428-444; J. USAI in ME 102 (1977) 3-19.

4486

1977 IAN 10.- SC pro EPISCOPIS, DECRETUM. PART.*

EUROPAE

Consilium Conferentiarum Episcopalium Europae una cum eiusdem Statutis adprobatur

Europae sacrorum Antistites, qui Concilii Oecumenici Vaticani II hortationes secuti decem abhinc annos rationes inter Conferentias episcopales diversarum Nationum opportunis et congruentibus modis provehere studuerant, nuper peculiare Consilium constituerunt, quod relationes inter easdem Conferentias ad maius bonum promovendum ac tuendum foveret.

Cum vero huiusmodi Consilii normae ad Apostolicam Sedem relatae fuerint, ut recognitionem assequerentur, Summus Pontifex Paulus Divina Providentia PP. VI, in Audientia diei 10 Ianuarii 1977, referente infrascripto Sacrae Congregationis pro Episcopis Praefecto auditoque Sacro Consilio pro Publicis Ecclesiae Negotiis, compagem quae Consilium Conferentiarum Episcopalium Europae appellatur adprobavit eiusdemque statuta, prout in annexo exemplari continentur, rata habuit et ad quinquennium, experimenti causa, recognovit.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 10 Ianuarii anno 1977. - S. Card. BAGGIO, *Praefectus*. Ernestus Civardi, *a Secretis*.

* Omnibus Europae dioecesibus et Ordinariis, Prot. N. 1321/65: **Notiziario della Conferenza episcopale italiana**, anno 1977 num. 3 p. 44.

4487

1977 IAN 14.-SC pro DOCTRINA FIDEI, EPIST. PART.*

In mentem revocantur condiciones et normae absolutionis sacramentalis impartiendae pluribus in communi fidelibus

The Sacred Congregation for the Doctrine of the Faith has asked me to share with you a commentary it has prepared on the Pastoral Norms concerning the Administration of General Sacramental Absolution of June 16, 1972, later incorpored into the general instruction of the new *Ordo Poenitentiae*. This commentary was contained in a letter dated January 14, 1977, and received at the conference on February 3rd (Prot. 274/64).

While expressing appreciation for the pastoral zeal which prompts us to reach out to "religiously inactive Catholics", the Congregation nevertheless states that "the celebration of the sacrament of penance with general absolution as the focal point of a pastoral ministry of evangelization or reconciliation does not accord with the pastoral norms". The actual commentary follows:

"1. The pastoral norms for general absolution were developed to assist pastors in confronting those existing situations in the life of the church which are attended by extraordinary circumstances. They are not intended to provide a basis for convoking large gatherings of faithful for the purpose of imparting general absolution, in the absence of such extraordinary circumstances.

"2. As the recent letter of the Congregation for the Sacraments and Divine Worship (October 29, 1976; Prot. No. 936/76) states, for the licit use of general absolution all the conditions specified in Norm III of the above-mentioned pastoral norms must be simultaneously verified. This means that the large number of penitents for whom there are insufficient confessors would be deprived of sacramental grace or holy communion for a long time and without any fault of teir own. In ordinary circumstances, the faithful would be able to provide for their proper reception of the sacrament of penance in the normal way if not during, then before or after the large gatherings mentioned.

"3. The examples explicitly mentioned in Norm III as inappropriate situations for the use of general absolution – the large crowds foreseen on the occasions of festivals and pilgrimages, when arrangements for confessions can prudently be provided for – would *a fortiori* implicitly exclude the convocation of a large crowd for the primary purpose of giving general absolution.

"4. Norm VI explicitly requires the diligent reminder that the penitent's sincere intention to bring his serious sins to individual confession within a reasonable time is a condition necessary for validity.

"5. Norm X clearly indicates that communal celebrations of the sacrament of penance must be distinct from the celebration of Mass.

"6. Norm XI explicitly calls for the penitent to have a serious intention to remove scandal, where that may be present, before receiving general sacramental absolution. Moreover, the norm also clearly states that before one receives holy communion in this case, such scandal must have been removed in accord with the personal judgment of one's individual confessor. This norm will certainly find some application in the case of divorced Catholics who have remarried outside the church".

The Congregation for the Doctrine of the Faith has asked me to remind the Ordinaries of the duty to observe the pastoral norms, and specifically recalls the text of Norm XIII:

"The granting of general sacramental absolution without observing the norms given above is to be considered a serious abuse. Let all pastors carefully prevent such abuses out of awarenesse of the moral duty enjoined upon them for the welfare of souls and for the protection of the dignity of the sacrament of penance".

In the light of this norm, the Sacred Congregation firmly states that new pastoral initiatives which go beyond the directives of the norms must not be introduced without prior consultation of and approval by the appropriate offices of the Holy See.

* Praesidi Conferentiae episcopalis Statuum Foederatorum Americae Septentrionalis, iuxta litteras ipsius Praesidis, die 8 feb. 1977 ad Ordinarios locorum in vulgata versione missas: **Origins — NC Documentary Service**, vol. 6 n. 37 p. 595-596. Adn. M. DESDOUITS in **Esprit et vie** 86 (1976) 161-166; G. LANGEVIN in **Science et esprit** 29 (1977) 241-249; vide etiam sub die 2 dec. 1973: **LE** n. 4243.

4488

1977 IAN 21.-PAULUS VI, RESCRIPTUM. PART. *

Consanguinitas in primo gradu lineae collateris, nonnullis in casibus ac datis condicionibus, dispensari potest ad matrimonium ineundum

In data 21 gennaio 1977, il S. Padre Paolo VI, in una comunicazione inviata alla S. C. per la Dottrina della Fede, per mezzo della quale gli era stata domandata per un fratello e una sorella uterini, cattolici, cresciuti separatamente nell'infanzia, da anni conviventi, "la dispensa di consaguinità in linea collaterale di primo grado, allo scopo di regolare col matrimonio religioso la loro unione e di legittimare la prole", si dichiarò competente e favorevole a concederla tenuto presente "l'interesse pastorale del caso" e ... "considerata l'opinione dei canonisti che la prassi della Chiesa di non concedere la dispensa nei casi come quello presentato non esclude che la Chiesa abbia il diritto di concederla in casi eccezionali, potendosi considerare di diritto ecclesiastico, non divino, l'impedimento in questione".

* Cardinali Praefecto S. C. pro Doctrina Fidei, iuxta summarium editum ab A. ABATE, **Il matrimonio nell'attuale legislazione canonica**, Roma-Brescia 1979, p. 114 nota 42. Adn. A. ABATE, op. et loc. cit.

4489

1977 IAN 25.-SC pro CLERICIS, RESCRIPTUM. PART.*

Facultas datur ut praeceptum audiendi sacrum in diebus festis anticipari possit sabbato seu vigiliis eorum, in omnibus Italiae Dioecesibus

PRECES - *Beatissimo Padre*, Il Presidente della Conferenza Episcopale Italiana prostrato davanti alla Santità Vostra espone:

Per voto unanime espresso in assemblea dai Vescovi Italiani, che ne hanno discusso, si è ravvisata la necessità di sistemare univocamente in tutte le diocesi italiane l'anticipazione del precetto festivo.

La facoltà, già concessa ad alcune diocesi italiane, portera grande giovamento spirituale ai fedeli, che ne avvertono il bisogno.

Pertanto l'Oratore *implora* la facoltà di estendere a tutte le diocesi italiane la grazia della anticipazione del precetto festivo al sabato o alla vigilia delle festività.

RESCR. - Sacra Congregatio pro Clericis, attentis expositis, Eminentissimo Oratori facultatem benigne tribuit iuxta preces ad quinquennium, servatis tamen praescriptis Instruc-

http://www.obrascatolicas.com

tionis Sacrae Rituum Congregationis *de Cultu Mysterii Eucharistici*, diei 25 maii 1967, sub n. 28.

Datum Romae, die 25 ianuarii 1977. – Maximino Romero, *Segretario*. F. Romita, *Sottosegretario*.

* Praesidi Conferentiae episcop. Italiae, Prot. N. 154615/I; **Notiziario della Conferenza episcopale italiana**, ann. 1977 num. 3 p. 38.

4490

1977 IAN 25.-SC pro GENTIUM EVANG., LITT. PART.*

Mens et criteria S. Congregationis pro Gentium Evangelizatione aperiuntur circa habitum religiosum in territoriis sic dictis Missionum gestandum

Roma, 25 Gennaio 1977

Eccellenza Reverendissima, Mi pregio accusare ricevimento dello stimato Rapporto n. 1008 del 10 corrente mese, con il quale l'Eccellenza Vostra Reverendissima segnalava a questo Sacro Dicastero l'energico intervento in materia di abito religioso dato dagli Ecc. mi Vescovi di Nakuro e Ngong alla riunione del 'Board' dello scolasticato dell'Associazione delle Religiose del Kenya.

Al riguardo, mentre ringrazio Vostra Eccellenza per la suddetta comunicazione, tengo ad assicurarla che Propaganda appoggia pienamente l'atteggiamento preso dai due Vescovi del suddetto paese – a nome della Conferenza Episcopale – contro gli abusi di alcune religiose estere in tale materia.

Infatti, le disposizioni della Santa Sede circa l'uso dell'abito religioso sono quanto mai chiare e perentorie. Basti ricordare a tal proposito quanto espresso nei seguenti documenti: *Perfectae caritatis* n. 17; Motu Proprio *Ecclesiae sanctae*, I, 25 d; *Evangelica testificatio* n. 22; Lettera della Sacra Congregazione per i Religiosi e gli Istituti secolari del 25 febbraio 1972 e Lettera Circolare della Sacra Congregazione per i Vescovi del 21 febbraio 1976, che Propaganda ha fatto sua ed ha inviato a tutti i Rappresentanti Pontifici con territori dipendenti.

Inoltre, è bene tenere presente che la Santa Sede non ha approvato alcuna decisione relativa all'abolizione dell'abito religioso presa dai Capitoli Generali dei diversi Istituti ed introdotta negli Atti di dette Assemblee e talvolta anche nelle Costituzioni "ad experimentum": si tratta pertanto di prese di posizione arbitrarie ed illegittime.

Infine, va ribadito che le religiose, anche se appartengono ad Istituti internazionali, devono attenersi alle diposizioni date dalla gerarchia locale e sono pertanto tenute ad apparire in pubblico con il velo e la propria divisa. Il non farlo, oltre ad essere una aperta disobbedienza ai Presuli e costituire un cattivo esempio, denota mancanza di sano criterio, nessun rispetto per i sentimenti, la sensibilità e le esigenze delle cristianità e delle stesse popolazioni locali in mezzo alle quali le religiose svolgono la loro attività.

Nel significarLe che Propaganda non ha mancato di prendere attenta visione di quanto indicato in merito ai problemi in parola nei Rapporti di codesta Rappresentanza Pontificia n. 248 del 25 luglio 1976 e n. 983 del 3 gennaio corrente, profitto volentieri della circostanza per confermarmi con sensi di distinto ossequio dell'Ecclenza Vostra Reverendissima devotissimo nel Signore. - D. S. Lourdusamy, *Segretario*. T. Scalzotto, *Sottosegretario*.

* Legatis Pontificiis in territoriis a S. C. pro Gentium evangelizatione seu de Propaganda Fide dependentibus, Prot. N. 338/77.

4491

1977 IAN 28.- SECRETARIA ST., RESCR. AAS 69 (1977) 18

Dies statuitur a quo vigere incipiet lex de nova ordinatione Vicariatus Urbis

RESCRIPTUM EX AUDIENTIA

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Pp. VI, in Audientia die 28 mensis Ianuarii anno 1977 infrascripto Cardinali a Secretis Status concessa, statuit ut Constitutio Apostolica "Vicariae potestatis in Urbe", diei 6 eiusdem mensis et anni, qua Vicariatus Urbis nova ratione ordinatus est, inde a die octava Februarii 1977 vigere incipiat ad omnes iuris effectus.

Datum ex Aedibus Vaticanis, die 28 mensis Ianuarii, anno 1977. - Ioannes Card. VILLOT, *a Secretis Status*.

4492

1977 IAN 31.- PAULUS VI, LITT. AP. AAS 69 (1977) 198

In Republica Populari Congensi Nuntiatura Apostolica constituitur

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. – Vehementi flagrantes amore erga universum Christi gregem, in quo et plures numerantur Afrorum communitates, expedire censemus ut per Nuntiaturas Apostolicas apud illos populos constitutas publica quoque amicitiae vincula ineantur inter eos et Apostolicam Sedem, ad commune quidem utriusque partis bonum provehendum. Hanc igitur ob causam Nos, re bene considerata atque perpensa, summa Nostra potestate hasce per Apostolicas Litteras de more datas Nuntiaturam Apostolicam apud Rempublicam Popularem Congensem erigimus, eidemque Nuntiaturae perinde deferimus officia et privilegia atque indulta, quae omnium huiusmodi Legationum sunt propria. Haec quidem singula edicimus, statuimus, decernentes ut Apostolicae hae Litterae Nostrae sive nunc sive in posterum vim habeant suam. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXXI mensis Ianuarii, anno MCMLXXVII, Pontificatus Nostri quarto decimo. - Ioannes Card. VILLOT, *Secretarius Status*.

4493

1977 IAN .. - SC pro SACR.-CULTU, RESPONSUM. PART.*

Responsum ad propositum dubium:

De celebratione exsequiarum pro iis, qui proprii cadaveris cremationem elegerint

In *Praenotandis* "Ordinis Exsequiarum", n. 15, dantur normae circa rituum celebrationem pro iis, qui proprii cadaveris cremationem elegerunt. Ad huiusmodi normas quod attinet, quaeritur utrum praeter ritus, qui fiunt "in ipsa aede crematorii, immo, deficiente alio loco apto, in ipsa aula crematorii", possibile sit exsequiarum celebrationem in ecclesia peragere, praesente urna cum cineribus.

RESP. Solutio problematis aliquo modo invenitur in supradicto n. 15 *Praenotandorum*, in quo sermo est tantummodo de ritibus, qui fiunt ad sacellum vel ad sepulcrum. E contextu eiusdem numeri deducitur Missam exsequialem iam celebratam esse, corpore defuncti in ecclesia praesente, antequam ad aedem crematorii deferretur, dum e contra in coemeterio vel in sacello aut in aede vel in ipsa aula crematorii peraguntur ritus, qui sepulturam comitantur.

Namque non videtur opportunum super cineres ritus celebrare, qui ad corpus defuncti venerandum ordinantur. Non agitur de crematione damnanda sed potius de veritate signi in liturgica actione servanda. Etenim cineres, qui humani corporis corruptionis exstant signum, indolem "dormitionis" in resurrectione exspectanda inepte adumbrant. Corpus insuper, non autem cineres, liturgicos accipit honores, quia baptismo sacratum templum factum est Spiritus Dei. Maxime interest veritatem signi servare ut liturgica catechesis necnon celebratio ipsa in veritate et cum fructibus fiant.

Si vero corpus defuncti in ecclesiam ad Missam exsequialem celebrandam deferri nequit, eadem Missa celebrari potest, aliis non impedientibus rationibus, etiam absente corpore defuncti, iuxta normas, quae pro celebratione praesente cadavere servandae sunt.

* **Notit.** 13 (1977) 45.

4494

1977 FEB 4.- PAULUS VI, ALLOC. AAS 79 (1977) 147-153

Allocutio ad Tribunalis Sacrae Romanae Rotae Decanum, Praelatos Auditores, Officiales et Advocatos, novo Litibus Iudicandis ineunte anno:

De modis quibus protectio iustitiae, qua subsidium pastorale informatum iustitia perfici debet a iure et a Tribunalibus Ecclesiae deque principiis et spiritu quibus informatur Codicis iuris canonici recognitio

Dilecti Filii, lucundus est Nobis conspectus vester, grata haec opportunitas agendi vobiscum, qui magni ponderis munus in Ecclesia impletis. Libenti etiam animo audivimus ea, quae venerandus Decanus vester, verbis usus egregiis, modo est locutus.

Dum ergo initium fit anni iudicialis, dum vos contuemur, qui studiosi et impigri ad commissum vobis officium iuris dicendi incumbitis, argumentum Nobis pertractandum esse videtur, quod vestra non paulum interest. Argumentum dicimus, quod, affulgente nova quasi luce Concilii Vaticani II, diligentius est considerandum quodque in Codice iuris canonici, qui nunc recognoscitur, locum obtinet: scilicet quaestio de protectione iustitiae perfectiore reddenda.

Est etiam animadvertendum idem argumentum ad aetatem hanc, qua vitam degimus, arctius referri. Non est enim qui ignoret spatium iurium hominis hodie magis magisque
148 amplificari, eo quod dignitas eiusdem / hominis in clariore lumine ponatur. Haec extensio iurium vim habet etiam ad novum Codicem iuris canonici, cuius recognitio non esse potest sola emendatio prioris, quatenus res in aptum ordinem redguntur, iis additis, quae inducenda visa sunt, atque iis omissis, quae non amplius vigent, sed instrumentum vitae Ecclesiae quam maxime accommodatum post celebratum Concilium Vaticanum II evadat oportet.

Etenim Codex iuris canonici recognoscendus eo spectat, ut illa, quae praedicta universalis Synodus modo generali proposuit, vitae iuridicae Ecclesiae applicentur; quod fit ope praescriptorum normarumque, quibus ordo ex parte inferantur atque serventur in omnibus partibus magnae illius communionis, quam Ecclesia efficit.

Concilium eo pertinet, ut tota vita eius communionis, in fide et caritate efficaciter ordinata sit et pacifica, et ut haec ipsa vita veluti subsidium evadat, quod tandem aliquando omnibus pastoribus et fidelibus reconciliationem afferat, id est pacem cum Deo, pacem inter ipsa membra communionis, pacem cum universi Christianis, quin immo cunctis cum hominibus bonae voluntatis. Ea ergo, quae Concilio sunt proposita, non licet censeri quasi seorsum dicta et cum aliis non connexa, sed veram normam constituunt, qua haec pax cum Deo, necnon pax Christi inter fideles ipsos et cum ceteris hominibus a Deo petenda, non solum vigeat, sed etiam ordo et pax communionis omni ope ad rem apta perficiantur, protegantur, serventur. Hac de causa finis Concilii non postremo quidem loco sed potius ratione quam maxime necessaria etiam vitam iuridicam postulat; immo inter subsidia pastoralia, quibus Ecclesia utitur, ut homines ad salutem perducat, est ipsa vita iuridica.

Verumtamen hae normae, quibus vita communionis ut pacificus convictus iuridice efficaci ratione ordinatur, non sunt – ut neminem latet – propter se ipsas, quasi finis earum in iisdem contineatur, sed potius instrumenta sunt, quibus bona, a Deo Ecclesiae concredita, fidelibus modo ordinario et ordinato obveniant iisdemque, ut diximus, imprimis pax cum Deo et pax inter se conferatur.

Si ergo in communione Ecclesiae hanc pacem assequimur ut opus iustitiae, hoc ipsum opus, ipsa vita iuridica Ecclesiae, huic iustitiae satis facere debet, et ipsa vita iuridica tam excelsa sit oportet, ut re vera eius ope pax Christi nobis possit impertiri.

Hinc vero consequitur ius Ecclesiae vere esse indolis spiritualis, ipsum reapse a Spiritu Christi, a Spiritu Sancto, informari oportere. Qua quidem ratione ductum, Concilium postulavit, ut ius Ecclesiae esset instrumentum eius vitae spiritualis,
149 renuens seiunctionem inter / Spiritum et ius, inter Ecclesiam *pneumaticam*, ut aiunt, et Ecclesiam indolis *institutionalis*, quemadmodum appellant; siquidem in ipso mysterio Ecclesiae continetur institutio, ac quidem hierarchica, variis gradibus distincta in Populo Dei.

Haec ergo exterior et iuridica Ecclesiae structura non solum non obest vitae eius interiori, seu spirituali, ipsique Ecclesiae, quatenus est mysterium, sed etiam praesentiae et moderamini Spiritus Sancti inservit eaque fovet et tuetur.

Hoc affirmandum esse videtur: Concilium, quasi nova impulsione ductum, extulisse donum Spiritus Sancti in baptismate datum (1), ut donum, fidelibus libertatem spiritualem tribuens, qua vitam christianam agere possint modo Christianis digno (cfr. *Rom.* 8, 21).

Sed iura fundamentalia baptizatorum non sunt efficacia neque exerceri possunt, nisi quis officia ipso baptismate cum illis conexa agnoscat, praesertim, nisi persuasum sibi habeat eadem iura in communione Ecclesiae esse exercenda; immo haec iura pertinere ad aedificationem Corporis Christi, quod est Ecclesia, ideoque eorum exercitationem ordini et paci convenire, non autem licere, ut detrimentum afferant.

In communione Ecclesiae bona spiritualia per celebrationem liturgiae et administrationem sacramentorum semper praebentur, quibus pax Christi infirmitatem humanam continenter corroborat. Communio ergo Ecclesiae, ut iam diximus, omnino praedita est structura iuridica, immo ea indiget; sed talis iuridica structura omnino peculiaris est, quia naturam sacramentalem Ecclesiae participat.

Concilium voluntatem suam extollendi naturam spiritualem iuris Ecclesiae eo potissimum confirmavit quod fundamentum et fontem sacramentalem potestatis hierarchicae in claro lumine posuit. In ipsa enim consecratione episcopali donum Spiritus Sancti confertur, qui, in Episcopis praesens, totam vitam communionis Ecclesiae per illos sustentat et alit. Profecto, in ordinatione episcopali munera pastoralia tribuuntur sanctificandi, docendi, regendi, quibus iidem, in persona Christi pontificis, magistri, pastoris agentes, instrumentum fiunt Spiritus Christi pro ipsorum ministerio in communione Ecclesiae (2).

Magisterium etiam ac regimen in communione Ecclesiae constant officiis et iuribus, quorum natura est supernaturalis-spiritualis, diversa ab omni potestate mere humana. Itaque vita Ecclesiae – quae / magna ex parte per sacerdotium hierar- 150
chicum peragitur in cunctis, quae sunt peculiaria et propria Ecclesiae – natura sua spiritualis est, salutem fidelium operatur, afferens pacem Christi, quae non potest non esse opus iustitiae, ac quidem iustitiae divinae eademque de causa dignitatis altissimae.

Pastores ergo eo contendant oportet, ut navitas sua, etiam iuridica, sit pastoralis, a Spiritu informata, necnon ut iustitiam, cui pax Christi ut finis est proposita, prae oculis habeant. "Spiritum nolite exstinguere" (*1 Thess* 5, 19), etenim "Spiritus ubi vult spirat" (*Io* 3, 8). Spiritus Sanctus munera sua pastoribus et fidelibus tribuit, ut ad Corpus Christi aedificandum operam conferant. Verum est quidem omnia probanda esse (cfr. *1 Thess* 5, 21); attamen probanda sunt, dummodo cor pateat cuivis germanae operationi Spiritus Sancti: "Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis" (*Apoc* 2, 7).

Itaque protectio iustitiae in novo Codice iuris canonici potissimum continebitur, ut illum ipsum finem Concilii ostendat, ex quo labor iuridicus – non quidem supervacaneus sed omnino necessarius in Ecclesia secundum Dei voluntatem – habeatur subsidium pastorale informatum iustitia, cuius ope tandem aliquando pax Christi praebeatur, licet interdum, propter humanam infirmitatem, quae ab Ecclesia non est aliena, norma firmiter debeat applicari. In eadem enim Ecclesia oportet "omnia ... honeste et secundum ordinem fiant" (*1 Cor* 14, 40). Quapropter non est locus *obiectioni ex conscientia*, quae oboedientiam ecclesialem dissolvat (cfr. *ibid.* 14, 37; 4, 21).

Deinde protectio iustitiae in novo Codice exhibebitur, eo quod ex huius Codicis ratione idem labor iuridicus habebitur apertius indole spirituali indutus, quoniam a natura sacramentali Ecclesiae promanat et exercetur in communione Ecclesiae, quae, multis membris constans, unitatem constituit in Spiritu Sancto, qui cunctis membris in baptismate confertur, necnon membris ex ordine hierarchico in sacramentali ordinatione tribuitur ad pascendum Populum Dei. Quocirca in novo Codice periculum vitabitur funestae illius separationis inter Spiritum et institutionem, inter theologiam et ius, quia ipsum ius et potestas pastoralis theologice intelleguntur ad pacem Christi impertiendam, quae opus est iusititiae, non humanae sed divinae.

Praeterea protectio iustitiae in novo Codice inerit, quia, ut Concilium impensius docuit, communio Ecclesiae a fidelibus et pastoribus simul constituitur, ita ut fideles, sacerdotio communi praediti et com/municationibus et consiliis cum pa- 151
storibus in bonum Ecclesiae operantes, non tantum subditi habentur, sed etiam cooperatores ordinis hierarchici, cui obsequiosum auxilium praestant in omnibus eius gradibus.

Demum protectio iustitiae in novo Codice locum obtinebit, quia vita iuridica non apparebit quasi dominans omnibus partibus vitae Ecclesiae, sed tamquam elementum magni momenti, inserviens vitae ipsius communionis, relinquens simul singulis fidelibus necessariam libertatem *responsabilem*, ut aiunt, et ad aedificandum Corpus Christi pertinentem, nisi unitas et pax totius communionis Ecclesiae postulent arctiores limites, ita ut mutuus nexus ac bonum totius communionis facilius obtineantur. Novus Codex vere ipsi Ecclesiae catholicae destinatur; quae hodie per totum mundum est diffusa. Quam ob rem varietas et bona formarum civilis cultus, in diversis partibus orbis terrarum exsistentia, plenius agnoscenda sunt et accipienda, salva unitate fidei necnon unitate communionis eiusque hierarchiae in summis principiis quoad institutiones fundamentales; quae unitas per magisterium et regimen supremi Pastoris visibiliter et viva semper est et operatur pacem Christi, quae opus est iustitiae divinae.

Iis, quae diximus, ducuntur principia, quae Codicis iuris canonici recognitionem dirigant (3). Secundum haec – de re-

2. Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 21.

3. Cfr. *Communicationes* (Pontificiae Commissionis Codici Iuris Canonici recognoscendo), 1969, 2, pp. 77-85: ibid. *Relatio circa "Principia quae Codicis Iuris Canonici recognitionem dirigant"*, pp. 86-91.

1. Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 14.

http://www.obrascatolicas.com

bus acturi sumus, quae adhuc expenduntur – in legibus eiusdem Codicis elucere debet spiritus caritatis, temperantiae, humanitatis et moderationis, quibus ab omni iure humano novus Codex distinctus sit oportet. Ut finis totius legislationis proponitur auxilium vitae spirituali fidelium afferendum, quae agenda est potius ex proprio conscientiae officio seu *Responsabilitate* quam vi praeceptorum. "Ne igitur normae canonicae officia imponant, ubi instructiones, exhortationes, suasiones aliaque subsidia, quibus communio inter fideles foveatur, ad finem Ecclesiae obtinendum sufficientia appareant; neve leges irritantes actus vel inhabilitantes personas facile Codex statuat, nisi earum obiectum magni momenti sit, et bono publico ac disciplinae ecclesiasticae vere necessarium" (4).

Praeterea eadem principia videntur requirere, ut congrua potestas *discretionis* pastoribus ac fidelibus relinquatur, quem-
152 admodum factum / esse perhibetur in Constitutione Apostolica *Paenitemini* (5). Patet vero usum potestatis spiritualis sacramentaliter collatae non ad arbitrium exerceri posse. Unicuique ergo fideli iura, quae lege naturali vel divina positiva habentur, agnoscenda sunt ideoque tuenda (6). Immo, "proclamari idcirco oportet in iure canonico principium tutelae iuridicae aequo modo applicari superioribus et subditis, ita ut quaelibet arbitrarietatis suspicio in administratione ecclesiastica penitus evanescat (7).

Verumtamen haec finalitas obtineri solummodo potest mediantibus recursibus sapienter a iure dispositis ut ius suum, quod quis ab inferiore instantia laesum reputet, in superiore restaurari efficaciter possit" (8). Admittuntur in novo Codice etiam recursus quoad actus administrativos in tribunali administrativo. Qua quidem ex parte praesumitur et requiritur moderatio, ne ea, quae defensioni iustitiae destinentur, in contrarium vertantur. Etenim defensio iustitiae non esset vere talis, si impedimentum afferret expeditae exercitationi regiminis pastoralis, quod ad ordinem et pacem communionis est prorsus necessarium. Item dicendem est iudicium seu processum esse per se quidem publicum, tamen ipsam iustitiam requirere posse, ut secreto sit agendum. Similiter recurrenti modo ordinario omnes rationes sunt manifestandae, quae contra ipsum proferuntur; sed hac etiam in re bonum pacis contrarium potest suadere (9).

Reductio poenarum ad eas, quae prorsus sint necessariae, sine dubio satis generaliter non sine ratione postulatur, ac quidem ita, ut poenae pro more sint ferendae sententiae. Sed etiam huic rei statuendi sunt limites ex consideratione vitae *realis* et quidem propter ordinem et pacem communionis (10).

Quae adhuc exposuimus, concludentes, haec possumus affirmare: protectionem iustitiae maxime ideo haberi arbitramur quod indoles spiritualis vitae Ecclesiae extollitur. Etenim eadem indoles efficit, ut etiam vita iuridica sit subsidium pastorale eiusdem Ecclesiae ad pacem continenter tribuendam et servandam. Hoc autem requirit, ut mentes pastorum et fidelium in exercitio iuris et potestatis intentione pacis impel-
153 lantur, quasi hac sint informatae. Ne optima quidem legis latio / finem suum consequi potest, nisi homines,qui eam ut normam sequuntur, eius finem amplectantur. Si ergo pax Christi est opus iustitiae, haec pax, quae est divina ideoque omnem intellectum humanum excedit, universa membra communionis ecclesialis – id probe in Domino speramus – nova semper effusione repleat, ut efficax evadat in cunctis, quae pastores et fideles agunt in vita iuridica eiusdem communionis, eaque reddat pastoralia ita ut protectio iustitiae divinae atque humanae reapse efficiantur.

Haec igitur, dilecti Filii, vobis perpendenda proponimus, quae etiam Concilii Vaticani II spiritualem ac doctrinalem ubertatem aperte demonstrant. Haec oculis vestris obversentur in mandato vobis munere exsequendo, quatenus ex illis novus quidam mentis habitus efficitur. Nos autem Christum Dominum, Principem pacis, enixe deprecamur, ut vobis lumine suo propitius adsit et sic operositas vestra iuridica in bonum totius communionis ecclesialis feliciter cedat. Haec ominati, Benedictionem Apostolicam vobis singulis universis amanti animo impertimus.

4. Ibid., pp. 79 s.
5. Ibid., p. 80.
6. Ibid., p. 82.
7. Ibid., p. 83.
8. Ibid.
9. Ibid.
10. Ibid., p. 85.

4495

1977 FEB 10.- SC pro SACR.-CULTU, DECRETUM. PART.*

Decretum quo "Thesaurus Liturgiae Horarum Monasticae" confirmatur pro Confoederatione Ordinis Sancti Benedicti

Operi Dei nihil esse praeponendum sanctus Benedictus in Regula monasteriorum ostendit; quam normam per saecula servatam noviter efflorescere pro nostrae aetatis condicione ac necessitate religiosa eius familia exoptat. Nam monachorum monialiumque communitates, publicam Ecclesiae precationem in Liturgia Horarum persolventes, non solum suam spiritualem vitam alunt, assiduum et impensum colloquium cum Deo instituendo, sed et imaginem ipsius Ecclesiae orantis exhibent quae, cum Sponso Christo in Spiritu Sancto congregata et ad Patrem conversa, eum laudat, cultum Christi salvificum offert et officium explet oratione cooperandi ad totius humanae familiae aedificationem et salutem efficiendam.

Confoederatio igitur Ordinis sancti Benedicti, principia excipiens a Concilio Oecumenico Vaticano II proposita ad Liturgiam Horarum instaurandam eamque novo vigore novaque spirituali vi donandam, ope studiorum et incoeptuum Commissionis liturgicae huic labori praepositae, Thesaurum Liturgiae Horarum sedula cura concinnavit, qui adiutorium et exemplar exstaret singulis monachorum monialiumque communitatibus ad Officium divinum, pro sua dicione, renovandum et maiore cum fructu celebrandum.

Reverendissimus autem Dominus Rembertus G. Weakland, Confoederationis Abbas Primas, litteris die 11 novembris 1976 datis, enixe rogat ut praedictus Thesaurus approbetur.

Sacra porro Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino, attentis expositis, vigore facultatum sibi a Summo Pontifice Paulo VI tributarum, textum *Thesauri Liturgiae Horarum Monasticae* lingua latina exaratum, prout invenitur in exemplari ad nos misso atque diversis partibus compositum, nempe: *Directorio* Officii Divini, *Praenotandis*, quattuor schematibus *Psalterii, Proprio Temporis, Proprio et Communi Sanctorum*, libenter confirmat.

In textu autem imprimendo mentio fiat de confirmatione ab Apostolica Sede concessa. Eiusdem insuper textus impressi duo exempla ad hanc Sacram Congregationem transmittantur.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus S.-Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino, die 10 februarii 1977, in celebratione S. Scholasticae virginis. - Iacobus R. Card. KNOX, *Praefectus*. Antonius Innocenti, Archiep. tit. Aeclanen., *a Secretis*.

* Prot. N. CD 1415/76: Notit. 13 (1977) 157-158. Adn. Vide: "Praefatio" ab Abate Primate die 1 oct. 1976 exarata, "Directorium de Opere Dei persolvendo" et "Praenotanda seu Normae directivae pro monasticae Liturgiae Horarum celebratione" apud Notit. 13 (1977) 158-191; H. ASHWORTH in Notit. 13 (1977) 192-196.

4496

1977 FEB 14.- COMM. INTERP., RESP. AAS 69 (1977) 296

Responsum ad propositum dubium:

De Ordinario loci commorationis habitualis partis conventae, cuius consensus requiritur ad competentiam determinandam in causis nullitatis matrimonii

Patres Pontificiae Commissionis Decretis Concilii Vaticani II Interpretandis, proposito in plenario coetu quod sequitur dubio, respondendum esse censuerunt ut infra:

De Ordinario loci commorationis habitualis partis conventae

D. - Utrum in territoriis ubi, pro causis matrimonialibus definiendis, vigent tantum Tribunalia Regionalia, verba *Ordinarii loci commorationis habitualis partis conventae*, de quibus in Litteris Apostolicis diei 28 martii 1971 Motu Proprio datis *Causas Matrimoniales* (IV, § 1, c), referri debeant ad Ordinarium ipsius dioecesis in qua pars conventa commorationem habitualem habet, an vero ad Episcopum qui munere fungitur Moderatoris Tribunalis Regionalis, attentis iuribus et officiis eidem competentibus ex art. 4 *Normarum* Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis diei 28 decembris 1970.

R. - *Affirmative ad primum, negative ad alterum*, seu consensum requiri Ordinarii loci in quo pars conventa commorationem habitualem habet.

Ss.mus Dominus Noster Paulus Pp. VI in Audientia die februarii 1977 infrascripto impertita supradictam decisionem ratam habuit, adprobavit et publicari iussit. - Pericles Card. FELICI, *Praeses*.

Adn. P. TOCANEL in Apoll 50 (1977) 343-345.

4497

1977 FEB 19.- PAULUS VI, ALLOC. AAS 79 (1977) 208-212

Allocutio ad eos, qui Conventui Internationali interfuerunt, in urbe Roma favente Pontificia Universitate Gregoriana habito, exeunte saeculo-ex quo Facultas Iuris Canonici eodem in Athenaeo constituta est:

De momento pastorali iuris canonici in Ecclesia

Dilecti filii, Dilatato corde vos excipimus vobisque dicimus salutem, valde laetantes quod vos, viri iuris canonici periti, in hanc almam Urbem quasi conferto agmine convenistis, ut iuris canonici Facultatem, quae in Nostra Universitate Gregoriana viget, honorare tis ob centesimum expletum annum ab eius institutione. Nec praeterire volumus eos, qui, sive docentes sive discentes – praeeunte Rectore Magnifico – una vobiscum advenerunt, ut obsequium et observantiam beati Petri successorem testarentur.

Felix ergo faustumque sit inceptum, Conventum hunc vestrum dicimus, quo huius eventus anniversarium memoriam recolatis et quo in clara luce ponere nitamini opus altioris investigationis et indefessae doctrinae, unde tot utilitates in Ecclesiam manaverunt.

Quamquam Nostrum non est singula pertractare, quae in unius saeculi historia, ad eandem Facultatem quod attinet, continentur, liceat tamen unum nomen cum laude proferre, scilicet mentionem facere Francisci Xaverii Wernz, qui ad conficiendum codicem iuris canonici plurimum contulit, cuius fuit veluti antesignanus opere suo, quod *Ius Decretalium* inscribitur.

Neque propositum est omnia argumenta attingere, a vobis agitata, quae ad aetatem nostram non levem vim habere cognoscuntur. Sed ad unam rem mentes vestras convertere volumus, quae ad iuris canonici naturam spectat, videlicet ad eius pastorale momentum.

Nosmetipsi, variis occasionibus oblatis, cum de Ecclesiae iure loqueremur, animadvertimus Concilium Vaticanum Secundum, nedum legem canonicam respueret, "illud ius ex contrario vehementer postulasse tamquam consectarium, quod necessario proficiscitur a potestate, quam Christus Ecclesiae suae commisit, ac tamquam elementum, quod pertinet ad eiusdem Ecclesiae naturam socialem ac visibilem, communitariam
209 et hierarchicam" (1). /

Hoc praeterea ius est indolis supernaturalis, cum sit Ecclesiae proprium, "quae verbo et sacramentis aedificatur" (2); scilicet ab Ecclesia elaboratum est, Spiritu Sancto auxiliante, qui eam eiusque instituta, necnon vitam et navitatem indesinenter animat.

"Quodsi – ut ante hos quattuor annos ad Sodales Tribunalis Sacrae Romanae Rotae diximus – leges canonicas in Christo Iesu, Verbo Incarnato, ut in suo fundamento innituntur ideoque signa et instrumenta sunt salutis, id totum Spiritui Sancto tribuendum est, qui iis vim et vigorem impertit. Huiusmodi ergo leges tales sint oportet, ut vitam Spiritus manifestent, ut Spiritus fructus edant, ut referant imaginem Christi. Hac de causa sunt etiam ius hierarchicum, communionis vinculum, ius missionarium, gratiae instrumentum, verum Ecclesiae ius" (3). Quam ob rem lex canonica, praeterquam quod communionis quasi quaedam visibilis ostensio est, ita ut sine iure canonico ipsa communio efficaciter operari non possit (4), est quoque efficax et vitale Ecclesiae instrumentum ad eius missionem implendam.

In hoc profecto ordine rerum ponitur consideratio de iuris canonici munere pastorali; "est enim ius suapte natura pastorale, cum sit manifestatio atque instrumentum muneris apostolici necnon elementum constitutivum Ecclesiae Verbi Incarnati" (5). Res enim pastoralis – neglecto huius vocis pravo usu vel quavis mendosa eius usurpatione – nihil aliud est quam salvificum servitium Ecclesiae, quod in salvifica Dei voluntate nititur. Deus enim huiusmodi servitium commisit Ecclesiae, in eaque id exsequitur, Spiritu Sancto agente, tamquam continuationem operis paschalis et eschatologici Christi.

Itaque Ecclesia propterea tantum exsistit, ut sit veluti sacramentum, signum videlicet efficax, quo homines cum Deo coniungantur (6). Quidquid ergo in eadem est, eo spectat, ut hunc finem assequatur, qui suprema / lex totius ordinis eccle- 210
siastici est habendus; quocirca potestates, munera et officia, in Ecclesia exercenda, evadunt servitia et munera pastoralia, nempe "habitualis et cotidiana cura ovium" (7).

Ius ergo canonicum (quod non raro ius refert divinum), quoniam normis suis instituta regit ad salutem pertinentia, rectam potestatum ordinationem disponit, gratiae subsidia admistrat, fidelium iura et officia sive inter se sive cum communitate definit ac tuetur, idcirco hac aetate iam fecundam regionem navitatis apostolicae comparat iustum scilicet ordinem socialem, ubi finis supremus non solum attingi potest sed revera attingitur.

Alias haec diximus: "Ecclesiae instituta quamquam perfici possunt, eo tendere debent, ut divinam gratiam communicent, et, secundum cuiusque donum et munus, bonum fidelium, quod est Ecclesiae finis primarius, promoveant. Qui quidem finis socialis, nempe salus animarum, ut finis supremus propositus est institutis, iuri, legibus" (8). Inde consequitur, ut "pastoralis actio vere efficax dari nequeat, quae in sapienti iuridicorum statutorum ordinatione firmum praesidium non inveniat" (9).

Verumtamen indoles pastoralis iuris canonici hac una consideratione nequaquam continetur; siquidem mediatio salvifica, Ecclesiae concredita, attendat oportet etiam ad *concretas* condiciones sociales-culturales et *spatiales*-temporales, ut aiunt, in quibus homines versantur. Ceterum autem lex suapte natura "generalia tantum respicit".

Itaque in iure canonico postulatum pastorale occurrit ac quidem per aequitatem, quae ab Hostiensi his verbis definita est, quam maxime probatis: "iustitia dulcore misericodiae temperata" (10). Etenim aequitas in iure canonico praeest normis applicandis ad casus *concretos* – oculis in animarum salutem semper intentis – atque in mansuetudinem, in misericordiam, in caritatem pastoralem mutatur, quae non rigidam legis applicationem exposcit, sed verum bonum fidelium expetit. Hic profecto est ille spiritus, quo lex canonica ducitur et qui non difficile in amplissimis facultatibus deprehenditur, quae pastoribus et iudicibus conceduntur, ipsorum discretio- 211
nis arbitrio exercendae. Quod attinet ad Codicem reco/gnoscendum, hoc principium seu haec norma directoria magni est ponderis: "In legibus Codicis Iuris Canonici elucere debet spiritus caritatis, temperantiae, humanitatis ac moderationis, quae totidem virtutes supernaturales nostras leges distinguunt a quocumque iure humano seu profano" (11).

Idem postulatum eandemque mentis inclinationem animadvertimus apud iuris canonici peritum, qui huius disciplinae aetate classica, quam vocant, fuit, Ioannem Andream dicimus, virum laicum; libet ergo eius verba afferre: "Cum ius canonicum sit quaedam explicatio iuris divini, oportet ut idem finis intendatur ab utroque. Bonum autem commune isto modo acceptum, non potest nutriri, conservari, vel promoveri per solam legalem iustitiam ... sed ultro hoc requiritur quaedam coelestis amicitia, sine qua impossibile est aliquem hominem in Deum tendere". Ita vero idem auctor concludit: "Quapropter sicut potissima virtus ad quam conatur inducere ius civile est ipsa iustitia legalis, sive civilis amicitia, ita potissima virtus ad quam conatur ius canonicum est illa coelestis amicitia, quam charitatem vocamus" (12).

1. Cfr. Alloc. ad eos habita, qui in Gregoriana studiorum Universitate "Cursui renovationis canonicae pro iudicibus aliisque tribunalium administris" interfuerunt, 14 dec. 1973: A.A.S. 66 (1974), p. 11.
2. Alloc. ad eos habita, qui in Gregoriana studiorum Universitate "Cursui renovationis canonicae pro iudicibus aliisque tribunalium administris" interfuerunt, 13 dec. 1972: A.A. S. 64 (1972), p. 781.
3. Cfr. Alloc. habita ad Auditores et Officiales Tribunalis Sacrae Romanae Rotae, 8 feb. 1973: A.A.S. 66 (1974), p. 98.
4. Alloc. ad eos habita, qui II Conventui Internationali circa Ius Canonicum interfuerunt, *L'Osservatore Romano*, 17-18 sept. 1973.
5. Cfr. Alloc. habita ad Praelatos Auditores et Officiales Tribunalis Sacrae Romanae Rotae, 8 febr. 1973: A.A.S. 65 (1973), p. 98.
6. Cfr. Const. dogm. *Lumen gentium*, 1.
7. *Ibid.*, 27.
8. Cfr. *L'Osservatore Romano*, 17-18 sept. 1975: A.A.S. 65 (1973), p. 97.
9. Alloc. ad eos habita, qui in Gregoriana studiorum Universitate "Cursui renovationis canonicae pro iudicibus aliisque tribunalium administris" interfuerunt, 14 dec. 1973: A.A.S. 66 (1974), p. 12.
10. *Summa Aurea*, Lib. V, De disp.
11. *Communicationes*, 1, 1969, p. 79.
12. In tit. de reg. iuris Commentarii (vulgo *Novella*) insignes; ed. Lugduni, 1551, f. 165 ra.

http://www.obrascatolicas.com

Attamen momentum, caritati merito tributum, quippe quae finis sit ac spiritus iuris, non eo perducere licet, ut falsa notio concipiatur, quae legum vim omnem enervet atque evertat. Primarium enim servitium pastorale, quod *diaconia iuris* appellatur, hac in re eo pertinet, ut sit verum ius. Solummodo enim si tale est, postulationibus pastoralibus, in propria sua provincia, respondet.

Ut omnes noverunt, inter spiritum et officium, inter amorem et legem interdum discrepantia exoritur – *polaritas* verbo novo vocatur – quae quandoque etiam in contentionem verti potest. Hoc ab Ecclesia, in terris peregrinante, non est alienum. Sed si id ipsum ingravescit vel – quod peius est – falsa solutio quaeritur eo quod lex aboletur quasi maior inde efficacitas pastoralis obtineatur, id ignorantiae est imputandum, quemadmodum iam praedictus Hostiensis asseveravit: "multi ... has leges, scilicet humanam et canonicam, reprobant et blasphemant, quia secundum Boëthium tot sunt hostes artis quot ignorantes" (13). Ius enim non est impedimen-
212 tum, sed adminiculum pastorale; / non occidit, sed vivificat. Praecipuum eius munus non est, ut comprimat vel obnitatur, sed ut stimulet, promoveat, protegat veraeque libertatis spatium tueatur, quemadmodum iam antiquius vir sapiens docuit: "legum omnes servi sumus ut liberi esse possimus" (14).

Dilecti filii! Haec pauca vobis ad considerandum proponimus, quibus, ut probe novimus, argumentum non omnibus partibus expenditur; quod quidem altiori investigationi patet hac aetate, quae iuris canonici studiis ferax esse videtur quippe quae labore impigro, constanti, abscondito, sed fructuoso, novus Codex apparetur.

Dum ergo vos, qui ad iuris disciplinam quasi ad specialem artem incumbitis, paterne hortamur, ut ad rem essentialem, a Nobis expositam, attendatis, quo fiat ut ipsum ius canonicum in tota sua amplitudine et ubertate perspiciatur, respectu habito servitii Ecclesiae, vobis singulis universis Benedictionem Apostolicam amanter largimur.

13. *Commentaria in quinque decretalium libros*, ed. Venetiis 1581, vol. 1, f. 110 rb, n. 7.
14. M. Tullius Cicero, *Pro Cluentio*, I.

4498

1977 FEB 28. - SC pro CLERICIS, RESCRPTUM. PART.*

Obligatio servandi sub praecepto nonnulla festa in Italia non amplius urgeri declaratur

Roma, 28 febbraio 1977

Eminenza Reverendissima, in seguito agli accordi stipulati tra la S. Sede e il Governo Italiano circa alcune Feste infrasettimanali, mi reco a premura di significare all'Eminenza Vostra Rev.ma che questa Sacra Congregazione, per superiore disposizione, concede la dispensa per l'Italia dagli obblighi inerenti al precetto Festivo per i giorni dell'Epifania, di S. Giuseppe, dell'Ascensione, del Corpus Domini e dei SS. Apostoli Pietro e Paolo, ferme restando le norme liturgiche già stabilite o da stabilirsi in materia.

Tale dispensa avrà vigore a partire dal giorno nel quale avrà gli effetti civili l'accordo tra la S. Sede e Governo Italiano.

Profitto dell'occasione per confermarmi con sensi di distinto ossequio dell'Eminenza Vostra Rev.ma aff.mo come fratello. - J. Card. WRIGHT, *Prefetto*. M. Romero, *Segretario*.

* Praesidi Conferentiae episc. Italiae, Prot. N. 154818: **Notiziario della Conferenza episcopale italiana**, ann. 1977, num. 2 p. 36. Adn. in **Notiziario** cit. p. 36-37; vide etiam sub die 10 oct. 1976: **LE** n. 4469.

4499

1977 FEB ... - SC pro SACRAM.-CULTU, RESP. PART.*

Responsa ad proposita dubia:

1 - De usu instrumentorum musicorum, quae discos phonographicos vel cistulas musicas ("musicassette") vocant in sacra Liturgia. 2 - De silentio organi in Prece eucharistica proferenda

1. *De usu instrumentorum musicorum, quae discos phonographicos vel cistulas musicas ("musicassette") vocant, ad cantum in celebratione liturgica supplendum, comitandum vel sustentandum.* Nuper (die 20 ianuarii 1977) laudativum nuntium in actis diurnis factum est alicuius "Missae pro communitatibus paroecialibus", cuius melodia cum sonis instrumentorum voces comitantium incisa est in disco phonographico et cistula musica, ad eius usum faciliorem reddendum in celebratone eucharistica ex parte illarum communitatum, quae instrumentis musicis egent. Auctoritate illius diarii attenta, qui nuntium laudativum praebet, quaeritur utrum res in liturgica celebratione sit admittenda.

RESP. Sacra liturgia cuncta innititur signis, quae ad efficacitatem suam attingendam, authentica et "vera" esse debent. Ad quod efficiendum maxime tendit liturgica instauratio eiusque ductilis aptatio.

Musica sacra necnon cantus sacer signum constituit; qua de re autheticum et verum ponendum a congregatione fidelium non ficticia sed viva et orante.

Iam Instructio *De musica sacra et sacra Liturgia* Pii Papae XII, anno 1958 edita, principium denuo statuerat: media technica diffusiva perutilia sunt ad cantus addiscendos et ad voces sustentandas in processionibus, quae fiunt sub divo; prohibentur vero in celebrationibus "in loco sacro". Ex illo tempore, normae documentorum officialium non sunt immutatae. Solummmodo in Directorio de Missa cum pueris, n. 32, verbum est de usu musicae incisae, debita cautela et prudentia adhibita.

Non fortuito recens Instructio Episcoporum Italiae de Missa cum pueris aperte dicit non esse licitum usum musicae, quae cantum solis technicis instrumentis effundit.

2. *De silentio organi in Prece eucharistica proferenda.* Hic illic usus invaluit organo comitandi recitationem Precis eucharisticae. Potestne hoc admitti?

RESP. N. 12 *Institutionis generalis Missalis romani* aperte dicit: "Natura partium 'praesidentialium' exigit ut clara et elata voce proferantur et ab omnibus cum attentione ausculentur. Proinde dum sacerdos eas profert, aliae orationes vel cantus non habeantur atque organum vel alia instrumenta musica sileant".

Norma ponitur clara, quae in dubium vocari nequit, dum incommoda revocat, quae participationem fidelium in hac parte centrali Missae haud modice impedierunt et adulteraverunt.

De cetero, notum est "subfundum" organi, ut aiunt, plerumque "sub" ducere quod emergere et dominari oporteret. Nemo illo "subfundo" homiliam sacerdotis comitaret: sed in Prece eucharistica verbum praesidis seu "Toũ proestoũ", ut locutio Iustini adhibeatur, culmen significationis attingit.

* Notit. 13 (1977) 94-95.

4500

1977 MAR 4. - SC pro RELIGIOSIS, EPISTULA. PART.*

Normae et criteria proponuntur sequenda circa habitum a religiosis gestandum

Rome, le 4 mars 1977

Excellence, J'ai reçu votre lettre du 22 février dernier, ainsi que la documentations qui l'accompagnait concernant le port de l'habit religieux; j'ai pris connaissance de l'ensemble avec grand intérêt.

1. - Une remarque préliminaire doit être faite à ce propos au sujet des *Instituts séculiers* dont il est question dans la lettre de Mgr L'Evéque d'Arecibo. En effet, comme le rapelle le décret *Perfectae caritatis* (n. 11), ceux ci ne sont pas des Instituts religieux; ils font profession des conseils évangeliques dans le monde "en gardant le caractère séculier qui leur est propre et spécifique, afin de pouvoir exercer partout et efficacement l'apostolat dans le monde et comme du sein du monde, apostolat pour lequel ils ont été créés". Cette sécularité qui est un de leurs éléments constitutionnels, se traduit concrètement dans le fait que chacun organise sa vie selon l'activité qu'il choisit. Il s'ensuit que les membres des Instituts séculiers cléricaux suivent en tout, y compris dans le vêtement, le comportement du clergé séculier; ceux des Instituts composés de laïcs adoptant le mode de vie des laïcs chrétiens, sans signe extérieur distinctif.

2. - Pour ce qui regarde les *Religieux* qui ont embrassé de manière publique la profession des Conseil évangéliques, les documents conciliaires, *Perfectae caritatis* (n. 17), reconnaissent dans le vêtement religieux un signe de consécration, conception réaffirmée de nouveau dans l'Exhortation Apostolique *Evangelica testificatio* (n. 22).

Il revient, bien entendu, aux Instituts, de régler cette question dans ses applications pratiques, tenant compte loyalement des directives de l'Eglise, et surtout dans une volonté d'exprimer ainsi une vie religieuse authentiquement vécue. Selon cette orientation, si les Chapitres généraux jouissent de la faculté d'apporter à l'habit religieux des modifications nécessitées par les exigences de temps et de lieux, il ne leur est pas permis de l'abolir, ni de laisser à chaque soeur la possibilité de prendre seule une décision sur la question.

3. - Quand les circonstances extérieures sérieuses le réclament, les supérieures compétentes peuvent autoriser certaines soeurs à revêtir des habits séculiers, après une étude objective des motivations. Il est alors de la plus haute importance que les intéressées respectent les exigences de la simplicité, de la modestie; que leur vestiaire soit limité, de prix modique, comme il convient à des pauvres. Les Supérieures aux divers niveaux, ont le devoir de rappelet aux soeurs leur responsabilité à cet égard et de veiller à prévenir des abus éventuels, source d'etonnnement et méme de scandale pour ceux qui en sont témoins.

Il faut reconnaître, en effet, que depuis plusieurs années, bien des Instituts font l'expérience des effets regrettables sur la mentalité, la vie spirituelle et religieuse des soeurs, de l'abandon du vêtement religieux, lorsque ce changement ne correspond pas vraiment à une nécessité réelle.

4. - Les Evêques peuvent exiger des religieuses travaillant dans leur diocèse, la fidélité aux normes ecclésiales et aux conditions pastorales particulières de la région, dont l'appréciation leur est réservée et ne peut être laissée à la libre détermination individuelle de tel ou tel religieux. A titre informatif, vous serez sans doute intéressé de prendre connaissance d'une lettre envoyée récemment par la Sacrée Congrégation de l'Evangélisation des Peuples sur le sujet. Une copie de cette lettre [vide supra: 25 ianuarii 1977] est jointe à la présente.

Il convient de rappeler enfin que l'habit religieux est un "signe"; comme tout signe, il n'a de valeur que si la réalité témoigne des valeurs qu'elle entend manifester: amour de préférence du Seigneur, charité fraternelle, service des frères.

Il m'est agréable des profiter de la circonstance pour me redire de Votre Excellence le tout dévoué en Notre-Seigneur. - Augustin Meyer, *Secrétaire*. Basil Heiser, O. F. M. Conv., *Sous-Secrétaire*.

* Delegato Apostolico S. Ioannis Portoricensis, Prot. N. SpR. 164/72. Adn. S. BELOSO in **CpR** 58 (1978) 270-274.

4501

1977 MAR 7. - PAULUS VI, LITT. AP. AAS 69 (1977) 256

Nuntiatura Apostolica in Papua Nuova Guinea constituitur

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. – Cum probe noverimus adsiduum inter Apostolicam Sedem et Nationes usum pacis prosperitatisque semina plurima inferre tum societati civili tum ipsi Ecclesiae, omni propterea diligentia studemus, ut haec Petri Sedes arctiora unitatis vincula cum Rebus publicis conserat. Libenti igitur animo sententiam accipiendam esse censuimus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione, quae, ad aptius efficaciusque Sanctae Ecclesiae regimini in Civitate Papua Nova Guinea consulendum, proposuit ut ibidem Nuntiatura Apostolica conderetur. Quae cum ita sint, Nos, certa scientia ac matura deliberatione, harum Litterarum Apostolicarum vi, in regione, quam diximus, Nuntiaturam Apostolicam constituimus, quae Civitatem vulgo Papuam Novam Guineam amplectetur et Insulas Salomonicas Septemtrionales, eidemque omnia et singula deferimus iura, privilegia, honores et praerogativas, quae solent huiusmodi Legationibus conferri. Decernimus praeterea, ut conditae Nuntiaturae Apostolicae sedes in urbe principe Portu Moresbiensi ponatur. Quae vero per praesentes Litteras Apostolicas statuimus, firma sint omnino nunc et in posterum, vimque suam habeant, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die VII mensis Martii, anno MCMLXXVII, Pontificatus Nostri quarto decimo. - Ioannes Card. VILLOT, *Secretarius Status*.

4502

1977 MAR 7. - PAULUS VI, LIT. AP. AAS 69 (1977) 256-257

Delegatio Apostolica in Insulis Salomoniis constituitur

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. – Quo aptius animarum utilitati in Papua Nova Guinea et Insulis Salomoniis prospiceretur, Delegationem Apostolicam, sedem in urbe metropolitana
257 Portu Moresbiensi habentem, / anno MCMLXXV provide constituimus. Cum vero eodem hoc die in Civitate Papuae Novae Guineae Nuntiatura Apstolica feliciter sit erecta, nova quaedam quoad ipsam Delegationem ordinatio suadetur. Itaque, e consulto Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, harum Litterarum vi decernimus, ut praedicta Delegatio Apostolica in posterum appelletur "in Insulis Salomoniis occidentalibus et meridianis". Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatorus, die VII mensis Martii anno MCMLXXVII, Pontificatus Nostri quarto decimo. - Ioannes Card. VILLOT, *Secretarius Status*.

4503

1977 MAR 15. - SECRET. UNIT. CHRIST., CIRC. PART.*

De statuendo die celebrationis Paschae eodem pro omnibus christianis

15 mars 1977

Dans ma lettre du 18 mai 1975 (Prot. n. 1578/75) j'ai porté à l'attention des conférences épiscopales les consultations qui, à la demande du Saint-Père, avaient eu lieu au sujet de la possibilité d'arriver à une célébration de le fête de Pâques à une date commune à tous les chrétiens, de préférence à un dimanche fixe dans l'année. En outre, je les ai informées que j'étais chargé par le Saint-Père de proposer aux Eglises orthodoxes, à l'Eglise vieille-catholique, à la Communion anglicane et aux Familles Confessionnelles Mondiales qu'à partir de 1977 la fête de Pâques soit toujours célébrée le dimanche qui suit le deuxième samedi du mois d'avril.

En même temps, le Conseil oecuménique des Eglises avait fait auprès de ses Eglises membres une enquête sur la possibilité de réaliser une telle proposition.

Je voudrais remercier les nombreuses conférences épiscopales qui nous ont transmis leurs observations et réflexions sur cette proposition dont le but était de réaliser une unité de tous les chrétiens pour la célébration à la même date de la Résurrection du Seigneur.

Les réactions des Eglises et communautés de tradition occidentale furent quasi unanimement favorables à ce projet. Néanmoins toutes ont souligné la nécessité qu'un tel changement ne soit fait qu'en consultation avec les Eglises d'Orient et avec leur accord.

Les Eglises orthodoxes ont étudié sérieusement cette proposition. Elles ont exprimé publiquement leur désir que tous les chrétiens célèbrent ensemble la fête de Pâques. Cependant, à cause de difficultés pastorales sérieuses existant dans certaines Eglises locales, elles sont convaincues que des études et des réflexions ultérieures sont pour elles encore nécessaires avant de pouvoir donner une réponse définitive. Cette étude est déjà en cours, mais il est clair qu'aucune décision ne sera possible dans un avenir immédiat. En outre il semble clair aussi que, si les Eglises et les communautés de tradition occidentale décidaient maintenant de réaliser ce projet, une telle décision ne contribuerait pas a nous approcher de notre but: la célébration à la même date par tous les chrétiens du mystère central de notre foi.

Dans ces circonstances, le Saint-Père a jugé que la situation n'est pas encore mûre pour que l'Eglise catholique romaine change sa méthode actuelle de calculer la date de Pâques et décide de réaliser dès 1978 son projet de fixer cette date à un dimanche du mois d'avril.

Cette année-ci tous les chrétiens célébreront ensemble, le même jour, la Résurrection de notre Sauveur commun. Quoiqu'il ne soit pas possible dans le proche avenir de continuer cette célébration à la même date, après les réactions reçues à notre proposition de 1975, nous sommes convaincus que le monde chrétien tout entier est determiné à arriver le plus tôt possible à une solution de ce problème.

En vous exprimant dès maintemant mes souhaits de sainte et joyeuse fête de Pâques et demandant au Ressuscité de répandre ses bénédictions sur vous-même, sur votre conférence épiscopale et sur vos fidèles, je vous prie d'agréer l'expression de mes sentiments respectueux et fraternels. - Jean Cardinal WILLEBRANDS, *Président*.

* Ad Praesides Conferentiarum episcopalium: **Notit.** 13 (1977) 201-202. Adn. G. CAPRILE in **La Civ. Catt.** 12 (1977-III) 67-70; R. HOTZ in **La Civ. Catt.** 128 (1977-IV) 268-271.

4504

1977 MAR 18. - SECRETARIA STATUS, RESP. PART.*

Disciplinam hucusque Romae vigentem circa admissionem candidatorum ad Ordines et ministeria sacra non expedit derogare

Dal Vaticano, 18 marzo 1977

Signor Cardinale, Con Foglio d'Udienza del 9 dicembre 1976, Vostra Eminenza ha sottomesso al Santo Padre la richiesta dei Rettori dei Pontifici Seminari e Collegi Ecclesiastici di

http://www.obrascatolicas.com

Roma, diretta ad ottenere la facoltà di ammettere i propri alunni tra i candidati agli Ordini Sacri e di conferire loro i Ministeri, e inoltre di dispensare gli stessi alunni dagli esami "ad Ordines" presso il Vicariato.

La suddetta richiesta è stata attentamente esaminata. Sono tuttavia in dovere di comunicarLe, per venerato incarico, che non sono stati riscontrati motivi sufficientemente validi per derogare alla disciplina vigente.

Vostra Eminenza giudicherà quale sia la via più opportuna per comunicare ai richiedenti la suddetta venerata decisione.

Con sensi di profonda venerazione mi confermo di Vostra Eminenza Reverendissima devotissimo in Domino – G. Card. VILLOT.

* Cardinali Vicario Urbis, Prot. N. 317964: **Rivista diocesana di Roma** 18 (1977) 274-275.

4505

1977 MAR 19-SC pro INSTIT. CATH., INSTR. PART.*

De Schola catholica deque eius momento, munere et quaestionibus in hodiernae Ecclesiae missione absolvenda, et huius temporis mundi necessitatibus succurrendis

PREMESSA

1. La Scuola Cattolica sta acquistando rilievo sempre più grande nella Chiesa quale emerge dal Concilio Vaticano II, principalmente nelle costituzioni *Lumen gentium* e *Gaudium et spes*. Essa si iscrive nella realtà più vasta dell'educazione cristiana trattata specificamente nella dichiarazione conciliare *Gravissimum educationis*, sulla linea della quale il presente documento intende procedere limitandosi ad approfondire la riflessione relativa alla Scuola Cattolica.

2. Prendendo atto dei gravi problemi inerenti all'educazione cristiana nella società pluralistica contemporanea, la S. Congregazione per l'Educazione Cattolica ritiene di dover prioritariamente fermare l'attenzione sulla natura e sulle note distintive di una scuola che voglia definirsi e presentarsi come "cattolica". L'eterogeneità delle situazioni in cui la Scuola Cattolica si trova a operare nei vari Paesi di tradizione cristiana o non cristiana, anche in rapporto alle diverse legislazioni, impone che i problemi che la riguardano siano affrontati e risolti dalle singole Chiese locali nel quadro dei diversi contesti socio-culturali.

3. La S. Congregazione per l'Educazione Cattolica ritiene opportuno offrire il suo contributo proponendo alcune considerazioni che servano a mettere in piena luce il valore educativo della Scuola Cattolica, nel quale, fondamentalmente, risiede la sua principale ragion d'essere e per il quale essa è autentico apostolato. Tali considerazioni, più che trattare esaurientemente l'argomento, vorrebbero costituire le premesse per ulteriori approfondimenti, anche in vista di più feconde realizzazioni.

4. Le Conferenze episcopali sono certo coscienti di dover rivolgere le loro preoccupazioni pastorali a tutta la gioventù cattolica delle diverse scuole del Paese (1), tuttavia la S. Congregazione per l'Educazione Cattolica affida loro il presente documento perché procurino che si elabori, ai vari livelli, un progetto educativo rispondente alle esigenze dell'educazione integrale dei giovani d'oggi nelle scuole cattoliche e perché vigilino sulla sua realizzazione. La S. Congregazione fa inoltre appello a tutti i responsabili dell'educazione – genitori, insegnanti, giovani, autorità scolastiche – perché convoglino tutte le risorse e i mezzi disponibili che consentano alla Scuola Cattolica di svolgere un servizio realmente civico e apostolico.

I. - LA SCUOLA CATTOLICA E LA MISSIONE SALVIFICA DELLA CHIESA

Missione salvifica della Chiesa

5. Dio Padre nel suo misterioso disegno di amore, giunta la pienezza dei tempi, mandò il Figlio Suo Unigenito a inaugurare in terra il regno di Dio e a operare la rigenerazione degli uomini. Per continuare la sua azione di salvezza Gesù Cristo ha costituito la Chiesa quale organismo visibile vivificato dallo Spirito.

6. Mossa dallo stesso Spirito, la Chiesa continuamente approfondisce la coscienza di sé e medita sul mistero del suo essere e della sua missione (2). Rinnova così la scoperta del suo rapporto vitale con il Cristo "per ritrovare maggiore luce, nuova energia e miglior gaudio nel compiere la propria missione e per determinare i modi migliori per rendere più vicini, operanti e benefici i suoi contatti con l'umanità a cui essa stessa, pur distinguendosi per caratteri propri inconfondibili, appartiene" (3) e al cui servizio è destinata affinché l'umanità raggiunga la sua pienezza nel Cristo.

7. La missione della Chiesa è dunque quella di evangelizzare, cioè di proclamare a tutti il lieto annunzio della salvezza, di generare nel battesimo nuove creature nel Cristo e di educarle a vivere consapevolmente da figli di Dio.

Mezzi a servizio della missione della Chiesa

8. Per svolgere la sua missione salvifica, la Chiesa si serve principalmente dei mezzi che Gesù Cristo stesso le ha affidato, senza trascurare gli altri, che, nei diversi tempi e nelle varie culture, sono atti a farle conseguire il suo fine soprannaturale e a promuovere lo sviluppo della persona. La Chiesa svolge la sua missione adattando i mezzi alle mutate condizioni dei tempi e ai nuovi bisogni del genere umano (4). Nell'incontro con le diverse culture e di fronte alle incessanti conquiste dell'umanità la Chiesa, attraverso l'annunzio della fede, viene a rivelare "all'uomo di tutti i tempi il fine trascendente che solo dà alla vita il suo senso pieno" (5). In ordine a questa sua missione, la Chiesa istituisce le proprie scuole, perché riconosce in esse un mezzo privilegiato volto alla formazione integrale dell'uomo: la scuola infatti è un centro in cui si elabora e si trasmette una specifica concezione del mondo, dell'uomo e della storia.

Contributo della Scuola Cattolica alla missione salvifica della Chiesa

9. La Scuola Cattolica rientra nella missione salvifica della Chiesa e particolarmente nell'esigenza dell'educazione alla fede. Memore che "la coscienza psicologica e la coscienza morale sono dal Cristo chiamate a simultanea pienezza quasi a condizione per ricevere come finalmente all'uomo si conviene i doni divini della verità e della grazia" (6), la Chiesa si sente impegnata a promuovere nei suoi figli la piena consapevolezza della loro rigenerazione alla vita nuova (7). Nel riferimento esplicito al Vangelo di Gesù Cristo da radicare nella coscienza e nella vita dei fedeli si definisce appunto il progetto educativo della Scuola Cattolica che deve tener conto degli attuali condizionamenti culturali.

Impegno educativo della Chiesa e pluralismo culturale

10. Nel corso dei secoli la Chiesa, tendendo "incessantemente alla pienezza della verità divina" (8), ha progressivamente attinto alle fonti e agli strumenti della cultura per approfondire la rivelazione e promuovere un costruttivo dialogo con il mondo. Mossa dalla fede, per cui fermamente crede di essere condotta dallo Spirito del Signore, la Chiesa cerca di discernere negli avvenimenti, nelle richieste e nelle aspirazioni del nostro tempo (9) quali siano gli appelli più urgenti cui rispondere per realizzare il disegno di Dio.

11. Nella società attuale caratterizzata, tra altre manifestazioni, dal pluralismo culturale, la Chiesa coglie l'urgente bisogno di assicurare la presenza del pensiero cristiano in quanto esso, nella disparità delle concezioni e dei comportamenti, costituisce un criterio valido di giudizio: "Il riferimento a Gesù Cristo insegna infatti a discernere i valori che fanno l'uomo e i controvalori che lo degradano" (10).

12. Il pluralismo culturale invita pertanto la Chiesa a rafforzare il suo impegno educativo per formare personalità forti, capaci di resistere al relativismo debilitante e di vivere coerentemente le esigenze del proprio battesimo. Esso inoltre la sollecita a promuovere autentiche comunità cristiane che prodigano in forza del loro cristianesimo vivo e operante possono dare, in atteggiamento di dialogo, un contributo originale e positivo alla costruzione della città terrena e a tal fine la stimola a potenziare le sue risorse educative. Queste stesse finalità s'impongono alla Chiesa di fronte ad altri elementi caratteristici della cultura contemporanea, quali il materialismo, il pragmatismo, il tecnicismo.

13. E' per garantire questi obbiettivi in risposta al pluralismo culturale che la Chiesa sostiene il principio del pluralizzazione delle diverse istituzioni scolastiche, che permettano ai giovani di formarsi dei criteri di valutazione fondati su una specifica concezione del mondo, di prepararsi a partecipare attivamente alla costruzione di una comunità e, per mezzo di essa, alla costruzione della società.

14. In questa prospettiva spetta alla Scuola Cattolica un suo posto nell'organizzazione scolastica delle diverse nazioni, tenendo conto delle modalità e possibilità dei vari contesti ambientali. Offrendo tale alternativa la Chiesa intende rispondere alle esigenze di cooperazione che si manisfestano oggi in un mondo contraddistinto dal pluralismo culturale e contribuisce a promuovere la libertà d'insegnamento, in modo da sostenere e garantire la scuola che meglio risponde ai loro intenti educativi (11).

15. La Chiesa infine è pienamente convinta che la Scuola Cattolica, nell'offrire il suo progetto educativo agli uomini del nostro tempo, attua un suo compito ecclesiale, insostituibile e urgente. In essa infatti la Chiesa partecipa al dialogo culturale con un suo contributo originale e propulsore del vero progresso verso la formazione integrale dell'uomo. L'assenza della Scuola Cattolica costituirebbe una perdita immensa (12) per la civiltà, per l'uomo e per i suoi destini naturali e soprannaturali.

II. - LA PROBLEMATICA ATTUALE INTORNO ALLA SCUOLA CATTOLICA

16. La Chiesa, riflettendo sulla sua missione salvifica, considera la Scuola Cattolica un ambiente privilegiato per la formazione integrale dei suoi fedeli e un servizio di somma importanza per tutti gli uomini; ma non ignora le molteplici perplessità e obiezioni che da diverse parti si muovono alla Scuola Cattolica circa la sua stessa ragion d'essere e la sua validità operativa. La questione è in realtà da collocarsi nel quadro di una più vasta problematica che investe tutte le istituzioni in quanto tali in una società, come l'odierna, caratterizzata da trasformazioni sempre più rapide e profonde.

Obiezioni mosse alla Scuola Cattolica

17. Nel dibattito intorno alla Scuola Cattolica sono individuabili alcuni nuclei di obiezioni, difficoltà, alternative, che è opportuno ricordare per situare la riflessione nel contesto concreto in cui essa si svolge e per cogliere quegli aspetti che stimolano gli Insegnanti a intraprendere un vigoroso sforzo di adeguamento alle esigenze della loro missione nel mondo contemporaneo.

18. Giova tener presente, in primo luogo, che molti, dentro e fuori della Chiesa, mossi da un malinteso senso di laicità, impugnano la Scuola Cattolica come istituzione. Essi non ammettono che la Chiesa possa offrire, oltre alla testimonianza individuale dei suoi membri, quella specifica di proprie istituzioni dedite, per esempio, alla ricerca della verità o alle opere di carità.

19. Altre obiezioni sostengono che la Scuola Cattolica tenta si strumentalizzare una istituzione umana per scopi religiosi e confessionali. L'educazione cristiana può talvolta presentare il rischio di un cosiddetto proselitismo, di una concezione parziale della cultura, qualora venga erroneamente intesa e attuata. Ma si deve anche ricordare che l'educazione integrale comprende in maniera imprescindibile la dimensione religiosa; questa contribuisce efficacemente allo sviluppo degli altri aspetti della personalità in proporzione della sua integrazione nella educazione generale.

7. Le richieste di ammissione dei candidati devono essere inviate al sottoscritto Segretario di questa Sacra Congregazione entro il 15 giugno prossimo venturo.

8. Tali richieste devono essere corredate dalle necessarie informazioni circa l'età, gli studi compiuti, i servizi resi alla diocesi nel campo pastorale e catechetico dal candidato, rispondendo in modo esauriente ai singoli punti dell'apposito questionario.

9. Dopo che questo Sacro Dicastero avrà attentamento vagliato le domande di iscrizione provenienti dai diversi Paesi, i Vescovi dei candidati che sono stati accolti saranno tempestivamente informati dal Rappresentante Pontificio del rispettivo territorio.

10. I candidati ammessi devono portare con sé i seguenti documenti: – certificato di nascita, di battesimo e di cresima; – certificato degli studi compiuti; – una lettera di presentazione del rispettivo Ordinario del luogo; – un certificato medico recente.

Nel ringriazarLa per la premura con la quale Ella vorrà cortesemente portare quanto sopra a conoscenza degli Ordinari interessati, colgo volentieri l'occasione per confermarmi con sensi di distinto ossequio dell'Eccellenza Vostra Reverendissima devotissimo nel Signore. - Agnelo Card. ROSSI, *Prefetto*. D. S. Lourdusamy, *Segretario*.

* Legatis Pontificiis in territoriis Missionum, Prot. N 2072/77: **Bibliografia missionaria** 41 (1977) 297-298.

4511

1977 APR 23.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 69 (1977) 281-283

Allocutio ad medicos catholicos Flandrensis Occidentalis regionis, coram admissos:

De humana vita ab eius origine contra fautores abortus tuenda

Mesdames, Messieurs, Nous sommes heureux de vous adresser notre salut cordial en vous accueillant ce matin dans la maison du Père commun de tous les catholiques.

Puisque vous vous êtes réunis en Congrès pour approfondir votre information médicale, vous attendez de Nous bien certainement, au cours de ces journées, une parole qui soit pour vous, malgré sa brièveté, un appel à la réflexion et un encouragement.

La médecine moderne devient de plus en plus inaccessible au profane / à cause de la complexité de ses techniques et 282
de son langage. Ceci Nous a frappé en parcourant votre programme. Cependant, le haut niveau scientifique auquel doit parvenir tout médecin ne saurait voiler ou diminuer le sens de

http://www.obrascatolicas.com

l'humain, l'attention aux personnes qui ont caractérisé depuis toujours l'exercice de la médecine et en ont fait la grandeur.

Dans ce domaine de l'éthique médicale, Nous voudrions de nouveau insister sur son fondement: le respect inconditionnel de la vie, depuis son commencement. Il importe en effet de bien comprendre pourquoi ce point essentiel à toute civilisation digne de ce nom est aujourd'hui mis en cause, et pourquoi il est nécessaire de s'opposer fermement à ce qu'on a nommé, si improprement, une "libéralisation".

L'Eglise catholique a toujours vu dans l'avortement un crime abominable, car le respect absolu de la vie en son commencement se réfère aux mystères de la création et de rédemption: dans Notre Seigneur Jésus-Christ, tout homme, même celui dont la vie physique est la plus disgraciée, est appelé à la dignité de fils de Dieu. Tel est l'enseignement de la foi. Tout chrétien doit en tirer les conséquences et ne pas se laisser aveugler en ce domaine par de prétendues nécessités sociales ou politiques. Encore moins pourrait-il se targuer du devoir de respecter l'opinion de ceux qui ne partagent pas ses convictions. La foi chrétienne, en effet, ne fait qu'éclairer de sa lumière surnaturelle une attitude morale qui apparaît, de manière universelle une attitude morale qui apparaît, de toute conscience droite et qui, pour cela, est à juste titre référée à ce qui est constitutif de l'humanité même, a sa nature au sens philosophique du terme. Il faut donc savoir mettre en valeur cette réalité morale supérieure, cette loi non écrite située dans le coeur même de l'homme et qui seule peut servir de fondement à un vrai consensus social et à une législation digne de ce nom.

En tant que médecins, cependant, conscients des exigences scientifiques et éthiques de votre profession, vous avez un rôle particulier et très important d'information et de formation à remplir, selon vos diverses spécialités, pour montrer les graves erreurs sur lesquelles s'appuie la propagande en faveur de l'avortement. Qui mieux que vous, souvent, peut dénoncer les manipulations statistiques, les affirmations hâtives dans le domaine biologique, les répercussions désastreuses au plan physiologique et psychologique?

En vous encourageant ainsi à cette lutte en faveur de la vie, Nous n'ignorons pas, vous le savez bien, les graves problèmes que vous rencontrez dans l'exercice de votre profes-
283 sion. Il faut une conscience éclai/rée pour les résoudre concrètement, non sans angoisse bien souvent, sans sacrifier aucune des valeurs en cause. N'est-ce pas là aussi que le rôle du médecin, s'appuyant sur sa compétence technique mais la dépassant, prend sa pleine dimension: être vraiment un homme à qui rien d'humain n'est étranger?

Vous, qui êtes des hommes de recherche, puissiez-vous faire progresser toujours de pair votre savoir et la conscience de vos responsabilités! Vous pouvez être certains que Nous recommandons vos intentions au Seigneur, en lui demandant de bénir vos personnes, vos familles et tous ceux qui viennent se confier à vous.

4512

1977 MAI 4.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 69 (1977) 348-349

Allocutio ad eos habita, qui prope Romam Capitulo Generali interfuerunt Ordinis Cisterciensium Reformatorum:

De valore vitae contemplativae in Ecclesia huius temporis tuendo ac renovando

Chers Fils, Nous tenions à ménager cette rencontre spéciale avec les cent vingt Abbés de l'Ordre cistercien de la stricte observance à l'occasion de votre chapitre. Car les Trappistes ont une place de choix dans notre coeur comme dans toute l'Eglise. Notre colloque s'articule autour de trois questions.

1. Qui êtes-vous et d'où venez-vous?

Vous venez d'une école de l'amour absolu de Dieu. Saint Bernard, votre Père, demeure un maître admirable pour nous parler de cet amour: "Vultis ergo a me audire, quare et quomodo diligendus sit Deus? Et ego: Causa diligendi Deum, Deus est; modus, sine modo diligere" (1). Tous les fidèles du Christ sont appelés à la sainteté, et celle-ci s'exprime en chacun de ceux qui tendent à la charité parfaite; mais le religieux, par état de vie, se livre entièrement à Dieu, aimé par-dessus tout (2). Et votre vie de trappiste manifeste de façon radicale votre engagement de suivre le Christ pauvre, chaste, obéis-

1. **Saint Bernard**, *De diligendo Deo*, Caput I, *P. L.* 182, 584
2. **Cfr. Constitution** *Lumen gentium*, **nn. 39, 40, 42, 44.**

sant, avec une caractéristique essentielle que Nous vous encourageons à garder et à promouvoir: la solitude et le silence qui vous permettent de partager votre vie entre la prière et le travail.

2. Une telle vie contemplative a-t-elle encore une valeur suprême? Peut-elle suffire à l'homme d'aujourd'hui? Se justifie-t-elle?

Oui, pleinement, et à double titre. En elle-même, d'abord, car la sainteté est l'amour de Dieu, qui seul peut combler le coeur humain, et que cherchez-vous donc, sinon cet amour plénier? /
349

Mais votre vie constitue aussi un exemple hors pair, celui dont notre société a besoin, elle qui se laisse souvent absorber entièrement par les biens temporels. Les flots ou plutôt les hauts-lieux de silence et de prière que vous constituez contribuent à rétablir, visiblement et plus encore dans le mystère de la communion des saints, l'équilibre spirituel d'un monde qui, autrement, dans son activisme fiévreux, perd le sens de l'essentiel. Si votre vie cachée en Dieu n'est pas toujours comprise de nos contemporains, même des chrétiens, elle demeure pour eux une question, un appel, un attrait d'autant plus puissant que votre prédication est votre propre silence.

3. Mais coment valoriser plus encore votre vocation aux yeux de la société?

Sans renoncer en rien au silence, à la prière et au sacrifice dans votre vie – cherchant même à éviter que le progrès technique n'introduise une atmosphère trop bruyante dans vos maisons – vous pouvez et vous devez aménager des contacts pour ceux qui cherchent un climat de retraite, une halte spirituelle: prêtres, religieux, laïcs, adultes ou jeunes. L'hospitalité que vous leur offrez généreusement est un service capital – et d'ailleurs heureusement recherché – que vous rendez à l'Eglise d'aujourd'hui. C'est un apostolat particulier, et des Trappistes comme Dom Chautard ont manifesté à quel point ils avaient l'âme apostolique.

Mais plus fondamentalement, au coeur même de votre vie, vous avez le sens de l'Eglise. Aimez-la, avec la passion de saint Bernard. Aucune de ses préoccupations ne doit vous être étrangère. Vous portez avec Nous le drame spirituel de nos générations. L'Eglise, de son côté, a le sens de ce que vous représentez pour elle. Elle a besoin plus que jamais de la pénitence joyeusement consentie et de la prière assidue qui monte de vos cloîtres, pour témoigner de l'absolu de Dieu et obtenir que son oeuvre d'évangélisation porte ses fruits, dans l'Esprit Saint. "L'amour est à la source de tout apostolat. C'est cette source que le contemplatif a le devoir de maintenir dans sa force et sa pureté" (3).

Nous vous confions à la Vierge, que vous saluez chaque jour comme le Reine de vos monastères, et Nous vous donnons de grand coeur, ainsi qu'à tous les moines cisterciens, notre paternelle Bénédiction Apostolique.

3. **Jacques Maritain, dans** *Points de vue actuels sur la vie monastique*, **Montserrat 1966, p. 198.**

4513

1977 MAI 9.- PAULUS VI, LITT. AP. AAS 69 (1977) 440

Circumscriptiones ecclesiasticae Daniae, Finlandiae, Islandiae, Norvegiae et Sueciae a iure missionali ad ius commune deducuntur

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam.– Pro Nostra, quam vehementer in dies fovemus, catholicarum rerum prospicientia, ad Daniae, Finlandiae, Islandiae, Norvegiae et Sueciae terras mentis oculos convertimus, vota et postulationes Conferentiae Episcoporum Nordicae omnino accipere cupientes. Petierunt enim sacrorum illi Antistites, ut suas quibus praesunt circumscriptiones ecclesiasticas a missionali ad commune transire ius permitteremus. Ex sententia igitur Sacrarum Congregationum pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide et pro Episcopis, Nos, omnibus mature perpensis, auctoritate Nostra apostolica harumque Litterarum vi, a iurisdictione Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide eximimus et ad ius commune deductas decernimus omnes circumscriptiones ecclesiasticas Daniae, Finlandiae, Islandiae, Norvegiae et Sueciae, quae dioeceses Hafniae, Helsinkiensem, Reykjavikiensem, Osloënsem et Holmiae com-

prehendunt, hucusque Sanctae Sedi immediate subiectas, nec non vicariatus apostolicos Norvegiae Centralis et Septemtrionalis, ad altiorem quidem gradum evehendos, iuxta iuris communis normas. Definimus itaque ut negotia, quae ad praedicta loca spectant, pro varia sua natura, in posterum apud competentia Apostolicae Sedis sacra Dicasteria tractentur. Quae vero per has Litteras statuimus firma sint omnino nunc et futuris temporibus atque vim suam habeant, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die IX mensis Maii, anno MCMLXXVII, Pontificatus Nostri quarto decimo. - Ioannes Card. VILLOT, *Secretarius Status.*

4514

1977 MAI 12.-PAULUS VI, NUNT. AAS 69 (1977) 333-336

Nuntius scripto datus in diem 'Communicationibus socialibus' quotannis dicatum, toto orbe terrarum undecies celebrandum:

De principiis iuridicis et moralibus quibus regi ac ordinari debet ars notitias atque res publice vulgandi

Venerati Fratelli e carissimi Figli della Chiesa, e voi tutti Uomini di buona volontà!

Le diocesi della Chiesa Cattolica, fedeli all'invito del Concilio Ecumenico Vaticano II (1), celebrano anche quest'anno la Gionata Mondiale delle Comunicazioni Sociali, per aiutare con la riflessione, con la preghiera e con ogni forma di interessamento e di appoggio morale e materiale, la stampa, la radio, la televisione, il cinema e gli altri moderni strumenti di comunicazione sociale nello svolgimento della loro importante funzione di informazione, di educazione e, per quanto riguarda la specifica responsabilità dei cristiani, di evangelizzazione del mondo.

Questa Giornata, che è giunta ormai alla sua undecima edizione, in molti Paesi è felicemente diventata un'opportuna occasione di contatto diretto e di migliore reciproca conoscenza tra le Chiese locali ed i responsabili delle categorie professionali impegnate in tale settore. Grazie ad appropriate manifestazioni liturgiche e culturali, essa contribuisce a sensibilizzare la coscienza dell'utente delle comunicazioni sociali – sia egli lettore, ascoltatore, tele o cinespettatore – nella scelta, spesso determinante sul piano promozionale, di quanto egli legge, ascolta e guarda, ma più ancora nella matura valutazione del contenuto stesso delle comunicazioni ricevute. E' tale, infatti, oggi la complessità del fenomeno delle comunicazioni da richiedere non solo un richiamo costante ai relativi doveri dei singoli e della società e un continuo miglioramento che scaturisca dal confronto con i veri valori della vita umana, ma anche l'indispensabile collaborazione di tutti coloro che determinano il processo comunicativo.

Per questo motivo la Chiesa, pur dedicando l'annuale Giornata allo studio di tutte le questioni pastorali del settore, non ha mancato di richiamare periodicamente all'attenzione dei cristiani e degli uomini di buona volontà, singoli aspetti dell'ampia problematica della comunicazione, nella speranza
334 di poter in tal modo aiutare ogni uomo a ben / orientarsi in mezzo alla multiforme realtà dei "mass-media", e di contribuire, secondo la natura della sua missione, al bene comune. Così è da pensare del tema prescelto quest'anno: "Le comunicazioni sociali e la pubblicità: vantaggi, pericoli, responsabilità", che intende concentrare la riflessione su un potente fattore della presente organizzazione sociale.

Verità e prudenza

C'è da chiedersi perché la pubblicità, nel suo riferimento agli strumenti della comunicazione sociale, desti l'interesse della Chiesa. La risposta è che si tratta di un fatto della convivenza umana assai importante, perché condiziona lo sviluppo integrale dell'uomo e, direttamente o indirettamente, influisce sulla vita culturale. Nessuno ormai può sfuggire alla suggestione della pubblicità, mentre, anche a prescindere dal concreto contenuto dei suoi messaggi, essa presenta o, almeno, si ispira a determinate visioni del mondo, che sollecitano inevitabilmente il cristiano, il suo giudizio, il suo modo di agire; la pubblicità, inoltre, assume un rilievo sempre più crescente, perché in gran parte li finanzia e se ne serve, nello sviluppo dei mezzi di comunicazione, incidendo in maniera diretta ed in forme talora pericolose sul loro orientamento e sulla loro libertà.

La Chiesa vede con favore non solo l'evolversi della capacità produttiva dell'uomo, ma anche l'intreccio sempre più ampio di rapporti e di scambi tra persone o gruppi sociali: sono per essa motivo, segno e anticipazione di una fraternità sempre maggiore, e da questo punto di vista essa incoraggia la pubblicità , che può diventare un sano ed efficace strumento per l'aiuto reciproco fra gli uomini. Un altro aspetto fondamentale che la Chiesa ravvisa nella pubblicità è quello informativo, con tutto il peso e gli obblighi che ne derivano: deve essere veritiera, prudente, rispettosa dell'uomo e dei suoi valori essenziali, attenta nella scelta delle circostanze e dei modi di presentazione.

La pubblicità è, poi, promotrice di determinati interessi che, anche se legittimi, devono tener conto del bene comune, dei non meno legittimi interessi degli altri e, specialmente, delle circostanze di sviluppo integrale del destinatario, del suo proprio ambiente culturale ed economico e del grado del suo sviluppo educativo. /
335

Rispetto per la persona umana

Come è ben noto, il messaggio pubblicitario è naturalmente orientato verso un efficace convincimento, ed è diffuso con l aiuto di precise conoscenze spicologiche e sociali, nella ricerca costante di modi e di forme persuasivi. E' qui soprattutto che s'impone per essa e, quindi, per coloro che se ne avvalgono l'esigenza di rispettare la persona umana, il suo diritto-dovere ad una scelta responsabile, la sua interiore libertà, tutti beni che sarebbero violati se venissero sfruttate le tendenze deteriori dell'uomo, o forse compromessa la sua capacità di riflettere e di decidere.

La vastità del fenomeno pubblicitario, con le sue implicazioni morali e religiose, coinvolge anzitutto gli strumenti della comunicazione sociale, i quali diventano sovente essi stessi agenti pubblicitari, ma più generalmente ancora sono veicolo di messaggi provenienti da altri agenti economici, e si mantengono, parzialmente o interamente, con i proventi della pubblicità. Si può dire, pertanto, che tutta l'attività comunicativa di questi strumenti conserva uno stretto legame con il moderno fenomeno della pubblicità, legame che permette ai fattori della vita economica di aiutare lo sviluppo socialmente necessario; ma non ci devono essere condizionamenti circa la libertà dei medesimi strumenti e nello scambio dei valori culturali e religiosi (2).

Applicare i codici di deontologia

Noi riteniamo che questi orientamenti possano giovare all'affermazione di una pubblicità rispettosa dei diritti e dei doveri fondamentali dell'uomo, e degna dell'appoggio delle coscienze cristiane, qualora le varie categorie interessate uniscano i loro sforzi per una proficua collaborazione. Spetta, infatti, alle agenzie di pubblicità, agli operatori pubblicitari, nonché ai dirigenti ed ai responsabili degli strumenti che si offrono come veicolo, di far conoscere, di seguire, di applicare i codici di deontologia già opportunamente stabiliti, in modo da ottenere il concorso del pubblico per il loro ulteriore perfezionamento e la loro pratica osservanza. Tutto ciò tocca molto spesso delicate questioni morali, come ad esempio, il problema dell'educazione della gioventù, il rispetto della donna, la salvaguardia della famiglia e la tutela dei diritti della / 336
persona umana (3), e giustifica perciò l'interessamento della Chiesa e, talora, le sue fondate preoccupazioni. Come potrebbe essa tacere, quando si reca offesa a certi principi di ordine etico? E come potremmo noi stessi rinunciare a levare un forte monito, che sappiamo condiviso da tutti gli uomini di buona volontà, per il diffondersi di certa pubblicità cinematografica che non fa onore alla nostra civiltà, ma offende gravemente la dignità dell'uomo, turba la pace delle coscienze e la concordia tra gli uomini? E' per questo che chiediamo ai Vescovi, ai Sacerdoti, ai Laici impegnati nelle attività pastorali di avvicinare i protagonisti del processo pubblcitario per un sano ed aperto dialogo, nel rispetto dei reciproci interessi e nel comune riconoscimento del bene della umana società.

Tutela dei principi morali

Nello stesso tempo invitiamo i promotori della stampa

2. **Cfr. Istruzione Pastorale** *Communio et progressio*, **n. 62.**
3. **Cfr.** *Discorso* **al Consiglio dell'"Associazione Europea delle Agenzie di Pubblicità", nell'Udienza del 28 Aprile 1976.**

http://www.obrascatolicas.com

cattolica, i curatori di trasmissioni cattoliche alla radio ed alla televisione, coloro a cui è affidata, a qualunque titolo, ogni forma di comunicazione sociale, a dare, proprio nella scelta della pubblicità come nell'insieme delle rispettive loro prestazioni, l'esempio delle loro convinzioni religiose e del loro ideale di vita; mentre ai distributori della pubblicità chiediamo di non trascurare quei canali di comunicazione, i quali danno garanzia di promuovere la tutela dei princìpi morali e favoriscono veramente lo sviluppo della persona e dei suoi valori spirituali e umani.

Auspichiamo, infine, che le Istituzioni Cattoliche, nelle loro varie forme e secondo le specifiche attribuzioni, seguano con costante attenzione lo sviluppo delle tecniche moderne di pubblicità, e sappiano opportunamente avvalersene per diffondere il Messaggio evangelico in modo rispondente alle attese dell'uomo contemporaneo. Con questi voti impartiamo volentieri la nostra Benedizione Apostolica a quanti parteciperanno alla celebrazione della prossima Giornata delle Comunicazioni Sociali, ed offriranno alla riflessione sull'importante argomento il contributo della loro matura esperienza umana e della loro attenta sensibilità cristiana.

Dal Vaticano, 12 Maggio dell'anno 1977, decimoquarto del Nostro Pontificato. - PAULUS PP. VI.

4515

1977 MAI 13.- SC pro DOCT. FID., DECR. AAS 69 (1977) 426

Decretum circa impotentiam quae matrimonium dirimit

Sacra Congregatio pro Doctrina Fidei semper retinuit a matrimonio non esse impediendos eos qui vasectomiam passi sunt aliosque in similibus condicionibus versantes eo quod non certo constaret de eorum impotentia.

Iam vero, inspecta tali praxi et post iterata studia ab hac Sacra Congregatione necnon a Commissione Codici Iuris Canonici recognoscendo peracta, Em.mi ac Rev.mi Patres huius S. Congregationis, in consessu plenario feriae IV, die 11 maii 1977 habito, propositis Sibi dubiis, quae sequuntur, respondendum decreverunt:

1. Utrum impotentia, quae matrimonium dirimit, consistat in incapacitate, antecedenti quidem et perpetua, sive absoluta sive relativa, perficiendi copulam coniugalem.

2. Quatenus affirmative, utrum ad copulam coniugalem requiratur necessario eiaculatio seminis in testiculis elaborati.

Ad primum: *Affirmative*; ad secundum: *Negative*.

Et in Audientia, feria VI, die 13 eiusdem mensis et anni, Summus Pontifex div. Prov. Paulus Pp. VI infrascripto Praefecto huius S. Congregationis concessa, praefatum decretum adprobavit ac publici iuris fieri iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis pro Doctrina Fidei, die 13 maii 1977.- Franciscus SEPER, *Praefectus*. Fr. Hieronymus Hamer, O. P., Archiepiscopus tit. Loriensis, *Secretarius*.

Adn. AUCTORES VARII in **Quaderni Romani di diritto canonico**, vol. II, Roma 1978; F. BERSINI in: **La Civ. Catt.** 128 (1977-IV) 234-247, ME 101 (1976) 256-278, 104 (1979) 338-351, **Il dir. eccl.** 90 (1979-I) 228-241; N. CAPONI in **Il dir. eccl.** 89 (1978-II) 53-63; G. DAMIZIA in **Apoll** 51 (1978) 183-193; P. A. D'AVACK in **Rassegna di teologia** 18 (1978-I) 43-48, et in **Rev. droit can.** 32 (1978) 123-129; L. del AMO in **REDC** 33 (1977) 445-480; O. FUMAGALLI in **Il dir. eccl.** 89 (1978-I) 393-402; A. GOMEZ in **Ius can.** 17 (1977) 159-205 I. GORDON in **PrM** 66 (1977) 171-247; C. GULLO in **Il dir. eccl.** 90 (1979-I) 201-227; J. E. HUDSON in **Studia can.** 12 (1978) 93-123; Ch. LEFEBVRE in **ME** 102 (1977) 356-362; C. J. MURTAGH in **Newsletter** 34, September 1977, p. 1-2; U. NAVARRETE in **PrM** 68 (1979) 305-326; G. SANTORI in **Il dir. eccl.** 82 (1971) 76-98; A. SILVESTRELLI in **ME** 98 (1973) 112-130; P. TOCANEL in **Apoll** 50 (1977) 339-340; G. VALENTINI in **ME** 104 (1979) 498-505 M. ZALBA in **PrM** 68 (1979) 5-58; A. ZIRKEL in **AKKR** 147 (1978) 50-70.

4516

1977 MAI 20.- SS CC SACR.-CLER., RESP. AAS 69 (1977) 427

Responsum ad propositum dubium:

An liceat Primam Communionem receptioni sacramenti Paenitentiae anteponere

Utrum liceat post Declarationem diei 24 Maii 1973 adhuc anteponere, per modum regulae generalis, primam Communionem receptioni sacramenti Paenitentiae illis in paroeciis ubi his ultimis annis haec praxis viguerit: Sacrae Congregationes pro Sacramentis et Cultu Divino atque pro Clericis, approbante Summo Pontifice, responderunt: *negative, et ad mentem ipsius declarationis.*

Mens autem Declarationis est ut elapso anno ab ipsius promulgatione omnia desinant experimenta recipiendi primam S. Communionem absque praevia receptione sacramenti Paenitentiae, ut ad spiritum decreti *Quam singulari* disciplina Ecclesiae restituatur.

Romae, die XX mensis Maii, anno MCMLXXVII. - Iacobus Card. KNOX, *Praefectus*. Ioannes Card. WRIGHT, *Praefectus*.

Adn. J. GALOT in **La Civ. Catt.** 125 (1974-I) 125-136; J. LOBO in **CR** 38 (1974) 84-88; U. ROCCO in **Pal. clero** 53 (1974) 182-189; P. TOCANEL in **Apoll** 50 (1977) 341-342; **Doc. Cath.** 71 (1974) 265-266, et 75 (1978) 22-23; **Notit.** 13 (1977) 603-608; **Notiziario della Conferenza episcopale italiana**, ann. 1977 num. 6 p. 103.

4517

1977 MAI 20.-SIGNATURA APOST., NORMAE. PART.*

Normae servandae in exsequendo Rescripto Pontificio die 1 novembris 1974 Conferentiae Episcopali Canadiensi circa causas matrimoniales concesso

I - Litterae quibus Normae transmittuntur

Con lettera in data 4 maggio 1977, il Rev. Segretario Generale della Conferenza Episcopale di codesta Nazione ha trasmesso a questa Segnatura Apostolica, per la necessaria approvazione, il testo inglese e francese delle Norme esecutive del Rescritto Pontificio emesso il 1 novembre 1974, circa la trattazione delle cause matrimoniali presso i tribunali ecclesiastici canadesi.

Siccome sono state riscontrate alcune piccole diversità tra il testo inglese e francese, e sopratutto attesa l'opportunità che vi sia un solo testo autentico, questo Supremo Tribunale ha preferito redigere le suddette Norme Esecutive in lingua latina.

Trasmetto, pertanto, all'Eccellenza Vostra Reverendissima, per conoscenza, il testo delle "Normae exsecutionis" rivedute ed approvate da questo Supremo Tribunale, con preghiera di notificarlo in due esemplari a cotesta Conferenza Episcopale e di spiegare ad Essa perchè il testo è stato redatto in latino.

Mi valgo della circostanza per confermarmi con sensi di distinta stima dell'Eccellenza Vostra Reverendissima devotissimo. - Dino Card. STAFFA, *Prefetto*. Aurelio Sabattani, *Segretario*.

II - Normae exsecutionis

A. *Conferentia Episcopalis*

1. Conferentia Episcopalis Canadiensis ad usum deducit omnibus tribunalibus canadiensibus ritus latini vel orientalis Rescriptum Pontificium die 1 novembris 1974 datum.

2. Conferentia, secundum Articulum 4 Rescripti Pontificii, suum Praesidem designat qui idem Rescriptum rite in actum deducat.

3. Praesidi Conferentiae in hoc munere explendo adiutricem operam praestabit Commissio episcopalis eiusdem Conferentiae pro re canonica.

4. Insuper Conferentia Episcopalis suum Praesidem, vice-Praesidem et unum e Secretariis Generalibus, constituit in Consilium speciale ad sententias perpendendas, in prima instantia lata, quando petitur dispensatio ab obligatione appellandi.

5. In hoc opere Consilium speciale nonnullos in re peritos in sui adiutorium adscisset.

B. *Praeses et Conferentia*

6. Harum Normarum vigore, Praeses Conferentiae Moderatores tribunalium regionalium et Hierarchas eparchiarum, ubi tribunalia regionalia nondum sunt constituta, designat, qui ipsius nomine Rescriptum in actum deducant, firmo tamen Praesidis iure ut, quoties id expedire iudicaverit, in omni causa ipsemet interveniat.

7. Praeses, iuxta Art. 2 Rescripti Pontificii, omni tribunali canadiensi facultatem facit ad quinquennium a die 21 novembris 1974 computandum, adhibendi clericum tamquam iudicem unicum qui de nullitate matrimonii in prima instantia videat.

8. Haec licentia poterit, data necessitate, renovari.

9. Tribunalia hac facultate uti poterunt, dummodo nulla ante sententiam definitivam expressa intercesserit oppositio vel ab ipso iudice, vel a Defensore Vinculi, vel a Promotore Iustitiae, vel ab alterutra parte in causa.

10. Ad normam Art. 5 Rescripti Pontificii, Praeses, adiuvante Commissione Episcopali pro re canonica, anno quolibet civili exeunte, relationem conficiet Supremo Tribunali Signaturae Apostolicae exhibendum, ubi particulatim exponat quot causae in unoquoque tribunali introductae sint, quot desertae, quot appellatae. Referet praeterea quot causae per tribunal collegiale trium iudicum, quot per iudicem unicum decisae sint, quot executioni mandatae sine appellatione.

C. *Moderatores Tribunalium Regionalium et Hierarchae Tribunalium Eparchiarum*

11. Moderator vel Hierarcha delegare potest Officialem (Vicarium Iudicialem) vel aliam idoneam personam qui nomine suo agat.

12. Quandocumque Defensor Vinculi existimat superfluam fore appellationem adversus sententiam affirmativam tribunalis collegialis trium iudicum in prima instantia, Moderator vel Hierarcha permittere potest ut sententia primae instantiae statim exsecutioni mandetur, secundum tamen normas iuris et servatis praescriptis nn. 13-16.

13. Sententia primae instantiae, una cum declaratione Defensoris Vinculi edicentis appellationem sibi videri superfluam, ad eos mittetur quorum est sententias primae instantiae secundum Art. 4 et 5 recognoscere.

14. Si Consilium speciale, de quo in Art. 4 et 5, consentiat appellationem esse superfluam, id tribunali primae instantiae significet ut sententia ad normam iuris per Moderatorem vel Hierarcham exsecutioni mandetur.

15. Si vero Consilio speciali videatur, sententiam sine cognitione iudiciali in secunda instantia exsecutioni mandari non posse, id tribunali primae instantiae significabitur, causa autem ad tribunal secundae instantiae trasmittetur, ad iuris tramitem iudicanda.

16. Decretum quo sententia affirmativa statim exsecutioni mandari permittitur, remissa obligatione appellandi, haec in scriptis continere debet: *a*) titulum et numerum protocolli causae; *b*) caput vel capita nullitatis; *c*) diem sententiae affirmativae; *d*) diem deliberationis Consilii specialis; *e*) diem concessionis. Hoc documentum, a Moderatore vel Hierarcha vel ab eius delegato subscriptum, in actis causae asservabitur.

17. Iuxta Art. 1 Rescripti, Moderator vel Hierarcha delegare potest Officiali (Vicario Iudiciali) facultatem acceptandi causas pro quibus tribunal nonnisi vi commorationis non precariae partis actricis cometens sit. Haec commoratio non precaria secundum iuris cormam probetur oportet, salvis quoque clausulis eiusdem Articuli.

D. *Officialis (Vicarius Iudicialis)*

18. Ad normam Art. 5 Rescripti, Officialis (Vicarius Iudicialis) uniuscuiusque tribunalis regionalis (eparchialis), exeunte quolibet anno civili, ad Conferentiam Episcopalem, per tramitem Commissionis Episcopalis pro re canonica, referet quot causae in sua tribunali introductae, derelictae vel appellatae sint. Significabit etiam quot causae decisae fuerint per collegium trium iudicum vel per iudicem unicum, quot sententiae exsecutioni mandatae sine appellatione.

E. *Terminus a quo hae normae vigeant*

19. Hae normae a Conferentia Episcopali Canadiensi latae, vigere incipient a die 20 maii 1977, quo a Supremo Tribunali Signaturae Apostolicae ratae habitae sunt, et omnes normas eiusdem Conferentiae hucusque vigentes de hac re abrogant. Dino Card. STAFFA, *Praefectus*. Aurelius Sabattani, *Secretarius*.

* Pro-Nuntio Apostolico in Canada, Prot. N. 1292/71 VT: **Documenta recentiora circa rem matrimonialem et processualem**, vol. II, Roma 1980, p. 126-129.

4518

1977 MAI 27.-PAULUS VI, ALLOC. AAS 69 (1977) 418

Allocutio membris Pontificiae Commissionis Codici Iuris Canonici recognoscendo, plenarium coetum habentibus:

Ecclesia societas a Christo instituta, et vita ecclesialis sine ordinatione iuridica nequit exsistere

Venerabiles Fratres ac dilecti Filii, Gaudemus sane vos hodie convenire, qui Plenariae huic Congregationi Commissionis Codici Iuris Canonici recognoscendo finem estis imposituri. Per hos dies vos certiores reddidistis de universis laboribus usque adhuc ab ea perfectis ac de gravibus quibusdam quaestionibus disceptatis.

Re quidem vera hoc opus vestrum magni aestimamus, cum Ecclesiae, post Concilium Vaticanum Secundum celebratum, maxime inserviat. Vita enim ecclesialis sine ordinatione iuridica nequit exsistere, cum, ut probe nostis, Ecclesia, societas a Christo instituta, spiritualis sed visibilis, quae verbo et sacramentis aedificatur cuique propositum est hominibus salutem afferre, hoc iure sacro indigeat secundum illa verba Apostoli: "Omnia autem honeste et secundum ordinem fiant" (1).

Hoc spiritu ecclesiali ducti opus usque adhuc estis exsecuti; eodem et in posterum moveamini oportet, ut vehementer optamus. Hoc modo profecto studium et operam confertis ad aedificandam Ecclesiam, quae inter tot "mundanas varietates" certo ac tuto tramite incedere debet.

Vobis ergo quasi aedificatoribus Ecclesiae, gratulamur vobisque propensum animum significamus, imprimis sollerti Praesidi, Pericli Cardinali Felici, cuius est ingens hoc opus recognitionis moderari.

Cuius absolutio valde exspectatur, cum ius canonicum quodammodo accommodandum sit novae impulsioni, quae e Concilio Vaticano Secundo manavit vel potius mutatis rerum condicionibus, in quibus Ecclesia his temporibus versatur.

Nos demum Spiritum Sanctum, cuius descensum propediem sollemniter recolemus et qui est anima Ecclesiae, impense rogamus, ut vobis lumine suo opituletur et muneribus suis vos repleat. Quorum pignus sit Apostolica Benedictio, quam vobis, Venerabiles Fratres Nostri ac dilecti Filii, amantissime impertimus.

1. *1 Cor* 14, 40.

4519

1977 MAI 29.- SC pro SACR.- CULTU, DECR. PART.*

Ordo Dedicationis Ecclesiae et altaris recognitus promulgatur

I.- DECRETUM PROMULGATIONIS "ORDINIS"

Dedicationis ecclesiae et altaris ritus in sollemnissimis actionibus liturgicis merito habetur. Nam locus in quo communitas christiana congregatur ad verbum Dei audiendum, ad preces intercessionis et laudis Deo fundendas maximeque ad sacra mysteria celebranda et in quo sanctissimum Eucharistiae sacramentum servatur, peculiaris imago exsistit Ecclesiae, templi Dei e vivis lapidibus aedificati; altare vero, quod plebs sancta circumdat ut sacrificium dominicum participet et caelesti reficiatur convivio, signum exsistit Christi, qui sacerdos, hostia, altare est sui ipsius sacrificii.

Hi ritus, qui in secundo libro Pontificalis Romani inveniuntur, recogniti atque ad simpliciorem formam redacti sunt anno MCMLXI. Attamen, ratione et normis attentis instaurationis liturgicae, quam Concilium Oecumenicum Vaticanum II suscitavit ac fovit, necessarium visum est eosdem ritus iterum recognoscere atque nostrorum temporum condicionibus aptare.

Novum *Ordinem dedicationis ecclesiae et altaris*, a Sacra Congregatione pro Sacramentis et Cultu Divino apparatum, Summus Pontifex Paulus VI auctoritate sua approbavit evulgarique iussit, praecipiens ut in locum rituum, qui secundo libro Pontificalis Romani continentur, substitueretur.

Quapropter haec Sacra Congregatio, de mandato Summi Pontificis, *Ordinem dedicationis ecclesiae et altaris* publici iuris facit, qui, lingua latina exaratus, statim ac prodierit, vigere incipiet; linguis autem vernaculis, cum translationes confirmatae et probatae a Sede Apostolica sint, a die quem Conferentiae Episcopales statuerint.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino, die 29 maii 1977, in Dominica Pentecostes.- Iacobus R. Card. KNOX, *Praefectus*. Antonius Innocenti, Archiep. tit. Aeclanen., *a Secretis*.

http://www.obrascatolicas.com

II.- ORDO DEDICATIONIS ECCLESIAE ET ALTARIS

PRAENOTANDA

Cap. I. Ordo imponendi primarium lapidem vel inchoandi opus ad ecclesiam aedificandam

PRAENOTANDA

1. Cum aedificium novae ecclesiae inchoatur, celebrari expedit ritum, quo benedictio Dei in opus perficiendum imploretur et fideles moneantur aedem ex lapidibus exstruendam signum visibile fore vivae illius Ecclesiae seu aedificationis Dei (1), quam ipsi constituunt.

Secundum morem liturgicum, hic ritus constat benedictione areae novae ecclesiae et benedictione et impositione primarii lapidis.

Sicubi vero ob peculiarem artem atque rationem aedificandi primarius lapis non adhibetur, ritum tamen benedictionis areae novae ecclesiae celebrari oportet ad initium operis Deo dicandum.

2. Ritus imponendi primarium lapidem vel inchoandi novam ecclesiam quolibet die et hora peragi potest, praeterquam Triduo paschali; dies vero potissimum eligatur quo fideles frequentiores convenire possint.

3. Ritus congruenter peragitur ab Episcopo dioeceseos; quod si ipse facere nequit, munus committet alii Episcopo aut presbytero, praesertim ei quem socium et adiutorem habet in cura pastorali dioeceseos vel communitatis pro qua nova ecclesia aedificatur.

4. Fideles de die atque hora celebrationis tempestive certiores fiant atque a parocho vel ab aliis, ad quos spectat, erudiantur de sensu ritus necnon de veneratione adhibenda ecclesiae, quae pro ipsis aedificatur.

Expedit quoque fideles invitari ad opem suam sponte ac libenter suppeditandam in ecclesiae aedificatione.

5. Provideatur, quantum fieri potest, ut area ecclesiae erigendae sit bene delineata atque commode circumiri possit.

6. In loco ubi altare erigetur, figitur crux lignea convenientis altitudinis.

7. Pro ritus celebratione parentur: – Pontificale Romanum; Lectionarium; – sedes pro Episcopo; – lapis primarius, si casus fert, qui secundum traditum morem est quadratus et angularis, necnon caementum et instrumenta ad lapidem in fundamentis collocandum; – vas aquae benedictae cum aspersorio; – turibulum cum navicula incensi et cochleari; – crux processionalis et intorticia pro ministris.

Disponantur apta instrumenta technica ut populus congregatus lectiones, preces, admonitiones clare audire possit.

8. Ad ritum celebrandum sacrae vestes coloris albi et festivi adhibentur. Parentur autem: – pro Episcopo: alba, stola, pluviale, mitra, baculus pastoralis; – pro presbytero, quando ipse celebrationi praeest: alba, stola, pluviale; – pro diaconis: albae, stolae et, pro opportunitate, dalmaticae; – pro ceteris ministris: albae vel aliae vestes legitime probatae.

1. Cf. 1 Cor 3, 9; Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium*, n. 6: A.A.S. 57 (1965 pp. 8-9.

Cap. II. Ordo dedicationis Ecclesiae

PRAENOTANDA

I. DE ECCLESIARUM NATURA ET DIGNITATE

1. Per suam mortem et resurrectionem Christus factus est verum et perfectum Novi Foederis templum (1) et populum acquisitionis congregavit.

Haec autem plebs sancta de unitate Patris et Filii et Spiritus Sancti adunata Ecclesia est (2), seu templum Dei ex vivis lapidibus aedificatum, ubi Pater adoratur in Spiritu et veritate (3).

Recte igitur ab antiquo nuncupatum est "ecclesia" et aedificium quo communitas christiana congregatur ut verbum Dei audiat, una oret, sacramenta frequentet, Eucharistiam celebret.

2. Ex eo quod est aedificium visibile, haec domus peculiare signum exsistit Ecclesiae in terris peregrinantis et imago Ecclesiae in caelis commorantis.

Ecclesiam autem, cum erigitur ut aedificium unice et stabiliter ad Dei plebem congregandam et sacra peragenda destinatum, sollemni ritu Domino dicari decet, secundum perantiquam Ecclesiae consuetudinem.

3. Ecclesia, ut eius natura postulat, sit sacris celebrationibus apta, decora, nobili fulgens pulchritudine non mera sumptuositate, atque rerum supernarum symbolum vere exsistat et signum. "Generalis itaque dispositio aedis sacrae ea sit oportet quae coetus congregati imaginem quodammodo prae se ferat, atque congruam omnium ordinationem permittat nec non rectam muneris exsecutionem uniuscuiusque foveat". Praeterea in iis, quae ad presbyterium, altare, sedem, ambonem locumque repositionis Ss.mi Sacramenti pertinent, disponendis, normis Institutionis generalis Missalis Romani obtemperetur (4).

Item ea diligenter serventur quae ad res et loca attinent ceteris sacramentis celebrandis destinata, in primis Baptismo et Paenitentiae (5).

II. DE TITULO ECCLESIAE ET DE RELIQUIIS SANCTORUM IN EA DEPONENDIS

4. Omnis ecclesia dedicanda titulum habere debet, qui sit vel Ss.ma Trinitas; Dominus noster Iesus Christus sub invocatione mysterii vitae eius aut nominis in sacram liturgiam iam inducti; vel Spiritus Sanctus; vel B. Maria Virgo item sub alia qua appellatione in sacram liturgiam iam assumpta; vel Sancti Angeli; vel demum Sanctus in Martyrologio Romano aut in eius Appendice rite probata inscriptus, non vero Beatus sine Apostolicae Sedis indulto. Ecclesiae titulus unus tantum sit, nisi agatur de Sanctis, qui una simul in Calendario inscripti sunt.

5. Liturgiae Romanae traditio Martyrum aliorumve Sanctorum reliquias sub altari condendi, opportune servabitur (6). Haec tamen notentur: *a*) Reliquiae deponendae eius sint magnitudinis ex qua intellegi possit humanorum corporum eas esse partes. Itaque vitandum est ne nimis exiguae condantur reliquiae unius vel complurium Sanctorum. *b*) Maxima cum diligentia inspiciatur num reliquiae deponendae authenticae sint. Praestat altare sine reliquiis dedicari quam dubiae fidei reliquias sub eo deponi. *c*) Reliquiarum capsa neque super altare neque in altaris mensa est collocanda sed, attenta altaris forma, sub altaris mensa condenda.

III. DE DEDICATIONIS CELEBRATIONE

De ritus ministro

6. Ad Episcopum, cui Ecclesiae particularis cura commissa est, novas ecclesias in sua dioecesi aedificatas spectat Deo dicare.

Si vero ipse ritui praeesse nequit, munus committet alii Episcopo, praesertim ei quem socium vel adiutorem habet in cura pastorali fidelium pro quibus nova ecclesia est aedificata; in adiunctis omnino peculiaribus, praesbytero, cui speciale dabit mandatum.

De die eligendo

7. Ad novam ecclesiam dedicandam, eligatur dies quo fideles frequentiores convenire possint, praesertim dies dominica. Cum in hoc ritu sensus dedicationis omnia pervadat, dedicatio novae ecclesiae peragi nequit diebus quibus mysterium quod eo die commemoratur praetermitti nullatenus decet: in Triduo paschali, in Nativitate Domini, in Epiphania, in Ascensione, in Dominica Pentecostes, in Feria IV Cinerum, in feriis Hebdomadae sanctae, in Commemoratione omnium fidelium defunctorum.

De Missa dedicationis

8. Missae celebratio ritui dedicationis ecclesiae intime inhaeret; quare, cum ecclesia dedicabitur, omissis textibus liturgiae diei, cum pro liturgia verbi tum pro liturgia eucharistica sumuntur textus proprii.

9. Episcopum decet Missam concelebrare cum presbyteris qui ei sociantur in ritibus dedicationis explendis et cum illis quibus traditum est munus regendae paroeciae vel communitatis pro qua ecclesia est aedificata.

De Officio dedicationis

10. Dies quo dedicatur ecclesia sollemnitas est habenda in ipsa ecclesia quae dedicatur.

Celebratur Officium de dedicatione ecclesiae, quod incipit a I Vesperis. Ubi peragitur ritus depositionis reliquiarum, valde expedit Vigiliam ad reliquias Martyris vel Sancti, quae sub altari deponendae sunt, celebrari: quod optime fit Officium lectionis, ex Communi vel ex Proprio convenienti sumptum, celebrando. Ad participationem autem populi fovendam, Vigilia, servatis iis quae iure statuuntur (7), opportune aptetur.

De ritus partibus

A. *De ingressu in ecclesiam*

11. Ritus dedicationis incipit ab ingressu in ecclesiam, qui tribus modis peragi potest; ille autem adhibendus est modus qui locorum et temporum adiunctis maxime idoneus videatur:

1. Cf. Io 2, 21.
2. Cf. S. Cyprianus, *De oratione dominica*, 23: PL 4, 553; Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium*, n. 4: A.A.S. 57 (1965) p. 7.
3. Cf. Io 4, 23.
4. Cf. Missale Romanum, *Institutio generalis*, nn. 253, 257, 258, 259-267, 271, 272, 276-277. Cf. Rituale Romanum, *De sacra communione et de cultu mysterii eucharistici extra Missam*, nn. 6 et 9-11.
5. Cfr. Rituale Romanum, *Ordo Baptismi parvulorum*, n. 25; *Ordo Paenitentiae*, n. 12.
6. Cf. Missale Romanum, *Institutio generalis*, n. 266.
7. Cf. Liturgia Horarum, *Institutio generalis*, nn. 70-73.

– *processio* ad ecclesiam dedicandam: fit collecta in vicina ecclesia vel alio apto loco, ex quo Episcopus, ministri fidelesque ad ecclesiam dedicandam orantes et psallentes pergunt; – *introitus sollemnis*: communitas, si processio fieri nequit vel haud opportuna videtur, congregatur ad fores ecclesiae; – *introitus simplex*: fideles congregantur in ipsa ecclesia; Episcopus, concelebrantes, ministri de secretario exeunt more consueto.

Duo ritus eminent in ingressu in novam ecclesiam: *a*) Traditio ecclesiae: legati eorum qui ecclesiae aedificandae operam dederunt, eam Episcopo tradunt. *b*) Aspersio ecclesiae: Episcopus aquam benedicit eaque populum, qui est templum spiritale, ecclesiae parietes atque altare aspergit.

B. *De liturgia verbi*

12. In liturgia verbi tres lectiones dicuntur selectae ex iis quae pro ritu dedicationis ecclesiae in Lectionario (III, 233-244) proponuntur.

In prima lectione tamen legitur semper, tempore quoque paschali, locus Nehemiae quo describitur populus Ierusalem apud Esdram scribam congregatus ad legis Dei proclamationem audiendam (*Neh* 8, 1-4a. 5-6. 8-10).

13. Post lectiones Episcopus homiliam habet in qua illustrat cum lectiones biblicas tum sensum dedicationis ecclesiae.

Symbolum semper dicitur. Oratio autem universalis omittitur, cum eius loco Litaniae Sanctorum canantur.

C. *De Prece dedicationis et de ecclesiae atque altaris unctione*

De reliquiarum Sanctorum depositione

14. Post Litaniarum cantum, si casus fert, deponuntur reliquiae alicuius Martyris ad significandum sacrificium membrorum de Capitis sacrificio sumpsisse principium (8). Ubi tamen Martyris reliquiae non habentur, tunc in altari includi possunt reliquiae alius Sancti.

De Prece dedicationis

15. Celebratio Eucharistiae maximus est ritus isque unus necessarius ad ecclesiam dedicandam; attamen, secundum communem traditionem Ecclesiae, cum Orientis tum Occidentis, dicitur etiam peculiaris Prex dedicationis, qua propositum significatur ecclesiam in perpetuum Domino dicandi eiusque benedictio exposcitur.

De ritibus unctionis, incensationis, velationis, illuminationis altaris

16. Ritus unctionis, incensationis, velationis, illuminationis altaris visibilibus signis nonnulla exprimunt illius invisibilis operis, quod Dominus per Ecclesiam divina mysteria, Eucharistiam praesertim, celebrantem, perficit.

a) *Unctio* altaris et parietum ecclesiae: – Chrismatis unctione altare fit symbolum Christi, qui prae omnibus "Unctus" est et vocatur; nam Pater Spiritu Sancto unxit eum summumque constituit Sacerdotem, qui in altari Corporis sui vitae sacrificium pro omnium salute offerret; – Unctio autem ecclesiae significat eam cultui christiano totam et in perpetuum dicari. Duodecim fiunt unctiones secundum traditionem liturgicam vel, pro opportunitate, quattuor, quibus significatur ecclesiam imaginem esse civitatis sanctae Ierusalem.

b) *Incensum* super altare comburitur ut significetur sacrificium Christi, quod ibi in mysterio perpetuatur, ad Deum ascendere in odorem suavitatis; sed et ut exprimatur fidelium orationes placabiles gratasque usque ad thronum Dei pervenire (9).

Incensatio autem aulae ecclesiae indicat eam per dedicationem domum fieri orationis; sed incensatur in primis Populus Dei; ille enim est templum vivum, in quo quisque fidelis est altare spiritale (10).

c) *Velatio altaris* indicat altare christianum sacrificii eucharistici aram et Domini mensam esse, quam circum stantes sacerdotes et fideles, una eademque actione, diverso autem munere, Memoriale mortis et resurrectionis Christi celebrant et dominicam Cenam manducant. Ideo altare ut convivii sacrificalis mensa paratur ac festive exornatur. Quod aperte significat ipsum esse mensam Domini ad quam omnes fideles laetantes conveniunt ut divino cibo, Corpore nempe et Sanguine Christi immolati, reficiantur.

d) *Illuminatio* altaris, quam illuminatio ecclesiae sequitur, admonet Christum esse "Lumen ad revelationem gentium" (11), cuius claritate resplendet Ecclesia et per eam cuncta hominum familia.

D. *De Eucharistiae celebratione*

17. Altari parato, Episcopus Eucharistiam celebrat, quae totius ritus est pars praecipua necnon antiquissima (12). Eucharistiae enim celebratio aptissime cohaeret ritui dedicationis ecclesiae: – celebratione sacrificii eucharistici finis praecipuus ad quem ecclesia est aedificata atque altare exstructum attingitur ac signis praeclaris manifestatur; – praeterea Eucharistia, quae sumentium corda sanctificat, altare et celebrationis locum quodammodo consecrat, ut antiqui Ecclesiae Patres haud semel affirmarunt: "Hoc altare admirandum est, quia natura quidem lapis est, sanctum autem efficitur, postquam Christi Corpus excepit" (13); – nexus denique quo dedicatio ecclesiae cum Eucharistiae celebratione arcte coniungitur, ex hoc quoque patet quod Missa dedicationis Praefatione propria ditatur, quae ritui intime inhaeret.

IV. DE RITU APTANDO

De aptationibus quae Conferentiis Episcopalibus competunt

18. Conferentiae Episcopales hunc Ordinem uniuscuiusque regionis moribus pro opportunitate aptare possunt, ita tamen ut nihil adimatur eius nobilitati ac sollemnitati.

Haec vero serventur: *a*) celebratio Missae cum Praefatione propria et Prex dedicationis numquam omittendae sunt; *b*) ritus, quibus ex traditione liturgica peculiaris sensus atque vis inest (cf. supra n. 16), nisi graves obstent rationes, serventur, formulis, si casus fert, convenienter aptatis.

In aptationibus autem peragendis, competens auctoritas ecclesiastica Sedem Apostolicam consulat atque de eius consensu aptationes inducat (14).

De accommodationibus quae ministris competunt

19. Ad Episcopum et ad eos qui ritum celebrandum curant spectat: – modum introitus in ecclesiam peragendi statuere (cf. supra n. 11); – modum novae ecclesiae Episcopo tradendae definire (cf. supra n. 11); – de opportunitate reliquias Sanctorum deponendi decernere; qua in re bonum spirituale fidelium in primis est prospiciendum et ea quae n. 5 praecipiuntur sunt servanda.

Ad rectorem autem ecclesiae dedicandae adiuvantibus cooperatoribus in actione pastorali, omnia statuere ac parare spectat quod ad lectiones, cantus necnon subsidia pastoralia cum ad fovendam fructuosam participationem populi tum ad decorem delebrationis promovendum pertinet.

V. DE PRAEPARATIONE PASTORALI

20. Ut fideles ritui dedicationis fructuose intersint, rector ecclesiae dedicandae aliique viri rei pastoralis periti eos erudiant oportet de celebrationis vi atque virtute spiritali, ecclesiali, missionali.

Fidelibus proinde illustrentur oportet variae partes ecclesiae earumque usus necnon Ordo dedicationis praecipuaque symbola liturgica quae in eo usurpantur, ita ut ipsi, opportunis adhibitis subsidiis, per ritus et preces sensum dedicationis ecclesiae plene intellegentes, sacram actionem conscie, pie, actuose participent.

VI. DE REBUS PARANDIS PRO ECCLESIAE DEDICATIONE

21. Ad ritum dedicationis ecclesiae celebrandum, haec parentur:

a) *In loco ubi fit statio*: – Pontificale Romanum; – crux in processione ferenda; – si reliquiae Sanctorum processionaliter deferendae sunt, ea quae n. 24 *a*) indicantur.

b) *In secretario aut in presbyterio aut in aula ecclesiae dedicandae* prout unaquaeque res postulat: – Missale Romanum, Lectionarium; – vas aquae benedicendae cum aspersorio; – vasa sancti chrismatis; – mantilia ad extergendam mensam altaris; – si casus fert, tobalea linea cerata vel linteum impermeabile, ad mensuram altaris; – pelvis et urceus cum aqua, mantilia et omnia necessaria ad abluendas manus Episcopi et presbyterorum qui parietes ecclesiae unxerunt; – gremiale linteum; – foculus ad urenda incensa vel aromata; vel grana incensi et candelae subtiles super altare comburenda; – turibula cum navicula incensi et cochleari; – calix, corporale, purificatoria, manutergium; – panis, vinum, aqua ad Missam celebrandam; – crux altaris, nisi in presbyterio crux iam sit posita, vel crux quae in processione introitus defertur prope altare collocetur; – tobalea, cerei, candelabra; – pro opportunitate, flores.

22. Antiqua consuetudo collocandi cruces ex lapide vel aere vel ex alia apta materia confectas aut in ipsis parietibus ecclesiae eas insculpendi, laudabiliter servabitur. Ideoque parentur duodecim vel quattuor cruces, secundum numerum unctionum (cf. supra n. 16) et apte distribuantur in parietibus ecclesiae, convenienti altitudine. Sub unaquaque cruce aptetur ansula, in qua infigatur parvum candelabrum cum candela accendenda.

8. Cf. Missale Romanum, *Commune Martyrum* 8. Super oblata; S. Ambrosius, *Epistula* 22, 13: PL 16, 1023: "Succedant victimae triumphales in locum ubi Christus hostia est. Sed ille super altare, qui pro omnibus passus est. Isti sub altari, qui illius redempti sunt passione". Cf. Ps. Maximus Taurinensis, *Sermo* 78: PL 57, 689-690. Ap 6, 9: "Vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei et propter testimonium quod habebant".
9. Cf. Ap 8, 3-4.
10. Cf. Rom 12, 1.
11. Lc 2, 32.
12. Cf. Vigilius PP., *Epistula ad Profuturum episcopum*, IV: PL 84, 832.
13. S. Ioannes Chrysostomus, *Homil. XX in II Cor.*, 3: PG 61, 540.
14. Cf. Conc. Vat. II, Const. de sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 40: A.A.S. 56 (1964) p. 111.

http://www.obrascatolicas.com

23. In Missa dedicationis ecclesiae, sacrae vestes coloris albi vel festivi adhibentur, Parentur autem: – pro Episcopo: alba, stola, planeta, mitra, baculus pastoralis, pallium si eo fruitur; – pro presbyteris concelebrantibus: vestes pro Missa concelebranda; – pro diaconis: albae, stolae et dalmaticae; – pro ceteris ministris: albae vel aliae vestes legitime probatae.

24. Si reliquiae Sanctorum sub altari condendae sunt, haec parantur:

a) In loco ubi fit statio: – capsa cum reliquiis, floribus et facibus circumdata. Si fit introitus simplex, capsa apto presbyterii loco, ante ritus initium, collocari potest; – pro diaconis, qui reliquias deponendas portabunt: alba, stola coloris rubri, si de reliquiis Martyris agitur, vel coloris albi in ceteris casibus, et, si praesto sunt, dalmaticae. Si vero reliquiae a presbyteris deferuntur, loco dalmaticarum, pro ipsis planetae praeparentur.

Reliquiae tamen deferri possunt etiam ab aliis ministris, albis vel vestibus legitime probatis indutis.

b) In presbyterio: – parva mensa in qua deponitur capsa reliquiarum dum prima pars ritus dedicationis peragitur.

c) In secretario: – maltha seu arenatum quo caveae operculum claudatur; adsit quoque faber caementarius, qui suo tempore claudat sepulcrum reliquiarum.

25. Actorum dedicationis ecclesiae duo conficiantur exemplaria, Episcopo, ecclesiae rectori legatisque communitatis localis subsignanda, quorum unum in dioeceseos, alterum in ecclesiae dedicatae tabulario servetur. Ubi vero fit depositio reliquiarum, tertium actorum exemplar conficiatur, opportune in ipsa reliquiarum capsa condendum.

In actis mentio fiat anni, mensis, diei dedicationis ecclesiae, nominis Episcopi ritum celebrantis, Tituli ecclesiae necnon, si casus fert, nominum Martyrum vel Sanctorum, quorum reliquiae sub altari condendae sunt.

Praeterea, convenienti loco ecclesiae, ponatur inscriptio in qua fiat mentio diei, mensis, anni peractae dedicationis, Tituli ecclesiae necnon nominis Episcopi ritum celebrantis.

VII. DE ANNIVERSARIO DEDICATIONIS

A. *In die anniversario dedicationis ecclesiae cathedralis*

26. Quo clarius emineant momentum et dignitas Ecclesiae particularis, celebratio anniversaria dedicationis eius ecclesiae cathedralis peragenda est, gradu sollemnitatis, in ipsa ecclesia cathedrali, gradu autem festi, in ceteris ecclesiis dioeceseos, recurrente die quo dedicata est ecclesia (15). Si hic dies impeditur, celebratio assignetur proximo diei libero.

Expedit vero die anniversario dedicationis Episcopum Eucharistiam concelebrare in ecclesia cathedrali cum Capitulo canonicorum vel Consilio presbyterali, fidelibus quam frequentissimis participantibus.

B. *In die anniversario dedicationis ecclesiae propriae*

27. Dies anniversarius dedicationis ecclesiae propriae gradu sollemnitatis celebratur (16).

Cap.III. Ordo dedicationis ecclesiae in qua iam de more sacra celebrantur

PRAENOTANDA

1. Ad symbolorum vim et ritus sensum plene attingendum, novae ecclesiae inauguratio una cum eius dedicatione fiat oportet: quare, ut supra dictum est, quantum fieri potest caveatur ne in nova ecclesia Missa celebretur antequam ipsa dedicetur (cf. cap. II, nn. 8, 15, 17).

Cum autem dedicantur ecclesiae in quibus iam de more sacra mysteria celebrantur, Ordo qui hoc capite proponitur est adhibendus.

Praeterea in huiusmodi ecclesiis non sine causa distinguuntur quae nuper sunt exstructae, quarum dedicationis ratio clarior patet, ab illis quae iamdiu sunt aedificatae; ad has dedicandas requiritur: – ut altare nondum sit dedicatum, nam consuetudine et iure liturgico recte prohibetur ne dedicatio ecclesiae peragatur nisi altare dedicetur; dedicatio enim altaris pars est praecipua totius ritus; – ut aliquid novum aut valde immutatum sit in aede, quod ad aedificium attinet (ex. gr. ecclesia sit funditus instaurata) aut ad eius statum iuridicum (ex. gr. ecclesia ad gradum paroeciae sit evecta).

2. Omnia quae in Praenotandis capitis II indicantur ad hunc Ordinem quoque referuntur, nisi a rerum condicione, quam hic Ordo respicit, aliena manifesto appareant, vel aliter notetur.

Hic Ordo ab Ordine qui capite II describitur his rebus praecipue differt: *a)* ritus aperiendi fores ecclesiae (cf. cap. II, n. 34 vel n. 41) omittitur, cum ecclesia iam fidelibus pateat; proinde introitus fit ad instar "introitus simplicis" (cf. cap. II, nn. 43-47). Si vero agatur de dedicanda ecclesia quae diu clausa fuerit et nunc denuo sacris aperiatur celebrationibus, ritus peragi potest, cum hoc in casu vim suam ac sensum servet; *b)* ritus tradendi ecclesiam Episcopo (cf. cap. II, n. 33 vel 40 vel 47), pro rerum adiunctis, aut servandus aut omittendus aut ita aptandus est ut ecclesiae dedicandae condicionem respiciat (ex. gr. convenienter servabitur in dedicatione ecclesiae nuper aedificatae; omittetur in dedicatione veteris ecclesiae ubi in aedificii structura nihil sit immutatum; aptabitur in dedicatione veteris ecclesiae funditus refectae); *c)* ritus aspergendi aqua benedicta parietes ecclesiae (cf. cap. II, nn. 48-50), cui lustralis indoles inest, omittitur; *d)* quae sunt peculiaria primae verbi Dei proclamationis (cf. cap. II, n. 53) omittuntur, ideoque liturgia verbi fit more consueto; loco Nehemiae 8, 1-4a. 5-6. 8-10 cum Psalmo 18 B, 8-9. 10. 15 et suo responsorio (cf. cap. II, n. 54 *a*), alia apta lectio seligitur.

15. Cf. Calendarium Romanum, *Tabula dierum liturgicorum*, I 4 b et II 8 b.
16. *Ibid.*, I 4 b.

Cap. IV. Ordo dedicationis altaris

PRAENOTANDA

I. DE ALTARIS NATURA ET DIGNITATE

1. Antiqui Ecclesiae Patres, Dei verbum meditati, affirmare non dubitaverunt Christum victimam, sacerdotem, altare sui ipsius exstitisse sacrificii (1).

In Epistula enim ad Hebraeos, Christus exhibetur Pontifex magnus idemque Altare vivum Templi caelestis (2); in Apocalypsi autem Redemptor noster tamquam Agnus occisus apparet (3), cuius oblatio per manus sancti Angeli in sublime altare perfertur (4).

Christianus et ipse altare spiritale

2. Cum Christus, Caput et Magister, verum sit altare, membra quoque eius ac discipuli altaria sunt spiritalia, in quibus sacrificium vitae sancte peractae Deo offertur. Quod ipsi Patres significare videntur: S. Ignatius Antiochenus cum praeclare Romanos rogat: "Nolite plus mihi praebere, quam ut immoler Deo, dum adhuc altare paratum est" (5), vel S. Polycarpus cum viduas admonet ut sancte vivant, quae "altare Dei sunt" (6). Quibus vocibus cum aliorum tum S. Gregorii Magni vox respondet docentis: "Quid est altare Dei, nisi mens bene viventium? ... Recte igitur [iustorum] cor altare Dei dicitur" (7).

Vel secundum aliam imaginem apud Ecclesiae scriptores celebratam, christifideles qui orationibus vacant, obsecrationes offerunt Deo et supplicationum victimas immolant, ipsi sunt lapides vivi ex quibus Dominus Iesus Ecclesiae altare aedificat (8).

Altare mensa sacrificii et convivii paschalis

3. Christus Dominus memoriale sacrificii, quod in ara crucis Patri erat oblaturus, sub specie sacrificalis convivii instituens, mensam, ad quam fideles convenirent ut Pascha suum celebrarent, sacram effecit. Altare itaque est mensa sacrificii et convivii, in qua sacerdos, Christum Dominum repraesentans, idem perficit quod ipse Dominus egit atque discipulis in sui memoriam faciendum tradidit, quae omnia Apostolus praeclare innuit, dicens: "Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? et panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est? Quoniam unus panis, unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane participamus" (9).

Altare Christi signum

4. Ubique, pro rerum adiunctis, Ecclesiae filii memoriale Christi celebrare et ad mensam dominicam consistere possunt. At consentaneum mysterio eucharistico est ut christifideles ad Cenam dominicam celebrandam altare erigant stabile: quod iam inde ab antiquis temporibus factum est.

Altare christianum sua ipsius natura est peculiaris mensa sacrificii et paschalis convivii: – ara peculiaris, ubi sacrificium crucis in saecula, donec Christus veniat, in mysterio perpetuatur; – mensa ad quam Ecclesiae filii congregantur, ut gratias Deo agant et Corpus et Sanguinem Christi sumant.

In omnibus igitur ecclesiis altare est "centrum gratiarum actionis, quae per Eucharistiam perficitur" (10) circa quod ceteri Ecclesiae ritus quodammodo ordinantur (11).

Ex eo quod apud altare memoriale Domini celebratur eiusque Corpus et Sanguis fidelibus praebetur, factum est ut Ecclesiae scriptores in altari veluti signum ipsius Christi cernerent – unde illud invaluit "Altare Christus est".

1. Cf. S. Epiphanius, *Panarium II, I, Haeresis* 55: PG 41, 979; S. Cyrillus Alexandrinus, *De adoratione in spiritu et veritate*, IX: PG 68, 647.
2. Cf. Hebr 4, 14; 13, 10.
3. Cf. Ap 5, 6.
4. Cf. Missale Romanum, *Ordo Missae*, n. 96.
5. *Ad Romanos* 2, 2: ed. F. X. Funk, p. 255.
6. *Ad Philipenses* 4, 3: ed. F. X. Funk, p. 301.
7. *Homiliarum in Ezechielem* II, 10, 19: PL 76, 1069.
8. Cf. Origenes, *In librum Iesu Nave*, Homilia IX, 1: SC 71, pp. 244 et 246.
9. Cf. 1 Cor 10, 16-17.
10. Missale Romanum, *Institutio generalis*, n. 259.
11. Cf. Pius XII, Litt. Enc. *Mediator Dei et hominum*: A.A.S. 39 (1947) p. 529.

Altare honor Martyrum

5. Dignitas altaris tota in hoc posita est quod altare est mensa Domini. Non igitur Martyrum corpora altare honorant, sed potius altare Martyrum sepulcrum honestat. Ad honorandа enim Martyrum aliorumque Sanctorum corpora necnon ad significandum sacrificium membrorum de Capitis sacrificio sumpsisse principium (12), decet super eorum sepulcris altaria aedificari aut sub altaribus condi eorum reliquias, ita ut "succedant victimae triumphales in locum ubi Christus hostia est. Sed ille super altare, qui pro omnibus passus est. Isti sub altari, qui illius redempti sunt passione" (13). Quae rerum dispositio quodammodo repetere videtur illam spiritalem visionem Ioannis Apostoli in Apocalypsi: "Vidi subtus Altare animas interfectorum propter verbum Dei et propter testimonium quod habebant" (14). Quamquam enim omnes Sancti recte appellantur testes Christi, tamen sanguinis testimonio peculiaris vis inest, quam Martyrum tantum reliquiae sub altari depositae totam atque integram exprimunt.

II. DE ALTARI ERIGENDO

6. Expedit in omni ecclesia altare fixum inesse; ceteris vero locis sacris celebrationibus dicatis, altare fixum vel mobile.

Altare fixum dicitur, si ita exstruatur ut cum pavimento cohaereat ideoque amoveri nequeat; mobile vero si transferri possit (15).

7. In novis ecclesiis praestat unum tantum altare erigi, ut in uno fidelium coetu unicum altare unum Salvatorem nostrum Iesum Christum significet unamque Ecclesiae Eucharistiam.

In sacello tamen, ab aula ecclesiae si fieri potest quodammodo seiuncto, ubi tabernaculum ad Ss.mum Sacramentum asservandum est collocatum, alterum altare erigi poterit, ubi etiam Missa celebrari potest diebus ferialibus pro parvo fidelium coetu.

Omnino vero vitandum est ne plura erigantur altaria ecclesiae tantum exornandae causa.

8. Altare exstruatur a pariete seiunctum, ut sacerdos facile id circumire et Missas versus populum celebrare possit. "Eum autem occupet locum ut revera centrum sit ad quod totius congregationis fidelium attentio sponte convertatur" (16).

9. Iuxta traditum Ecclesiae morem et symbolum biblicum quod altari inest, mensa altaris fixi sit lapidea, et quidem ex lapide naturali. Attamen alia materia digna, solida et affabre effecta, de iudicio Conferentiarum Episcopalium, ad exstruendum altare adhiberi potest.

Stipites vero aut basis ad mensam sustentandam ex qualibet materia, dummodo sit digna et solida, confici possunt (17).

10. Sua ipsius natura altare uni Deo dicatur, nam sacrificium eucharisticum uni Deo offertur. Hoc sensu intellegi debet consuetudo Ecclesiae dicandi altaria Deo in honorem Sanctorum. Quod S. Augustinus apte exprimit: "nulli martyrum, sed ipsi Deo martyrum, quamvis in memoriis martyrum, constituimus altaria" (18).

Hoc clare fidelibus explicari debet. In novis ecclesiis simulacra vel imagines Sanctorum supra altare ne collocentur.

Item ne deponantur super altaris mensam Sanctorum reliquiae cum ad populi venerationem exhibentur.

11. Liturgiae Romanae traditio Martyrum aliorumve Sanctorum reliquias sub altari condendi opportune servabitur (19). Haec tamen notentur: *a)* Reliquiae deponendae eius sint magnitudinis ex qua intellegi possit humanorum corporum eas esse partes. Itaque vitandum est ne nimis exiguae condantur reliquiae unius vel complurium Sanctorum. *b)* Maxima cum diligentia inspiciatur utrum reliquiae deponendae authenticae sint. Praestat altare sine reliquiis dedicari quam dubiae fidei reliquias sub eo deponi. *c)* Reliquiarum capsa neque super altare neque in altaris mensa est collocanda sed, attenta altaris forma, sub altaris mensa condenda.

Ubi peragitur ritus depositionis reliquiarum, valde expedit Vigilias ad reliquias Martyris vel Sancti celebrari, iuxta ea quae supra cap. II, n. 10 indicantur.

III. DE DEDICATIONIS CELEBRATIONE

De ritus ministro

12. Ad Episcopum, cui Ecclesiae particularis cura commissa est, nova altaria in sua dioecesi erecta spectat Deo dicare; quod si ipse facere nequit, munus committet alii Episcopo, praesertim ei quem socium et adiutorem habet in cura pastorali fidelium pro quibus novum altare est erectum; in adiunctis omnino peculiaribus presbytero, cui speciale dabit mandatum.

12. Cf. Missale Romanum, *Commune Martyrum* 8, Super oblata.
13. S. Ambrosius, *Epistula* 22, 13: PL 16, 1023; cf. Ps. Maximus Taurinensis, *Sermo*, 78: PL 57, 689-690.
14. Ap 6, 9.
15. Cf. Missale Romanum, *Institutio generalis*, n. 265, 261.
16. *Ibid.*, n. 262.
17. Cf. *ibid.*, n. 263.
18. *Contra Faustum*, XX, 21: PL 42, 384.
19. Cf. Missale Romanum, *Institutio generalis*, n. 266.

De die eligendo

13. Cum vero altare fiat sacrum in primis Eucharistiae celebratione, ad rerum veritatem servandam caveatur ne in novo altari Missa celebretur antequam ipsum dedicetur, ita ut Missa dedicationis sit quoque prima Eucharistia quae super ipsum altare peragitur.

14. Ad novum altare dedicandum, eligatur dies quo fideles frequentiores convenire possint, praesertim dies dominica, nisi rationes pastorales aliud suadeant. Ritus dedicationis altaris celebrari tamen nequit in Triduo paschali, in Feria IV Cinerum, in feriis Hebdomadae sanctae, et in Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum

De Missa dedicationis

15. Eucharistiae celebratio ritui dedicationis altaris intime inhaeret. Dicitur Missa "In dedicatione altaris". In Nativitate Domini autem, in Epiphania, in Ascensione, in Dominica Pentecostes necnon in Dominicis Adventus, Quadragesimae et Paschae, sumitur Missa diei, praeter orationem super oblata et praefationem, quae ipsi ritui intime nectuntur.

16. Episcopum decet Missam concelebrare cum presbyteris adstantibus maximeque cum illis quibus traditum est munus regendae paroeciae vel communitatis pro qua altare est erectum.

De ritus partibus

A. *De ritibus initialibus*

17. Ritus initiales Missae dedicationis alteris fit more consueto praeterquam quod, loco actus paenitentialis, Episcopus aquam benedicit eaque aspergit populum et novum altare.

B. *De liturgia verbi*

18. In liturgia verbi tres lectiones laudabiliter dicuntur selectae, ad normam rubricarum, vel e liturgia diei (cf. supra n. 15) vel ex iis quae pro ritu dedicationis altaris in Lectionario (III, 235-244) proponuntur.

19. Post lectiones Episcopus homiliam habet, in qua illustrat cum lectionnes biblicas tum sensum dedicationis altaris.

Expleta homilia dicitur Symbolum. Oratio autem universalis omittitur, cum eius loco Sanctorum Litaniae canantur.

C. *De Prece dedicationis et de altaris unctione*

De reliquiarum Sanctorum depositione

20. Post Litaniarum cantum, si casus fert, reliquiae Martyrum aliorumve Sanctorum sub altari deponuntur, ut significetur omnes qui in morte Christi sunt baptizati, sed in primis illos qui sanguinem pro Domino fuderunt, passionem Christi participare (cf. supra n. 5).

De Prece dedicationis

21. Celebratio Eucharistiae maximus est ritus isque unus necessarius ad altare dedicandum; attamen, secundum communem traditionem Ecclesiae, cum Orientis tum Occidentis, dicitur etiam peculiaris Prex dedicationis, qua propositum significatur altare in perpetuum Domino dicandi eiusque benedictio exposcitur.

De ritibus unctionis, incensationis, velationis, illuminationis

22. Ritus unctionis, incensationis, velationis, illuminationis altaris visibilibus signis nonnulla exprimunt illius invisibilis operis, quod Dominus per Ecclesiam divina mysteria, praesertim Eucharistiam, celebrantem perficit.

a) Unctio altaris: Chrismatis unctione altare fit symbolum Christi, qui prae omnibus "Unctus" est et vocatur; nam Pater Spiritu Sancto unxit eum summmumque constituit Sacerdotem, qui in altari Corporis sui vitae sacrificium pro omnium salute offerret.

b) Incensum super altare comburitur ut significetur sacrificium Christi, quod ibi in mysterio perpetuatur, ad Deum ascendere in odorem suavitatis, sed et ut exprimatur fidelium orationes placabiles gratasque usque ad thronum Dei pervenire (20).

c) Velatio altaris indicat altare christianum sacrificii eucharistici aram et Domino mensam esse, quam circum stantes sacerdotes et fideles, una eademque actione, diverso autem munere, Memoriale mortis et resurrectionis Christi celebrant et dominicam Cenam manducant. Ideo altare ut convivii sacrificalis mensa paratur ac festive exornatur. Quod clare significat illud esse mensam Domini, ad quam omnes fideles laetantes conveniunt ut divino cibo, Corpore nempe et Sanguine Christi immolati, reficiantur.

d) Illuminatio altaris admonet Christum esse "Lumen ad revelationem gentium" (21), cuius claritate resplendet Ecclesia et per eam cuncta hominum familia.

20. Cf. Ap 8, 3-4: Angelus "venit et stetit ante Altare habens turibulum aureum, et data sunt illi incensa multa ut daret orationibus sanctorum omnium super Altare aureum, quod est ante thronum. Et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu Angeli coram Deo".
21. Lc 2, 32.

http://www.obrascatolicas.com

D. *De Eucharistiae celebratione*

23. Altari parato, Episcopus Eucharistiam celebrat, quae totius ritus est pars praecipua necnon antiquissima (22). Eucharistiae enim celebratio aptissime cohaeret ritui dedicationis altaris: – celebratione sacrificii eucharistici finis ad quem altare est exstructum attingitur et praeclare manifestatur; – praeterea Eucharistia, quae sumentium corda sanctificat, altare quodammodo consecrat, ut antiqui Ecclesiae Patres haud semel affirmarunt: "Hoc altare admirandum est, quia natura quidem lapis est, sanctum autem efficitur, postquam Christi Corpus excipit" (23); – nexus denique quo dedicatio altaris cum Eucharistiae celebratione arcte coniungitur, ex hoc quoque patet quod Missa dedicationis praefatione propria ditatur, quae ritui intime inhaeret.

IV. DE RITU APTANDO

De aptationibus quae Conferentiis Episcopalibus competunt

24. Conferentiae Episcopales hunc Ordinem uniuscuiusque regionis moribus pro opportunitate aptare possunt, ita tamen ut nihil adimatur eius nobilitati ac sollemnitati.

Haec vero serventur: *a*) celebratio Missae cum praefatione propria et Prex dedicationis numquam omittendae sunt; *b*) ritus, quibus ex traditione liturgica peculiaris sensus atque vis inest (cf. supra n. 22), nisi graves obstent rationes, serventur, formulis, si casus fert, convenienter aptatis.

In aptationibus autem peragendis, competens auctoritas ecclesiastica Sedem Apostolicam consulat atque de eius consensu aptationes inducat (24).

De accommodationibus quae ministris competunt

25. Ad Episcopum et ad eos qui ritum celebrandum curant de opportunitate reliquias Sanctorum deponendi statuere spectat; qua in re, iis quae supra n. 11 dicta sunt servatis, bonum spiritale fidelium et rectus liturgiae sensus prae omnibus respicienda sunt.

Ad rectorem autem ecclesiae in qua altare dedicatur, adiuvantibus cooperatoribus in actione pastorali, omnia statuere ac parare spectat quod ad lectiones, cantus necnon subsidia pastoralia cum ad fovendam fructuosam participationem populi tum ad decorem celebrationis promovendum pertinet.

V. DE PRAEPARATIONE PASTORALI

26. Fideles non solum tempestive certiores fiant de novi altaris dedicatione, sed etiam opportune praeparentur ut actuose ritui intersint. Ideo, quid singuli ritus significent et quomodo peragantur eruditiantur oportet. Ad quam impertiendam catechesim usui esse possunt quae supra dicta sunt de altaris natura ac diginitate et de rituum sensu ac vi. Ita fideles recto ac debito erga altare imbuentur amore.

VI. DE REBUS PARANDIS PRO ALTARIS DEDICATIONE

27. Ad ritum dedicationis altaris celebrandum, haec parentur: – Missale Romanum, Lectionarium, Pontificale Romanum; – crux et liber Evangeliorum in processione ferenda; – vas aquae benedicendae cum aspersorio; – vas sancti chrismatis; – mantilia ad extergendam mensam altaris; – si casus fert, tobalea linea cerata vel linteum impermeabile, ad mensuram altaris; – pelvis et urceus cum aqua, mantilia et omnia necessaria ad abluendas manus Episcopi; – gremiale linteum; – foculus ad urenda incensa vel aromata; vel grana incensi et candelae subtiles super altare comburenda; – turibulum cum navicula incensi et cochleari; – calix, corporale, purificatoria, manutergium; – panis, vinum, aqua ad Missam celebrandam; – crux altaris, nisi in presbyterio crux iam sit posita, vel crux quae in processione introitus defertur prope altare collocetur; – tobalea, cerei, candelabra; – pro opportunitate, flores.

28. In Missa dedicationis altaris, sacrae vestes coloris albi vel festivi adhibentur. Parentur autem: – pro Episcopo: alba, stola, planeta, mitra, baculus pastoralis, pallium si eo fruitur; – pro presbyteris concelebrantibus: vestes pro Missa concelebranda; – pro diaconis: albae, stolae, et, pro opportunitate, dalmaticae; – pro ceteris ministris: albae vel aliae vestes legitime probatae.

29. Si reliquiae Sanctorum sub altari condendae sunt, haec parentur:

a) *In loco ex quo incipit processio*: – capsa cum reliquiis, floribus et facibus circumdata. Pro opportunitate autem capsa apto presbyterii loco, ante ritus initium, collocari potest; – pro diaconis, qui reliquias deponendas portabunt: alba, stola coloris rubri, si de reliquiis Martyrum agitur, vel coloris albi in ceteris casibus, et, si praesto sunt, dalmaticae. Si vero reliquiae a presbyteris deferuntur, loco dalmaticarum, pro ipsis planetae praeparentur.

Reliquiae tamen deferri possunt etiam ab aliis ministris, albis vel vestibus legitime probatis indutis.

b) *In presbyterio*: – parva mensa in qua deponitur capsa reliquiarum dum prima pars ritus dedicationis peragitur.

c) *In secretario*: – maltha seu arenatum quo caveae operculum claudatur; adsit quoque faber caementarius, qui suo tempore claudat sepulcrum reliquiarum.

30. Convenienter servabitur mos includendi in capsa reliquiarum pergamenam in qua facta sit mentio diei, mensis, anni dedicationis altaris, nominis Episcopi ritum celebrantis, Tituli ecclesiae necnon nominum Martyrum vel Sanctorum quorum reliquiae sub altari condendae sunt.

Conficiantur autem acta dedicationis in duplici exemplari, quorum alterum in dioeceseos, alterum in ecclesiae tabulario servetur, Episcopo, ecclesiae rectori legatisque communitatis localis subsignanda.

Cap. V. Ordo benedictionis Ecclesiae

PRAENOTANDA

1. Aedes sacras seu ecclesias, quae modo stabili ad divina celebranda mysteria destinantur, expedit Deo dicari secundum Ordinem dedicationis ecclesiae, capitibus II et II descriptum, qui rituum ac symbolorum vi excellit.

Oratoria autem privata, sacella vel aedes sacras, quae ob peculiaria adiuncta ad tempus tantum divino cultui destinantur, benedici convenit secundum Ordinem qui infra describitur.

2. Quod attinet ad eorum ordinationem liturgicam, ad Tituli electionem, ad praeparationem pastoralem fidelium, ea serventur, aptatis aptandis, quae in Praenotandis ad Ordinem dedicationis ecclesiae dicta sunt in cap. II, nn. 4-5, 7. 20.

Ecclesia vel oratorium benedicitur ab Episcopo dioeceseos vel a presbytero ab eo delegato.

3. Ecclesia vel oratorium benedici potest quolibet die, praeterquam Triduo paschali; potissimum vero eligatur dies quo fideles frequentiores convenire possint, praesertim die dominica, nisi rationes pastorales aliud suadeant.

4. Diebus inscriptis in Tabula dierum liturgicorum, nn. 1-4, dicitur Missa diei; ceteris autem diebus dici potest vel Missa diei vel Missa Tituli ecclesiae sive oratorii.

5. Ad ritum benedictionis ecclesiae vel oratorii ea omnia parentur quae pro Missae celebratione requiruntur. Altare autem, etiamsi forte sit benedictum vel dicatum, nudum maneat usque ad initium liturgiae eucharisticae. Praeterea apto presbyterii loco parentur: – vas aquam continens et aspersorium necnon turibulum cum navicula incensi et cochleari; – Pontificale Romanum; – crux altaris, nisi in presbyterio crux iam sit parata vel crux, quae in processione introitus defertur, prope altare collocetur; – tobalea, cerei, candelabra et, pro opportunitate, flores.

6. Si vero, una cum benedictione ecclesiae, altare consecrandum sit, ea omnia parentur quae in cap. IV, n. 27 describuntur, necnon n. 29, si reliquiae Sanctorum sub altari deponendae sint.

7. In Missa benedictionis ecclesiae, sacrae vestes coloris albi vel festivi adhibentur. Parentur autem: – pro Episcopo: alba, stola, planeta, mitra, baculus pastoralis; – (pro presbytero: vestes pro Missa celebranda); – pro presbyteris concelebrantibus: vestes pro Missa concelebranda; – pro diaconis: albae, stolae, dalmaticae; – pro ceteris ministris: albae vel aliae vestes legitime probatae.

Cap. VI. Ordo benedictionis altaris

PRAENOTANDA

1. "Altare fixum dicitur, si ita exstruatur aut cum pavimento cohaereat ideoque amoveri nequeat; mobile vero si transferri possit" (1).

Altare fixum dedicandum est ritu qui supra cap. IV describitur. Sed et altari mobili debetur obsequium, eo quod est mensa unice stabiliterque convivio eucharistico destinata. Expedit igitur id, antequam in usum assumatur, si non dedicetur, saltem benedici ritu qui sequitur (2).

2. Altare mobile ex quibuslibet materiis solidis, usui liturgico iuxta diversarum regionum traditiones et mores convenientibus, exstrui potest (3).

3. In altari mobili erigendo ea serventur, aptatis aptandis, quae in Praenotandis ad Ordinem dedicationis altaris (cap. IV, nn. 6-10) statuuntur; non licet tamen Sanctorum reliquias in eius basi condere.

4. Altare mobile congruenter benedicitur ab Episcopo dioeceseos vel a presbytero ecclesiae rectore.

5. Altare mobile benedici potest quolibet die, praeterquam Feria VI in Passione Domini et Sabbato Sancto; potissimum vero eligatur dies quo fideles frequentiores convenire

22. Cf. Vigilius PP., *Epistula ad Profuturum episcopum*, IV: PL 84, 832.

23. S. Ioannes Chrysostomus, *Homil. XX in II Cor.*, 3: PG 61, 540.

24. Cf. Conc. Vat. II, Const. de sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 40: A.A.S. 56 (1964) p. 111.

1. Missale Romanum, *Institutio generalis*, n. 261.
2. Cf. *Ibid.*, n. 265.
3. Cf. *Ibid.*, n. 264.

possint, praesertim vero eligatur dies dominica, nisi rationes pastorales aliud suadeant.

6. In ritu benedictionis altaris mobilis dicitur Missa diei.

7. Usque ad initium liturgiae eucharisticae altare omnino nudum sit. Proinde crux, si casus fert, tobalea, cerei aliaque ad illud parandum necessaria opportuno presbyterii loco disponantur.

Cap. VII. Ordo benedictionis Calicis et Patenae

PRAENOTANDA

1. Calix et patena quibus vinum et panis offeruntur, consecrantur et sumuntur (1), cum unice et stabiliter ad Eucharistiam celebrandam destinentur, fiunt "vasa sacra".

2. Voluntas autem haec vasa unice ad Eucharistiam celebrandam destinandi manifestatur coram fidelium communitate, peculiari benedictione laudabiliter intra Missam impertienda.

3. Quilibet sacerdos calicem et patenam benedicere potest, dummodo secundum normas quae in Institutione generali Missalis Romani, nn. 290-295, indicantur, confecta sint.

4. Si calix tantum aut patena benedicenda est, textus opportune aptentur.

1. Cf. Missale Romanum, *Institutio generalis*, n. 289.

* Prot. N. CD 300/77: **Notit.** 13 (1977) 364-390. **Adn. I.** M. CALABUIG in **Notit.** 13 (1977) 391-450; J. EVENOU in **La Maison-Dieu** num. 134 (1978) 85-105; G.-M. OURY in **Esprit et vie** 88 (1978) 155-160, 175-176.

4520

1977 IUN 6.- SIGNATURA APOSTOLICA, NOTIF. PART.*

Sententiae nullitatis matrimonii ob defectum formae seu ritus sacri inter orientales hortodoxos non sunt amplius mittendae ad Signaturam Apostolicam pro earum adprobatione

Romae 6 iunii 1977

Reverendissime Domine, ... notum Tibi facio non amplius requiri ut, in causis ob defectum formae seu ritus sacri, sententiae ad Signaturam Apostolicam pro approbatione mittantur, sed procedendum est iuxta litteras – hisce adnexas in exemplari photostatico – missas ab hoc Supremo Tribunali ad Eminentissimum Episcopum Moguntinum.

Occasionem nactus, cuncta fausta Tibi adprecor. Addictissimus. - Aurelius Sabattani, *Secretarius*.

* Officiali Tribunalis ecclesiastici Parisiensis, Prot. N. 8778/77 CG: **Documenta recentiora circa rem matrimonialem et processualem**, vol. II, Roma 1980, p. 113. **Adn.** Vide supra, sub die 10 maii 1976 (**LE** n. 4441) positas, novas Normas procedendi, ad Ordinarium Moguntinum missas, nunc vigentes; et sub die 28 nov. 1970 (**LE** n. 3924), veteres Normas in iisdem causis tunc sequendas.

4521

1977 IUN 15.- SC pro DOCTRINA FIDEI, EPIST. PART.*

Opus inscriptum "The Church and the Homosexual", a Ioanne McNeil redactum et de homosexualitate agens, declaratur doctrinam moralem proponere continuo magisterio Ecclesiae contrariam

.....

I

The congregation first intends to clarify certain points concerning the nature and publication of this book.

1. The book, *The Church and the Homosexual*, clearly and openly advocates a moral position regarding homosexuality which is contrary to – in theory as wel as in practice – the traditional and actual teaching of the church.

In his own words, the author presents an "advocacy theology" (p. 23) for "ethically responsible homosexual relationships" (p. 196 and *passim*). The contents of this book are arranged to show that there is no proven moral obligation to refrain from "ethically responsible homosexual relationships" and that, therefore, both church and civil norms must accept these relationships as legitimate. The author describes the spirit and content of the book in the following woords:

"In their traditional presentation of moral obligation, Aquinas and Alphonsus Liguori, among others, always maintained *nulla obligatio nisi sit certa*. Given, as I believe, (1) the uncertainty of clear scriptural prohibition, (2) the questionable basis of the traditional condemnation in moral philosophy and moral theology, (3) the emergence of new data which upset many traditional assumptions, and (4) controversies among psychologists and psychiatrists concerning theory, etiology, treatment, and so on, there obviously is a need to open up anew the question of the moral standing of homosexual activity and homosexual relationships for public debate" (cf. pp. 20, 21).

2. The book was published with the *imprimi potest* of the Jesuit provincial superior, Father Eamon Taylor; the *imprimatur* was not requested because, according to the judgment on the canonist consulted, "permission is recommended but not prescribed", and in this case "the purpose of the recommendation has already been fultilled through tye extensive process of examination ..., and the further delays which would be entailed in requesting diocesan approval would constitute a disproportionate inconvenience to the author, the publisher ..."

This point is important: What is the *purpose* of the *imprimi potest* which was given? Although the *imprimatur* is strongly recommended in a case of this sort (cf. this congregation's *Decretum de Ecclesiae Pastorum vigilantia circa libros* of March 19, 1975), it is non required; the permission of the competent superior, however, is required according to the constitutions of the Jesuit Order. The *imprimi potest* given would normally indicate that the contents of the book were judged to be sound, in accord with the church's teaching, and safe to follow in practice. This is clearly not the case with Father McNeill's book.

Father McNeill explains in the Preface to his book his understanding of the significance of the *imprimi potest*:

"It is important for the reader to understand what is implied in the granting of an ecclesiastical *imprimi potest*, i. e. permission to publish, by my religious superiors and what is not implied. First, the authorities that grant the permission in no way commit themselves as agreeing or disagreeing with the content of the book. Rather, all that is implied is that authorities have assured that the book is a prudent work that meets the standards of scholarship for publication of a book on a controversial moral topic. Secondly, the 'permission to publish' in no way implies that the conclusions stated in this book are accepted by the Catholic Church as part of its official teaching; only the Pope and the bishops have the authority to teach officially in the name of the church". (cf. pp. xii-xiii).

Normally, however, the *imprimi potest* is the superior's permission based on the censor's judgment that the book does not contain errors or advice which would be harmful to its readership.

For this reason, it seems important to note the explanation given by the provincial superior, Father Eamon G. Taylor, S. J., in granting the *imprimi potest*. His reason in departing from the customary norms governing the granting of the *imprimi potest* seems to be based on the fact that he envisions a *restricted readership* for the book – one for whom the danger of scandal could be reasonably said not to exist. Father Taylor's prepared statement on his *imprimi potest* stated:

"The permission to publish granted by ecclesiastical superiors does not imply any judgment of the content or opinions expressed in the book. It does imply that the work has been judged competently and responsibly written, and therefore, suitable for presentation to and evaluation by scholars ... The ultimate judgment upon Father McNeill's method and conclusion will come from his peers among professional moral theologians, and from the magisterial authority of the church, to which Father McNeill defers".

In this explanation, Fatjher Taylor appeals to "scholars" and "peers" in the field of moral theology as the intended readership justifying the permission to publish.

On the other hand, it seems apparent to us that the kind of scholarly and peer-group readership envisioned by the provincial superior was not at all the audience Father McNeill and his publishers had in mind. We conclude this both from his stated intention in the Preface of his book, and from the speeches and lectures he has given in city after city to promote the book's sale and its thesis on homosexuality. The intention of Father McNeill is clear; he says:

"The *imprimi potest* was important to me, first of all, because it is my hope that this book will help foster an all-out discussion of the church's moral understanding and pastoral practice concerning the homosexual. Secondly, I particularly want to reach, and open up new, hopeful possibilities for, all those Catholic homosexuals who are struggling to put together their dual identities as Catholics and as homosexuals. Therefore it was important to me that the book schould be accepted into the mainstream of Catholic debate and reflection" (p. xii).

Father McNeill further indicated his intention of giving the widest possible publicity to his theological and pastoral opinions, when he comments on the developments leading up to publication in this way:

"Almost simultaneously whit the offer of publication I received a notice from my Jesuit superiors that Father General Pedro Arrupe, S. J., had written from Rome ordering me not

http://www.obrascatolicas.com

to publish anything in the popular press and not to address homosexual groups. (At a later date, officials told me that with the appearance of the article in the National Catholic Reporter, pressure was brought to bear on Father General by various Roman congregations to take some action against me in matter). I was particularly upset by this prohibition, first because the implication of the letter that the moral debate could be carried on outside the notice of the public media and exclusively on a peer-group level seemed to me to be totally impracticable; and secondly because I was convinced that it was only through open discussion, with the Catholic homosexual community participating as an equal partner, that any real advance could be made in the church's moral understanding of homosexuality and consequent pastoral practice" (p. x).

Father McNeill indicates he took the attitude of some of the scholars on the commission which the Jesuit authorities set up to judge his work as encouragement to pursue a course of publicizing his ideas among the entire Catholic and secular community, rather than aim for the community of scholarship:

"... a majority of the commission reported that they found the manuscript a serious and scholary work worthy of publication. Several felt strongly that there should be a public debate on all the issues involved and that my manuscript would be an important contribution to that debate" (p. xi).

It seems clear that Father Taylor's stated purpose and the purpose and course of action of Father McNeill do not coincide. Therefore, even apart from a judgment about the wisdom of granting the *imprimi potest* in the first place, it seems altogether reasonable and necessary to withdraw it now.

3. We find it extraordinary that a book so clearly contradicting the moral teaching of the church would be published a few days after the publication of *Persona humana*, a document of this Congregation treating in part of the same question; no reasonable person could imagine that time for serious study and evaluation had been given to the declaration of the authentic magisterium of the church in this case. Such an action cannot but indicate the gravest sort of disregard for the mature study of and loyal support for the teachings of the church expected of her sons, especially those who have positions of responsability through the reception of holy orders. The following extract from the article in Time magazine (Sept. 20, 1976) is an exemple of how well this situation is understood by society at large:

"When the Congregation for the Doctrine of the Faith issued its 5,000-word statement on homosexuality, premarital sex and masturbation, it was responding in part to complaints that the church was not providing sufficient guidelines for sexual behavior and attitudes. Days later, Father John McNeill, a Jesuit priest and former teacher of moral theology at the now defunct Woodstock College and at Fordham University, won the designation *imprimi potest* (it can be printed) for a book strongly attacking the church's views on homosexuality".

4. Finally, we think it important to clarify the issue regarding the scandal caused by this book. This scandal comes from the content of the book itself – ideas and suggested pastoral practice clearly at variance with the teaching and practice of the church; from the circumstances of publication – the *imprimi potest* gives the aura of ecclesiastical approval, and the publication of the book within days after *Persona humana* gravely damages the respectful attitude toward the teaching of the authentic magisterium of the church in the public view; and from the publicity and promotion given to the book and its ideas by Father McNeill himself through his tour of public lecture and press conferences.

One measure of the seriousness of this scandal is the extraordinary step taken by the president of the episcopal Conference in the United States, Archbishop Joseph Bernardin of Cincinnati, on the occasion of the publicity given to Father McNeill's scheduled appearance in his archdiocese:

"The weekend Father John McNeill, S. J., will be in the city to speak about his new book, *The Church and the Homosexual*. Because his visit has already been given public notice and because his lecture will also be given publicity, I wish to restate the church's position regarding homosexuality so there will be no confusion in the minds of people... No one can take it upon himself to alter this clear teaching. While it is legitimate for theologians to explore this moral question like any other, it is a disservice to challenge this teaching publicly in such a way as to give the impression that some radical change has taken place or is about to take place".

Such appearances by Father McNeill in various cities throughout the United States continue to be a source of scandal, both in the false hopes given to Catholic homosexuals and in the confusion caused in the community at large. These public appearances clearly indicate that the purpose originally stated for granting the *imprimi potest* by Father Taylor – "its presentation to and evaluation by scholars" – has long been set aside.

II

After the explicit clarification ot the facts of the case by the above considerations, we are best able to address the second point: What steps or actions would be suitable to avoid further scandal? It seems to us that the following actions should be taken as a minimum:

1. Father Taylor should be required to withdraw the *imprimi potest*, so that it would not appear in any possible second printing, second edition, or translation of the book. It is clear that more than adequate distribution has already been given for purposes of scholarly study of the book.

2. It is important that the withdrawal of the *imprimi potest* and the reasons for it be communicated both to Father McNeill and to the publisher of the book lest a situation develop again in which the fact that preparations had advanced so far might prompt local authorities to concede a further printing (edition or translation) with ecclesiastical approval.

3. It seems urgent that Father McNeill be prohibited from any further appearance or lecture on the question of homosexuality and sexual ethics, or in promotion of the book.

* Praeposito Generali Societatis Iesu: **Origins - NC Documentary Service** 7 (1978) 612-615. **Adn.** F. GIUNCHEDI in **La Civ. Catt.** 130 (1979-IV) 468-478.

4522

1977 IUN 21.- SC pro RELIGIOSIS, RESCRIPTUM. PART.* Facultas datur percipiendi eleemosynam pro Missis binatis et trinatis, exclusis parocho et vice-parocho

PRECES. - *Beatissime Pater,* Minister Generalis Tertii Ordinis Regularis Sancti Francisci, humiliter implorat, ob rationes expositas, prorogationem Rescripti diei 8 Augusti 1974, quo facultas concedebatur percipiendi eleemosynam Missarum a sacerdotibus suis subditis binatarum et trinatarum.

Et Deus, etc....

RESCR. - Vigore facultatum a Summo Pontifice tributarum, Sacra Congregatio pro Religiosis et Institutis saecularibus, attentis expositis, annuit pro gratia, iuxta preces, ad triennium, exclusis parocho et vice parocho stricte dicto si Ordinarius loci id exegerit, ceteris servatis servandis.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, die 21 iunii 1977. - Augustinus Mayer, O. S. B., *Secretarius.* Basilius Heiser, O. F. M. Conv., *Subsecretarius.*

* Procuratori Generali Tertii Ordinis Regularis S. Francisci, Prot. N. 6605/74: **Acta Tertii Ord. Reg. S. Francisci** 1(1978) 36-37.

4523

1977 IUL 1.- VICARIATUS URBIS, NOTIFICATIO. PART.* Normae statuuntur de praxi Romae probata in sacra Communione fidelibus distribuenda

Dal Palazzo del Vicariato, 1 luglio 1977

A questo Vicariato giungono frequenti richieste di chiarimento da parte di sacerdoti, religiose e laici, circa alcune questioni riguardanti la comunione eucaristica.

Si chiede in particolare:

1. Se nella nostra diocesi deve ritenersi vincolante la norma di distribuire la santa comunione secondo l'uso tradizionale finora vigente, oppure è consentito di distribuirla in mano, come è stato concesso ad alcune nazioni che hanno chiesto e ottenuto il relativo Indulto della Sede Apostolica, in base a quanto è previsto nell'Istr. *Memoriale Domini* del 29 maggio 1969 (cfr. *A.A.S.* LXI, 1969, pp. 544-547).

2. Se è lecito a chi si comunica prendere direttamente di propria mano dalla pisside o dalla patena il pane consacrato e dall'altare il calice del Sangue del Signore, come fanno il sacerdote celebrante ed il ministro competente che distribuiscono la comunione ai fedeli.

A queste domande il Vicariato risponde:

1. Circa la distribuzione della comunione in bocca, si precisa che nulla è mutato rispetto alla decisione presa dalla Conferenza Episcopale Italiana nel 1974 di mantenere l'uso tradizionale (cf. *Lett. circolare della Segreteria generale* n. 1197/74, in *Liturgia*, n. 189, 1975, pp. 67-68). Quindi anche in Roma tutti

i sacerdoti sono tenuti ad attenersi alla norma, in piena comunione con quanto è stato autorevolmente stabilito dai Vescovi italiani.

2. Per quanto riguarda la prassi invalsa tra alcuni gruppi di fedeli e presso Comunità religiose di comunicarsi direttamente, si ribadisce che il gesto compiuto da Cristo nell'istituzione dell'Eucaristia, confermata dalla tradizione ecclesiale, si attualizza in maniera più consona allorché il pane eucaristico viene effettivamente *dato*, ovvero distribuito ai fedeli (cf. *Mt.* 26, 26; *Mc.* 14, 22; *Lc.* 22, 19). Per questo motivo il Rito *De sacra Communione et de cultu mysterii eucharistici extra Missam* (cf. Tip. Poliglotta Vaticana, 1973) al n. 21, IV capoverso, prescrive: "La santa Comunione deve essere *distribuita* dal ministro competente, che mostra e porge al comunicando la particola del pane consacrato".

* **Rivista diocesana di Roma** 18 (1977) 691-692.

4524

1977 IUL 15.- SC pro RELIGIOSIS, RESCRIPTUM. PART.* Formula professionis religiosae in usum communem pro fratribus omnium Ordinum S. Francisci adprobatur

PRECES. - *Beatissime Pater,* Moderatores Generales Ordinum Fratrum Minorum, Fratrum Minorum Conventualium, Fratrum Minorum Capuccinorum, Fratrum Tertii Ordinis Regularis de Paenitentia a Sanctitate Tua approbationem formulae professionis religiosae implorant in unum communem fratrum suorum Ordinum. Et Deus, etc.

RESCR.- Sacra Congregatio pro Religiosis et Institutis saecularibus, mature perpensis omnibus ad rem pertinentibus, propositam professionis religiosae formulam, parva peracta immutatione, approbat iuxta textum lingua Latina exaratum, prout in annexa charta habetur, servatis servandis.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, die 15 Iulii, in festo S. Bonaventurae, Doctoris Seraphici, 1977. - Augustinus Mayer, O. S. B., *Secretarius.* Basilius Heiser, O. F. M. Conv., *Subsecretarius.*

* Moderatoribus Generalibus Ordinum Fratrum S. Francisci, Prot. N. F. 68-1/77: **AOMCap** 94 (1978) 8-9. **Adn.** Prostat **"Ordo Romano-Seraphicus professionis religiosae"** a S. Congregatione pro Sacramentis et Cultu Divino die 1 septembris 1977, Prot. N. CD 523/77, adprobatus apud **AOMCap.** 94 (1978) 82-101.

4525

1977 IUL 16.- SC pro EPISCOPIS, FACULTATES. PART.* Facultates habituales Ordinariorum locorum prorogantur donec novus Codex iuris canonici promulgetur

A - PROROGATIO FACULTATUM

Roma, 16 luglio 1977

Eccellenza Reverendissima, come Vostra Eccellenza ben sa, in occasione della presentazione della relazione quinquennale *super statu dioecesis* (can. 240, § 1 C. I. C.), la Sacra Congregazione per i Vescovi era solita rinnovare agli Ordinari di luogo le facoltà raccolte in apposito *Index*.

Col sopravvenuto allargamento dei poteri di cui usufruiscono i Vescovi diocesani, l'elenco delle facoltà si è talmente ridotto da apparire non più giustificata la forma piuttosto solenne della concessione individuale e limitata *ad quinquennium*.

Questa Sacra Congregazione, pertanto, dopo aver compiuto uno studio sulla questione d'intesa con le Sacre Congregazioni interessate, ne ha sottoposto le conclusioni all'augusta considerazione del Santo Padre, il quale, nell'Udienza del 9 luglio ultimo scorso, ha disposto che le facoltà rimaste e che si riportano nell'allegato foglio, vengano concesse agli Ordinari di luogo *donec novus Codex Iuris Canonici promulgetur*.

Pregando Vostra Eccellenza di portare a conoscenza degli interessati tale sovrana disposizione, mi valgo volentieri della circostanza per confermarmi suo dev.mo nel Signore. - S. Card. BAGGIO, *Praefectus.*

B - INDEX FACULTATUM ORDINARIIS LOCORUM TRIBUTARUM DONEC NOVUS CODEX IURIS CANONICI PROMULGETUR

I. *Ex Sacra Congregatione pro Religiosis et Institutis saecularibus.*

1. In favorem Institutorum iuris dioecesani: *a*) concedendi – rogante Superiore Generali de consensu sui Consilii generalis – sodalibus vota simplicia professis id petentibus, facultatem cedendi sua bona patrimonialia iusta de causa et salvis prudentiae normis; *b*) concedendi – postulante pariter Superiore Generali – ut religiosus testamentum mutare possit; *c*) confirmandi – postulante Superiore Generali – ad tertium triennium Superiorem localem.

2. Confirmandi ad tertium triennium Antistitam, legitime postulatam, monasterii monialium Episcopo dioecesano subiecti.

3. Dispensandi – praehabito voto Antistitae – religiosas mulieres monasterii Episcopo dioecesano subiecti, id petentes, a vinculo votorum temporariorum.

II. *Ex Sacra Congregatione pro Sacramentis et Cultu Divino.*

Deputandi sacerdotes, si fieri potest in aliqua ecclesiastica dignitate constitutos, ad altaria immobilia fixa consecranda, servatis ritu et formula Pontificalis Romani recogniti.

* Omnibus Ordinariis locorum, Prot. N. 1002/66: **Notiziario della Conferenza episcopale italiana,** ann. 1977 num. 8 p. 155-156.

4526

1977 AUG 6.- COMM. IUSTITIA et PAX, INSTR. PART.* Doctrina et mens Ecclesiae proponitur, occasione conventus internationalis de iuribus maris, circa destinationem universalem bonorum, quae in mundo, et praesertim in maribus continentur

A propos de la Conférence du droit de la mer

LA DESTINATION UNIVERSELLE DES BIENS

I. PERSPECTIVES NOUVELLES

1. La quête de nourriture et, dans les temps plus récents, la recherche d'approvisionnements et de débouchés pour l'industrie ont souvent provoqué migrations, invasions, occupations et guerres. Aujourd'hui, tandis que les économies des pays les plus avancés se font plus consommatrices que jamais de matières premières et d'énergie, les requêtes légitimes des peuples en voie de développement et la croissance démographique de certains d'entre eux demandent elles aussi des ressources et des espaces nouveaux. C'est à ce point de l'histoire que des progrès technologiques considérables ouvrent à l'initiavive des humains *l'espace marin* et ses richesses immenses.

Dans cette conjonction du besoin et du possible, le devoir permanent qu'a l'humanité de pourvoir à son développement se découvre des tâches inédites, avec une chance historique unique de progresser par les voies pacifiques sur en espace que n'affectent pas encore totalment les complications inscrites par l'histoire humaine dans les terres émergées; avec aussi une expérience et des moyens qui devraient permettre de ne pas dilapider cette réserve inespérée par un gaspillage irresponsable.

2. Pour faire face à la tâche, *la conception traditionnelle de la haute mer comme* 'res nullius' *s'avère dépassée.* Elles reposait sur le sentiment que les océans constituaient une réserve inépuisable, un environnement indégradable, une immensité sur laquelle la circulation, la pêche et la recherche n'appelaient que des règlementations mineures. Ce n'est plus le cas. Le régime actuel sert les plus nantis; l'affrontement anarchique des intérêts multiplierait les sources de conflits, conduirait à écumer les richesses disponibles dans les conditions les plus dévastatrices et à compromettre les équilibres généraux de la vie sur la planète. Faute de fixer par une entente générale un plafond de la production annuelle de la pêche pour maintenir le stock au niveau optimum, arriverait un jour le moment où cette ressource, de soi renouvelable, se trouverait, elle aussi, gravement compromise.

3. *L'extension massive des souverainetés des pays côtiers n'est pas davantage une solution.* Elle inscrit et amplifie dans l'espace marin les rivalités entre les peuples. Elle bénéficie plus largement aux pays déjà favorisés par la nature en excluant totalement les pays sans accès à la mer et en étant fonction de la longueur du littoral national respectif. Elle introduit un cloisonnement peu propice à la recherche scientifique, à la recherche d'une plus grande solidarité entre les peuples.

4. Si les mots ont un sens, la XXIII[e] session ordinaire de l'Assemblée générale des Nations Unies ouvrait des perspectives riches d'implications multiples et dynamiques en déclarant la haute mer "*patrimoine commun de l'humanité*". Selon ce concept:

a - L'immensité marine serait comme un espace de paix. En un double sens: on ne le livre pas aux affrontements des souverainetés nationales; on réserve ses biens à des usages exclusivement pacifiques, évitant par là que les industries d'armement n'y trouvent de nouveaux aliments. Il y a là un facteur d'évolution de l'idée de souveraineté nationale.

b - Un espace et une masse de manoeuvres considérables seraint ouverts à la poursuite de la justice entre les peuples.

http://www.obrascatolicas.com

Les richesses des océans doivent servir à tous, et d'abord aux plus pauvres. On ne partagera pas seulement les bénéfices financiers, mais encore les bénéfices résultant de la gestion commune et du transfert des technologies. Une mutation dans les concepts traditionels d'aide au développement se dessine.

c - En réunissant l'humanité sur une tâche commune, vaste et durable, à laquelle tous les peuples participeraient, on serait amené à mettre en place des structures originales dans lesquelles la solidarité de la famille humaine se donnerait une expression concrète et un moyen de nouveaux progrès. Un pas décisif serait fait dans l'organisation de la solidarité de la famille humaine.

d - La gestion réserverait activement les intérêts des générations futures, par une exploitation rationnelle et le maintien ou la reconstitution incessante des équilibres fondamentaux de la planète.

e - Une fois expérimenté sur les océans – espace privilegié par sa nouveauté et son ampleur –, le concept de patrimoine commun de l'humanité pourrait s'étendre à bien d'autres domaines.

Il y a donc là, assurément, une idée neuve et novatrice.

II. A L'EPREUVE DES REALITES

1. L'idée de la mer patrimoine commun de l'humanité ne s'est guère imposée dans la pratique, comme le prouve la Conférence sur le droit de la mer, qui est en cours depuis 1973 et dont la sixième session est réunie depuis mai 1977. Il était facile de proclamer cette idée il y a dix ans, quand cela n'engageait pas à grand chose. L'épreuve des réalités semble tourner à son désavantage.

2. *D'abord, son domaine d'application s'est singulièrement rétréci.* Dès maintenant, il est acquis que les pays riverains pourront s'attribuer une "zone économique" de 200 milles marins. C'est un tiers, et le tiers le plus utile, de l'espace marin qui va passer ainsi, moyennant quelques servitudes mineures, sous la souveraineté nationale exlusive des pays côtiers, avec tout ce que cela comporte d'inégalités, d'injustices, d'incertitudes, de sources de complications multiformes, d'occasions manquées.

3. *Même pour ce qui restera de haute mer,* le principe n'est pour le moment retenu que pour le fond des mers et le sous-sol marin, à l'exclusion de la "colonne d'eau" (pêcheries ...) qui demeure sous le régime traditionnel de la liberté. Il s'avère difficile de faire accepter une "haute autorité" réellement efficace et une "entreprise" d'exploitation qui serait gérée par elle: les pays technologiquement avancés cherchent à faire prévaloir le plus possible dans la pratique la vieille logique de la haute mer, *res nullius.*

4. *Les causes de ce recul:* *a* - Les structures et autorités nécessaires pour reprendre en charge la mer comme patrimoine commun de l'humanité ne sont pas prêtes. Les organigrammes qui sont proposés reflètent la complexité des problèmes à resoudre et parfois semblent ajouter encore à cette complexité.

b - Pendant ce temps, les urgences que nous avons évoquées au départ pressent et ne s'accommodent plus de nouveaux retards.

c - Les esprits sont donc peu disposés à des expérimentations incertaines, mais ils sont plutôt portés à recourir aux moyens "qui ont fait leurs preuves", en l'occurrence à l'extension des souverainetés nationales sur une première tranche des mers. Les pays technologiquement avancés y voient le moyen le plus simple et le plus efficace pour faire face aux problèmes posés. Les pays pauvres, de leur côté, ont ainsi la possibilité de soustraire à l'explotation par les plus avancés les espaces et les richesses à leur portée, de les mettre en réserve pour une exploitation ultérieure, de s'assurer une situation contractuelle forte pour négocier les conditions d'une éventuelle exploitation immédiate dans laquelle ils seraient activement partie prenante. Quant aux pays sans littoral, il va sans dire que cette procédure ne fait qu'accentuer leur position désavantagée.

d - Les mentalités et la réflexion doctrinale sont en retard sur l'événement. Ce qui assure, pour le moment, un avantage certain aux notions plus familières de souveraineté nationale, de propriété exclusive, sur celles de souveraineté supra-nationale et de patrimoine commun de l'humanité. Un effort est tenté pour sortir du dilemme en préconisant un renouvellement de l'idée de souveraineté: nationale ou supra-nationale, elle ne serait plus "géographique" (globale, couvrant l'ensemble des réalités d'un territoire donné), mais "fonctionnelle" (particulière, couvrant tel bien ou telle activité); ce qui permettrait de concevoir, sur un même espace, un enchevêtrement de souverainetés nationales ou supra-nationales. Mais, pour le moment, cette orientation n'entraîne pas la conviction et elle demande assurément des élaborations théoriques et pratiques plus affinées. Sans méconnaître l'importance des réalités et des pratiques pour faire évoluer les mentalités, une réflexion proprement doctrinale peut contribuer à rendre les esprits plus libres pour innover. Les principes du droit naturel, auxquels l'enseignement traditionnel de l'Eglise se réfère en cette matière, fournissent, avec l'affirmation de la destination universelle des biens, des lignes d'approfondissement éclairantes.

III. LA DESTINATION UNIVERSELLE DES BIENS

1. Une des difficultés pour acclimater la notion de patrimoine commun de l'humanité, vient de ce qu'elle est souvent présentée, et en tout cas comprise dans l'opinion, comme s'opposant purement et simplement à celle d'appropriation particulière, celle-ci devant progressivement disparaître pour laisser place à celle-là. Ainsi, le projet RIO (*Reshaping the International Order*, dans lequel le Professeur Tinbergen et son équipe formulent des présupposés doctrinaux et des propositions concrètes pour le Nouvel Ordre International) envisage à terme un système d'agences des Nations Unies, reliées entre elles par une structure intégrante (*integrative machinery*), qui "devraient viser, comme objectif final, à mettre en commun et à partager (*pooling and sharing*) toutes les ressources, matérielles et non matérielles, en y incluant aussi des moyens de production, en vue d'assurer une planification (*planning*) et une gestion (*management*) efficaces de l'économie mondiale et de l'usage global des ressources, d'une manière qui ferait droit aux objectifs essentiels d'équité et d'efficience" (Chap. 19: *Packages for comprehensive negociation*, 19. 5. 3. f.). Une telle construction est-elle réaliste? Ne risque-t-elle pas de tout alourdir dans une technocratie internationale compliquée et de rendre inopérante la "base réellement démocratique" sur laquelle elle veut se fonder? Mais le projet RIO lui-même estime que, dans l'immédiat et à moyen terme, l'accent doit être mis sur la *self-reliance*, sur la notion de possession exclusive des biens par les peuples chez qui ils sont localisés, sur une phase de "rattrapage" dans laquelle les pays jeunes commenceraient par affermir leur personnalité dans le cadre des souverainetés nationales instransigeantes qui ont tant servi les pays industrialisés.

Le comportement actuel universel, quelles que soient les idéologies dont on se réclame, ne plaide-t-il pas d'ailleurs pour une coexistence durable, parce que conforme à l'expérience et aux dynamismes constitutifs de la vie sociale, de formes de possession et de gestion plus particulières (ici nationales) et d'autres vraiment communes à l'humanité entière? Le chapitre du projet RIO consacré aux océans, suggère une conception "fonctionnelle" de la souveraineté et de la propriété qui rende la notion de patrimoine commun de l'humanité applicable non seulement à la haute mer (sous gestion commune), mais aussi bien aux parties de l'espace marin durablement remis à la jurisdiction et à la gestion des Etats particuliers (*Part IV, Annex 10, 10. 3.1.*).

2. Au lieu d'opposer l'un à l'autre les deux termes (appropriation particulière; patrimoine commun de l'humanité), la réflexion chrétienne permet de les réconcilier grâce à une troisième notion que les commande tous les deux. Il s'agit du principe dynamique de la "destination universelle des biens". La mise en oeuvre concrète de ce principe s'opère à travers les voies complémentaires que sont l'appropriation particulière et la possession commune: chacune demeure sous l'influx du principe supérieur de destination universelle des biens; aucune n'est appelée à disparaître purement et simplement; la répartition des biens entre l'une et l'autre n'est pas donnée une fois pour toutes et demande à être révisée périodiquement en fonction des situations changeantes, à l'intérieur des pays et au niveau mondial.

3. L'enseignement de l'Eglise s'est développé, pour la période moderne, à travers une confrontation avec les problèmes posés par la propriété industrielle, et, plus récemment, à l'occasion des débats sur le développement solidaire des peuples. Les principes directeurs qui n'ont pas cessé de l'inspirer sont simples, même si, dans l'ordre d'exposition, ils ne sont pas toujours apparus avec la clarté que viennent de retrouver les formulations de *Gaudium et Spes* (nn. 69-71) et de *Populorum progressio* (nn. 22-24): "Dieu a destiné la terre et tout ce qu'elle contient à l'usage de tous les hommes et de tous les peuples, en sorte que les biens de la création doivent équitablement affluer entre les mains de tous, selon la règle de la justice, inséparable de la charité" (*Gaudium et spes*, n. 69 § 1). Ce que *Populorum progressio* cite, puis commente ainsi: "Tous les autres droits, quels qu'ils soient, y compris ceux de propriété et de libre commerce, y sont subordonnés: ils n'en doivent donc pas entraver, mais bien au contraire faciliter, la réalisation et c'est un devoir social grave et urgent de les ramener à leur finalité première" (*Populorum progressio* n. 22).

a - Dieu a donné la terre en commun aux hommes, au genre humain tout entier. Tous les hommes, tous les peuples, doivent avoir accès aux biens matériels de la terre. Ce qui, vu du côté de ces biens, revient à affirmer qu'ils sont et demeurent affectés constitutivement d'une *destination universelle.*

b - La destination universelle des biens est un "donné" et une tâche. *L'appropriation particulière de biens,* sous des formes historiques diverses, permet aux hommes d'exercer leur liberté dans un domaine où ils peuvent développer leur personnalité, gérer et multiplier les biens de manière responsable, les charger d'humanité par leur travail, et faire de l'échange un processus multiforme de développement des liens sociaux. Il en va de même par analogie et *mutatis mutandis* des collectivités intermédiaires et des Etats. Ceci suppose assurément que la division du travail ne condamne pas des classes et des peuples entiers à une activité déshumanisante et que l'échange ne soit pas sous le signe de l'exploitation des uns par les autres. En fait, se trouve ainsi postulé tout un enchevêtrement de proprietés particulières, plus individuelles ou plus sociales, aux statuts multiformes adaptés à la nature, aux buts et aux activités des divers groupements dans lesquels l'homme est inséré, la gestion et l'échange des biens particuliers demeurent sous le signe de leur destination universelle.

c - Mais si la destination universelle des biens se réalise pour une grande part à travers des appropriations particulières, il n'est pas sans intérêt qu'elle se traduise aussi sous la forme concrète d'un *patrimoine commun*, au niveau des communes, des nations, et même, si le cadre des institutions arrive à le permettre, de la communauté internationale tout entière. On appliquerait ici par analogie ce que la Constitution *Gaudium et spes* (n. 69) dit des grands services que peuvent encore rendre certaines formes de propriété communautaire dans des societés économiquement moins développées. Au plan mondial, il faut sûrement se préoccuper de garantir par des arrangements internationaux la jouissance pour tous et le maintien de ressources essentielles comme l'air, les équilibres de la biosphère, demain peut-être l'eau. Mais le mouvement ne se limite pas là; il pousse à l'intérieur des nations, sous la forme d'investissements collectifs sociaux et culturels, d'institutions de sécurité sociale, de contrôle plus direct de moyens de production particulièrement importants et stratégiques, à une redistribution équitable du revenu national par une certaine mise en commun. Ce même mouvement de mise en commun au niveau de l'humanité conduit à établir des stocks alimentaires à la disposition des pays de la faim, des stocks de régulation des produits primaires, des droits de tirage sur les réserves monétaires mondiales, et peut-être, dans un avenir qu'on souhaite proche, un grand fonds mondial pour l'ensemble de l'oeuvre du développement (cf. *Populorum progressio* nn. 51-53).

IV. ACTUALISATION DE LA DOCTRINE DE L'EGLISE

1. Le débat sur la mer, patrimoine commun de l'humanité, par la nouveauté qu'il constitue, permet une lecture renouvelée d'un enseignement que l'Eglise a progressivement élaboré pour éclairer d'autres débats et dont on saisira mieux alors à la fois les éléments constitutifs permanents et le dynamisme créateur.

Le moment est doublement favorable pour mieux connaître cette doctrine et pour la dévolopper en fonction des problèmes de l'humanité d'aujourd'hui:

– Sur le plan mondial, ceci est évident avec le problème des océans et plus largement, celui du Nouvel Ordre International. Les chrétiens manqueraient gravement à leur responsabilité en se désintéressant d'un débat qui, jusque dans le vocabulaire, retrouve un ensemble de préoccupations qui n'ont cessé de retenir l'attention de l'enseignement social de l'Eglise.

– Dans la vie interne des nations, ce qui se passe éclaire bien des problèmes anciens (non résolus) et modernes. La doctrine authentique de l'Eglise, fondée sur le principe premier et dynamique de la destination universelle des biens, doit inspirer des recherches courageuses pour faire face aux spéculations foncières, urbaines et rurales, là où c'est souvent une conception erronée de la propriété qui détourne de solutions novatrices. De même, en matière industrielle et commerciale: il faut reconnaître d'abord aux divers droits des agents impliqués dans le processus productif (participation ...) leur spécificité propre; puis mettre les droits réels liés aux divers types de possession sous le commun principe directeur de la destination universelle des biens.

2. Face à des contestations radicales du principe même de propriété privée (individuelle ou sociale) des moyens de production, l'Eglise a été amenée, dans le passé, à mettre en évidence la valeur permanente du principe, pour sauvegarder notamment la liberté responsable des hommes et des groupes humains devant une ingérence généralisée et oppressive de l'Etat (voir encore récemment *Mater et Magistra*, partie II, chap. 1 et 4; et *Gaudium et spes* n. 71). Malgré un effort permanent pour dénoncer les abus de la propriété et pour rappeler le principe supérieur de la destination universelle des biens, beaucoup, y compris parmi les chrétiens, n'ont voulu retenir que l'aspect de défense de leur propriété privée, ignorant le principe le plus fondamental.

Dans l'immédiat, pour ce qui concerne les océans et les resssources naturelles, le climat culturel est différent: ce sont les pays pauvres qui revendiquent avec force la reconnaissance d'un droit de propriété "souverain et inconditionnel" (pour chaque nation) et se méfient de l'idée de "patrimoine commun de l'humanité" – d'autant plus que ce principe a souvent été revendiqué pour justifier l'expansion coloniale. Ce n'est pas en ignorant leur requête légitime que l'Eglise peut contribuer à faire avancer la vraie perspective d'une destination universelle des biens. C'est en montrant que cette forme d'appropriation "particulière" (de nations particulières par rapport à l'unité de la famille humaine) répond à une aspiration durable et qu'il est possible de l'inviter à se situer dès maintenant sous le principe dynamique de la destination universelle des biens, et d'accepter la perspective de patrimoine géré en commun, dont la constitution ouvre une voie complémentaire mais non exclusive de celle de patrimoines nationaux: l'équilibre entre les deux types ne pouvant résulter que de confrontations et d'engagements libres de pays reconnus dans leur personnalité propre et dotés d'un véritable pouvoir contractuel.

3. Une autre leçon de l'expérience passée peut aider les débats actuels et il en résultera en retour un éclairage renouvelé sur un point important de l'effort doctrinal de l'Eglise. Il s'est créé, en effet, un certain décalage entre le vocabulaire de celle-ci et le vocabulaire culturellement dominant. En parlant de "droit naturel" de propriété (ou de formulations similaires), l'Eglise vise un élément fondamental qui est *dans l'homme*, en *tout homme*, et qui le porte à s'approprier des biens matériels, dans la perspective humaine et sociale qu'on vient de rappeler. Le dynamisme qui se trouve impliqué dans cet élément appelle une organisation concrète "positive" du droit et l'oriente, mais cette organisation ne s'identifie pas purement et simplement avec le "droit naturel" tel que l'Eglise l'entend. Or, pour la mentalité dominante, le vocabulaire "droit de propriété" évoque immédiatement un régime concret de droit positif de propriété.

La conséquence, c'est que, de bonne foi (non éclairée) chez certains, de mauvaise foi chez beaucoup, l'enseignement de l'Eglise a été et est encore "récupéré" pour authentifier comme "naturel" dans le sens de "permanent et intouchable" un régime existant de propriété. En réalité, la doctrine de l'Eglise sur la propriété comporte une exigence de réexaminer sans cesse, par les procédures démocratiques prévues, les régimes de propriété existant, pour les adapter à la finalité humaine et sociale qui doit être la leur. La vraie question est alors la suivante: est-ce que le régime existant et son évolution en cours permettent encore à tous les hommes de mettre en oeuvre leur droit "naturel" ("naturel", dont valable pour tous), d'avoir accès, sous une forme ou sous une autre, à un certain pouvoir sur les choses, afin d'y exercer leur liberté responsable? Ou, au contraire, le régime existant et sa logique conduisent-ils à exclure le plus grand nombre d'une telle perspective? Et de surcroît, par un nouvel abus, conduisent-ils à une concentration entre les mains de quelques-uns, non seulement des responsabilités de la propriété, mais encore de l'ensemble des pouvoirs sociaux et politiques?

Dans la Conférence du droit de la mer en cours, il faut se garder de faire un droit "naturel" de ce qui n'est peut-être qu'une modalité pratique, historique, contingente, révisable, pour aménager une situation donnée. Ainsi, le "principe" de contiguïté géographique est utile, mais non absolu. Il se base sur une situation géographique de fait et non sur des prémisses éthiques.

Quelles que soient les décisions finalement prises en commun, ou abandonnées à chacun, la configuration de l'espace marin qui en résultera demeurera soumis à de nouvelles évolutions, sous le dynamisme plus fondamental de la destination universelle des biens de la terre: celui-ci commande aussi bien la gestion des parts laissées à la juridiction des Etats particuliers que celle du domaine confié à l'humanité comme un tout, ainsi que l'équilibre et l'interprétation éventuelle des deux.

* Tipografia Poliglotta Vaticana, 1977.

4527

1977 SEP 24.-SC pro EPISC., DECR. AAS 69 (1977) 737-746

Pastoralis maritimorum et navigantium cura ex integro reordinatur, novis datis normis ac concessis facultatibus atque privilegiis sacerdotibus eam gerentibus

I - DECRETUM DE PASTORALI MARITIMORUM ET NAVIGANTIUM CURA

Apostolatus Maris interiorem vim ac praestantiam in ipso Evangelii ambitu et apostolicae praedicationis primordiis invenit, quippe quae ad nautarum vivendi genus marisque negotia magnopere attineant.

Ecclesia autem singulari usque sollicitudine maritimos homines prosecuta est, neque Sedes Apostolica pro variis temporum adiunctis umquam praetermisit, quominus subsidia ad pastoralem eorum curam efficaciter agendam suppeditaret. In quo Apostolatus Maris, qui nostro ineunte saeculo ortus est, peculiarem industriam collocavit propriis conditis institutis.

http://www.obrascatolicas.com

Etenim anno 1957, ratione habita Constitutionis Apostolicae *Exsul Familia* (1) eorumque qui prospere successerunt exituum, Sancta Sedes specialem ordinationem per "Leges Operis Apostolatus Maris" (2) statuit. Nuperrime vero sive praecepta Concilii Oecumenici Vaticani II necnon quae inde subsecuta sunt documenta ad eadem in usum deducenda, sive directoria monita, dum pastoralem eiusdem incepti spiritum impense acuerunt, simul palam demonstraverunt opportunam accommodationem esse peragendam.

Post exquisitam igitur competentem Episcopalium Conferentiarum, Episcoporum necnon sacerdotum ac laicorum rei maritimae peritorum sententiam, auditis quoque Romanae Curiae Dicasteriis, quorum interest, Sacra haec Congregatio, operam conferente Pontificia Commissione de spirituali migratorum atque itinerantium cura, totam ab integro / cau- 738
sam recognoscendam curavit ad mentem novissimi Oecumenici Concilii, brevi comprehendens normas, facultates et privilegia.

Quae cuncta, seu normas, facultates et privilegia, a Sacra Congregatione pro Episcopis apparata, Summus Pontifex Paulus, divina Providentia PP. VI, auctoritate sua approbavit e- vulgarique iussit, contrariis quibuslibet nihil obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 24 Septembris 1977. - Sebastianus Card. BAGGIO, *Praefectus.* Emmanuel Clarizio, *Pro-Praeses Pontificiae Commissionis de spirituali migratorum atque itinerantium cura.*

II - NORMAE, FACULTATES ET PRIVILEGIA

PARS PRIMA

Normae pro maritimorum atque navigantium spirituali cura gerenda

Art. 1. "Apostolatus Maris" peculiaris activitas est, in qua reapse perficitur, ordinatur atque provehitur materna Ecclesiae sollicitudo erga Maritimos et Navigantes, qui consuetis pastoralis curae officiis frui nequeunt.

Art. 2. In normis, quae hic sequuntur: *a*) Nomine *Maritimorum* ii significantur, qui habitualiter atque officii vel operis causa, sive moderatorum munus, sive inferioris ordinis munera exsequentes, ad piscatoriam etiam artem attinentia, in navibus versantur, etsi ad tempus in terra degunt, ipsique nauticorum Institutorum tirones; *b*) Nomine vero *Navigantium* ii significantur, qui actu in navibus versantur, iter maritimum aggressi per quodlibet temporis spatium, sive ad migrandum sive ad delectabiliter itinerandum, quibusvis de causis vel rationibus.

Nomine autem Maritimorum etiam Navigantes designan- 739
tur, nisi aliter edicatur. /

Art. 3. § 1. Pontificia Commissio de pastorali migratorum atque itinerantium cura, Apostolicis Litteris *Apostolicae Caritatis* a Paulo PP. VI Motu Proprio die 19 mensis Martii, anno 1970, editis, huic Sacrae Congregationi obnoxia, constituta est *ad impensius ... procurandam salutem eorum, qui procul a sedibus propriis morantur*. Eidem igitur competentia attributa est moderandi quamlibet actionem pastoralem, in universo terrarum orbe, ad Maritimorum et Navigantium bonum exercendam.

§ 2. Praecipue autem, Pontificiae huiusce Commissionis est: 1) instructiones, consilia etc. edere, quae ad pastoralem Maritimorum curam attinent; 2) actionem apostolicam et opera externa Apostolatus Maris inter se apte ordinare, quae in diversis mundi partibus provehuntur, attenta adiunctorum varietate; 3) fovere, indicere atque apparare et, prout res ferat, moderari et inter se ordinare actiones, relationes conventusque, quae internationalem indolem praeseferant; 4) ea suppeditare subsidia, quae ad spiritualem Maritimorum assistentiam necessaria vel utilia esse existimantur; 5) prudenter invigilare, ut huiusmodi ministerium rite et fructuose expleatur; 6) adiutricem operam providere iis omnibus, qui apostolici huiusce muneris partes habent, eorumdem animos erigere et confirmare, atque pravos usus, qui forte irrepserint, emendare.

§ 3. Quo efficacior et magis ordinata pastoralis Maritimorum cura evadat, Pontificiae Commissionis est cooperationem et mutuam actionum compositionem cum Conferentiis Episcopalibus et locorum Ordinariis fovere atque provehere.

Art. 4. § 1. In unaquaque maritima natione seu dicione specialis coetus vel Commissio Episcopalis constituatur, cuius erit Apostolatum Maris ibidem provehere, fovere ac moderari.

§ 2. Si forte in natione huiusmodi Commissio Episcopalis constitui nequeat, donec id fieri possit, unus saltem ex Epi- 740
scopis deputetur tam/quam Promotor, qui sit Ordinarius dioecesis, cuius sedes, vel saltem maior territorii pars ad oras maritimas pateat, ut idem Apostolatum Maris studiose moderetur.

Art. 5. Commissionis vel Promotoris Episcopalis haec sunt officia: 1) sacerdotem idoneum seligere eumque Conferentiae Episcopali praesentare, quae, per decretum scriptis datum, ad certum tempus eundem renuntiet *Directorem Nationalem Apostolatus Maris*, eiusque nomen Pontificiae Commissioni significet; 2) praecepta tradere Directori Nationali, huius actioni invigilare, eidemque opportuna consilia et adiumenta praebere ad suscepta munera rite obeunda; 3) statis temporibus et quotiescumque id opportunum videbitur, relationem de pastorali Maritimorum assistentia deque rebus gestis a Directore Nationali expetere; 4) relationem, de qua in n. 3, diligentiore examine perpendere eandemque, una cum proprio iudicio, ad Pontificiam Commissionem mittere.

Art. 6. § 1. Ordinarii loci ius et officium est sollicito studio praebere pastoralem assistentiam omnibus Maritimis, qui in sua dicione, etiam ad tempus tantum, degunt.

§ 2. Idcirco, Ordinario loci reservatur potestas: 1) definiendi formas curae pastoralis pro Maritimis aptiores atque constituendi ordinationes, seu structuras, quae secundum locorum adiuncta aptae sint ad animarum bonum hac in re efficaciter fovendum et in tuto ponendum, veluti: paroeciam territorialem, paroeciam personalem, missionem cum cura animarum, cappellaniam etc.; 2) collatis consiliis cum Directore Nationali, Cappellanos Apostolatus Maris suae dioecesis nominandi iisque debitum officium conferendi; 3) facultates speciales Cappellanis Maris tribuendi, quae ad eorum apostolatum exercendum necessariae vel utiles sunt; 4) ea subsidia suppeditandi Cappellanis, quae ad officium rite adimplendum postulantur; 5) erigendi oratorium eique benedicere in navi, quae in portu, ad fines ipsius dicionis adiacenti, publice sit 741
inscripta. /

Art. 7. Praecipua Directoris Nationalis officia sunt: 1) rationes servare cum suae nationis Episcopis de iis, quae spirituale Maritimorum bonum respiciunt; 2) saltem semel in anno, relationem de animarum statu et pastorali Maritimorum cura in propria natione Commissioni vel Promotori Episcopali mittere, in qua quidem enarret tum opera quae feciliter gesta sint, tum ea quae minus bene forte evenerint atque remedia ad eadem sarcienda adhibita, et quidquid, demum, ad Apostolatus Maris incrementum conferre posse videatur; 3) Cappellanos Apostolatus Maris moderari, salvo iure Ordinarii loci; 4) curare ut Cappellani propriis officiis diligenter satisfaciant atque praescripta Sanctae Sedis et Ordinarii loci servent; 5) peculiari sollicitudine confirmare atque provehere apostolatum laicorum, actuosam eorum participationem fovendo, attenta diversa eorum ingenii indole; 6) Apostolatum Maris suae nationis partes gerere in publicis rationibus, quae necessario ineundae sunt cum coetibus, seu particularibus structuris eiusdem Apostolatus Maris, in aliis nationibus exstantibus; 7) recta vincula nectere et servare cum Sodalitatibus atque Institutis assistentiae provehendae, sive catholicis sive non catholicis, quae ad proposita Apostolatus Maris propria assequenda pariter contendunt; 8) sedes Apostolatus Maris, portus et naves saepius invisere; 9) de consensu Commissionis vel Promotoris Episcopalis, universae nationis Cappellanos, pro temporum adiunctis, convocare, eo praesertim consilio ut una simul exercitationibus spiritualibus vacent, vel conventibus ad meliores pastoralis sui ministerii vias ac rationes efficiendas intersint; 10) authenticum exemplar Librorum baptizatorum, confirmatorum et mortuorum, a se vel a Cappellanis exaratum, ad competentem Curiam Episcopalem mittere; 11) quamprimum certiorem facere parochum domicilii personarum, quarum interest, de iis quae in Libris paroecialibus exscribenda sunt. / 742

Art. 8. § 1. Cappellanus Apostolatus Maris est sacerdos ab Ordinario loci nominatus, ad normam art. 6, § 2, cui ab eodem Ordinario committitur officium spiritualem Maritimorum curam agendi.

§ 2. Cappellanus Apostolatus Maris sit vitae integritate, animarum studio, prudentia atque doctrina praestans, necnon sermonum peritia commendatus ac prospera valetudine fruens; idem, quantum fieri potest, Maritimorum curae sit unice addictus atque stabiliter in huiusmodi munere constitutus, nisi iustae causae, de Ordinarii loci iudicio, aliud suadeant.

§ 3. Ut Cappellanus Apostolatus Maris apprime idoneus evadat ad peculiare suum munus rite obeundum, oportet congrue sit ipse institutus ac sedulo praeparatus, antequam spiritualis cura Maritimorum ei concredatur.

§ 4. Cappellanus, de quo in § 1, omnes actus animarum curae proprios inter Maritimos exercere potest, excepta re matrimoniali, nisi parochus aut moderator Missionis cum adnexa cura animarum, ad normam iuris, sit renuntiatus.

§ 5. Iurisdictio Cappellano Apostolatus Maris concessa, quae quidem sub auctoritate Ordinarii loci exercenda est, semper cumulatur una cum iurisdictione parochi illius territorii, ubi exercetur. Quapropter, Cappellanus pastorale suum munus agat in fraterna consuetudine cum parocho territorii et collatis cum eodem consiliis.

§ 6. Pastoralis cura Cappellani Apostolatus Maris extenditur ad omnes Maritimos, qui sunt:

a) 1. in navibus, sive ad portus stantibus, sive per maria vel flumina cursum tenentibus; 2. in circulis a "Stella Maris" appellatis et in aliis sedibus Apostolatus Maris, atque etiam in coetibus interconfessionalibus pro Maritimis, de consensu Ordinarii loci erectis; 3. in valetudinariis et in aliis id generis institutis; 4. in scholis et academiis pro Maritimis.

b) Quae cura extenditur etiam ad Maritimorum familias, etiamsi hae exstent in territoriis a portubus remotis, collatis
743 consiliis cum parochis competentibus, ad normam § 5. /

Art. 9. Cappellanus Apostolatus Maris debet: 1) proprium ministerium explere ad bonum animarum intentus, quae ipsius curae pastorali commissae sunt; 2) inter Maritimos ac praesertim inter sodales catholicorum Institutorum viros et mulieres deligere, qui maxime idonei sint, eosdemque ita in re morali et doctrinali instituere, ut actionem apostolicam, secundum dotes ac virtutes laicorum proprias, fructuose exercere valeant; 3) Libros baptizatorum, confirmatorum et mortuorum accurate conficere, eorumque exemplar authenticum, una cum relatione de rebus gestis, exeunte anno ad suum Directorem Nationalem mittere.

Art. 10. Quantum fieri potest, Cappellanus Apostolatus Maris oeconomicam administrationem circulorum v. d. "Stella Maris" aliarumque sedium ne assumat, sed eam viro providO, idoneo, spiritu apostolico praedito ac bono testimonio commendato gerendam committat. Huius quidem onus erit rationem reddere administratorum Consilio, cuius idem Cappellanus praeses erit.

Art. 11. § 1. Cappellanus Apostolatus Maris, qui pastorale ministerium in navi exsequitur, ab auctoritate competenti Cappellanus Navigantium designatur. Iisdem qualitatibus de quibus in Art. 8, § 2, praeditus, ipse officio tenetur spirituale assistentiam praestandi omnibus iter conficientibus, a primo initio itineris maritimi, lacustris vel fluvialis usque ad eius exitum.

§ 2. Cappellanus Navigantium ipsius vi iuris accipit iurisdictionem inde a primo suae nominationis momento eamque retinet durante munere. Pariter, virtute iuris, ei conceditur potestas utendi facultatibus quae in *Parte Secunda* recensentur, servatis de iure servandis et in bonum tantummodo eorum, qui cum eo in navi iter faciunt.

§ 3. Attentis peculiaribus adiunctis in quibus Cappellanus Navigantium curam animarum agere cogitur, ipse obligationi-
744 bus tenetur de / quibus in art. 9 et 10, congrua congruis referendo. Unoquoque itinere maritimo, lacustri vel fluviali ad exitum adducto, debet Librorum baptizatorum, confirmatorum et mortuorum exemplar authenticum, una cum relatione de rebus gestis, ad Directorem Nationalem mittere.

Art. 12. § 1. Ut circulus vel coetus interconfessionalis constitui possit, consensus Ordinarii requiritur, et insuper oportet, ut eius statuta atque activitatis quam exercet cursus apte congruant cum christianis principiis et cum normis, quae in Directorio Oecumenico continentur.

§ 2. Inter regulas, quae prae oculis habendae sunt et in usum deducendae, haec quae sequuntur religiose serventur:

a) spiritualis moderatio catholicorum coetuum laicorum uni Cappellano Apostolatus Maris reservatur; *b*) cappellani, ad hoc munus specialiter designati, pro certo habentes se plena cum libertate agere posse in Apostolatu Maris provehendo, pastorale suum officium sub unica auctoritate propriorum Superiorum exerceant; *c*) catholici quoque coetus laicorum eadem fruantur libertate tam in propriis officiis exsequendis et in rectis rationibus fovendis, quam in vinculis nectendis et servandis cum aliis Sodalitatibus vel Institutis localibus, de quibus in art. 7, n. 7 dictum est.

PARS SECUNDA

Facultates pro sacerdotibus spiritualem maritimorum atque navigantium curam exercentibus

I

Facultates et privilegia, quae infra dinumerantur, propter bonum animarum tribuuntur Cappellanis Apostolatus Maris, qui spiritualem Maritimorum curam, sive in portubus sive in navigatione exercent, durante munere et ab ipso navigationis
745 initio. /

Potissimum vero recensendae sunt facultates: 1) Missam celebrandi, iusta de causa, bis diebus ferialibus, atque ter, si vera necessitas pastoralis id postulet, diebus dominicis et festis de praecepto; 2) Missam qualibet diei hora, iusta de causa, celebrandi et Sacram Communionem vespere distribuendi, servatis de iure servandis; 3) Missam celebrandi extra locum sacrum, sed loco honesto et decenti, numquam autem in cubiculo, per modum actus et iusta de causa, habitualiter vero solummodo de causa graviore; 4) Missam, iusta de causa, celebrandi in mari et in fluminibus, debitis tamen adhibitis cautelis; 5) quoties necessitas urgeat, cum Sacrum in navibus celebratur, utendi loco candelarum luminibus electrice actis; 6) feria V in Cena Domini horis vespertinis, ubi ratio pastoralis id postulet, alteram Missam in ecclesiis et oratoriis publicis vel semipublicis celebrandi, atque, in casu verae necessitatis et tantummodo pro fidelibus, qui nullo modo vespertinam Missam participare valent, horis etiam matutinis; 7) Sanctissimam Eucharistiam asservandi in navis oratorio legitime erecto, impetrato tamen a Sancta Sede, per Pontificiam hanc Commissionem, indulto apostolico; 8) Sacramentum Confirmationis administrandi, itinere maritimo perdurante, cuilibet maritimo necnon cuilibet puero vel adulto in navi versanti, dummodo nullus adsit Episcopus communione iunctus cum Apostolica Sede, atque praevideatur confirmandum, propter aetatem vel inscitiam sermonis vel loci adiuncta, nonnisi magna cum difficultate extra navim in continenti terra idem Sacramentum esse recepturum, ceterisque servatis de iure servandis; 9) absolvendi, itinere maritimo perdurante, poenitentes quoslibet a censura, quam, ad normam can. 2350 § 1, C. I. C., abortum procurantes incurrunt, servatis de iure servandis; 10) absolvendi, maritimo itinere perdurante, poenitentes quavis ratione in navi versantes, a censuris et poenis, de quibus in can. 2314 C. I. C., si idem, postquam a fide vel communione catholica culpabiliter defecerint, cum matre Ecclesia reconciliationem contriti petant (1); 11) deputandi, quoties ipse quacumque de causa impediatur, quominus suo
746 munere fungatur atque impossibilis evadat recursus ad Ordi/- narium loci, vel ad Directorem Nationalem, quemlibet sacerdotem, in navi itineris causa versantem, ut cappellani vices addotem, in navi itineris causa versantem, ut cappellani vices agat atque, maritimo itinere durante, spiritualem omnium Maritimorum Navigantiumque curam gerat, facultatibus usus Cappellanorum propriis.

II

Quod ad privilegia attinet, haec potissimum dinumerantur:

1) licet Maritimis per integrum anni tempus paschali praecepto de sacra Communione recipienda satisfacere, praevia aptaque praedicatione, seu catechesi circa idem praeceptum audita;

2) Maritimi dispensantur a lege abstinentiae et ieiunii, de quibus in cap. III, II, § 2 et 3 Constitutionis Apostolicae *Paenitemini*; iis tamen suadetur, cum dispensatione fruuntur, ut congruo pietatis opere legem compensent atque utramque legem, pro posse, saltem servent Feria VI in Passione et Morte Christi Iesu;

3) omnes qui in navibus quavis ratione versantur, aut iisdem quoquo modo addicuntur, a lege abstinentiae et ieiunii, de quibus in cap. III *c*), II, § 2 et 3 Constitutionis Apostolicae *Paenitemini*, itinere maritimo perdurante, dispensantur, servata tamen clausula, de qua in superiore numero dictum est;

4) Christifideles in navibus versantes, dummodo rite confessi ac sacra Synaxi refecti, Indulgentiam plenariam in festo Titularis oratorii et die secunda mensis Augusti consequi valent, si oratorium, in navi legitime exstans, pie visitaverint, i-

1. *Direct. Oec.*, n. 19.

1. Cfr. A.A.S. 44 (1952), pp. 649-704.
2. Cfr. A.A.S. 50 (1958), pp. 375-383.

http://www.obrascatolicas.com

bique orationem Dominicam et fidei Symbolum (*Pater noster* et *Credo*) ad Summi Pontificis mentem devote recitaverint (2);

5) iidem Christifideles, iisdem condicionibus, Indulgentiam plenariam, in suffragium defunctorum tantummodo applicabilem, die secunda mensis Novembris semel consequi valent, si praedictum oratorium pie visitaverint, ibique orationem Dominicam et fidei Symbolum (*Pater noster* et *Credo*) ad Summi Pontificis mentem devote recitaverint (3).

Indulgentiae, de quibus supra ad nn. 4 et 5, obtineri possunt, iisdem servatis condicionibus, a Maritimis et eorum familiaribus atque etiam a sociis Apostolatus Maris, sive in sacellis et oratoriis circulorum "Stella Maris", sive in oratoriis aliarum Apostolatus Maris sedium.

2. *Enchiridion Indulgentiarum*, n. 65, p. 70.
3. *Ibid.*, n. 67, p. 71.

Adn. P. TOCANEL in Apoll 51 (1978) 363-364.

4528

1977 SEP 26.- SC pro GENT. EVANG., DECR. PART.* Visitator Apostolicus pro fidelibus Sinarum gentium in diaspora exsistentibus nominatur, et Instructio datur circa eiusdem officium et potestatem

26 Settembre 1977

I - DECRETUM NOMINATIONIS

Cum Exc.mus ac Rev.mus Dominus Carolus van Melckebeke, Episcopus Nimseiianus et Visitator Apostolicus pro fidelibus Sinarum in diaspora existentibus, ob provectam aetatem et infirmam valetudinem a memorato officio Visitatoris Apostolici renuntiationem obtulerit, Sacra haec Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, omnibus rite perpensis auditoque favorabili quorum interest voto, per praesens Decretum ad idem munus Visitatoris Apostolici pro fidelibus Sinarum in diaspora existentibus Exc.mum ac Rev.mum Dominum Petrum Chung Wan Ting, Archiepiscopum Kuchingensem, eligit ac nominat, cum omnibus iuribus et oneribus eidem muneri adnexis iuxta instructiones ad hoc datas ab hoc Sacro Dicasterio.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die XXVI mensis Septembris anno Domini MCMLXXVII. - Agnellus Card. ROSSI, *Praefectus.*

II - INSTRUCTIO
CIRCA OFFICIUM ET IURA VISITATORIS
Instructions for H. E. the most Rev. Peter Chung Wan Ting, Archbishop of Kuching, on the occasion of his appointment as Apostolic Visitor for the Chinese located in the Diaspora.

1. The Office of the Apostolic Visitor for the Chinese located in the diaspora does not imply any jurisdiction over them.

Rather, it has the function and service of coordinating matters in regard to these persons, and forms part of his competence to follow the outcome of the Chinese priests who, for well known reasons, find themselves outside their dioceses of origin.

Furthermore, the Office has the purpose of sensitizing, with tact and prudence, the Episcopal Conferences and the various Ordinaries concerned, so that they will undertake an ever greater interest and concern in the work of evangelizing ethnic groups residing in the territories entrusted to their jurisdiction and in helping these Ordinaries find personnel who can be opportunely employed in this ministry.

Again, the Office of the Apostolic Visitor is intended to foster the study of various situations in this matter of dispersed Chinese, and to offer any suggestion and initiative that would seem useful to this end.

Without creating any kind of church within a church, the various groups of ethnic Chinese should be helped to insert themselves into the local churches, preserving their identity and their caracteristics.

2. The competence of the Apostolic Visitor applies first of all to the diaspora Chinese of the countries of South East Asia.

Morever, the Apostolic Visitor will see to occupy himself with ethnic groups of Chinese having a certain consistency who are found in other regions also.

In either case he will not fail to act always in accord with the local Ordinaries concerned.

As far as the territories ot Taiwan, Hong Kong and Macao are concerned, obviously these do not fall within his competence. Nervertheless the Apostolic Visitor will not fail to stabilize and maintain every useful contact and collaboration with the local Ordinaries of these places also.

As far as the Philippine Islands are concerned, the Apostolic Visitor will make those contacts judged opportune with H. E. the Most Reverend John Velasco, Bishop of Hsiamen who for years has been asked by this Sacred Congregation to interest himself in the apostolate to the Chinese who are residing there.

3. The Apostolic Visitor will personally follow the work of evangelization of the Chinese of the diaspora.

Nevertheless, if he should judge it necessary, he can, with the agreement of the Ordinaries concerned, choose assistants for the various regions. These latter will undertake their activites under the responsibility of the local Ordinaries and of the Apostolic Visitor.

Moreover, each year the Apostolic Visitor will see to it that this Sacred Dicastery is fully informed about the activities that concern the entire apostolate to the Chinese located in the diaspora.

4. As far as the relative expenses for this work are concerned, which should be restricted as much as possible, the Apostolic Visitor is to send on to this Sacred Dicastery every three month a financial account which will be reimborsed through the Society for the Propagation of the Faith.

5. The Sacred Congregation for the Evangelization of Peoples will assume the responsibility of presenting the new Apostolic Visitor to the Federation of Asian Bishops' Conferences and to each of the Episcopal Conferences of South-East Asia.

Should the Apostolic Visitor consider it necessary, Propaganda will do the same also in reference to the Episcopal Conferences of other countries that might be eventually concerned. - Agnelo Card. ROSSI, *Prefect.* D. S. Lourdusamy, *Secretary.*

* Prot. N. 4296/77: Bibliografia missionaria 41 (1977) 299-301.

4529

1977 OCT 7.-SC SACR.-CULTU, DECR. AAS 69 (1977) 682 Decretum de celebratione Baptismatis Domini ubi occurrat cum Sollemnitate Epiphaniae

Celebratio Baptismatis Domini in honore posita est per instaurationem Calendarii Romani generalis et dominicae post Epiphaniam occurrenti assignata, quo facilius ab universa communitate christiana hac die congregata ageretur. Magni enim momenti sunt aspectus doctrinales, pastorales et oecumenici huius festi in historia salutis et in anno liturgico.

Attamen, in locis ubi sollemnitas Epiphaniae non est de praecepto servanda, et ideo dominicae intra diem 2 et 8 ianuarii occurrenti assignatur, haud raro accidit ut festum Baptismatis Domini cum ipsa sollemnitate Epiphaniae occurrat et proinde celebrari non possit.

Attentis insuper petitionibus pluribus hac de re factis, Sacra haec Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino, approbante Summo Pontifice Paulo VI, statuit:

In locis ubi sollemnitas Epiphaniae in dominicam est transferenda et haec die 7 vel 8 ianuarii incidit, ita ut festum Baptismatis Domini, eadem die occurrens, esset omittendum, idem festum Baptismatis Domini ad feriam II immediate sequentem transferatur.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex Aedibus S. Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino, die 7 Octobris 1977. - Iacobus R. Card. KNOX, *Praefectus.* Antonius Innocenti, Archiep. tit. Aeclanen., *a Secretis.*

Adn. in Notit. 13 (1977) 478-479.

4530

1977 OCT 17.-SC pro EPISCOPIS, NOTIFICATIO. PART.* De sede ac titulo tribuendo Praelatis nullius

Roma, 17 ottobre 1977

Eminenza Reverendissima, ho l'onore di comunicarLe che il Santo Padre, nell'Udienza del 10 ottobre scorso, ha disposto che ai Prelati (nullius) insigniti di carattere vescovile che d'ora in avanti verranno nominati, non venga più conferito il titolo di una sede vescovile estinta. Questo provvedimento, che valorizza il vincolo reale che si stabilisce tra il Prelato stesso e la Chiesa particolare affidata alla sua cura pastorale, è inteso a realizzare gradualmente il voto espresso in varie occasioni dall'episcopato nel senso dell'equiparazione delle Prelature alle diocesi.

Questi Ordinari verranno indicati con l'appellativo: Vescovo-Prelato di ...

Per quanto concerne i Prelati al presente insigniti del carattere vescovile, è lasciato loro di optare per la conservazione del titolo ricevuto o per l'adozione della nuova qualifica, lasciando libera la Chiesa titolare a suo tempo loro conferita.

Tanto partecipo all'Eminenza Vostra per sua opportuna conoscenza e norma.

Mi è gradita la circostanza per rinnovarLe i sentimenti della mia sincera stima e confermarmi suo devotissimo nel Signore. - S. Card. BAGGIO, *Prefetto.*

* Cardinali Praesidi Pontificiae Commissionis Codici Iuris canonici recognoscendo, Prot. N. 335/67: Communicationes 9 (1977) 224. Adn. L. de ECHEVERRIA in REDC 34 (1978) 313-330.

4531

1977 OCT 17.- SC pro RELIGIOSIS, RESCRIPTUM. PART.* Prorogatur facultas percipiendi eleemosynam cum bis ac ter celebratur Missa, exceptis Parocho et Vice Parocho

PRECES. - *Beatissime Pater,* Magister Generalis Ordinis Praedicatorum humiliter implorat prorogationem rescripti diei 4 novembris 1975, quo facultas concedebatur permittendi Sacerdotibus totius Ordinis percipere eleemosynam Missarum ab iisdem binatarum et trinatarum, ad subveniendum necessitatibus Provinciarum et Missionum, praesertim ad graves expensas in candidatorum formatione sustinendas. Et Deus, etc.

RESCR.- Vigore facultatum a Summo Pontifice tributarum Sacra Congregatio pro Religiosis et Institutis saecularibus, attentis expositis, annuit pro gratia ad triennium iuxta preces, *exceptis parocho et vice parocho stricte dicto* si Ordinarius loci id exegerit, servatis servandis.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, die 17 Octobris 1977. - Augustinus Mayer, *Secretarius.* Basilius Heiser, O. F. M. Conv., *Subsecretarius.*

* Magistro Generali O. P., Prot. N. 30975 /70: AOP 43 (1977-78) 307.

4532

1977 OCT 19.-SC pro DOCTRINA FIDEI, RESP. PART.* Denegatur facultas derogandi articulum V "Instructionis pro solutione matrimonii in favorem fidei", seu permittendi partem catholicam, quae solutionem prioris matrimonii cum dispensatione ab impedimento disparitatis cultus contracti iam obtinuerat, novas inire nuptias cum persona non baptizata

Roma, 19 ottobre 1977

Signor Cardinale, con lettera del 27 settembre 1977, Prot. n. 4202/77, il Reverendissimo Mons. Sottosegretario di codesto Sacro Dicastero, trasmetteva a questa Sacra Congregazione l'istanza della Conferenza Episcopale di Zambia in cui si chiedeva l'abrogazione dell'Art. V dell'*Instructio pro solutione matrimonii in favorem fidei* emanata da questa Sacra Congregazione il 6 dicembre 1973, Prot. 2717/68m, in modo da permettere alla parte cattolica di passare a nuove nozze con una persona non battezzata. La Conferenza Episcopale dello Zambia invocava vari motivi per appoggiare tale richiesta.

In merito mi premuro di informare l'Eminenza Vostra che questo Sacro Dicastero, esaminata attentamente l'istanza e vagliati i motivi addotti dalla Conferenza Episcopale, non può concedere l'abrogazione dell'articolo V dell'*Instructio pro solutione matrimonii in favorem fidei.*

La ragione è evidente: trattandosi nel caso dell'Articolo V di un matrimonio celebrato con dispensa dall'impedimento di disparità di culto e poi sciolto, si vuole evitare che il nuovo matrimonio da contrarre, sempre con dispensa dall'impedimento di disparità di culto, possa subire la stessa sorte, e così all'infinito.

D'altronde in simili casi non si raggiunge il "bonum sacramenti" che è il fondamento indispensabile perché si abbia il "Favor fidei" nello scioglimento.

Per quanto attiene alla incapacità dei fedeli di capire la norma, è compito degli Ordinari provvedervi con opportune catechesi.

Nel pregarla di voler comunicare quanto sopra all'Ecc.mo Presidente della Conferenza Episcopale dello Zambia, mi è gradita la circostanza per confermarmi con i sensi di ben distinta stima. - Franc. Card. SEPER, *Prefetto.*

* Cardinali Praefecto S. C. pro Gentium evangelizatione, Prot. N. 1696/77m: A. ABATE, Il matrimonio nell'attuale legislazione canonica, Roma-Brascia 1979, p. 245-246 nota 14. Adn. A. ABATE, op. cit. p. 242-248.

4533

1977 OCT 20.-SC pro RELIGIOSIS, RESCRIPTUM. PART.* Facultas datur ut Superiores religiosi locales constitui possint ad quadriennium

PRECES - Nel recente Capitolo Generale si è creduto opportuno di non portare in discussione e quindi di non proporre cambiamenti a numerosi articoli delle nostre Costituzioni perché si attendono, al riguardo, altri studi ed esperienze, specie in vista delle ricerche sul carisma del nostro Ordine.

Per chiarire però le incertezze originate dall'articolo 248 e per superare le difficoltà create dagli articoli 402 § 1 e 376, il Capitolo Generale:

1) *interpretò ufficialmente* l'articolo 248 in questo modo: *a*) la professione temporanea si faccia o per un anno e si rinnovi annualmente fino alla professione solenne; *b*) o si faccia per un periodo di tempo determinato più lungo fino alla professione solenne.

2) *Fu d'accordo* circa l'articolo 402 § 1 che la durata dei Superiori locali fosse di quattro anni come quella della Curia Provinciale.

3) *propose* circa l'articolo 376 di togliere le parole "qua vicarius Provincialis".

RESCRIPTUM diei 20 oct. 1977. - *Reverendissimo Padre,* con riferimento alla lettera in data 12 settembre ultimo scorso, questa Sacra Congregazione:

a) prende atto della interpretazione che il recente Capitolo Generale ha dato all'art. 248 delle Costituzioni in merito alla professione temporanea;

b) concede che, a differenza di quanto previsto dall'art. 402 § 1, la durata dei Superiori locali sia di quattro anni, con facoltà di riconferma per un secondo quadriennio immediatamente successivo, ma non per un terzo;

c) non ha nulla in contrario a che nell'art. 376 vengano soppresse le parole "qua vicarius provincialis".

Profitto della circostanza per confermarmi con senso di religioso ossequio, devotissimo nel Signore. - Basilio Heiser, O.F.M.Conv., *Sottosegretario.* G. Bolduc, C.S.V., *Capo Ufficio.*

* Procuratori Generali Tertii Ordinis Regularis S. Francisci, Prot. N. 1547/77: Acta Tertii Ord. Reg. S. Francisci 1 (1978) 37-38.

4534

1977 OCT 27.- SC pro SACR.-CULTU, LITT. CIRC. PART.* Criteria et normae Conferentiis episcopalibus dantur ad nova ministeria laicis, mulieribus quoque, in propriis regionibus committenda

Romae, die 27 octobris 1977

Eminentissime Domine, Novit profecto Eminentia Tua Reverendissima magnopere his nostris temporibus in Ecclesia agitari quaestionem de laicis fidelibus ad ministeria obeunda admittendis, praesertim postquam Oecumenicum Concilium Vaticanum II, multis quidem in documentis, catholicam exposuit doctrinam de partibus laicorum fidelium in apostolico Ecclesiae munere, illosque est adhortatus "ut pro suis viribus temporumque necessitatibus opus salutare Ecclesiae naviter et ipsi participarent" (*Lumen gentium*, n. 33).

Plura Sanctae Sedis documenta proxime praeteritis his annis ad pleniorem huiusmodi participationem in pastorali navitate Ecclesiae laicos fideles instimulaverunt; praesertim autem id factum est Litteris Motu Proprio datis *Ministeria quaedam,* quae, Ordinibus minoribus abrogatis et cooptatione in clerum diaconali ordinationi attributa, *ministeria* novi generis sanxit, non quidem ex Ordine, sed ex institutione ecclesiali profluentia.

Porro praedictae Apostolicae Litterae, pro tota Ecclesia latini ritus ministeria Lectoris et Accolythi instituunt; sed et subiungunt: "Praeter officia Ecclesiae Latinae communia, nihil obstat quominus Conferentiae Episcopales alia quoque petant ab Apostolica Sede, quorum institutionem in propria regione necessariam vel utilissimam, ob peculiares rationes, iudicaverint".

Cum autem, iuxta facultates in memoratu Documento Pontificio concessas, non una Conferentia Episcopalis Sanc-

http://www.obrascatolicas.com

tam Sedem rogavisset ut alia ministeria instituerentur, Summus Pontifex statuit ut Sacra Congregatio de Sacramentis et Cultu Divino schema appararet de novis ministeriis sine Ordine instituendis, quae in praxim Ecclesiae Latinae introduci possent, potestate concessa eadem conferendi etiam feminis, praesertim Religiosis.

Haec sat complexa quaestio sedula cum diligentia pertractata est a Commissione, quae constabat ex viris rei peritis et ex delegatis Dicasteriorum, quorum intererat; postea, diebus 22-23 mensis novembris anno 1976, eadem quaestio subiecta est examini Em.morum et Exc.morum membrorum Sacrae Congregationis de Sacramentis et de Cultu Divino, qui in Urbem tunc convenerant ad sessionem Plenariam celebrandam. Ex huiusmodi consultatione perspici potuit varia dubia atque difficultates opponi contra opportunitatem hoc tempore instituendi nova ministeria in Ecclesia universa: ac propterea sententia eorum praevaluit, qui suadebant hac in re supersedendum esse, donec constaret de effectibus et de evolutione experientiarum localium.

Quae cum ita sint, atque etiam habita ratione eorum quae statuuntur in Motu Proprio *Ministeria quaedam*, Beatissimus Pater propensus est ad concedendum Conferentiis Episcopalibus, quae facultatem ab Apostolica Sede postulaverint, ut nova instituant ministeria, quae in propria regione vere necessaria vel perutilia iudicaverint. Quare Episcopatus, qui in his rerum condicionibus versantur, petitionem ad hoc Dicasterium mittere poterunt, in quibus rationes huius petitionis exponantur coniuncte cum statutis, quae singillatim et distincte normas contineant de delectu, de formatione spirituali et culturali, ac de officiis et activitatibus novorum ministrorum, nec non de modo eos pastoraliter prosequendi et adiuvandi in exercitio proprii ministerii.

Superfluum adnotare videtur haec nova ministeria etiam feminis conferri posse.

Interea libenter hac utor opportunitate tibi significandi maximae meae venerationis sensus meque profitendi Eminentiae Tuae Reverendissimae addictissimum.- James Card. KNOX, *Praefectus.* Antonius Innocenti, *Secretarius.*

* Praesidibus Conferentiarum episcopalium, Prot. N. 1837/77: **Notiziario della Conferenza episcopale italiana**, ann. 1977 num. 11 p. 224-225.

4535

1977 OCT 28.- SYNODUS EPISCOP., NUNTIUS. PART.*

Nuntius scripto datus Synodi Episcoporum ad Populum Dei:

De catechesi hoc nostro tempore tradenda praesertim pueris atque iuvenibus

INTRODUCTIO

1. Cum iam ad exitum vergat Quartus Generalis Coetus Synodi Episcoporum, a Papa nostro Paulo VI Romae coadunatus, ut *de catechesi hoc nostro tempore tradenda praesertim pueris atque iuvenibus* ageret, nos Episcopi exoptamus vobis, qui in variis mundi regionibus nobis ratione pastoralis officii concrediti ad Populum Dei pertinetis atque omnibus quorum Ecclesiae activitas et responsabilitas in humana societate intersunt, nuntium dare quo praecipuas conclusiones nostri laboris vobiscum monnunicemus.

Perspicientes aetatem nostram, perturbatam quidem et discriminum plena, sed ad salutares gratiae afflatus tantopere patentem, postquam 1974 Evangelizationi hoc nostro tempore perficiendae coetus synodalis alius studuerat, nihil utilius, ducente Summo Pontifice, Ecclesiae fore videbatur quam in eodem argumento pergere per studium illius navitatis ecclesialis quae constanter vivida et actuosa Dei verbi diffusione et profundiore personae et nuntii salutis Domini nostri Iesu Christi cognitione requiritur et quae in ordinata ac progressiva educatione fidei consistit, coniuncta cum continuo processu maturitatis fidei eiusdem quam *catechesim* nuncupamus.

Oportebat ut examinaremus, ratione semper habita verbi Dei, signa temporum ad catechesim renovandam eiusque momentum in pastorali opere extollendum, eo vel magis cum vitalis quidem vigor totius operae catecheticae Ecclesiae fere ubique vehementer sentiretur optimo cum fructu pro totius communitatis ecclesialis renovatione. Notum nobis praeterea erat desiderium et fames nutrimenti spiritualis atque fidei formationis praesertim apud succrescentes generationes quae obligationes suas et munus ad societatem iustam aedificandam adimplere cupientes, in altiore cognitione mysterii Dei penetrare student. Interpellabamur quoque in nostra fide variis humani cultus formis quae ad maiorem hominis perfectionem vehementer tendunt, licet non semper in consonantia cum Evangelio. Verum quoque est defectus nobis notos fuisse ex eo quod responsabilitas omnium christifidelium in fidei ipsorum maturatione quandoque oblivioni tradebatur aut quod non semper, uti iure et obligatione par erat, revelatio ubique recte disseminabatur. Non ignorabamus difficultates quibus catechesis quibusdam in orbis terrarum regionibus obnoxia est eo quod viribus adversis adimpletio missionis Iesu Christi circa fidem omnibus gentibus nuntiandam novis impedimentis augetur.

Solliciti de his situationibus et puerorum atque iuvenum, qui futuro tempore pondus novi mundi aedificandi super umeros portabunt, adspirationes auscultantes, specialem eis attentionem tribuimus.

Neminem praeterea fugit nexus huius nostri argumenti cum quaestione de educatione in mundo praesentis temporis. Persuasum est nobis Dei paedagogiam quae in historia salutis advertitur conferre et hodie ad huius problematis solutionem in bonum totius generis humani.

Post longam et laboriosam Synodi praeparationem, consultatione praevia omnium Ecclesiarum Particularium facta, studiis nostris ad finem perductis, Summo Pontifici voto prolato per speciales propositiones ei allatas ut, suo tempore, vellet Ecclesiae Universae documentum offerre de institutione christiana per catechesim sicut per Adhortationem Apostolicam *Evangelii nuntiandi* fecit post Synodum anni 1974, placuitque nobis, debita cum approbatione, animum vobis aperire sensusque nostros de quibusdam urgentioribus rebus pandere.

I Pars

MUNDUS, IUVENES, CATECHESIS
(REALISTICUS SENSUS CORAM SITUATIONE)

De radicalibus hodierni mundi mutationibus

2. Synodus, uti nostri temporis eventus, nullo modo concretam situationem, in qua mundus vivit, ignorare poterat. Episcopi testes atque participes sunt spei, contentionum atque frustrationum (cf. *Gaudium et spes*, n, 1) quibus homines hodie pulsantur. In omnibus nationibus, quodcumque est systema sociale vel traditio culturalis, viri et mulieres quaerunt, contendunt et laborant in commune bonum et ad novum mundum construendum. Vetera valorum systemata saepe non amplius accipiuntur immo etiam intereunt; humanae securitates vi, oppressione et personae despectu in discrimen adducuntur. Spem in ideologiis et arte technica fundatam a nonnullis insufficientem esse experientia percipitur.

Tot inter conflictus idearum et systematum strepitus, nova denuo Dei quaesitio emergit, nova signa inquietudinis divinae in corde inquieto hominis deteguntur, et eodem tempore novus sensus valorum humanorum perspicitur, qui ad dignitatem humanae personae pertinent.

De iuvenum problematibus

3. Succrescentes generationes magis sibi consciae sunt. Et numeri sui proportione et qualitatibus suis et spe quam pro futuro tempore necessario exhibent, pro genere humano partem magni momenti significant. In istis generationibus speciali vigore resonant proclivitates quae nostram societatem permeant. Discidium culturale, fructus socialis mutationis vehementer manifestant. Iuvenes frequenter poenas luunt pro erroribus defectibusque adultorum. Saepius victimae sunt machinationis falsorum ductorum qui ex eorum generositate et magnanimitate utilitatem trahunt.

Ab iuvenum adspirationibus ad vim creatricem, iustitiam, libertatem et veritatem initium sumat opus institutorium. Id etiam respondere debet eorum adspirationibus in corresponsabilitate in vita ecclesiali atque civili necnon eorum inclinationi in amorem Dei et proximi. Est enim catechesis actio ecclesialis pro hoc mundo et praesertim pro succrescentibus generationibus, ita ut vita Christi vitam iuvenum transformet et in plenitudinem ducat.

De catecheseos vigore ac difficultatibus externis

4. Patres Synodales examinarunt signa multa ac perspicua vitalis cuiusdam vigoris totius operae catecheticae Ecclesiae omnibus fere locis ac praesertim inter succrescentes generationes, non obstantibus quibusdam angoribus in catechesi tradenda. Revera mirabilis iam fere ubique viget varietas incep-

torum in hac re, ita ut superiorum decenniorum spatio in cunctis mundi regionibus catechesis facta iam sit terra primaria ac frugifera renovationis totius communitatis ecclesialis.

Patres vero difficultates quoque actionis catecheticae consideraverunt. A catechistis multum requiritur et aliquoties in difficillimis condicionibus. Oportet ut harum condicionum multoties novarum ratione habita, realistico sensu imbuti simus:

– multis in nationibus societatis evolutio multiplices religiosos mores praeterit. Plurimi pueri atque iuvenes vix occasionem habent Ecclesiam in suo itinere inveniendi. Multoties catechista indifferentiam et reiectionem subit. Novi cogitandi et vivendi modi saepe saepius non sunt amplius christiani. Exsistit quoque inter baptizatos pars quaedam quae rarius, etiam numquam, opportunitatem habet audiendi nuntium evangelicum. Etsi multa in impedimentum convertuntur, sed insimul tamen vera *provocatio* pro catechesi sunt, cum reapse sese dirigere debat ad hoc pueros, iuvenes atque adultos qui vivunt in hoc mundo concreto qualis est et in quo Ecclesiae missio est Verbum salutis proclamandi;

– multis in nationibus haec catechizandi missio exerceri nequit *cum libertate*; nationes sunt in quibus intolerabili modo limitibus coercetur vel omnino supprimitur exercitium iurium fundamentalium hominis, inter quae, et ius ad libertatem religiosam numeratur. In his nationibus saepe declarationes de observantia erga libertatem religiosam sunt mere formales, cum non exsistat nec vera libertas ut Ecclesia integro Evangelio vitam pervadat nec ius verum ad insimul conveniendum pro catechesi, neque ad necessarium tempus et loca disponenda, neque libros et res didactice necessarias neque ius ad catechistas efformandos.

Vera situatio doloris est quae ab universali Ecclesia participari debet. Nulla potestas in mundo ius habet impediendi personas quominus veritatem quaerant, libere eam accipiant et cum maxima plenitudine cognoscant eamque libere et aperte profiteantur. Ecclesia, cum ius ad catechizandum requirit, fundamentalem hominis libertatem propugnat.

De actionis catecheticae complexitate

5. Idem realisticus sensus nos invitat ad actionis catecheticae complexitatem considerandam:

– *culturarum* diversitas pro catechesi magnam situationum pluralitatem efficit. Uti indicatum est a Concilio Oecumenico Vaticano II et ut a Paulo VI iterum memoratum in Adhortatione Apostolica *Evangelii nuntiandi*, nuntium christianum oportet ut in culturis humanis radices agat assumendo eas atque transformando. Hoc sensu dicere licet catechesim quoddam instrumentum "inculturationis" esse. Quod significat eam evolvere et insimul ab intra illuminare vitae formas illorum ad quos sese dirigit. Fides christiana per catechesim in ipsas culturas inserenda est. Vera "incarnatio" fidei per catechesim supponit non solum processum "dandi" sed etiam "accipiendi";

– *novae artes technicae* varias valorum series gignunt et indistincte proponunt, relationes inter homines profunde afficiunt et immutant. Partem habent in culturis interpenetrandis et quemdam vitae habitum et modum cogitandi diffundunt. Quare expressionum formae mutantur sicut et eloquium et humana conversatio. Ipsi iuvenes constituunt quemdam locum discidii culturalis notabilis respectu generationum praecedentium. Catechesis efficacia careret in istis transformationibus nisi transmitteretur in eloquio hominum nostri temporis nuntius sibi commissus.

De exigentiis et limitibus hodiernae catecheseos

6. Catechesis quae correspondet exigentiis nostri temporis, continuatio erit renovationis iam coeptae, sed sobrie evolvenda est. Repetitio, in consuetudinem adducta, quae omni mutationi adversatur, et inconsiderata agendi ratio quae temere res aggreditur, eodem modo periculosae sunt. Defectus, qui in catechesi oriuntur vel eveniunt, saepe ex eo manant, quod realismi sensus deest, quae realistici sensus absentia simul est infidelitas erga Evangelium et hominem; agitur enim de catechesi *nostri temporis*. Synodus ergo communitates christianas hortatur ut catechesis nostra, quae essentialiter est annuntiatio Evangelii, Bonum nempe Nuntium, renovetur; sed semper ratione habita realismi, qui catechesim ad fidelitatem et germanam profunditatem cum omnibus eius aspectibus perducit.

II Pars

CATHECHESIS
UT MANIFESTATIO SALUTIS IN CHRISTO

Catechesis ad Mysterium Christi ut ad proprium centrum refertur

7. Ecclesia non desinit iterare se afferre nuntium salutis, omnibus hominibus destinatum. Eius munus est annuntiare et ad effectum deducere in terra salutem in Christo. Est ergo munus evangelizationis. Catechesis est aspectus huius ipsius muneris. Ad mysterium Christi ut ad centrum refertur. Christus, verus Deus et homo, et eius salutiferum opus in eius incarnatione, vita, morte et resurrectione peractum, sit centrum praeconii. Iesus Christus utpote fundamentum fidei nostrae et fons vitae nostrae. Tota igitur historia salutis Christum intendit. In catechesi intellegere et experiri conamur cuius momenti Ipse sit pro nostra vita quotidiana. Catechesi enuntiandum est quomodo Deus Pater nos secum reconciliet per Filium suum Iesum Christum et quomodo Spiritus Sanctus nos dirigat. Quatenus est transmissio huius mysterii, catechesis est Verbum vivum, fidele erga Deum et simul erga hominem.

Congruenter iis, quae in Adhortatione Apostolica *Evangelii nuntiandi* edita sunt, Synodus hos, qui sequuntur, aspectus in momoriam revocat. Sunt autem: – catechesis est verbum; – catechesis est memoria; – catechesis est testificatio.

Catechesis est verbum

8. Hic est unus e prioribus aspectibus missionis Ecclesiae: haec enim loquitur, annuntiat, docet, communicat cum aliis. Quae verba unam actionem significant, actionem scilicet eo pertinentem, ut innotescat in Spiritu mysterium Dei Salvatoris: "Haec est autem vita aeterna ut cognoscant te solum Deum verum et Iesum Christum quem misisti (*Io.* 17, 3). Haec autem cognitio non est quaelibet sciendi ratio, est enim cognitio gaudii plena, est scire secundum Spiritum, organica comprehensio mysterii Christi ad quod ut ad centrum refertur. Non est systema, abstractio vel ideologia.

Catechesis oritur e professione fidei et ad hanc professionem fidei perducit. Efficit ut communitas credentium proclamet Iesum, Filium Dei, Christum, vivere et esse Salvatorem.

Hac de causa cuiusvis catecheseos exemplar est catechumenatus baptismalis, qui est formatio peculiaris, qua adultus ad fidem conversus perducitur ad professionem fidei baptismalis in vigilia paschali. Dum haec praeparatio fit, catechumeni Evangelium (= sacras Scripturas) accipiunt eiusque ecclesialem expressionem, quae est Symbolum fidei.

Catechesis autem multas alias etiam formas adhibere potest (sacram praedicationem, institutionem religiosam in scholis, transmissiones radiophonicas vel televisificas), quae modis communicationis socialis et docendi rationibus, certa quadam aetate vel variis aetatibus invaluerunt.

Quidquid est, oportet distinguere criteria, quibus certa ac definita forma verbi reapse sit catechetica. Institutio quaecumque, licet etiam de re religiosa agat, non est per se catechesis ecclesialis. Contra, verba quaedam, quae tangunt hominem in sua situatione concreta, atque impellunt ut ad Christum se dirigat, fieri possunt verba catechumenalia. Quae quidem verba ipso suo fundamento transmittunt capita essentialia vel vitalem substantiam nuntii evangelici, quod nec mutari nec silentio praeteriri potest (cf. *Evangelii nuntiandi*, n. 25).

Integra vero substantia vitalis quae per fidei Symbolum transmittitur tradit nucleum fundamentalem mysterii Dei Unius et Trini prout per mysterium Filii Dei Incarnati ac Salvatoris, in Ecclesia sua semper viventis, nobis revelatum fuit.

Ad discernendum autem tam fidelitatem in tradendo integro nuntio Evangelii quam authenticam formam catecheticam verborum per quam fides transmittitur, oportet ut reverenter attendatur ad ministerium magistrale ac pastorale Ecclesiae.

Catechesis ut "memoria"

9. Hic est alius aspectus primarius actionis Ecclesiae, quatenus recordatur, commemorat, sacra celebrat in memoriam Domini Iesu, "anamnesim" perficit.

Re quidem vera verbum et actio communitatis ecclesialis solum vim habent quatenus hodie sunt verbum et actio quae Iesum manifestant et Christo astringunt. Catechesis ita cum tota actione sacramentali et liturgica conectitur.

Catechesis est aetate nostra manifestatio mysterii absconditi a saeculis in Deo (cf. *Col.* 1, 26). Quocirca primus sermo,

http://www.obrascatolicas.com

quo catechesis utitur, est Sacra Scriptura et Symbolum. Hac ratione catechesis est authentica introductio ad lectionem divinam, id est ad lectionem Sacrae Scripturae, sed "secundum Spiritum" qui habitat in Ecclesia tum in ministeriis apostolicis adstans tum in christifidelibus agens. Sacra autem Scriptura efficit, ut christiani communi utantur sermone. Pro more, formationis tempore, fit, ut quaedam sententiae biblicae, praesertim e Novo Testamento excerptae, vel quaedam formulae liturgicae, quibus illarum sententiarum sensus praeclarissime exprimitur et aliae precationes communes memoriae mandentur.

Homo credens etiam illas fidei locutiones suscipit, effectas viva cogitatione christianorum per saeculorum decursum, quae in Symbola collectae sunt necnon in praecipua Ecclesiae documenta.

Ita fit, ut esse christianum idem sit ac ingredi in traditionem vivam, quae per historiam hominum demonstrat quomodo in Iesu Christo Verbum Dei naturam humanam assumpserit. Catechesis est denique "transmissio documentorum fidei". Argumenta quae seligit et modus quo ea explicat congruunt cum genuina fidelitate erga Deum et erga hominem in Iesu Christo.

Catechesis ut testificatio

10. Verbum, in viva traditione innixum, est hoc modo verbum vivum pro aetate nostra. Locutiones, quatenus sunt testificatio, officium quod quis in se recipit, "inculturatio", actio ecclesialis, vita spiritualis, oratio personalis et liturgica, sanctitas, hoc idem manifestant, id est testificationem.

Communitas credentium est communitas hominum hodie viventium, quae ad effectum adducit historiam salutis. Salus, quam communitas in se portat, offert hominibus huius temporis liberationem a peccato, violentia, iniustitia, egoismo. Ita verba Iesu implentur: "veritas vos liberavit" (*Io*. 8, 32).

Itaque catechesis seiungi nequit a studiosa et actuosa deditione in vita: "Non qui dicunt: Domine, Domine ..." (*Mt*. 7, 21). Haec autem deditio multiplices formas induere potest, sive singulorum proprias sive collegiales. Est quidem iuxta traditionem "sequela Christi". Quo fit, ut disciplina doctrinae moralis, "Legis Christi", locum suum habeat in catechesi. Oportet affirmetur sine ulla ambiguitate esse leges et principia moralia, quae catechesi exponenda sunt; atque doctrinam moralem evangelicam praeditam esse indole peculiari quae multum exsuperet solas postulationes ethicae naturalis. Immo lex Christi seu lex amoris in cordibus nostris inscribitur per Spiritum Sanctum qui datus est nobis (cf. *Rom*. 5, 5; *Io*, 31, 34).

Alia ex parte catechesis, quatenus est testificatio, christianum simul educat efficiendo, ut hic plene inseratur in communitatem discipulorum Iesu Christi, quae est Ecclesia; assumens totam veritatem status gratiae et peccati huius populi credentis, qui in terra peregrinatur; recipiensque omnes illos sensus solidae coniunctionis fraternae, quam vivendo servare debet christianus cum omnibus qui, credentes aut non credentes, eandem sortem familiae humanae participant. Ita communitas ecclesialis ut sacramentum universale salutis revera sese constituit.

Haec autem doctrina moralis non est solum "individualis", cum simul rationem socialem nuntii evangelici exhibeat.

Unum e muneribus praecipuis catecheseos hodie eo pertinet ut inducantur et excitentur novae formae illius studiosae et actuosae deditionis praesertim in campo iustitiae.

Ita, ex christianorum experientia novi modi vitae evangelicae orientur. Christi gratia adiuvante, illi novos fructus sanctitatis proferent.

De peculiari indole paedagogiae fidei

11. In tota catechesi integra modo indissolubili socientur oportet: – cognitio verbi Dei; – celebratio fidei in sacramentis; – confessio fidei in vita quotidiana.

Paedagogia fidei ergo habet indolem peculiarem: occursus cum persona Christi, conversio cordis, experientia Spiritus in communione ecclesiali.

III Pars

CATECHESIS EST OPUS OMNIUM IN ECCLESIA

Pro cummuni corresponsabilitate

12. Catechesis est munus vitalis momenti pro tota Ecclesia. Omnes christifideles, unumquemque iuxta propria vitae adiuncta necnon peculiaria dona vel charismata, revera afficit. Omnes vero chistiani, ratione sacri baptismatis, confirmatione sacramentali rati habiti, ad Evangelium transmittendum necnon ad fidem fratrum in Christo – praesertim puerorum iuvenumque – perspiciendam vocantur. Id tamen interdum, causis quam diversissimis, quasdam contentiones atque dissensiones secumferre potest. Synodus ergo omnes hortatur ut difficultates, quae forte exsurgunt, christifideles superent atque adeo semper communem corresponsabilitatem foveant. Hoc modo aspectus indicantur qui postea accuratius describentur.

Communitas christiana

13. *a*) Locus seu ambitus, in quo ex more catechesis traditur, est communitas christiana. Catechesis non est munus quoddam mere "individuale", sed in dimensione communitatis christianae semper peragitur.

Formae autem communitatum aetate nostra evolvuntur. Praeter communitates e quibus est *familia*, prima communitas ubi homo educatur, vel *paroecia*, ubi pro more coetus christianus agitur, vel *schola*, communitas educationi destinata, hodie aliae multiplices communitates oriuntur, inter quas parvae ecclesiales communitates, consociationes, coetus iuveniles et alia huiusmodi adsunt.

Quae quidem novae communitates Ecclesiae opportunitatem praebent; posssunt enim esse quasi fermentum in multitudine et fermentum in mundo qui transformatur. Conferunt ad clarius manifestandam et varietatem et unitatem Ecclesiae. Ostendere debent inter se caritatem et communionem. Catechesis in iis nova loca invenire potest, ubi ad effectum deducatur, quoniam ibi membra communitatis sunt invicem annuntiatores mysterii Christi. Eodem vero tempore catechesis proponet mysterium Ecclesiae, Populi Dei nempe Corporisque Christi Mystici, in quo intime cum Deo et inter se coadunantur multiplices coetus hominum et communitates.

De Episcopo ac de ceteris qui catechesi operam dant

14. *b*) Episcopus in propria Ecclesia locali primas partes in actione catechetica agat. Praeter ea quae ei competunt in coordinanda actuositate hominum qui in sua Ecclesia particulari catechesi operam dant, Episcopus etiam se ipsum catechesi impendere debet. Una cum eo, pro cuiusque munere, ceteri ad ministerium catecheticum implendum cooperantur. Nemini soli competit officium catechizandi, quia multae vires ad hoc excitentur oportet. Unusquisque secundum suum munus et charisma confert ad eandem missionem exsequendam: episcopi una cum suis presbyteris, diaconi, parentes, catechistae, magistri, animatores communitatum christianarum. Ad hoc munus explendum possunt et debent suum praebere adiumentum inaestimabile pro Ecclesia multis quidem nominibus personae Deo consecratae.

Multis in nationibus catechistae, una cum sacerdotibus, officium moderandi participant in communitatibus christianis. Cum Episcopo coniuncti suscipiunt responsabilitatem fidem transmittendi.

Synodus omnibus confirmat huius muneris momentum atque exoptat ut omnes inveniant benevolentiam et auxilium, quibus indigent. Synodus rogat ne ministeria vel officia catechetica suscipiantur nisi congruens formatio, secundum duplicem rationem seu dimensionem catecheseos, id est fidelitatem erga Deum et hominem praecesserit. Hoc vero secum fert formationem pertinentem ad sacras disciplinas, atque simul cognitiones circa hominem quae, secundum nationes vel ambitum necessariae, continent notitias, quas scientiae de homine praebent.

De actione catechetica in pluralistica societate peragenda

15. *c*) Mundus hodiernus diversitate distinguitur. Texitur etenim populis habentibus conceptiones mundi, principia ethica necnon systemata socialia et politica quam maxime diversa. Etiam ex aestimandi ratione religiosa pluralisticus est.

Catechesis vero christianos capaces faciat ad sese his in adiunctis variis ac pluralibus evolvendos. Ad hoc, eos educare debet in sensu specificae eorundem identitatis inculcando: iidem sunt revera baptizati, credentes atque Ecclesiae membra. Eos insuper efformet in sensibilitate quae ad dialogum aperiatur quippe qui dialogus obsequiosus erga alios homines sit et insimul veritati quam maxime fidelis.

Formatio autem oecumenica christianis qui intra visibilia Ecclesiae Catholicae Romanae saepta exstant occasionem praebent melioris comprehensionis illorum christianorum qui ad

alias Ecclesias vel Communitates Ecclesiales pertinent, necnon praeparationis ad dialogum atque ad fraternas relationes cum iisdem instituendas. Institutio "catechesium communium", ubi iuxta criteria Pastorum necessaria videatur, ad ricula indifferentismi religiosi removenda, semper per plenam et specificam catechesim catholicam perficiatur.

Quod ad alias religiones attinet, quas christiani magis in dies in itineribus suis inveniunt, catechesis habitudines reverentiae necnon comprehensionis foveat oportet atque etiam habitum eas auscultandi et "semina Verbi" in eis latentia discernendi excitet. Ad hoc ut iuvenes, e cognitione religionum non christianarum atque a fortiori e notitia variarum conceptionum materialisticarum, aliquem fructum extrahere possint, necesse est ut, sub ductu Pastorum, praeparationem valde seriam quoad propriam doctrinam catholicam accipiant necnon orationis ac vitae christianae exercitationi congruenter aptentur. Sic autem parati, iis qui cum eis fidem in Christo non partiuntur, non tantum obsequium debitum praestare verum etiam testimonium huiusce fidei tradere poterint.

De catechesi christiana quoad materialisticas hodiernas propensiones.

16. Quoad propensiones materialisticas, saecularisticas vel atheas necnon humanismos quosdam totalitarios qui dimensionem vere humanam personae humanae suffocant, catechesis nitatur in visione christiana hominis et mundi. "Apologetica" seu " confrontatio" quaedam critica hodiernis cogitandi modis consona, rationabilia fundamenta huiusce visionis in luce ponere poterit.

In statu rerum quidem diverso ac pluralistico, christianus ne timeat: Spiritus Sanctus gratia adiutus, *fortis in fide*, iuxta apostolica verba, evadere valet. Authentica autem animi aperitio conscientiam formatam de propria identitate et supponit et exigit. Identitas christiana e parte sua testimonium et missionem secum fert.

De dimensione missionaria catecheseos

17. Omnis catechesis *missionaria* est non tantum ex eo quod ad alias communitates in distinctis ambitibus versantes contemplandas movet ac, animos aperiendo ad bonum universae Ecclesiae missionarias vocationes excitat, verum etiam ex eo quod ad habitudines obsequiosas erga omnes homines exhibendas incitat atque, incipiendo a profundiore in dies eiusdem ecclesialis communitatis aedificatione, verum testimonium christianum coram omnibus hominibus instimulat.

CONCLUSIO

18. Postquam vobiscum collocuti sumus de nostro labore hisce diebus iuxta Petri Cathedram in unione et communione cum Petri Successore, Papa Paulo VI, exantlato, volumus praeprimis Deo gratias agere, Deo Optimo Datori, a quo omnia bona procedunt (cf. *Iac*. 1, 17), Deo cui vitam nostram dedicamus, Deo qui per Spiritum Filii sui nobis semper adfuit et mirabilia Eius videre, contemplari, manibus contrectare (cf. *I Io*. 1, 1) dedit, Deo, qui ut super omnia semper a vobis diligatur imo ex corde desideramus.

Gratias deinde agimus omnibus qui nobiscum in catechetico ministerio vires impendunt. Cogitamus de presbyteris, ministerii nostri apostolici cooperatoribus, tam intime vi ipsius ordinis sacramenti nobiscum coniunctis; cogitamus de iis qui vitam Deo consecratam sive in religiosis communitatibus sive in mundo ducunt, iterum affirmantes spem nostram in magnam fecunditatem spiritualem in mundo quam secum fert vita in beatitudinum spiritu (cf. *Lumen gentium*, 42); cogitamus de iis quos peculiari nomine catechistas nuncupamus. Quot sunt viri, mulieres, iuvenes, immo et pueri, qui tempus suum insumunt, toties sine ulla huius saeculi mercede, in tanto opere ad Regnum Dei exstruendum, pleni verae caritatis, cum in hominum cordibus Christum Iesum forment et in eis ad plenitudinem deducere studeant. Cogitamus quoque de illis parentibus qui filios inde a prima infantia in cognitione Iesu Christi et in Dei timore et amore educant, fidem per baptismum receptam et per confirmationem ratam in filiorum cordibus vividam servant tali modo eam aedificando ut constanter fructus vitae aeternae afferant. Cogitamus etiam de tot communitatibus nostris fraternis, orationi deditis, pauperibus, quae pretiosum vitae testimonium mundo egoismo individualistico oppresso praebent.

De vobis omnibus cogitantes, nos Episcopi in hac Synodi adunati et e diversis regionibus orbis selecti, e Colle Vaticano, iuxta Petri sepulchrum, coram eius Successore, Paulo nempe Papa VI, sollemniter postquam Ecclesias totius mundi audivimus et conscii facti sumus catecheseos momenti in actione nostra pastorali ita ut ei sine ullo dubio priores tribuendae sint partes, dulce in nos recipimus onus nos totis viribus huic catecheticae navitati una cum evangelizatione superimpensuros, fidentes Spiritus Sancti gratiae qui fructus sanctitatis adhuc potiores edere potest quo magis fides vestra per educationem ad maturitatem perveniat. Sunt permultae difficultates quae adhuc praevidentur in mundo; sed tempus futurum proprium est credentium, quis spes non confundit (cf. *Rom*. 5, 5).

Beata Virgo Maria, Ecclesiae Mater, non obliviosa verbi Domini auditrix, ut proposita ad bonum finem perducamus et salutifera Christi fides fermentum, sal, lux, vita vera pro toto mundo evadat, nobis opituletur, Ea quae, ardens Filii sui in fide discipula, "conservabat omnia verba haec conferens in corde suo" (*Lc*. 2, 19).

* G. CAPRILE, **Il Sinodo dei Vescovi. Quarta Assemblea generale (30 settembre - 29 ottobre 1977)**, Roma 1978, p. 557-572. Adn. R. WAELKENS in **La foi et le temps** 7 (1977) 589-599.

4536

1977 OCT 31.-SIGNATURA AP., DECLARATIO. PART.*

Pars acatholica, cuius matrimonii nullitas accusata fuerat a Promotore iustitiae, iure gaudet libere ipsa appellandi, quin egeat aliqua concessione

Visa instantia diei 28 octobris 1977, qua Adv. M., patrona dominae H., petit ut eidem mulieri acatholicae concedatur ius appellandi a sententia Tribunalis V., die 3 novembris 1972, in causa de qua supra, lata;

Attento responso Pontificiae Commissionis Decretis Concilii Vaticani II interpretandis diei 8 ianuarii 1973 (AAS, 62, 1973, p. 59);

Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal declarat: "Dominam H. actricis partem in propria causa matrimoniali agere posse, quin egeat aliqua concessione".

Datum Romae, e sede Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis, die 31 octobris 1977. - Pericles Card. FELICI, *Praefectus*. Aurelius Sabattani, *Secretarius*.

* Prot. N. 9602/77 VT. **Documenta recentiora circa rem matrimonialem et processualem**, v. II, Roma 1980, p. 108-109.

4537

1977 NOV 12.- SIGNATURA APOST., DECL. PART.*

De munere Defensoris vinculi Diacono permanenti committendo

Visis litteris dierum 2 augusti 1977 et 27 septembris 1977, quibus Rev.mus Moderator Curiae Metropolitanae Angelorum in California, nomine Em.mi Archiepiscopi Dioecesani, facultatem petiit nominandi aliquem "diaconum permanentem" ad munus vinculi defensoris exercendum in causis nullitatis matrimonii;

Attento quod nunc Motu Proprio *Causas matrimoniales*, art. V, § 1, admittit ut, in tribunalibus, sive dioecesanis sive regionalibus, collegium iudicans efformetur ex tribus "clericis" (A.A.S. 63, 1971, p. 443), dum antea sacerdotium in iudicibus exigebatur (can. 1573, § 4; 1974, § 1);

Cum nequeat maior participatio sacerdotii ministerialis requiri in defensore vinculi, quia nullam exercet iurisdictionem, quam in iudice;

Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal declarat: "*nihil obstare quominus Em.mus Archiepiscopus Angelorum in California, servatis ceteris de iure servandis* (can. 1589, § 1), *procedat ad nominationem Diaconi permanentis ad munus defensoris vinculi exercendum*".

Datum Romae, e sede Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis, die 12 novembris 1977. - Pericles Card. FELICI, *Praefectus*. Aurelius Sabattani, *Secretarius*.

* Ordinario Angelorum in California: **Communicationes** 9 (1077) 226.

4538

1977 NOV 12.-CONSILIUM pro FAMILIA, INSTR. PART.*

Praemissa competentia et nova ordinatione Consilii pro familia, criteria proponuntur quae pastoralem in familiam christianam actionem dirigere debent

http://www.obrascatolicas.com

LA FAMIGLIA NELLA PASTORALE DELLA CHIESA

Sguardo d'insieme sulla IV Assemblea generale del Comitato per la famiglia (10-11-12 Novembre 1977)

La IV Assemblea generale del Comitato per la Famiglia, si è tenuta a Roma nei giorni 10, 11 e 12 novembre 1977.

Con la pubblicazione del Motu Proprio *Apostolatus peragendi* che, nel dicembre 1976 confermava il Comitato per la Famiglia nella sua missione e con la nomina di un nuovo gruppo di Membri, Consultori e Consulenti *, il programma di lavoro dell'Assemblea generale assunse due essenziali orientamenti: 1. Riprecisare la specificità e le competenze del Comitato per la Famiglia. 2. Riflettere sulle condizioni della pastorale famigliare nei vari Continenti: sue luci, ombre, possibilità, sfide.

In conclusione: attraverso un largo scambio di idee, si sarebbe dovuto arrivare ad individuare il programma futuro del Comitato, stabilendo alcune priorità.

L'Assemblea generale, riunitasi a pochi giorni dalla chiusura del Sindo dei Vescovi sulla catechesi, S. E. il Cardinale Opilio Rossi, Presidente del Comitato, presentò, nel discorso di apertura, alcune riflessioni sul dibattito Sinodale attorno alla famiglia nella catechesi.

Numerosi Padri Sinodali sottolinearono l'importanza della missione della famiglia nella trasmissione della Fede e della vita cristiana alle generazioni future.

Un certo numero di Vescovi pose l'accento sulle difficoltà incontrate dalle famiglie nella collaborazione con altri centri educativi. Tre suggerimenti furono avanzati al riguardo:

– Sviluppare una più stretta collaborazione tra quanti sono impegnati nel servizio della Fede.

– Aiutare i genitori a prendere il proprio posto nella vita apostolica della Chiesa.

– Insistere sul fatto che è obbligo di ogni cristiano prendere sul serio la propria fede e cercare di approfondirla per aiutare le famiglie a crescere insieme nella fede.

Alcuni particolari settori furono segnalati dal Sinodo, quali: la catechesi pre-matrimoniale, l'educazione alla morale sessuale cristiana e il suo significato per la famiglia, la formazione di cristiani adulti, la responsabilità delle comunità nella catechesi, la famiglia base della comunità, la famiglia scuola e comunità di preghiera.

Gli anni futuri saranno caratterizzati dalla applicazione delle decisioni e delle proposte del Sinodo ed è compito del Comitato per la Famiglia apporvi il suo contributo, fornendo chiare nozioni sul ruolo e l'importanza della famiglia nella pastorale d'insieme del Popolo di Dio.

Specificità e competenze del Comitato per la Famiglia

La prima descrizione del Comitato per la Famiglia può essere tratta dal Comunicato Stampa che, nel gennaio 1973, ne annunciava la fondazione:

"Di fronte alla generalizzazione dei problemi e alle diversità delle situazioni, mancava nella Chiesa una istituzione ecclesiale di carattere universale, incaricata di raccogliere, studiare, promuovere, coordinare, in una visione pastorale d'insieme, gli sforzi compiuti nel campo della famiglia".

Nel 1974, Papa Paolo VI, ricevendo il Comitato per la Famiglia gli chiese di passare dalla ricerca all'azione. Egli precisò il suo pensiero parlando di risveglio, di presa di coscienza, di promozione di centri di riflessioni e di azione, di testimonianza della concezione cristiana dei rapporti familiari.

Nel 1975, di fronte alla scelta del tema per la III Assemblea Generale: "il Sacramento del matrimonio, risposta della Chiesa agli appelli della famiglia", il Papa insisteva per essere informato sulle questioni che tale argomento poteva sollevare.

Nel 1976, il Motu Proprio *Apostolatus peragendi* tratta brevemente del Comitato per la Famiglia che, nella sua missione si appoggia al Consiglio per i Laici, conservando tuttavia "la struttura e la composizione che gli son proprie".

In occasione dell'Udienza accordata il 4 novembre 1977 al Comitato per la Famiglia insieme al Pontificio Consiglio per i Laici e al Pontificio Consiglio Cor Unum, il Papa ebbe a precisare il suo pensiero, proponendo al Consiglio per la Famiglia due compiti essenziali: vigilanza e animazione.

Vigilanza: nella protezione di ciò che Dio ha messo Egli stesso nel cuore degli uomini: l'amore nella sua più nobile accezione. Il che richiede una osservazione delle situazioni, non pessimistica, ma piena di speranza.

Animazione: così definita: sostegno, educazione, in unione con gli organismi della Curia, le Conferenze Episcopali, i Movimenti di apostolato.

Il S. Padre ha insistito sull'atteggiamento positivo da adottare nel conseguimento di questi due compiti. Esso deve superare gli ostacoli per cercare l'azione di Dio nel cuore degli uomini. E' un richiamo alla competenza, al senso organizzativo, al desiderio di collaborazione e sopratutto ad uno sforzo costante per vivere nella fede, nella speranza e nella carità che lo Spirito ci comunica.

*** I Consulenti sono i rappresentanti dei Dicasteri presso il Comitato per la Famiglia.**

I compiti affidati al Consiglio per la Famiglia dopo la sua fondazione chiariscono e definiscono, a volte meglio ancora dei testi, le attese della Santa Sede a suo riguardo.

– Fin dal primo anno della sua fondazione, gli è stato chiesto di preparare la partecipazione della Santa Sede all'Anno e alla Conferenza delle Nazioni Unite sulla Popolazione, tenutasi a Bucarest nel 1974.

Negli anni seguenti, il Consiglio per la Famiglia è stato chiamato a collaborare ai lavori della Delegazione della Santa Sede ad altre due Conferenze delle Nazioni Unite: quella sulla Donna, a Messico, nel 1975 e quella su "l'habitat" umano, a Vancouver, nel 1976.

– Su richiesta della Segreteria di Stato furono costituiti Gruppi di lavoro per studiare alcuni problemi, come l'aborto, l'educazione sessuale nelle scuole ed altri argomenti trattati nelle Conferenze Internazionali sui Diritti della Famiglia.

– Attualmente, un gruppo di lavoro è incaricato di studiare la condizione e i diritti delle persone anziane nella società e quale potrebbe essere il ruolo della famiglia nelle iniziative che si prendono in questo campo.

Un altro Gruppo deve studiare la documentazione su "L'Anno del fanciullo" e riflettere sui diritti dell'infanzia, secondo il pensiero della Chiesa.

Accade, tuttavia, di frequente che all'azione evangelizzatrice debbano accompagnarsi iniziative di urgente necessità, dirette allo sviluppo materiale e culturale delle persone e dei popoli in via di sviluppo. Ma anche in questi casi è necessario conservare all'annuncio del Vangelo e alla fondazione delle Chiese locali il carattere preminente, in modo che l'aiuto tecnico o economico appaia come logica conseguenza della predicazione della legge dell'amore, appresa alla scuola di Cristo. Il soccorso recato dai Missionari si presenterà, allora, nella forma di dedizione squisitamente fraterna, per cui, anche dove Gesù Cristo non si è ancora manifestato nella sua trascendente pienezza, il seme è già gettato, e la porta alla successiva predicazione è già aperta.

Ora, per poter attuare questo piano operativo, occorre che ci sia la corresponsabilità di tutto il Popolo di Dio, ed è questa una prestazione urgente che spetta a quanti presiedono a ciascuna delle Comunità, in cui si articola la Chiesa. I primi chiamati a collaborare sono i Sacerdoti, i Religiosi ed i laici che vogliono vivere in coerenza la loro vocazione battesimale. Senza questa dimensione missionaria l'aiuto che dalle antiche Chiese giunge ai singoli individui e ai popoli bisognosi potrebbe perdere quel valore di gratitudine a Dio per il dono inestimabile della fede e di autentico amore del prossimo, quale gli stessi offerenti intendono.

La predicazione del Vangelo non può limitarsi all'annuncio formale della Parola di Dio, ma deve tendere, altresì, alla creazione della Comunità cristiana, ponendola in condizione di "provvedere da sola, per quanto è possibile, alle proprie necessità" (3), che sono, primariamente, / il continuo e ordi- 347
nato incremento delle vocazioni sacerdotali e religiose, l'avvio e lo sviluppo di adeguate iniziative sul piano religioso, culturale, assistenziale, ecc. L'aiuto missionario dei fedeli dovrà, dunque, essere orientato verso queste Chiese particolari di più recente fondazione, le quali, attesa una tale origine, hanno bisogno del calore dell'effettiva comunione e del concreto soccorso delle Chiese sorelle.

Tale preferenza dell'indirizzo caritativo, ben lungi dal far dimenticare le altre istituzioni missionarie esistenti nel mondo, è garanzia, per la generosità che in essa si rivela, della protezione della Provvidenza divina.

Tra le forme di assistenza alle Chiese giovani è da ricordare quella piuttosto diffusa, al giorno d'oggi, del cosiddetto "gemellaggio": un fatto, questo, da giudicare come autentico e positivo, quando con esso non si dimentica lo scopo fondamentale della cooperazione, diretta alle necessità urgenti di tutta la Chiesa missionaria. Sta di fatto, però, che alcune Chiese, pur bisognose di assistenza, hanno una certa esitazione per il "gemellaggio", quasi che temano di ricevere aiuto da una Chiesa particolare, mentre preferiscono quello, rispettoso ed anonimo, proveniente dalla Chiesa universale. Da simile atteggiamento può seguire che alcune Chiese giovani finiscono per essere dimenticate.

Vogliamo, pertanto, ribadire il principio che ogni Chiesa locale, sia di antica che di recente fondazione, deve sentire l'urgenza di essere evangelizzatrice, cioè attiva ed alacre nel suscitare ed animare le diverse iniziative di apostolato. In questo contesto, la giovane Chiesa, mentre deve esprimere riconoscenza alla Comunità ecclesiale che le viene in soccorso, lungi dall'essere, per così dire, atrofizzata nel suo movimento

1 Decr. *Ad gentes*, n. 1.
2 *Ibid.*, n. 6.
3 Decr. *Ad gentes*, n. 15.

di crescita, sentirà anch'essa il bisogno di una sua collaborazione generosa per la crescita della Chiesa in tutto il mondo.

E' anche da tener presente, a tale proposito, che il progresso economico in alcune regioni, nelle quali il cristianesimo si è stabilito da tempo, consente il sorgere e il fiorire di istituzioni qualificate per l'assistenza e la beneficenza. Tuttavia, i responsabili di siffatti organismi non sempre sono in grado d'individuare, tra i destinatari dei soccorsi, quelli che ne sono più bisognosi; altre volte l'intervento benefico, per insufficiente intesa tra l'istituzione erogante e le comunità aiutate, non consegue l'effetto auspicato: quello di sviluppare il senso di vigile responsabilità nella creazione delle proprie strutture.

Appunto per ovviare ai rischi di un aiuto che potrebbe di-
348 mostrarsi / particolaristico e dispersivo, risulta evidente l'opportunità che ci sia un superiore coordinamento tra le varie forme di soccorso e di assistenza.

Lo spirito dell'aiuto, che noi vogliamo raccomandare e promuovere, è precisamente quello delle Pontificie Opere Missionarie, la cui importanza abbiamo più volte posta in rilievo. Queste Opere, infatti, sono nate nel seno stesso della Comunità cristiana, allo scopo di incoraggiare la coscienza missionaria di tutto il Popolo di Dio, ed è stato per questa loro natura univesale e, letteralmente, cattolica che i nostri Predecessori hanno attribuito ad esse il titolo di Pontificie. Con tale denominazione, non semplicemente onorifica o decorativa, le Pontificie Opere Missionarie esprimono e testimoniano la totale loro disponibilità nel prestare aiuto fedele a Colui che "presiede alla carità universale". Atteso il loro carattere pontificio, le medesime Opere sono anche episcopali, cioè al servizio della collegialità episcopale e di ogni singolo Vescovo, in quanto questi è principio di unità nelle propria Chiesa locale e responsabile nell'evangelizzazione universale. Tali Opere sono, dunque, nell'ambito della cooperazione missionaria, il mezzo privilegiato a disposizione di tutto il Popolo di Dio.

Se nell'attività missionaria diretta la preferenza va agli Istituti sotto la direzione dei Vescovi delle Chiese particolari, nella cooperazione missionaria la priorità, da parte della Comunità cristiana, spetta alle Pontificie Opere Missionarie. A ragione veduta, perciò, il Concilio Vaticano II ha affermato che "a queste Opere deve essere giustamente riservato il primo posto, perché costituiscono altrettanti mezzi sia per infondere nei cattolici, fin dalla più tenera età, uno spirito veramente universale e missionario, sia per favorire un'adeguata raccolta di sussidi a vantaggio di tutte le Missioni e secondo le necessità di ciascuna" (4).

L'annuncio e la diffusione del Vangelo, oggi più che mai, richiedono una programmazione a vasto raggio, comprensiva ed antiveggente, alla quale concorrano tutte le forze cattoliche, mentre il necessario lavoro di sintesi – come servizio del primato universale del Sommo Pontefice e della collegialità episcopale – è affidata al Dicastero missionario, al quale appunto "spetta di regolare e coordinare, in tutto quanto il mondo, sia l'opera missionaria in se stessa, sia la cooperazione
349 missionaria" (5). /

E' auspicabile, pertanto, che nel programma di rinnovamento pastorale che si va attuando nelle diverse Nazioni e Diocesi, sia riconosciuto alle Pontificie Opere Missionarie, che fanno capo alla S. Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli, l'effettivo posto preferenziale che il Concilio Vaticano II e noi abbiamo ad esse confermato. In tal modo, l'aiuto qualitativo e quantitativo alla causa del Vangelo non registrerà soluzioni di continuo, sia per la maggiore diligenza tecnico-organizzativa dei promotori, sia per l'accresciuto senso di responsabilità da parte dei fedeli.

Con questi pensieri, Fratelli e Figli carissimi in Gesù Cristo, invochiamo su di voi e sul vostro impegno missionario i continui aiuti della divina assistenza, mentre di gran cuore impartiamo la propiziatrice Benedizione Apostolica.

Dato a Roma, presso San Pietro, nella Solennità di Pentecoste, 14 maggio dell'anno 1978, decimoquinto del Nostro Pontificato. - PAULUS PP. VI.

4 Decr. *Ad gentes*, n. 38.
5 *Ibid.* n. 29.

4569

1978 MAI 14.-SS. CC. REL.-EP., NOR. AAS 70 (1978) 473-506

Notae directivae pro mutuis relationibus inter Episcopos et Religiosos in Ecclesia

Prooemium

Mutuae relationes inter varia populi Dei membra peculiarem animi attentionem his temporibus excitaverunt. Conciliaris enim doctrina de Ecclesiae mysterio et instantes humanae culturae mutationes ad huiusmodi maturitatem condiciones rerum perduxerunt, ut nova omnino enascerentur problemata, quorum nonnulla certe positiva, subtiliora tamen et implicata evaderent. In his vero mutuae inter Episcopos et Religiosos relationes ponendae sunt, quae specialem sollicitudinem suscitant. Nam sine dubio non parva admiratione afficietur, si quis tantummodo illud perpenderit – cuius vim intellegere operae pretium reapse esse videtur –, in toto scilicet terrarum orbe Religiosarum magis quam decies centena milia esse (1.000.000), nempe singulas sorores in ducenas quinquagenas (1/250) mulieres catholicas, ac Religiosorum circiter esse ducenta septuaginta milia (270.000); horumque sacerdotes tricenas quintas partes centesimas et sextam (36,6%) ex omnibus Ecclesiae sacerdotibus constituere, immo in quibusdam regionibus vel dimidiatum numerum exsuperare, sicut, ex. gr., in Africanis terris et in aliquot regionibus Americae Latinae.

Binae Sacrae Congregationes, pro Episcopis et pro Religiosis et Institutis Saecularibus, decimo exacto anno a promulgatione Decretorum *Christus Dominus* et *Perfectae caritatis* (d. 28 m. oct. a. 1965) Conventum Plenarium mixtum celebraverunt (dd. 16-18 m. oct. a. 1975), auditis et cooperantibus Conferentiis nationalibus Episcoporum, Con/siliis Religioso- 474
rum simul et Unionibus internationalibus Superiorum Praepositarumque Generalium. Hic vero Plenarius Conventus has praecipuas quaestiones aggressus est:

a) quid Episcopi ex Religiosis exspectent;
b) quid Religiosi ex Episcopis;
c) quaenam concreta media requirantur ad ordinatam ac fecundiorem operam inter Episcopos et Religiosos obtinendam sive in ambitu ipsius Dioeceseos sive in ambitu nationali et internationali.

Postea, criteriis generalibus statutis atque variis peractis additamentis ipsi rerum propositarum textui iam Patribus subiecto, Plenarius Conventus quemdam elaborandum textum decrevit, qui pastorales orientationes exhiberet.

Nunc exspectatum documentum in lucem edimus, quod redactum quoque est ex opera Sacrarum Congregationum pro Ecclesiis Orientalibus et pro Gentium Evangelizatione.

Argumentum actum definitos limites aperte habet: sermo enim fit in ipso de relationibus inter Episcopos et Religiosos cuiusvis ritus et cuiusvis territorii eo praesertim consilio, quo aptior fiat easdem exercendi modus. Illae directe respiciuntur relationes, quas inter locorum Ordinarios et Religiosorum Instituta necnon Societates vitae communis vigere oporteat; de Institutis Saecularibus, proinde, nihil directe dicitur, nisi quod ad generalia tantum principia spectat circa vitam consecratam (cfr. *PC*, 11) eorumque insertiones in Ecclesias particulares (cfr. *CD*, 33).

Textus duas complectitur partes, quarum una *doctrinalis* est, altera *normativa*; eiusque autem propositum illud est, ut linea quaedam directiva producatur, quae magis meliusque in dies efficaciam habeat applicandi renovantia principia Concilii Oecumenici Vaticani II.

Pars I: *Quaedam doctrinae elementa*

Priusquam definiantur aliquae pastorales ordinationes circa nonnullas exortas quaestiones in relationibus habendis inter Episcopos et Religiosos, brevis quaedam doctrinae synthesis ostendenda esse videtur, quae principia easdem relationes regentia determinare valeat. Horum autem principiorum compendiosa expositio amplam doctrinalem documentorum Concilii tractationem praesumit.

1. Concilium in lucem protulit singularem Ecclesiae constitutionis naturam, eam ostendens tamquam *Mysterium* (cfr. *LG*, 1). Inde enim / a Pentecostes die (cfr. *LG*, 4) in mundo 475
exstat Populus *novus* qui, a Spiritu Sancto vivificatus, adunatur in Christo in accessu ad Patrem (cfr. *Eph.* 2, 18). Huius autem Populi membra ex omnibus gentibus convocata sunt atque tam penitus ad unitatem coalescunt (cfr. *LG*, 9), ut haec quibuslibet sociologicis formulis simpliciter explicari nequeat: in ipsa quidem vera *novitas* inest, quae humanum ordinem transcendit. Itaque in hoc uno transcendentiae prospectu mutuas relationes inter varia Ecclesiae membra recte interpretari possumus. Elementum igitur, in quo haec originalis natura fundatur, est ipsius Spiritus Sancti praesentia: Ipse enim est vita et robur Populi Dei atque eius Communionis cohaesio,

http://www.obrascatolicas.com

eius missionis vigor, eius variorum donorum fons, eius mirabilis unitatis vinculum, eius potentiae creativae lux et pulchritudo, eius amoris flamma (cfr. *LG*, 4; 7; 8; 9; 12; 18; 21). Spiritualis enim et pastoralis redanimatio hisce recentioribus annis ex Spiritus Sancti praesentia – quam nonnulli quidem inquietantes abusus qui irrepserunt minime obscurare videntur – peculiare tempus privilegii manifeste exprimit (cfr. *Evangelii nuntiandi*, 75) propter renovandam nuptialem iuventutem Ecclesiae ad eius Domini diem versus prodeuntis (cfr. *Ap.* 22, 17).

2. In Ecclesiae mysterio unitas in Christo mutuam vitae communionem inter membra requirit. Nam *placuit Deo hominesnon singulatim, quasi mutua conexione seclusa, sanctificare et salvare, sed eos in populum constituere* (*LG*, 9). Ipsa vivificans Spiritus Sancti praesentia (cfr. *LG*, 7) organicam in Christo cohaesionem instruit: Ipse *Ecclesiam in communione et ministratione unificat, diversis donis hierarchicis et charismaticis instruit ac dirigit et fructibus suis adornat* (*LG*, 4; cfr. *Eph.* 4, 11-12; *1 Cor.* 12, 4; *Gal.* 5, 22).

Quod inter varia membra diversitatem affert – dona scilicet, officia, munera – velut reciprocum complementum est et reapse ordinatum ad unam communionem et missionem eiusdem *Corporis* (cfr. *LG*, 7; *AA*, 3). Sit igitur quis in Ecclesia Pastor, Laicus aut Religiosus, hoc secum non fert communis dignitatis membrorum differentiam (cfr. *LG*, 32), sed potius exprimit quasi quamdam commissuram nexuum ac functionum alicuius vivae compaginis.

3. *Novitas* Populi Dei, sub duplici eius aspectu, visibilis scilicet compagnis socialis et invisibilis praesentiae divinae in mutua utriusque intima conexione, ipso Christi mysterio comparanda esse videtur; quare *sicut natura assumpta Verbo*
476 *Divino ut vivum organum salutis, Ei in/dissolubiliter unitum, inservit, non dissimili modo socialis compago Ecclesiae Spiritui Christi, eam vivificanti, ad augmentum corporis inservit* (*LG*, 8; cfr. *Eph.* 4, 16). Mutua igitur duorum elementorum intima conexio illam confert Ecclesiae *sacramentalem* naturam, qua quemlibet prospectum simpliciter sociologicum ipsa prorsus excedit. Etenim Concilium affirmare potuit Populum Dei in mundo esse ut *sacramentum visibile salutiferae unitatis* (*LG*, 9; cfr. *LG*, 1; 8; 48; *GS*, 12; *AG*, 1; 5) pro omnibus populis et omnibus hominibus.

Praesentes autem sociales evolutiones culturaeque mutationes, quas nosmetipsi spectamus, etsi in Ecclesia exigunt, ut non pauci fortasse humani eius aspectus aptius renoventur, tamen ne minimum quidem detrimentum inferre valent huic ipsius peculiari structurae *universalis Sacramenti salutis*; immo illae quae ex mutationibus sunt promovendae simul efficient, ut clarius haec natura manifestetur.

4. Omnia membra, Pastores, Laici et Religiosi, participant, singula pro suo cuiusque modo, *sacramentalem* Ecclesiae naturam; itemque singula, iuxta munus ipsorum proprium, signum debent esse ac instrumentum sive *unionis cum Deo* sive *salutis mundi*. Omnes enim simul duplicem habent vocationis aspectum:

a) ad sanctitatem: *in Ecclesia omnes, sive ad Hierarchiam pertinent sive ab ea pascuntur, ad sanctitatem vocantur* (*LG*, 39);

b) ad apostolatum: Ecclesia tota *a Spiritu Sancto ad cooperandum compellitur, ut propositum Dei effectu compleatur* (*LG*, 17; cfr. *AA*, 2; *AG*, 1; 2; 3; 4; 5).

Propterea, antequam donorum et officiorum et munerum diversitas consideretur, ut fundamentum affirmanda est communis vocatio ad unionem cum Deo propter mundi salutem; quae quidem vocatio expostulat in omnibus, quasi signum participationis in ecclesiali communione, primatum *vitae in Spiritu*, quo haec in privilegio habentur: auditio Verbi, interior animi oratio, conscientia se pro membro totius *Corporis* gerendi ac unitatis sollicitudo, fidelis adimpletio propriae missionis, sui ipsius donum in servitio atque humilitas paenitentiae. Ex ipsa igitur communi baptismali vocatione ad *vitam in Spiritu* exigentiae clarificantes atque efficaciores influxus exoriuntur quoad relationes inter Episcopos et Religiosos habendas.

5. Organica inter varia Ecclesiae membra communio ita est ipsius Spiritus Sancti fructus, ut absolute praesumat historicum Iesu Christi inceptum eiusque paschalem exodum. Et-
477 enim Spiritus Sanctus est Spi/ritus Domini: Iesus Christus, *dextera Dei exaltatus* (*Act.* 2, 33), *Spiritum a Patre promissum in discipulos suos effudit* (*LG*, 5). Si Spiritus est veluti *anima* Corporis (cfr. *LG*, 7), Christus est revera *Caput* (cfr. *LG*, 7); ex utroque igitur procedit organica membrorum cohaesio (cfr. *1 Cor.* 12-13; *Col.* 2, 19). Ideo in his nequit esse vera erga Spiritum docilitas absque erga Dominum fidelitate, qui Illum mittit; a Christo enim *totum corpus, per nexus et coniunctiones subministratum et constructum, crescit in augmentum Dei* (*Col.* 2, 19).

Propterea organica Ecclesiae communio non est tantummodo *spiritualis*, id est quoquo modo enata a Spiritu Sancto atque suapte natura ecclesialibus quibuscumque muneribus prior eorumque parens, sed est simul *hierarchica*, quatenus vitali motu a Christo-Capite derivata. Dona ipsa a Spiritu illata utique sunt ex Christi voluntate et naturaliter ad compaginem Corporis directa, cuius functiones et actiones vivificentur. Christus *Corporis Caput est, principium, primogenitum ex mortuis, ut sit in omnibus primatum tenens* (cfr. *LG*, 7; *Col.*, 1, 15-18). Itaque organica Ecclesiae communio, sive in suo aspectu spirituali sive in hierarchica natura, a Christo Eiusque Spiritu simul originem vimque ducit. Recte igitur et iure Paulus Apostolus voces *in Christo* et *in Spiritu* intime ac vitaliter convergentes saepius enuntiavit (cfr. *Eph.* 2, 21-22; et passim in Epistolis).

6. Dominus ipse *in Ecclesia sua varia ministeria instituit, quae ad bonum totius Corporis tendunt* (*LG*, 18); ex quibus episcopale ministerium est ceterorum omnium fundamentum. Episcopi autem, in communione hierarchica cum Romano Pontifice, Collegium Episcopale constituunt, ita ut in solidum manifestent et ad effectum perducant Christi-Capitis munus in Ecclesia-Sacramento; nam *in Episcopis, quibus presbyteri assistunt, adest in medio credentium Dominus Iesus Christus, Pontifex Summus ...* (Episcopi) *ipsius Christi Magistri, Pastoris, et Pontificis partes sustinent et in eius persona agunt* (*LG*, 21; cfr. 27; 28; *PO*, 1; *CD*, 2; *PO*, 2). Nemo alius nisi Episcopus in Ecclesia organicam fecunditatis (cfr. *LG*, 18; 19), unitatis (cfr. *LG*, 23) et spiritualis potestatis (Cfr. *LG*, 22) functionem adeo fundamentalem explicat, ut in omnem ecclesialem activitatem influat. Quamvis enim in Populo Dei plurima alia munera ac incepta tribuantur explenda, tamen Romano Pontifici et Episcopis, sicut Capiti in Corpore, ministerium competit discriminandi vel componendi (cfr. *LG*, 21), quod secum fert specialium Spiritus donorum abundantiam ac peculiare charisma ordinandi diversa / munera in intima animi 478
docilitate erga unicum vivificantem Spiritum (cfr. *LG*, 12; 24; etc.).

7. Episcopus, cooperantibus presbyteris, fidelium communitati tripliciter inservit: docendo, sanctificando, gubernando (cfr. *LG*, 25-27; *CD*, 12-20; *PO*, 4-6). Non autem de tribus ministeriis agitur; sed, cum Christus in Nova Lege tria munera, et Magistri et Litantis et Pastoris, inter se radicitus confuderit, de ingenito uno et unico ministerio agitur. Itaque ministerium episcopale indivisa ratione in variis suis functionibus exerceri debet.

Sin autem res ipsae interdum postulaverint, ut unus ex tribus his aspectibus in evidentiore luce ponatur, numquam tamen reliqui duo separandi vel neglegendi erunt, ne intima totius ministerii ullo modo infirmetur integritas. Episcopus igitur non solum gubernat nec tantum sanctificat nec tantum docet, sed, presbyteris adiuvantibus, una atque indivisa ratione et docendi et sanctificandi et gubernandi gregem pascit. Proinde Episcopo, vi ipsius ministerii, specialiter respondendum est de omnium suorum fidelium in sanctitate incremento, prout ipse *praecipuus est dispensator mysteriorum Dei suique gregis perfector* secundum propriam uniuscuiusque vocationem (cfr. *DC*, 15); ergo etiam, et praesertim, secundum vocationem religiosam.

8. Spectatis Romani Pontificis et Episcoporum functionibus ac muneribus circa religiosorum praxim, concrete et clarius petefit ecclesialis eius dimensio, indubia scilicet vitae religiosae coniunctio cum Ecclesiae vita et sanctitate (cfr. *LG*, 44). Etenim Deus, sacra operante Hierarchia, Religiosos *consecrat* suo Ipsius altiori servitio in Populo Dei (cfr. *LG*, 44); itemque Ecclesia, per ministerium suorum Pastorum, *professionem religiosam non tantum sua sanctitate ad status canonici dignitatem erigit, sed eam ut statum Deo consecratum etiam actione sua liturgica exhibet* (*LG*, 45; cfr. *SC*, 80; 2). Praeterea Episcopi, ut membra Collegii Episcopalis, cum Summi Pontificis voluntate in his consentiunt: nempe in e-
(cfr. *LG*, 45), in regulis propositis authentice approbandis (cfr. *LG*, 45)), ita ut et agnoscatur et conferatur Institutis propria singulorum *missio* eorumque promoveatur sollicitudo in novis fundandis ecclesiis (cfr. *AG*, 18; 27) ac ipsis committantur, prout res postulaverit, peculiaria mandata et munera; in opera praestanda, ut Instituta *secundum spiritum Fundatorum crescant atque floreant, auctoritate sua invigilante et*
479 *protegente* (*LG*, 45); in praefinienda nonnullorum Insti/tutorum exemptione *ab Ordinariorum loci iurisdictione, intuitu utilitatis communis* (*LG*, 45) Ecclesiae universalis *et quo melius incremento et perfectioni religiosae conversationis consulatur* (*CD*, 35, 3).

9. Breves hucusque peractae considerationes super *communione hierarchica* in Ecclesia haud parum lucis afferunt ad relationes inter Episcopos et Religiosos excolendas:

a) *Caput* Corporis ecclesialis est Christus, Pastor aeternus, qui Petrum et Apostolos eorumque successores, videlicet Romanum Pontificem et Episcopos, praeposuit, eos sacramentaliter constituens ut sui ipsius *Vicarios* (cfr. *LG*, 18; 22; 27) atque congruis charismatibus replens; nec quisquam alius potestatem habet exercendi in Populum Dei ullum sive magisterii sive sanctificationis sive gubernationis munus, nisi cum illis participando et communicando.

b) *Anima* Corporis ecclesialis Spiritus Sanctus dicitur; nullum Populi Dei membrum, cuilibet explendo ministerio operam suam impendat, universa habet ipsum dona, officia, munera, sed cum ceteris convenire debet. Diversitas in Populo Dei sive donorum sive functionum simul conspirant seseque invicem complent in unam communionem ac missionem.

c) Episcopi, in communione cum Romano Pontifice, a Christo-Capite munus (*LG*, 21) accipiunt discernendi dona et competentias, multiplices vires simul ordinandi, Populum totum dirigendi, ut in mundo tamquam signum ac salutis instrumentum vivat. Ipsis igitur concreditum quoque est munus curandi religiosa charismata; eo magis quod indivisum ipsum pastorale ministerium *perfectores* totius gregis eos efficit. Itaque, vitam religiosam provehendo eamque iuxta proprias definitas notas protegendo, Episcopi genuinum implent munus pastorale.

d) Pastores omnes, haud immemores Apostoli exhortantis, ne sint *ut dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo* (*1 Pt.* 5, 3), recte conscii erunt de primatu *vitae in Spiritu*, quae postulat, ut simul sint *rectores* et *membra, partes* quidem, sed et *fratres*, fidei *magistri*, at praecipue *condiscipuli* coram Christo, *perfectores* utique fidelium, sed et veri *testes* suae ipsorum sanctificationis.

10. Status religiosus *non est intermedius inter clericalem et laicalem condicionem*; sed ex utraque parte exoritur quasi pro tota Ecclesia *peculiare donum* (cfr. *LG*, 43).

Ipse consistit in sequela Christi mediante publica evangelicorum consiliorum in vita communi professione, castitatis sci-
480 licet et paupertatis et / oboedientiae, et suscepta voluntate omnia reiciendi impedimenta, *quae a caritatis fervore et divini cultus perfectione retrahere* valeant (cfr. *LG*, 44). Religiosus enim Deo *summe dilecto totaliter mancipatur, ita ut ipse ad Dei servitium Eiusque honorem novo et peculiari titulo referatur*; quod eum *Ecclesiae eiusque mysterio speciali modo* coniungit ac impellit, ut indivisa deditione ad totius Corporis bonum operetur (cfr. *LG*, 44).

Exinde manifeste apparet vitam religiosam modum quemdam esse peculiarem participandi *sacramentalem* Populi Dei naturam. Consecratio enim eorum, qui religiosa vota profitentur, ad illud praesertim contendit, ut ipsi mundo praebeant visibile testimonium de inscrutabili mysterio Christi, quem in semetipsis revera exhibeant *vel in monte contemplantem, vel turbis Regnum Dei annuntiantem, vel aegrotos et saucios sanantem ac peccatores ad bonam frugem convertentem, vel pueris benedicentem et omnibus benefacientem, semper autem voluntati Patris qui eum misit oboedientem* (*LG*, 46).

11. Multa sunt ac diversa, secundum propriam cuiusque indolem, Religiosa Instituta in Ecclesia (cfr. *PC*, 7; 8; 9; 10); unumquodque autem suam propriam vocationem affert ut donum a Spiritu suscitatum, operam praestantibus *praeclaris viris ac mulieribus* (cfr. *LG*, 45; *PC*, 1; 2)., et a Sacra Hierarchia authentice approbatum.

Ipsum *Fundatorum charisma* (*Evang. test.* 11) videtur esse quaedam *Spiritus experientia*, propriis discipulis tradita, qui secundum eam viverent, eam custodirent altioremque redderent et constanter augerent simul cum Christi Corpore iugiter crescente. Propterea *Ecclesia propriam indolem variorum Institutorum religiosorum tuetur et fovet* (*LG*, 44); cfr. *CD*, 33; 35, 1; 35, 2 etc.). Haec autem *propria indoles* illum secum fert peculiarem quoque stilum sanctificationis et apostolatus, qui suam definitam traditionem ita constituit, ut eius obiectiva elementa convenienter deprehendi possint.

Necesse ergo est hoc tempore evolutionis culturalis et renovationis ecclesialis identitatem cuiusque Instituti adeo in tuto servari, ut vitari periculum possit non satis definitae cuiusdam condicionis, qua Religiosi in vitam Ecclesiae modo vago et ambiguo inserantur, cum in debita consideratione non habeantur definiti operandi modi eorum indolis proprii.

12. Quodvis authenticum charisma secum fert vim quamdam germanae novitatis in Ecclesiae vita spirituali atque peculiaris operositatis, / quae circumcirca incommoda fortasse vi- 481
detur et difficultates quoque suscitare potest, cum non semper ac statim facile sit dignoscere eius ortum a Spiritu.

Charismatica nota cuiusvis Instituti propria exigit, sive in Fundatore sive in ipsius discipulis, continuam recognitionem fidelitatis erga Dominum, docilitatis erga Spiritum Eius, animi ad rerum adiuncta prudenter intenti atque in signa temporum provide intuentis, voluntatis sese Ecclesiae inserendi, conscientiae oboediendi sacrae Hierarchiae, audaciae in rebus inceptis, constantiae sese donandi, humilitatis in rebus adversis perferendis: congrua vero genuini charismatis collatio cum novis rerum aspectibus et cum animi laboribus secum fert quemdam constantem historicum nexum inter ipsum charisma et crucem, quae, absque ulla repulsarum excusatione, perutilis est ad vocationis sinceritatem discernendam.

Singulis quoque Religiosis dona propria certe non desunt, quae quidem a Spiritu provenire solent eo consilio, ut ditetur, evolvatur et florescat Instituti vita in communitatis cohaesione et in testimonio renovationis exhibendo. Huiusmodi autem donorum agnitio eorumque rectus usus perpendentur ex ipsa eorum ostendenda congruentia sive cum Instituti communitaria conformatione sive cum Ecclesiae necessitatibus iuxta legitimae auctoritatis sententiam.

13. *Superiores* munus suum serviendi et dirigendi explent intra religiosum Institutum secundum propriam ipsius indolem. Eorum autem auctoritas a Spiritu Domini procedit in conexione cum sacra Hierarchia, quae canonice Institutum erexit eiusque specialem missionem authentice approbavit.

Nunc autem, spectata condicione communi cuncto Populo Dei, *prophetica scilicet, sacerdotali et regali* (cfr. *LG*, 9; 10; 34, 35; 36), utile videtur esse competentiam auctoritatis religiosae adumbrare, eam per analogiam comparando cum tripli-ci pastoralis ministerii perfunctione, scilicet docendi, sanctificandi et regendi, quin utraque auctoritas confundatur aut aequiparetur:

a) quoad *munus docendi*: Superiores Religiosi competentiam habent et auctoritatem *magistri spiritus* secundum evangelicam proprii Instituti conformationem; quare in eius ambitu veram explere debent *spiritualem directionem* totius Congregationis et singularum ipsius Communitatum; quam quidem ipsi perficient in sincera concordia cum authentico Hierarchiae magisterio, scientes sibi grave mandatum exse-
quendum esse in ambitu evangelicae formae a Fundatore 482
statutae. /

b) Quoad *munus sanctificandi*: Superiores peculiarem competentiam atque mandatum habent *perficiendi*, distinctis tamen muneribus, in iis quae ad incrementum vitae caritatis secundum Instituti propositum spectant, sive circa sodalium formationem, et initialem et continuam, sive circa communitatis et singulorum fidelitatem erga evangelica consilia iuxta Regulam exsequendam. Hoc vero munus, si recte expletum erit, putabitur a Romano Pontifice et ab Episcopis tamquam pretiosum auxilium in praecipuo eorum sanctificationis ministerio.

c) Quoad *munus regendi*: Superiores servitium explere debent propriam Communitatis vitam ordinandi, Instituti membra disponendi eiusque peculiarem missionem curandi et augendi atque providendi, ut idem actuose inseratur ecclesiali actioni sub Episcoporum ductu.

Exstat igitur *ordo Institutorum internus* (cfr. *CD*, 35, 3), qui proprium competentiae campum habet, ad quem genuina quaedam *autonomia* spectat, quae tamen in Ecclesia numquam ad *independentiam* redigi potest (cfr. *CD*, 35, 3 et 4). Congruus vero autonomiae gradus eiusque definita competentiae descriptio in iure communi atque in Regulis, seu Constitutionibus, uniuscuiusque Instituti continentur.

14. Ex his considerationibus circa religiosam vitam actis aliquas adnotationes explicativas desumere possumus:

a) Religiosi eorumque Communitates vocantur, ut in Ecclesia manifestum testimonium praebeant plenae exsistentiae atque primarius labor impendendus in propria eorum vivendi forma. Ipsi vero, quaecumque est propria sui Instituti indoles, consecrantur, ut palam profiteantur in Ecclesia-Sacramento *mundum transfigurari Deoque offerri non posse sine spiritu beatitudinum* (*LG*, 31).

http://www.obrascatolicas.com

b) Unumquodque Institutum propter Ecclesiam est eamque suis propriis notis locupletare tenetur secundum peculiarem quemdam spiritum specialemque missionem. Exinde Religiosi renovatam ecclesialem conscientiam excolant, operam praestando ad aedificationem Corporis Christi, perseverantes in fide erga Regulam suisque Superioribus obtemperantes (cfr. *PC*, 14; *CD*, 35, 2).

c) Religiosorum Superiores grave habent officium, tamquam primarium susceptum, omni studio curandi sodalium fidelitatem erga Fundatoris charisma, illam promoventes renovationem, quam Concilium praecepit ac tempora ipsa expostulant. Sedulo ergo operam dabunt, ut sodales aptius dirigantur ac instantius excitentur ad hunc finem obtinendum. Propterea officium in privilegio habebunt convenientem et temporibus aptam formationem perficiendi (cfr. *PC*, 2 d; 14; 18).

Pro certo denique habentes vitam religiosam suapte natura secum ferre peculiarem sodalium participationem, Superiores eam animandam curabunt, *cum efficax renovatio et recta accommodatio obtineri nequeant, nisi cooperantibus omnibus Instituti sodalibus* (*PC*, 4).

15. Una est Populi Dei missio, quae quasi cor totius ecclesialis mysterii constituit. Pater enim *sanctificavit* Filium *et misit in mundum* (*Io.* 10, 36) mediatorem Dei et hominum (cfr. *AG*, 3); ac die Pentecostes *misit Christus Spiritum Sanctum a Patre, qui salutifierum opus suum intus operaretur Ecclesiamque ad propriam dilatationem moveret* (*AG*, 4). Sic Ecclesia, per totum suae historiae decursum, in Christo et per Spiritum *natura sua missionaria est* (*AG*, 2; cfr. *LG*, 17). Omnes, et Pastores et Laici et Religiosi, pro sua cuiusque vocatione, ad apostolicum munus vocati sunt, quod a Patris caritate profluit; Spiritus autem istud munus alit, *ecclesiastica Instituta, quasi anima eorum, vivificando et eumdem missionis animum, quo ipse Christus actus fuerat, in cordibus fidelium instillando* (*AG*, 4). Missio ergo Populi Dei numquam solum in exterioris vitae actione consistere potest, quoniam apostolicus labor redigi prorsus nequit ad solam, etsi validam, humanam provectionem, cum pastoralia quaeque et missionaria incepta radicitus insidant in mysterii Ecclesiae participatione. Missio enim Ecclesiae ex natura sua non est nisi missio ipsius Christi in historia mundi continuata; proinde imprimis consistit in comparticipatione oboedientiae Illius (cfr. *Hebr.* 5, 8), qui Patri pro mundi vita Seipsum obtulit.

16. Missio, quae a Patre originem ducit, ab illis, quicumque missi sunt, exigit ut caritatis conscientiam exerceant in orationis dialogo. Propterea, hisce apostolicae renovationis temporibus, sicut semper in quovis missionali munere, princeps locus tribuendus est contemplationi Dei, meditationi Eius consilii salutis atque considerationi signorum temporum in Evangelii luce, ut et qualitas et abundantia orationis ali et augeri possint.

Omnes profecto necessitas urget orationem aestimandi et ad eam recurrendi. Episcopi eorumque cooperatores Presbyteri (cfr. *LG*, 25; 27; 28; 41), *orationi et ministerio verbi instantes* (*Act.* 6, 4), *dispensatores mysteriorum Dei* (*1 Cor.* 4, 1), *laborem impendunt, ut omnes quorum cura sibi est commissa unanimi sint in oratione atque Sacramentorum receptione in gratia crescant ac fideles Domino sint testes* (*CD*, 15).
484 / Religiosi autem, prout vocati ut sint quasi *peritissimi quique orationis* (Paulus VI, 28.X.1966), *Deum ... ante omnia quaerant ac diligant et in omnibus rerum adiunctis fovere studeant vitam absconditam cum Christo in Deo* (*Col.* 3, 3), *unde profluit et urgetur proximi dilectio* (*PC*, 6).

Divina Providentia disponente, non pauci ex christifidelibus hodie intime urgentur, ut in unum se colligant, Evangelium audiant, profunde meditentur altiusque contemplentur. Quapropter, pro missionis efficacitate, omnino curandum est, ut omnes, praesertim Pastores, ad orationem attendant, itemque Religiosa Instituta integram servent suae ad Deum deditionis formam, sive provehendo *praeclaram partem*, quam in hoc campo retinent Communitates vitae contemplativae (cfr. *PC*, 7 et *AG*, 18), sive efficiendo, ut Religiosi actioni apostolicae dediti suam intimam cum Christo unionem alant eiusque aperte testimonium praebeant (cfr. *PC*, 8).

17. Apostolicus labor in diversis culturae condicionibus exprimi debet. Quare in ipsa missionis unitate animadvertuntur *differentiae, quae ... non sumuntur ex intima natura ipsius missionis, sed ex condicionibus in quibus missio haec exercetur. Dependent vero hae condiciones sive ab Ecclesia, sive etiam a populis, a coetibus vel ab hominibus ad quos missio dirigitur* (*AG*, 6). Quae differentiae, concretae quidem, etsi contingentes, valde afficiunt non modo exercitium pastoralis

ministerii sive Episcoporum sive Presbyterorum, verum etiam peculiarem vitae formam ac munera Religiosorum, exigendo non faciles accommodationes praesertim ab illis Institutis vitae activae, quae in ambitu internationali operantur.

Quoad igitur relationes inter Episcopos et Religiosos, praeter functionum (cfr. *AA*, 2) et charismatum (cfr. *LG*, 2) diversitates, etiam concretae differentiae in nationum ambitu exstantes accurate perpendendae sunt.

18. Ex exigentia inserendi mysterium Ecclesiae in singulos regionum ambitus necessario exoritur problema de mutuo influxu inter universalitatis et singularitatis valores in Populo Dei.

Concilium Vaticanum II non solum de universali Ecclesia locutum est, sed etiam de Ecclesiis particularibus et localibus, quas exhibuit tamquam unum ex aspectibus renovantibus ecclesialem vitam (cfr. *LG*, 13; 23; 26; *CD*, 3; 11; 15; *AG*, 22; *PC*, 20). Itaque suam positivam significationem habere potest quidam decentrationis processus, qui certos / influxus secum 485
fert etiam in mutuas relationes inter Episcopos et Religiosos (cfr. *Evangelii nuntiandi*, 61-64).

Particularis quaeque Ecclesia elementis humanis validis ditatur, quae propria sunt ingenii ac naturae uniuscuiusque nationis. Huiusmodi tamen elementa non sunt consideranda tamquam indicia divisionis vel particularismi vel nationalismi, sed tamquam expressiones varietatis in eadem unitate ac plenitudinis illius incarnationis, qua integrum Christi Corpus ditatur (cfr. *UR*, 14-17). Universalis enim Ecclesia non est quaedam particularium Ecclesiarum *summa* vel *foederatio* (cfr. *Evang. nunt.*, 62), sed praesentia tota et aucta universalis unius Sacramenti salutis (cfr. *Evang. nunt*, 54). Haec autem multiformis unitas valde concretas exigentias secum fert in muneribus Episcoporum et Religiosorum adimplendis:

a) Episcopi eorumque cooperatores Presbyteri ante omnes respondere debent sive de culturalibus loci valoribus recte discernendis in suae Ecclesiae vita sive de claro universali prospectu ipsis derivante ex missionali munere Successorum Apostolorum, qui ad universum mundum missi sunt (cfr. *CD*, 6; *LG*, 20, 23; 24; *AG*, 5; 38).

b) Dein Religiosi, etiamsi ad Institutum iuris pontificii pertineant, se sentire debent reapse participes *dioecesanae familiae* (cfr. *CD*, 34) et necessariae adaptationis onera suscipere; opportune etiam faveant localibus vocationibus sive pro clero dioecesano sive pro vita consecrata; insuper vero, suarum Congregationum candidatos ita instituant, ut ab his ea revera degatur vita, quae sit secundum genuinam ipsius loci culturam, simulque tamen attente vigilent, ne quis umquam aberret et ab impulsu missionali ipsi religiosae vocationi inhaerente et ab unitate et indole uniuscuiusque Instituti propria.

19. Eminet igitur, praesertim pro Episcopis et Religiosis, missionale evidens munus in ipso eorum ministerio atque charismate ingenitum. Hoc autem munus onerosius fit in dies, dum hodiernae culturae condiciones evolvuntur, duobus praecipuis inditis notis, materialismi scilicet, qui populares coetus invadit etiam in regionibus ex traditione christianis, et incrementi communicationum inter nationes, quibus cuncti populi, etiam non christiani, alii cum aliis facillime coniunguntur. Praeterea profundae rerum mutationes, humanorum valorum augmentum et multiplices nostrorum temporum necessitates (cfr. *GS*, 43-44) urgentius postulant, ut ex una parte plurimae pastorales traditionis activitates renoventur, ex altera etiam novi praesentiae apostolicae moduli excogitentur. / In his re- 486
rum adiunctis necessitas urget cuiusdam apostolicae sollertiae in novis ecclesialibus experimentis ingeniose et audenter inveniendis sub impulsu Spiritus Sancti, qui suapte natura *creator* excogitandi cum natura charismatica vitae religiosae praeclare consentit (cfr. *Pars I*, n. 12). Etenim ipse Summus Pontifex Paulus VI iure haec affirmavit: *ob ipsam suam consecrationem religiosam, illi* [Religiosi] *potissimum liberi sunt sponte ut Evangelium praedicent. Illi sunt in opere alacres, atque eorum apostolatus saepe excellit propriis sui ingenii consiliis et inceptis, quae admirationem inspicientibus movent* (*Evang. nunt.*, 69).

20. Ecclesia non ad hoc instituta est, ut sit *activitatum organizatio*, sed potius ut *vivum Christi Corpus ad testimonium perhibendum*. Ipsa tamen concretum opus necessarie conficit praefiniendi et coordinandi multiplicia munera atque servitia, quae simul in unam pastoralem actionem convergant, in qua statuuntur quaenam sint optiones sequendae et quinam labores apostolici sint ceteris anteponendi (cfr. *CD*, 11;

30, 1; 35, 5; *AG*, 22; 29). Hodie enim instanter quaerendum est, secundum varios aspectus ecclesialis vitae, ut congrua et inveniendi et exsequendi ratio inchoetur, quo aptius pro diversis rerum adiunctis evangelica missio expleri possit.

Huiusmodi vero auspicabilis coordinationis praecipua Centra exstant: Sancta Sedes, Dioecesis (cfr. *CD*, 11) et in ordine suo Conferentia Episcoporum (cfr. *CD*, 38). Apud autem haec Centra aliae quoque compages cooperationis constituuntur iuxta ecclesiales et regionales exigentias.

21. In vitae religiosae ambitu eriguntur a Sancta Sede, sive intra locorum fines sive inter universas nationes, Consilia Superiorum Maiorum et Generalium (cfr. *PC*, 23; *REU*, 73, 5); quae quidem suapte natura et auctoritate differunt a Conferentiis Episcoporum. Primarius enim eorum finis est vitae religiosae provectio in compagem missionis ecclesialis insertae; atque eorum actio in eo est, ut offerantur servitia communia, fraternitatis incepta, cooperationis consilia, servata utique propria uniuscuiusque Instituti indole. Hoc plane efficiet, ut etiam valida auxilia offerantur pastorali coordinationi, praesertim si statis temporibus congrua quoque recognitio fiat totius operandi rationis atque in primis mutuae curentur relationes inter Episcoporum Conferentias et Superiorum Maiorum Consilia iuxta ea quae a Sancta Sede praescribuntur. / 487

22. Summus Pontifex, spectata ipsius Ecclesiae utilitate (cfr. *LG*, 45, *CD*, 35, 3), non paucis Religiosorum Familiis exemptionem concedit, quo aptius Instituta suam identitatem exprimere valeant necnon generosius et latius communi bono inservire possint (cfr. *Pars I*, n. 8).

Exemptio vero nullum impedimentum per se infert sive pastorali coordinationi sive mutuis bonisque relationibus inter Populi Dei membra. Ipsa enim *ordinem Institutorum internum potissimum respicit, quo melius in iisdem omnia sint inter se apta et conexa atque incremento et perfectioni religiosae conversationis consulatur; necnon ut de illis disponere possit Summus Pontifex in bonum Ecclesiae universae, alia vero competens Auctoritas in bonum Ecclesiarum propriae iurisdictionis* (*CD*, 35, 3; cfr. *CD*, 35, 4; *Eccl. Sanctae*, I, 25-40; *Evang. nunt.*, 69).

Religiosa igitur Instituta exempta, fidelia erga *peculiarem suam indolem ac munus* (*PC*, 2, b), ante omnia excolere debent specialem adhaesionem Romano Pontifici et Episcopis, revera suam libertatem et alacritatem apostolicam libenti animo praestando secundum religiosam oboedientiam; itemque plena conscientia et studio laborem impendent, ut in familia dioecesana specificum quoque testimonium ac genuinam missionem sui Instituti effingere atque exprimere valeant; semper denique apostolicam illam sagacitatem et sedulitatem instimulabunt, quae propriae sunt eorum consecrationis.

Profecto Episcopi agnoscent et magni aestimabunt quantopere Ecclesias particulares specifice adiuverint ii Religiosi, in quorum exemptione quodam modo inveniunt signum etiam illius pastoralis sollicitudinis, quae stricte coniungit eos cum Romano Pontifice propter universalem in cunctos populos sollertem curam (cfr. *Pars I*, n. 8).

Haec exemptionis renovata conscientia, si revera cum variis pastoralis muneris collaboratoribus concorditer communicatur, non parum conferre poterit ad incrementum sive apostolicae alacritatis sive missionalis zeli in omni Ecclesia particulari obtinendum.

23. Quae superius circa ecclesialem missionem considerata sunt has congruas directivas notas suggerunt:

a) in primis ipsa natura apostolicae actionis exigit, ut Episcopi principem locum tribuant mentis recogitationi et orationis vitae (cfr. *LG*, 26; 27; 41); deinde expostulat, ut Religiosi, secundum indolem propriam, penitus renoventur et orationi assidue instent.

b) Speciali cura promovenda sunt *varia ad vitam contemplativam radicandam incepta* (*AG*, 18), quia ipsa praeclaram
488 retinet partem in / Ecclesiae missione, *quantumvis actuosi apostolatus urgeat necessitas* (*PC*, 7). Omnium enim ad caritatis perfectionem vocatio (cfr. *LG*, 40) radicali modo collustratur, praesertim in hodierni materialismi ingravescente periculo, ab Institutis ad contemplationem integre ordinatis, in quibus apertius, uti S. Bernardus ait, *causa diligendi Deum, Deus est; modus, sine modo diligere* (*De diligendo Deo*, c. 1; *PL*, 182, n. 584).

c) Actio Populi Dei in mundo est sua natura universalis et missionalis sive propter ipsam Ecclesiae indolem (cfr. *LG*, 17) sive propter mandatum Christi, qui Apostolatui contulit *universalitatem nullis finibus circumscriptam* (*Evang. nunt.*, 49). Opus erit igitur, ut Episcopi et Superiores curent hanc dimensionem conscientiae apostolicae atque ad eam fovendam concreta incepta provehant.

d) Ecclesia particularis illud spatium historicum constituit, in quo aliqua vocatio revera sese exprimit suumque apostolicum laborem efficit; illic enim, intra fines determinatae culturae, Evangelium nuntiatur idemque recipitur (cfr. *Evang. nunt.*, 19; 20; 29; 32; 35; 40; 62; 63). Propterea necesse est, ut in formatione perficienda prae oculis debite habeatur haec quoque magni momenti definita res in pastorali renovatione.

e) Influxus reciprocus inter utrumque polum, inter scilicet vivam alicuius particularis culturae comparticipationem et universalitatis aspectum fundamentum invenire debet in inconcussa aestimatione et in assidua custodia illorum unitatis valorum, quibus nullo prorsus modo renuntiandum est, sive de unitate agitur Catholicae Ecclesiae – pro omnibus fidelibus – sive de unitate uniuscuiusque Instituti Relgiosi – pro eiusdem sodalibus –. Illa autem localis Communitas, quae ab ista unitate secesserit, in duo discrimina veniet: *hinc discrimen cuiusdam arefacientis disgregationis ...; illinc autem discrimen, ne suam libertatem amittat, cum separata a capite ... sola obnoxia est multimodis illorum viribus, qui eam in servitutem redigere et quaestui habere conentur* (*Evang. nunt.*, 64).

f) Hisce nostris praesertim temporibus exigitur in Religiosis eadem illa charismatica genuinitas, vivax et ad excogitandum ingeniosa, quae potissimum in Fundatoribus excellit, quo melius ac sedulo ipsi apostolicum Ecclesiae laborem impendant in medio eorum, qui hominum pars maior revera sunt hodie et a Domino prae ceteris dilecti: *parvuli* et *pauperes* (cfr. *Mt.* 18, 1-6; *Lc.* 6, 20). / 489

Pars II: *Ordinationes et normae*

Recentium annorum experientia, principiis hucusque expositis perspectis, ad nonnullas ordinationes et normas redigendas induxit ad praxim praecipue spectantes. Exinde profecto efficietur, ut mutuae inter Episcopos et Religiosos relationes ulterius perfici possint pro ipsa Corporis Christi aedificatione. Varias autem directivas notas ostendemus tribus distinctis momentis sese invicem complentibus:

a) secundum aspectum formationis;
b) secundum aspectum operationis;
c) secundum aspectum coordinationis.

Textus praesumit iuridicas praescriptiones iam constitutas easque interdum refert; nihil ergo prorsus derogat ex superioribus Sanctae Sedis documentis de hac materia vigentibus.

Romanus Pontifex et Episcopi explent in Ecclesia officium *Magistrorum authenticorum* et *Sanctificatorum* totius gregis (cfr. *Pars I*, nn. 5-9). Sua vice, Superiores Religiosi specialem habent auctoritatem ad proprium Institutum moderandum et pergravi onerantur munere specifice sodales formandi (cfr. *PC*, 14; 18; et *Pars I*, nn. 10-14).

Episcopi et Superiores igitur, utrique secundum proprium officium, sed inter se convenientes et concorditer adlaborantes, veram prioritatem muneribus formationis conferant.

24. Episcopi, in concordi quoque animo cum Superioribus Religiosis, promoveant, praesertim inter dioecesanos presbyteros, inter zelantes laicos et inter locorum Religiosos et Religiosas, vivam conscientiam et experientiam mysterii atque structurae Ecclesiae, vivificae inhabitationis Spiritus Sancti, communiter apparando vel speciales circulos vel spiritualitatis congressus. Atque assidue quoque instent, ut oratio, sive personalis sive publica, magis magisque aestimentur et augeatur, peculiaribus etiam inceptis diligenter paratis.

25. Communitates Religiosae, pro sua parte, praesertim contemplativae, servata videlicet in proprium ipsarum spiritum fidelitate (cfr. *PC*, 7; *AG*, 40), hominibus nostrorum temporum opportuna praestent auxilia ad orationem atque ad vitam spiritualem peragendam, ita ut ad instantem meditationis altiorisque fidei necessitatem, pressius hodie perceptam, respondere valeant. Occasionem quoque et commoditatem iisdem offerant, ut suis ipsarum liturgicis actionibus convenienter adesse possint, servatis quidem clausurae et debitis exigentiis et statutis normis. / 490

26. Superiores Religiosi omni studio curent, ut suos confratres et consorores fideliter perseverent in propria vocatione. Congruas quoque foveant accommodationes culturalibus, socialibus et oeconomicis condicionibus iuxta temporum exigentias, providentes tamen, ne ullo modo ad mores religiosae consecrationi contrarios deferantur. Culturales autem accommodationes et confratrum studia alicuius specializationis versentur in materiis proprie coniunctis cum specifica Instituti

http://www.obrascatolicas.com

vocatione, eademque praefiniantur non quasi quaedam false intellectae sui ipsius expressiones, ita ut fines personales obtineantur, sed ut vere ad exigentias apostolicorum propositorum ipsius Religiosae Familiae respondere valeant in harmonia cum Ecclesiae necessitatibus.

27. Dum Religiosorum et Religiosarum continua formatio promovetur, insistendum est in renovando testimonio paupertatis et servitii erga indigentiores; atque prospiciendum quoque est, ut in renovata oboedientia et castitate Communitates clarum fiant signum amoris fraternitatis atque unitatis.

In Institutis vitae activae, in quibus tamquam elementum essentiale vitae religiosae apostolatus exstat (cfr. *PC*, 8; *AG*, 25), in ipsa evolvenda formatione, sive initiali sive continua, idem apostolatus in congruam lucem proferatur.

28. Ad Episcopos spectat, utpote qui magistri authentici et perfectionis moderatores sint pro omnibus Dioeceseos membris (cfr. *CD*, 12; 15; 35, 2; *LG*, 25; 45), etiam fidelitatem erga religiosam vocationem in spiritu uniuscuiusque Instituti custodire. In quo pastorali munere exercendo Episcopi relationes cum Superioribus Religiosis, quibus omnes sodales *in spiritu fidei* sese subiciunt (cfr. *PC*, 14), promovendas curabunt in manifesta doctrinae et propositorum communione cum Summo Pontifice atque Sanctae Sedis Dicasteriis et cum ceteris Episcopis ac locorum Ordinariis.

Episcopi, una cum proprio clero, firmi sint vitae consecratae assertores, Religiosarum Communitatum defensores, vocationum educatores, efficaces tutores cuiusvis peculiaris Religiosarum Familiarum naturae sive in campo spirituali sive in campo apostolico.

29. Episcopi et Superiores Religiosi, utrique secundum proprias singulorum competentias, cum zelo cognitionem promoveant doctrinae Concilii et pontificiorum documentorum de Episcopatu, de Vita religiosa et de Ecclesia particulari, necnon de reciprocis habendis relationibus. Propterea haec
491 incepta auspicanda esse videntur: /

a) conventus Episcoporum et Superiorum Religiosorum, quo altius haec argumenta simul ab omnibus perspiciantur;

b) speciales cursus ad novas aptioresque conformationes obtinendas pro dioecesanis presbyteris, pro religiosis et laicis apostolicis operibus deditis;

c) studia atque experimenta peculiariter apta ad formationem Religiosorum coadiutorum, quos vocant, et Religiosarum;

d) cura conficiendi idonea pastoralia documenta, in Dioecesi, in Regione vel Natione, quae ad fructuosam fidelium recogitationem haec argumenta praebeant.

Haec autem renovationis institutio cavendum est ne paucis tantum circumscribatur; sed providendum, ut omnibus eam habendi facultas detur atque munus omnium sodalium commune fiat.

Opportunum quoque videtur esse hoc plenius doctrinae studium sufficienter diffundere adhibendo publicas editiones, instrumenta communicationis socialis, conferentias, exhortationes, etc.

30. Praefiniatur iam inde a prioribus gradibus initialis formationis, sive ecclesiasticae sive religiosae, studium systematicum Mysterii Christi, naturae sacramentalis Ecclesiae, ministerii episcopalis et vitae religiosae in Ecclesia. Propterea:

a) Religiosi et Religiosae iam inde a novitiatu formentur ad pleniorem conscientiam habendam atque sollicitudinem pro Ecclesia particulari, fidelitatem simul augendo erga propriam peculiarem vocationem;

b) Episcopi curent, ut dioecesanus clerus penitus intellegat hodiernas ad vitam religiosam pertinentes quaestiones et urgentem missionalem necessitatem, utque aliquot etiam parentur selecti presbyteri, qui operam suam praestare valeant ad spiritualem Religiosorum et Religiosarum adiuvandum profectum (cfr. *OT*, 10; *AG*, 39), quamvis hoc munus committere saepius conveniat religiosis presbyteris prudenter selectis (cfr. *Pars II*, n. 36).

31. Plenior sacerdotalis et religiosae vocationis maturitas pendet quoque, et quidem definitive, ex institutione doctrinali, quae frequenter vel in studiorum sedibus gradus universitarij traditur vel in scholis superioribus vel in peculiariter idoneis Institutis.

Episcopi et Religiosorum Superiores in hoc partem habentes efficaciter cooperentur ad vitam harum studiorum sedium alendam atque congruam earum efficientiam sustinendam, praesertim cum ipsae uni vel compluribus Dioecesibus atque
492 Congregationibus Religiosis inser/viant, eaedemque melius providere valeant sive magisterii praestantiae sive docentium praesentiae ceterorumque omnium, qui rite instructi exigentiis formationis respondere debeant, necnon officialibus ipsis atque subsidiis aptius adhibendis.

In apparandis, reformandis et ad exsecutionem adducendis harum studiorum sedium Statutis clare definiantur iura et officia singulorum participantium, munera quae, vi ipsius ministerii, ad Episcopum vel ad Episcopos pertineant, modi rationesque operandi atque amplitudo de re respondendi Superiorum Religiosorum partem habentium; ita ut obiectiva et integra doctrinae expositio promoveatur una cum Ecclesiae Magisterio concinnata. Deinde secundum criteria generalia competentiae et auctoritatis atque iuxta Statutorum normas prospiciatur, ut horum Centrorum labores et incepta diligenter curentur. Verumtamen in tota hac nec levi parvi facienda materia semper observentur normae ac dispositiones Sanctae Sedis.

32. Pastoralis praxis adaequata renovatio in Dioecesibus altiorem postulat omnium rerum illarum cognitionem, quae ad ipsius loci vitam humanam et religiosam concrete respiciunt, ita ut exinde quaedam obiectiva et congrua theologica recogitatio exoriatur, operationum prioritates statuantur, apta pastoralis actionis ratio praefiniatur, denique, statis temporibus, quod actum sit examinetur. Hoc autem opus ab Episcopis, cooperantibus idoneis personis etiam ex Religiosis electis, exigere potest, ut aliquae studii Commissiones atque pervestigationis Centra constituantur et sustineantur. Quae quidem incepta magis magisque necessaria apparent sive ad aptiorem personarum institutionem assequendam sive ad rationalem ipsius praxis pastoralis structuram efficiendam.

33. Religiosorum peculiare ac grave officium est attentam mentem docilemque animum habere ad Hierarchiae Magisterium atque facilius Episcopis reddere exercitium ministerii *doctorum authenticorum* ac *testium divinae et catholicae Veritatis* (cfr. *LG*, 25) in suo respondendi onere circa fidei doctrinam docendam, sive in Centris, ubi eadem excolitur, sive in adhibendis instrumentis ad eam tradendam.

a) Quoad librorum et documentorum publicationes, quae curantur apud officinas librarias Religiosorum et Religiosarum vel Institutionum catholicarum aediumque editricum ab iisdem gestarum, serventur normae a Sacra Congregatione pro Doctrina Fidei data (d. 19 m. martii a. 1975) circa competentem auctoritatem pro Sacrae Scripturae texti/bus, iisdemque 493
etiam translatis, approbandis, pro Liturgiae et orationum necnon catechismi libris aliisve quibusvis operibus, quae quidpiam speciatim contineant ad religionem morumque honestatem attinens. Istarum autem normarum praetermissio, speciose interdum aut callide excogitata, magnum quoddam fidelibus detrimentum affert, cui totis viribus sincere resistere praesertim Religiosis necesse est.

b) Etiam cum agitur de documentis et inceptis ex religiosis institutionibus, vel localibus vel nationalibus, prolatis, quae, quamvis publico non sint destinata, tamen aliquid ponderis in re pastorali exercere possint, ut scilicet nova atque gravia problemata de re sociali et oeconomica et politica, cum fide et vita religiosa quoquo modo conexa, semper necessaria servetur concordia cum Ordinariis competentibus.

c) Praeterea Episcopi, attente quoque perpensa peculiari nonnullorum Institutorum missione, exhortentur Religiosos et Religiosas eisque faveant, quibus praestans exercendus sit apostolatus in campo editorialium artium et communicationum socialium, hac super re ampliorem apostolicam cooperationem promoveant, praesertim in ambitu nationali; itemque de personarum huius industriae peritarum formatione solliciti sint, non solum quoad technicam competentiam, sed etiam et peculiariter quoad ecclesialem earum responsabilitatem.

34. Gravis error esset independentes reddere – multoque gravior invicem opponere – vitam religiosam et ecclesiales structuras, quasi binae res exstare possent, altera charismatica, altera vero institutionalis; sed utraque elementa, dona scilicet spiritualia et ecclesiales structurae, *unam*, quamvis *complexam*, *realitatem efformant* (cfr. *LG*, 8).

Quapropter Religiosi et Religiosae, dum peculiarem exhibent operum solertiam ac futuri temporis prospectum (cfr. *Pars I*, nn. 10-14), strenue sint fideles Instituti intentioni eiusdemque spiritui ac perfecta oboedientia atque adhaesione auctoritati Hierarchiae (cfr. *PC*, 2; *LG*, 12).

35. Episcopus, prout Dioeceseos Pastor, et Superiores Religiosi, quatenus de proprio Instituto responsores, Religiosorum vita promoveant eorumque cognitionem circa directivas normas atque dispositiones ecclesiasticas; pariterque foveant, praesertim Superiores, unitatem supernationalem in proprio

Instituto et docilitatem erga supremos eius Moderatores (cfr.
494 *Pars I*, nn. 15-23). /

Ecclesia in Spiritu vivit et in Petri atque Apostolorum eorumque Successorum fundamento ita consistit, ut episcopale ministerium profecto evadat principium directivum pastoralis sollertiae totius Populi Dei. Ecclesia igitur operatur in harmonia sive cum animante Spiritu sive cum operante Capite in Corpore (cfr. *Pars I*, nn. 5-9). Quod quidem definitas consecutiones affert Episcopis et Religiosis in eorum inceptis et activitatibus explendis, quamvis ipsi propria singulorum competentia gaudeant, utrique secundum suum officium.

Normae, quae hic exponuntur, ad bina exigentiarum genera referuntur in agendorum campo: pastoralium scilicet et religiosarum.

36. Concilium haec asserit: Religiosi et Religiosae *peculiari ratione ad familiam dioecesanam pertinent, magnum auxilium sacrae Hierarchiae afferunt, atque in dies, auctis apostolatus necessitatibus, magis magisque afferre possunt ac debent* (*CD*, 34).

In territoriis, ubi plures vigent ritus, Religiosi, cum activitates expleant pro fidelibus diversi a proprio ritus, illis obtemperabunt normis, quae praevisae sint in relationibus habendis cum Episcopis diversi ritus (cfr. *Eccl. Sanctae*, I, 23).

Urget necessitas, ut haec criteria reapse applicentur, non solum in conclusionis gradu, sed etiam in rerum agendarum programmate praefiniendo atque elaborando, firmo tamen restante munere in deliberando Episcopi proprio.

Religiosi presbyteri, ob ipsam unitatem presbyterii (cfr. *LG*, 28, *CD*, 28; 11) et quatenus animarum curae partem habent, *vera quadam ratione ad clerum Dioecesis pertinere dicendi sunt* (*CD*, 34); possunt ideo et debent prodesse, quo melius Religiosi et Religiosae una cum clero et locorum Episcopis invicem uniantur et actuose in operando coordinentur.

37. Foveantur inter clerum dioecesanum et Religiosorum communitates renovata fraternitas et cooperationis vincula (cfr. *CD*, 35, 5). Proinde in magna aestimatione quaeque subsidia habeantur, quamvis simplicia nec vere formalia, quae ad mutuam fiduciam, ad apostolicam unanimitatem et *fraternam concordiam* (cfr. *ES*, I, 28) augendam iuvent. Hoc sane non modo genuinam Ecclesiae particularis conscientiam corroborabit, verum etiam unumquemque instimulabit ad reddenda ac petenda laeto animo servitia, ad cooperandi studium alendum, necnon ad humanam et ecclesialem communitatem, in cuius vitam insertus sit, quasi quamdam propriae vocatio-
495 nis patriam diligendam. /

38. Superiores Maiores magnam adhibebunt curam, ut non solum dotes et facultates suorum confratrum cognoscant, verum etiam apostolicas Dioecesium necessitates, in quibus proprium Institutum vocatum est ad operandum. Exoptandum ergo est, ut concretus et plenarius habeatur dialogus inter Episcopum et Superiores variorum Institutorum in Dioecesi praesentium, ita ut, praesertim quoque spectatis precariis quibusdam rerum condicionibus necnon instante vocationum crisi, sodales Religiosi aequiore atque utiliore ratione distribui possint.

39. Tamquam privilegiatus cooperationis campus inter Episcopos et Superiores Religiosos habendum est opus pastorale pro vocationibus prosequendis (cfr. *PO* 11; *PC*, 24; *OT*, 2). Hoc autem opus pastorale in concordi christianae communitatis actione consistit pro omnibus vocationibus, adeo ut Ecclesia secundum Christi plenitudinem Eiusque Spiritus charismatum varietatem aedificetur.

Qua in re illud prae ceteris ponderandum est, Spiritum Sanctum, qui *ubi vult spirat* (*Io*. 3, 8), ad maius Ecclesiae bonum christifideles ad varia munera variosque status vocare. Cui divinae actioni, uti patet, nullum obstaculum ponendum est, sed, e contra, providendum, ut unusquisque maxima libertate suae vocationi respondeat. Historia teste, ceteroquin, abundanter patet hanc vocationum diversitatem, et in specie coexistentiam et collaborationem utriusque cleri, dioecesani scilicet et religiosi, haud cedere in detrimentum Dioecesium, quin immo eas novis thesauris spiritualibus ditare earumque vitalitatem apostolicam nonnihil augere.

Plura itaque incepta sub Episcoporum ductu sapienter componere oportebit, iuxta scilicet munera, quae ad parentes et educatores, ad Religiosos et Religiosas, ad presbyteros ceterosque omnes in actione pastorali operantes spectant. Propterea hoc munus coniunctim et concorditer atque plena uniuscuiusque opera perficiendum erit; omniumque vero eodem convergentes labores ipse Episcopus dirigat, haud obliviscens eosdem labores radicitus a Spiritus motione originem trahere. Qua igitur spectata re, urget necessitas frequenter quoque promovendi communis orationis incepta.

40. In praxi pastorali renovanda et in operibus apostolatus accommodandis plane considerandae sunt profundae in hodiernum mundum inductae mutationes (cfr. *GS*, 43; 44); quare difficiliores quandoque rerum condiciones sunt obeundae, praesertim *pro urgentibus animarum necessitatibus et cleri penuria* (*Eccl. Sanctae*, I, 36). / 496

Episcopi, in dialogo cum Superioribus Religiosis cumque omnibus operantibus in campo pastorali Dioeceseos, conentur discernere quid Spiritus exigat modosque excogitent novas parandi apostolicas quas vocant praesentias, ita ut difficultates in ipso Dioeceseos ambitu enatas obire valeant. Hoc autem studium de apostolica praesentia renovanda minime efficere debet, ut illa manens adhuc efficacia aliarum apostolatus formarum, quae traditionis sunt propriae, scholarum scilicet (cfr. S. Congr. pro Ed. Cath., *La Scuola Cattolica*, 19.3. 1977; *L'Osservatore Romano*, 6.7.1977), missionum, operosae praesentiae in nosocomiis, servitiorum socialium, etc., omnino neglegatur; istae autem omnes traditionis formae opus est, ut sine cunctatione et iuxta Concilii directivas normas temporumque necessitates diligenter et opportune accommodentur.

41. Nova vero apostolica incepta, quibus iugiter initium detur, intento studio delineentur. Episcoporum est, ex una parte, *non Spiritum exstinguere, sed omnia probare et quod bonum est tenere* (cfr. *1 Ths*. 5, 12; et 19-21; *LG*, 12), *ita tamen ut spontanea navitas eorum qui in opere partem habent servetur ac foveatur* (*AG*, 30); Superiores Religiosi, ex altera parte, alacri cooperentur animo et in dialogo cum Episcopis ad solutiones explorandas, ad programmata de optionibus actis disponenda, ad experimenta, vel prorsus nova, ineunda, semper tamen agendo sive pro urgentioribus Ecclesiae necessitatibus sive iuxta Magisterii normas et orientationes ac proprii Instituti indolem.

42. Numquam praetermittatur studium auxilia vicissim reciprocandi inter Episcopos et Superiores in obiective perpendendo et aeque iudicando nova iam inchoata experimenta, ut non solum evasiones ac frustrationes, sed etiam discriminum ac digressionum pericula vitentur.

Horum igitur inceptorum recognitio statis temporibus fiat; atque, nisi res ad bonum exitum pervenerit (cfr. *Evang. nunt.*, 58), humilitas quidem, et simul etiam necessaria firmitas adhibeatur, ut recognitum experimentum vel corrigatur vel suspendatur vel aptius dirigatur.

43. Non parum fidelibus detrimento erit quod aberrantia quaedam incepta aut aliquorum factorum ambiguitates diutius tolerentur. Episcopi igitur et Superiores, invicem inter se fiduciam alentes ac secundum uniuscuiusque implenda munia et auctoritatem exercendam, omni studio providebunt, ut manifesto consilio clarisque dispositionibus, semper quidem in caritate, sed etiam in debita fortitudine, hiusmodi errores et praecaveantur et corrigantur. / 497

Praesertim in campo liturgico necessitas urget remedia ferendi ad nonnullos abusus, sub alterutro signo adactos. Episcopi, prout authentici Ecclesiae localis Liturgi (cfr. *SC*, 22; 41; *LG*, 26; *CD*, 15; cfr. *Pars I*, nn. 5-9), et Religiosorum Superiores, quoad suos sodales, invigilent, ut conveniens cultus renovatio fiat, ac tempestive interveniant, ut quoscumque deflexus et abusus in hac tam significanti et centrali parte (cfr. *SC*, 10) corrigantur vel removeantur. Inde ipsi quoque Religiosi memores sint suum esse officium legibus et normis obtemperandi Sanctae Sedis necnon Episcopi loci decretis de publico cultu exercendo (cfr. *Eccl. Sanctae*, I, 26; 37; 38).

44. Quoad Religiosorum pastoralem praxim Concilium expresse declarat: *Omnes Religiosi, exempti et non exempti, Ordinariorum locorum potestati subsunt in iis quae ad publicum exercitium cultus divini, salva quidem Rituum diversitate, ad curam animarum, ad sacram praedicationem populo tradendam, ad christifidelium, praesertim puerorum, religiosam et moralem educationem, catecheticam institutionem et liturgicam efformationem atque ad status clericalis decorem spectant necnon ad varia opera in iis quae sacri apostolatus exercitium respiciunt. Religiosorum quoque scholae catholicae Ordinariis locorum subsunt ad earum generalem ordinationem et vigilantiam quod attinet, firmo tamen iure Religiosorum quoad earumdem moderamen. Pariter Religiosi tenentur servare ea omnia quae Episcoporum Concilia aut Conferentiae ab omnibus servanda legitime edixerint* (*CD*, 35, 4; cfr. 35, 5 et *Eccl. Sanctae*, I, 39).

45. Relationes inter Episcopos et Superiores, quo uberio-

http://www.obrascatolicas.com

res in dies fructus afferant, semper ferendae erunt personas et Instituta benevole prosequendo, persuasum habendo Religiosis docilitatem erga Magisterium praestandam esse et oboedientiam Superioribus, reciproca voluntate efficiendo, ne alteri alterorum competentiae fines transcendant.

46. Quoad Religiosos, qui apostolicas activitates explicant extra proprii Instituti opera, substantialis eorum vitae communitatis participatio tuenda est atque eorum fidelitas erga proprias Regulas vel Constitutiones: *quam obligationem ipsi Episcopi urgere ne omittant* (*CD*, 35, 2). Nullum apostolicum opus fieri debet occasio de propria vocatione deflectendi.

Quod pertinet ad statum quorumdam sodalium religiosorum, qui a proprii Superioris auctoritate se subtrahere atque
498 ad auctoritatem Epi/scopi recurrere velint, singuli casus objective considerentur; at necessarium est, ut, congrue vicissim commutatis consiliis ac sincere solutionibus inquisitis, Episcopus sententiam defendat, quam competens Superior tulerit, nisi forte ipsi aliqua iniustitia inesse videatur.

47. Episcopi eorumque immediati cooperatores curent, ut non modo satis perspectam habeant propriam singulorum Institutorum indolem, sed certiores quoque fiant de praesenti eorumdem statu deque renovationis criteriis. Vicissim Religiosorum Superiores, praeter aptiorem doctrinae perspectionem de Ecclesia particulari, curent etiam, ut et ipsi revera certiores fiant de praesenti pastoralis actionis statu deque apostolico praestituto programmate in Dioecesi, in qua operam suam praestare debeant.

Si forte cuidam Instituto contigerit, ut alicuius operis gestionem amplius sustinere nequeat, tunc eius Superiores manifestent, tempestive et confidenter, impedimenta ad opus persequendum, saltem in eadem forma, praesertim si ob personarum penuriam hoc fuerit; Ordinarius loci, ex parte sua, illius supprimendi operis *petitionem benigne consideret* (cfr. *Eccl. Sanctae*, I, 34, 3) et cum Superioribus solutionem convenientem ex communi concordia quaerat.

48. Necessitas, penitus percepta bonamque spem suppeditans etiam pro vita actuosa et apostolico dynamismo Ecclesiae localis, ea est, qua mutuae notitiarum communicationes ac profundiores consensiones fovendae curentur inter varia Religiosa Instituta in Dioecesi operantia. Superiores igitur operam suam impendant, ut modis et rythmis convenientibus hic dialogus ad effectum perducatur. Quod quidem fiduciam fovebit et aestimationem ac reciproca danda auxilia et altius problematum studium necnon mutuam experientiarum communicationem, unde evidentior fiat communis evangelicorum consiliorum professio.

49. In amplo pastorali Ecclesiae campo locus novus constitutus est, isque valde insignis, mulieribus tribuendus. Iam sollertes Apostolorum adiutrices (cfr. *Act.* 18, 26; *Rom.* 16, 1 ss.), mulieres hodie operam suam apostolicam in ecclesialem communitatem inserere debebunt, fideliter mysterium suae et creatae et revelatae identitatis persequentes (cfr. *Gen.* 2; *Eph.* 5, *I Tm.* 3; etc.) animumque intendentes ad crescentem suam in civili societate praesentiam.

Idcirco Religiosae, in fidelitate erga suam vocationem ac secundum peculiarem mulierum indolem et ad concretas quo-
499 que Ecclesiae et / mundi exigentias respondentes, novas apostolicas servitii formas invenient ac proponent.

Imitantes Mariam, quae in Ecclesia, inter credentes, verticem caritatis occupat, simulque illo fragrantes spiritu, *genuine humano, sincerae animi affectionis ac sollicitudinis*, qui velut insignis exstat earum nota (cfr. Paulus VI, *Sermo ad Congressum nationalem Centri Italici mulierum*, "L'Osservatore Romano", 6-7-XII-1976), longa collustrante historia, quae spectanda de earumdem inceptis testimonia perhibet in apostolica volvente activitate, Religiosae magis magisque et esse et videri poterunt tamquam praeclarum signum Ecclesiae fidelis, sollertis et fecundae in Regno nuntiando (cfr. Declar. *Inter insigniores*, S. Congr. pro Doctr. Fidei, d. 15 m. oct. a. 1976).

50. Episcopi, una cum suis cooperatoribus in re pastorali, atque Superiores et Superiorissae curent, ut aptius cognoscatur, perspiciatur ac foveatur apostolicum Religiosarum servitium. Propterea non solum perpenso Religiosarum numero (cfr. Prooemium), sed praesertim earum momento in Ecclesiae vita, contendant, ut ad effectum mature perducatur principium maioris earum ecclesialis promotionis, ne Populus Dei illo peculiari privetur adiumento, quod ipsae unae, donorum gratia eisdem qua mulieribus a Deo datorum, conferre valeant. Semper tamen hoc procuretur, ut Religiosae in magna aestimatione habeantur et iure meritoque probentur propter specificum testimonium ab ipsis qua mulieribus consecratis datum magis quam propter utilia et generose allata servitia.

51. In aliquibus regionibus quaedam animadvertitur inceptorum alacritas ad nova Religiosorum Instituta condenda. Illi, quos penes est competentia authenticitatem dignoscendi cuiusque fundationis, perpendere debent, humiliter quidem, sed et obiective et constanter, atque futura tempora penitus perspiciendo, omnia indicia circa credibilem Spiritus Sancti praesentiam sive ad eius *charismata ... cum gratiarum actione ac consolatione accipienda* (*LG*, 12) sive etiam ad vitandum, *ne incaute oriantur instituta inutilia aut sufficienti vigore non praedita* (*PC*, 19). Cum enim de cuiusdam Instituti ortu iudicium fit ex una eius utilitate et operandi commoditate vel simpliciter ex agendi modo alicuius personae, quae phaenomena cuiusdam devotionis per se ipsa ambigua experitur, tunc certe detorqueri quodam modo videtur genuinus vitae religiosae sensus in Ecclesia (cfr. *Pars I*, nn. 10-14). /
500

Ad iudicium autem ferendum de *genuino charismate* hae sequentes notae praesumuntur:

a) singularis eius a Spiritu origo, distincta quidem, etiamsi non seiuncta, ab innatis et acquisitis personae dotibus, quae in operando et moderando ostenduntur;

b) profundum animi studium sese Christo configurandi ad aliquem Eius mysterii aspectum testificandum;

c) fructuosus amor in Ecclesiam, qui plane abhorreat a quavis in illa excitanda discordia.

Praeterea germana *Fundatorum* configuratio postulat, ut de viris et mulieribus agatur, quorum probata virtus (cfr. *LG*, 45) sinceram docilitatem ostendat sive in sacram Hierarchiam sive in quod in ipsis tamquam Spiritus donum exstet.

Cum igitur de novis fundationibus agatur, omnino requiritur, ut omnes, qui aliqua parte in diiudicando fungi debeant, suam sententiam afferant spectata prudentia, patienti ponderatione et aequa exigentia. De hoc praesertim respondeant Episcopi, Apostolorum successores, *quorum auctoritati ipse Spiritus etiam charismaticos subdit* (*LG*, 7), et quibus profecto competit, in communione cum Romano Pontifice, *consilia evangelica ... interpretari, eorum praxim moderari et etiam stabiles inde vivendi formas constituere* (*LG*, 43).

Varia et fecunda Ecclesiarum vitalitas quoddam coordinationis studium requirit ad plurima servitii atque stimuli pastoralia instrumenta renovanda, creanda et perficienda. Quorum aliquot considerabimus ad eorum diversum gradum: dioecesanum, nationalem, universalem.

52. In quavis Dioecesi Episcopus percipere conetur quod Spiritus, etiam per eius gregem et peculiariter per personas ac Familias Religiosas in ipsa Dioecesi praesentes, manifestare velit. Propterea necesse est, ut relationes sinceras et familiares cum Superioribus et Superiorissis excolat, quo melius suum pastoris ministerium in Religiosos et Religiosas explere possit (cfr. *CD*, 15; 16). Eius enim proprium officium est vitam consecratam defendere, Religiosorum fidelitatem et authenticitatem promovere ac fovere, eosque adiuvare, ut in suae ipsius Ecclesiae communionem atque in evangelizandi actionem, secundum videlicet propriam eorum indolem, sese inserere valeant. Quod quidem Episcopo adimplendum est cum Episcopali Conferentia uniter cooperando et in concinentia cum Capitis Collegii Apostolici voce.

Religiosi vicissim Episcopum habeant et Pastorem totius dioecesanae / Communitatis et sponsorem suae ipsorum fide-
501 litatis erga propriam vocationem in servitio pro Ecclesia locali adimplendo. Ipsi vero *Episcoporum postulationibus votisque prompte ac fideliter absecundent, ut ampliores partes in salutis humanae ministerium suscipiant, salva Instituti indole et secundum Constitutiones* (*CD*, 35, 1).

53. Prae oculis habeantur quae Litterae Apostolicae *Ecclesiae Sanctae* Motu Proprio datae admonentes statuunt:

a) *Omnes Religiosi, etiam exempti, tenentur legibus, decretis et ordinationibus, ab Ordinario loci latis, quoad varia opera, in iis quae sacri apostolatus exercitium respiciunt, necnon actionem pastoralem et socialem ab Ordinario loci praescriptam aut commendatam.*

b) *Item tenentur legibus, decretis et ordinationibus ab Ordinario loci vel a Conferentia Episcoporum latis* – vel, iuxta ges varia respiciunt elementa ibi relata (*ES*, I, 25, 1-2, *a, b, c, d*).

54. Expedit ut in Dioecesi officium habeatur Vicarii Epi- scopalis pro Religiosorum et Religiosarum Institutis ad servitium cooperationis in hoc campo praestandum ipsi pastorali Episcopi ministerio (cfr. *Pars I*, nn. 5-9); quod quidem officium nullam Superiorum auctoritatis partem capit. Proprium

est uniuscuiusque residentialis Episcopi distincte praefinire huiusmodi muneris peculiares functiones atque illud, attento studio, competenti personae concredere, quae vitam religiosam penitus cognoscat et aestimet atque augere cupiat.

Ad hoc autem munus explendum magnopere commendatur, ut congrua ratione (v. gr. ut consultores vel huiusmodi) varia quoque Religiosorum genera intersint: sacerdotes scilicet, confratres laici et Religiosae, dotibus quidem praediti necessariis.

Vicarius igitur Episcopalis pro Religiosorum et Religiosarum Congregationibus hoc habet mandatum, ut sit auxilio ad quoddam explendum munus, proprium per se et exclusivum Episcopi, curandi scilicet religiosam vitam in Dioecesi eamque in totam pastoralem actionem inserendi. Quare exoptandum quoque videtur esse, ut Episcopus Religiosos et Religiosas prudenter consulat de candidato eligendo.

55. Eo consilio, ut Dioeceseos Presbyterium debitam unitatem exprimere valeat et varia ministeria melius promoveantur, Episcopus dioecesanis presbyteris omni cura suadebit, ut illi et grato animo agnoscant fructuosam pro sua Ecclesia ope-
502 ram Religiosorum et Religiosarum et / libenter probent eorum designationem ad ampliora munera fungenda, quae cum propria eorum vocatione et competentia conguere possint.

56. In presbyterorum Consiliis prospiciatur ut congrua Religiosorum sacerdotum praesentia intersit; itemque Religiosi, tam presbyteri quam laici,et Religiosae in Consilia pastoralia pro aequa portione cooptentur (cfr. *PO*, 7; *CD*, 27; *ES*, I, 15 et 16). Ad hanc congruitatem et proportionem aeque definiendam circa praesentiarum numerum Ordinarius loci necessaria criteria et modos opportune statuat.

57. Ad quamdam pastoralis cooperationis stabilitatem fovendam,

a) consideretur differentia inter *Opera propria* alicuius Instituti et *Opera concredita* alicui Instituto ab Ordinario loci. Illa enim a Superioribus Religiosis dependent iuxta eorum Constitutiones, licet quoad rem pastoralem subiciantur Ordinarii loci iurisdictioni ad normam iuris (cfr. *ES*, I, 29).

b) *Pro quavis commissione operis apostolatus ab Ordinario loci alicui Instituto facienda, servatis ceteris de iure servandis, ineatur conventio scripta inter ipsum et competentem Instituti Superiorem, qua, inter alia, perspicue definiantur quae ad opus explendum, ad sodales eidem addicendos et ad res oeconomicas spectant* (*ES*, I, 30, § 1).

c) *Pro hisce autem operibus, sodales Religiosi vere idonei a proprio Superiore religioso, mutuis praehabitis cum Ordinario loci consiliis, seligendi sunt atque, si de munere ecclesiastico alicui sodali conferendo agitur, ab ipso Ordinario loci Religiosus nominari debet, praesentante vel saltem assentiente proprio Superiore, ad certum tempus mutuo consensu definitum* (*ES*, I, 30, § 2).

58. Servata semper facultate res secus disponendi aptiusque reformandi secundum instantes Institutorum renovationis exigentias, opportunum esse videtur exacte praestituere quaenam sint et opera et praesertim officia singulis committenda Religiosis, pro quibus aliqua scripta conventio necessaria putetur, ut v. gr. pro parochis (cfr. *ES*, 1, 33), decanis, vicariis episcopalibus, adsistentibus Actionis Catholicae, secretariis actionis pastoralis, directoribus dioecesanis, docentibus Catholicae Studiorum Universitatis, catechistis professionalibus, directoribus Collegiorum Catholicorum, etc., intuitu quoque sive stabilitatis titularium sive cessionis bonorum in casu alicuius supprimendae operae.

Si quis sodalis religiosus a munere sibi concredito remo-
503 vendus sit, hoc dispositum recolatur: *Gravi vero de causa quicumque sodalis reli/giosus a munere commisso amoveri potest tam ad nutum Auctoritatis committentis, monito Superiore religioso, quam Superioris, monito committente, aequo iure, non requisito alterius consensu; nec alter alteri causam iudicii sui aperire eoque minus probare tenetur, salvo recursu in devolutivo ad Apostolicam Sedem* (*ES*, I, 32).

59. Religiosorum et Religiosarum consociationes ad gradum dioecesanum perutiles esse videntur; ideoque fovendae sunt, semper tamen earum indole et specificis finibus spectatis,

a) sive ut instrumenta mutuae sodalitatis et vitae religiosae promovendae et renovandae in fidelitate erga Magisterii ecclesiastici praescriptiones et in obsequio in uniuscuiusque Instituti indolem;

b) sive ut instrumenta ad *problemata mixta* pertractanda inter Episcopum et Superiores, necnon ad activitates Familiarum Religiosarum coordinandas cum pastorali Dioeceseos actione sub Episcopi moderamine, absque ullo praeiudicio quoad relationes et conventiones ab ipso Episcopo cum singulis Institutis directe gerendas.

60. In Episcoporum Conferentiis alicuius nationis vel territorii (cfr. *CD*, 37) ipsi Antistites *munus suum pastorale coniunctim exercent ad maius bonum, quod hominibus praebet Ecclesiae, provehendum* (*CD*, 38). Similiter munus suum pastorale, quoad proprium ritum, exercent Synodi Patriarchales (cfr. *OE*, 9), et in relationibus inter diversos ritus, in ambitu peculiaris eorum compositionis, interrituales Ordinariorum Conventus (cfr. *CD*, 38).

61. In pluribus Nationibus vel territoriis, procurante Sacra Congregatione pro Religiosis et Institutis Saecularibus – et in territoriis a Sacris Congregationibus pro Gentium Evangelizatione et pro Ecclesiis Orientalibus dependentibus authentico proprii Sacri Dicasterii consensu – Sancta Sedes instituit Consilia seu Conferentias Superiorum Maiorum (sive Religiosorum sive Religiosarum sive utrorumque). Quae quidem Consilia diligentem considerationem intendere debent in Institutorum diversitatem, communem consecrationem fovere omniumque vires, in opere apostolico impensas, immittere in pastoralem Episcoporum coordinationem (cfr. n. 21).

Quo igitur efficientius suo munere fungantur Consilia Superiorum Maiorum, maximae utilitati esse videtur opportunam quamdam statis temporibus eorum activitatis recognitionem fieri atque aptius ordinari, iuxta quidem diversam Institutorum missionem, congruam distributio/nem distinctarum 504
Commissionum vel aliorum huiusmodi coetuum rite coniunctorum cum iisdem Superiorum Maiorum Consiliis.

62. Relationes inter Superiorum Maiorum Consilia et Synodos Patriarchales, pariterque relationes inter eadem Superiorum Maiorum Consilia et Episcoporum Conferentias necnon Conventus Interrituales, ordinentur secundum criteria, quae relationes definiunt inter singula Religiosorum Instituta et Ordinarium loci (cfr. *ES*, I, 23-25; 40); deinde normae quoque additivae definiantur iuxta diversas regionum exigentias.

63. Cum maxime intersit, ut Consilia Superiorum Maiorum confidenter et diligenter cooperentur cum Conferentiis Episcopalibus (cfr. *CD*, 35, 5; *AG*, 33), *optatur ut quaestiones, quae ad utramque partem pertinent, in Commissionibus mixtis ex Episcopis et Superioribus vel Superiorissis Maioribus constitutis, pertractentur* (*ES*, II, 43), vel in aliis formis ad Continentium, Nationum aut Regionum condiciones accommodandis.

Huiusmodi autem mixta Commissio ita erit apparanda, ut efficienter suos fines assequi valeat, quasi organum quoddam reciproci consilii, coordinationis, mutuae communicationis, studii et recognitionis, etiamsi ius definitive decernendi semper Consiliis seu Conferentiis relinquendum sit, secundum proprias competentias.

Omnium igitur operam et actionum apostolicarum coordinationem promovere Sacris Pastoribus competit in sua cuiusque Dioecesi; itemque Patriarchalibus Synodis et Episcoporum Conferentiis in proprio territorio (cfr. *CD*, 35, 5).

Pro quaestionibus ad Religiosos et Religiosas attinentibus, Episcopi, si necessitas vel utilitas rem postulaverit – quod quidem in pluribus locis factum est –, idoneam Commissionem in sinu Conferentiae Episcopalis instituent. Huius autem Commissionis praesentia non modo non impedit Commissionis mixtae functionem, sed potius eam requirit.

64. Participatio Superiorum Maiorum, vel – ad Statutorum normas – eorum delegatorum, etiam in aliis diversis Commissionibus Conferentiarum Episcopalium et Conventuum Interritualium Ordinariorum locorum (ut, ex. gr., in Commissione pro Institutione vel pro Salute vel pro Iustitia et Pace vel pro Communicationibus socialibus, etc.) ad rem pastoralem valde opportuna esse videtur.

65. Reciproca praesentia per delegatos sive Conferentiarum Episcoporum sive Conferentiarum seu Consiliorum Superiorum Maiorum in / singulis utrorumque Unionibus seu Con- 505
ventibus commendanda est, opportunis quidem praestitutis normis quoad necessitatem, qua unaquaeque Conferentia de argumentis propriae competentiae per se sola agere possit.

66. Quod attinet ad ambitum supernationalem, continentalem vel subcontinentalem, inter varias conglobatas Nationes institui possunt, probante Sancta Sede, coordinationis formae sive Episcoporum sive Superiorum Maiorum. Quaedam autem idonea coniunctio, ad hunc gradum, singulorum servitii Centrorum haud parum confert ad ordinatam atque concordem Episcoporum et Religiosorum operam obtinendam. In quibus locis illae organizationis formae in ambitu continentali iam

http://www.obrascatolicas.com

exstiterint, ibi huiusmodi cooperationis munere ipsi eorum Comitatus seu Consilia permamentia proficue fungi poterunt.

67. Ad gradum universalem Petri Successor suum proprium ministerium exercet pro universa Ecclesia; *in exercenda*, autem, *suprema, plena et immediata potestate in universam Ecclesiam, Romanus Pontifex utitur Romanae Curiae Dicasteriis* (*CD*, 9).

Ipse Summus Pontifex aliquas cooperationis formas Religiosorum cum Sancta Sede promovit, cum Consilium Unionis tam Superiorum quam Superiorissarum Generalium apud Sacram Congregationem pro Religiosis et Institutis Saecularibus approbavisset (cfr. *ES*, II, 42) et cum Religiosorum repraesentantes apud Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione introduci iussisset (cfr. *ES*, III, 16).

Conclusio

Dialogus et cooperatio iam ad varios gradus sunt in actu; sed non est dubium, quin amplius provehi debeant, ut uberiores fructus afferant. Quapropter hoc commonendum esse videtur, in cooperandi scilicet actione tunc veram efficacitatis vim haberi, cum qui in operando primas partes agant, pro certo habeant eandem vim ex ipsa eorum animi persuasione et formatione in primis exoriri. Omnia enim melius progredientur, si penitus ipsis persuasum fuerit de huius cooperationis necessitate atque natura et momento, de reciproca fiducia, de uniuscuiusque muneris respectu, de mutuis consultationibus in inceptis ad quemvis gradum statuendis et instruendis. Tum vero mutuae relationes inter Episcopos et Religiosos, sincera et alacri voluntate peractae, non parum valebunt ad aequius et aptius dynamicam Ecclesiae-Sacramenti vitalitatem explicandam in eius mirabili salutis missione. /

506 Paulus Apostolus, *vinctus in Domino*, Romae ad Ephesios scribens, sic eos monebat: *Obsecro vos, ... ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate et mansuetudine, cum longanimitate, supportantes invicem in caritate, solliciti servare unitatem Spiritus in vinculo pacis* (*Eph.* 4, 1-3).

Haec omnia et singula Summo Pontifici subiecta fuerunt, qui die 23 m. aprilis a. 1978 benigne approbavit ac decrevit ut publici iuris fierent.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis pro Religiosis et Institutis saecularibus, die 14 m. maii a. D. 1978, in Sollemnitate Pentecostes. - Sebastianus Card. BAGGIO, *Praefectus S. Congr. pro Episcopis.* Eduardus Card. PIRONIO, *Praefectus S. C. pro Religiosis et Institutis saecularibus.*

Adn. AUCTORES VARII in **ISCRIS** 4 (1978) 99-230; AUCTORES VARII in **Vida rel.** 44 (1978) 328-394; AUCTORES VARII in **Confer** 18 (1979) 11-222; D. ANDRES in **REDC** 34 (1978) 548-657; J. BEYER in **PrM** 68 (1979) 563-611; G. CAPRILE in **La Civ. Catt.** 129 (1978-II) 377-393; C. GORRICHO in **CpR** 60 (1978) 178-186; J. JUKES in **CR** 63 (1978) 472-477, 64 (1979) 21-31, 40-41; R. LETTMANN in **PrM** 68 (1979) 549-561; J. OSES in **Vida rel.** 45 (1979) 197-212, E. P. PIRONIO in **SCRIS** 4 (1978) 93-97 et in **Vida rel.** 44 (1978) 93-97; L. RENARD in **Vie cons.** 50 (1978) 362-369, J. TOMKO in **SCRIS** 4 (1978) 131-165 et in **L'Osservatore romano** 15 luglio 1978, p. 5-6; **L'Osservatore romano**, 7 luglio 1978, p. 2; J. LOPEZ-GAY in **ISCRIS** 5 (1979) 280 295.

4570

1978 MAI 20. - SIGNATURA APOSTOLICA, SENT. PART.*

MIAMIEN. - *Incardinationis*

Sacerdos tacite ipso iure incarditus censetur dioecesi in qua, legitime transmigratus, per quinquennium permanserit, neutro praemonito Ordinario in scriptis contradicente

FACTI ADUMBRATIO

Incardinatus erat Archidioecesi Miamensi Antonius X sacerdos et vicarius paroecialis triginta septem annos natus, cum per Apostolicam Constitutionem *Cum Ecclesia Sancta Dei* diei 2 martii 1968 ex dismembratione dioecesium Miamensis et S. Augustini duae novae dioeceses creatae sunt S. Petri in Florida et Orlandensis. Vi huius Constitutionis praedictus sacerdos adscriptus est dioecesi S. Petri in Florida, quamvis ipse dum futura praevidebatur dioecesium dismembratio ab Archiepiscopo Miamensi frustra petierat ut in aliam paroeciam transferretur, quae permansura fuisset sub ditione Archiepiscopi.

Interea rev. Antonius X haud bonae salutis causa in valetudinarium loci "Fort Lauderdale" deductus fuit, ibique manens renuntiavit officio pastorali sibi ab Archiepiscopo Miamensi iam concredito, quod tamen id temporis erat sub ditione Episcopi S. Petri in Florida. Tum autem, die scilicet 9 augusti 1968, petiit et obtinuit a novo Ordinario excardinationem a dioecesi S. Petri in Florida ut Archidioecesi Miamensi iterum incardinari posset. Quam incardinationem die 15 augusti 1968 postulavit.

Die 25 novembris 1969 Archiepiscopus Miamensis, exquisito et praehabito consensu Ordinarii S. Petri in Florida, etsi prudens existimavit petitam incardinationem comperendinare, petenti contulit officium auxiliarii addicti administrationi paroeciali S. Ionnis Baptistae in "Fort Lauderdale". Die 5 maii 1971 rev. Antonius X cum consensu Ordinarii S. Petri in Florida et assensu Administratoris paroecialis S. Ioannis Baptistae, iterum petiit incardinationem et collationem alicuius paroeciae. Sed die 14 maii 1971 Vicarius Generalis rescripsit Archiepiscopum probare quidem laborem apostolicum ab oratore peractum, propensum esse ad concedendam incardinationem, sed antea opportunum censere ut petens servitium in aliqua paroecia tanquam "vicarius oeconomus" praestaret. Revera die 28 maii 1971 ipse "vicarius oeconomus" paroeciae Assumptionis in loco "West Hollywood" renuntiatus est, et die 15 februarii 1973 ad novam paroeciam Assumptionis in loco "Pompano Beach" tanquam hospes auxilium praestans in labore pastorali assignatus fuit. Mense martio 1975 (dies in actis deest) rev. Antonius X, annuntians cum gaudio Archiepiscopo Miamensi suum iubilaeum sacerdotale denuo et magis expresse suam petitionem porrexit ut Archidioecesi incardinaretur: quam postulationem die 21 octobris eiusdem anni iteravit postquam suam firmam voluntatem et Summo Pontifici et aliis eximiis personis manifestavit, auxilii petendi causa penes reticentem Archiepiscopum Miamiensem, cui inutiliter rem commendavit vir eminens.

Denique rev. Antonius X ad Archiepiscopum Miamensem die 3 decembris 1975 scribens sese Archidioecesi incardinatum declaravit vi Motu Proprio *Ecclesiae Sanctae*, I, art. 3 § 5 cum, petita ab ipso ad normam legis incardinatione cum expressa licentia Episcopi S. Petri in Florida et post quinquennium legitimae commorationis, nullam scripto responsionem intra quadrimestre, uti lex praescribit, ab Archiepiscopo Miamensi recepisset.

Post haec rev. Antonius X e dioecesi commorationis ab Archiepiscopo expulsus est: contra quod decretum die 3 iunii 1976 ipse ad S. Congregationem pro Clericis recursum interposuit. Rescripsit vero S. Congregatio Ordinario Miamensi die 20 iunii 1977 petitionem rev. Antonii X sustineri non posse neque legitime affirmari ipsum esse "ipso facto" incardinatum Archidioecesi Miamensi. Recurrente rev. Antonio X contra hanc S. Congregationis declarationem seu decretum ad Nostrum Supremum Tribunal inter terminos, scilicet die 9 augusti 1977 per adv. Marium Mantovani, Procuratorem suum, Congressus die 20 decembris 1977 statuit recursum admittendum esse ad disceptationem, indeque die 2 ianuarii 1978 concordatum est dubium, cui respondendum est: "*An constet de illegitimitate vel in procedendo vel in decernendo, relate ad actum Sacrae Congregationis pro Clericis diei 20 iunii 1977*".

AD IUS QUOD SPECTAT

Missis, ut satis notis, principiis iuris et doctrinae, quae incardinationem et excardinationem respiciunt, aliqua Patres Cardinales censuerunt recolere et enuntiare circa incardinationem illam tacitam, quae iure per Motu Proprio *Ecclesiae Sanctae*, I, art. 3 § 5, in executionem Decretorum Concilii Vaticani II, introducta est. Lex recitat: "Clericus ... qui a propria dioecesi in aliam legitime transmigraverit, huic dioecesi, transacto quinquennio, ipso iure incardinatur, si talem voluntatem in scriptis manifestaverit tum Ordinario dioecesis hospitis tum Ordinario proprio, neque alteruter ipsi contrariam scripto mentem inter quattuor menses significaverint".

Merito id statuit legislator, ne incertae per longum tempus protrahantur in alienis dioecesibus clericorum commorationes, utque incardinationis institutum firmius maneat. Quod certo certius non impedit quominus clerici alicuius dioecesis in alienae dioecesis territorio apostolice laborent, de permissione sui Ordinarii et Ordinarii dioecesis hospitis quin ulla excardinatio et nova incardinatio sequatur; sed si hoc a clerico iustis de causis petitur, etsi ad suae stabilitati consulendum, prorsus necesse est ut Ordinarii sive a quo sive ad quem mendiu maneant et practice habeantur vel clerici vagi (qui iure prohibentur) nulli Superiori subditi, vel clerici de suo statu numquam securi.

Quattuor igitur conditiones ad hanc tacitam incardinationem ius requirit:

1 - ut clericus hanc voluntatem manifestet in scriptis: quae manifestatio fieri potest sive dum decurrit quinquennium, si-

ve quinquennio exacto. Nil profecto refert utrum hanc voluntatem manifestaverit clericus formaliter, an vero precibus ad hoc porrectis. Ipsum desiderium, quod Ordinario ob quandam erga eundem reverentiam manifestatur, dummodo id fiat scripto neque ambigue, iure sufficit ut conditio prima adimpleatur;

2 - ut manisfestatio scripto fiat sive Ordinario hospiti, sive Ordinario proprio, vel eodem vel diverso tempore;

3 - ut quinquennium commorationis legitimae in dioecesi hospite transactum sit. Ius non exigit ut in dioecesi hospite quis munus aliquod pastorale occupaverit: exigit tantum commorationem, non solum *materialem* sed *formalem* seu de consensu utriusque Ordinarii habitam, neque interruptam per interventum alterutrius Ordinarii eam prohibentis, vel aliis de causis extra tamen legitimas permissiones vel necessitates;

4 - ut contrariam mentem alteruter Ordinarius intra quadrimestre a petitione facta et elapso quinquennio, scripto non manifestaverit. Qua de re potest quispiam petere quid veniat nomine mentis, quae in vocabulario diversas habet significationes, ut ecce cogitationem vel modum cogitandi, indolem, animi dispositionem, opinionem, iudicium, consilium, propositum, voluntatem seu intentionem, desiderium. Sed in contextu legis et attenta firmitate et certitudine, quam legislator instituto incardinationi dare intendit, mens hic aliud significare non potest nisi intentionem seu voluntatem. Haec autem voluntas scripto pandenda est petenti, ne incertae res maneant. Quod superest, nil vetat quominus Episcopus per personam, quae eius vices gerat, dummodo tamen scripto, contrariam suam mentem oratori manifestet.

IN FACTO

Nullum dubium est in casu quin rev. Antonius X e dioecesi S. Petri in Florida ad Archidioecesim, cui usque ad annum 1968 incardinatus fuerat, scilicet Miamiensem legitime transmigraverit: ab Ordinario suo excardinationem petiit et recepit inde a die 9 augusti 1968: et ab hoc tempore permansit cum permissione sui antiqui Ordinarii, in Archidioecesi Miamensi, primum in nosocomio tum autem in diversis paroeciis ad obeunda officia sibi ab Ordinario Miamiensi commissa. Ipse Publicae Administrationis Patronus hoc admittere debet.

Nullum pariter dubium est quin Recurrens incardinationem petierit in Archidioecesi Miamiensi, quae per aliquot annos sua dioecesis fuerat et a qua, contra suam voluntatem expresse manifestatam, vi dismembrationis canonicae, avulsus fuerat. Petitionem multoties et multifariam fecit, scripto, ore, multiplicatis at inutiliter intercessoribus, variis occasionibus captis, ultima quidem sui iubilaei sacerdotalis, quando magis formaliter, transacto iam quinquennio legitimae commorationis, suam instantiam renovavit. Quod ipse Patronus Publicae Administrationis aeque admittit.

De commoratione quinquennali, non solum materiali, sed et formali, prouti in iure diximus, quaevis assumitur computatio, sive a die 9 augusti 1968, quando, commorando in nosocomio sito in territorio miamiensi, petiit et statim obtinuit ab Ordinario S. Petri in Floerida excardinationem ut suae antiquae dioecesi incardinari iterum posset, sive a die 25 novembris 1969 cum obtinuit ab Ordinario Miamiensi primum officium in paroecia S. Ioannis Baptistae, ea profecto admitenda est, cum terminus ad quem sii mensis martius 1975, quando Recurrens, cum consensu sui Ordinarii S. Petri in Florida formaliter (antea enim iam petierat) incardinationem in sua antiqua dioecesi quaesivit. Neque valet dicere quinquennium nondum elapsum esse cum rev. Antonius X anno 1973 officium paroeciale reliquit: requiritur enim quinquennium commorationis legitimae, et non muneris, prouti in iure dictum est. Neque item dicatur tempus interruptum fuisse quotiescumque Archiepiscopus Miamiensis non complevit desiderium rev. Antonii X incardinationem petentis. Id enim impediebat vel retardabat quidem incardinationem expressam, sed non interrumpebat legitimam commorationem, quam ante quinquennium denegatam fuisse ab Archiepiscopo Miamiensi nullibi ex actis constat.

Sed venimus ad elementum magis discussum, scilicet ad manifestationem mentis Archiepiscopi Miamiensis contrariam incardinationi, quae scripto facienda erat.

Certamente, noi avanziamo lungo i sentieri della pace con le debolezze e tra gli incerti tentativi di tutti i nostri compagni di strada. Noi soffriamo con essi per le tragiche assenze di pace; ci sentiamo spinti a rimediarvi ancora più risolutamente, per l'onore di Dio e per l'onore dell'uomo; non pretendiamo di trovare nella lettura del Vangelo formule già pronte per realizzare – al giorno d'oggi – questo o quel progresso nella pace. Noi, però, troviamo quasi in ogni pagina del Vangelo e della storia della Chiesa, uno *spirito*, quello dell'amore fraterno che educa potentemente alla pace. Noi troviamo nei doni dello Spirito Santo e nei Sacramenti, una *forza*, alimentata alla sorgente divina. Noi troviamo nel Cristo una *speranza*. Gli insuccessi non potranno rendere vana l'opera per la pace, anche se i risultati immediati si rivelano fragili, anche se siamo perseguitati a causa della nostra testimonianza in favore della pace. Il Cristo Salvatore unisce al suo destino tutti coloro che lavorano con amore per la pace.

La pace è opera nostra: essa esige, da parte nostra, un'azione coraggiosa e solidale. Ma la pace è insieme e prima di tutto un dono di Dio: essa esige la nostra preghiera. I cristiano devono essere in prima linea tra coloro che pregano ogni giorno per la pace, e devono anche educare a pregare per la pace. Essi ameranno pregare con Maria, Regina della Pace.

A tutti, cristiani, credenti e uomini di buona volontà, io dico: Non abbiate paura a puntare sulla pace, a educare alla
66 pace! L'aspirazione / alla pace non sarà giammai delusa. Il lavoro per la pace, ispirato dalla carità che non tramonta, produrrà i suoi frutti. La pace sarà l'ultima parola della Storia.

Dal Vaticano, 8 dicembre 1978. - IOANNES PAULUS PP. II.

4594

1978 DEC 13.- IOANNES PAULUS II, DECRETUM. PART.*
Erigitur canonice, ad instar Praelaturae nullius, Pontificium Institutum "Notre Dame of Jerusalem Center" dictum, ad peregrinos aliosque fideles in Terra Sancta recipiendos et per animationem religiosam et culturalem pastoraliter curandos

Considérant que les Papes ont toujours porté un intérêt particulier à la Terre Sainte;

Ayant devan les yeux les initiatives de notre prédécesseur le Pape Paul VI;

Guidé par l'esprit de son Exhortation Apostolique sur la Terre Sainte *Nobis in animo* du 25 mars 1974;

Nous érigeons par les présentes "Notre Dame of Jerusalem Center" comme Institut Pontifical en accord avec le Droit canon latin;

Nous le créons comme une entité légale ayant pleine capacité pour traiter, procéder et agir en tant que personne légale.

1. Les buts de l'Institut Pontifical *Notre Dame of Jerusalem Center* sont de nature religieuse, culturelle et éducative. Le Centre, qui sera divisé en différentes sections (tels que maison d'accueil pour les religieux et pèlerins, centre de promotion artistique et professionelle, centre d'animation religieuse et culturelle, etc.), est situé sur notre propriété à Jerusalem, désignée sous le nom de NotreDame, face à la Porte-Neuve.

2. *Notre Dame of Jerusalem Center* dépend directement du Saint-Siège et sera donc dirigé et représenté en tant qu'institution, à tous égards et exclusivement, par un chargé d'affaires spécial du Saint-Siège.

Notre Dame of Jerusalem Center étant un organisme à buts religiex et culturels, le chargé d'affaires du Saint-Siège doit être considéré comme un attaché culturel de la Délégation apostolique.

Le chargé d'affaires peut pour un temps déléguer des pouvoirs à des tierces parties et revoquer une telle délégation.

3. Le chargé d'affaires du Saint-Siège sera conseillé par un comité local, dont les membres seront choisis parmi les communautés chrétiennes de Jérusalem et nommés par le Délégué Apostolique à Jérusalem.

4. *Notre Dame of Jerusalem Center* doit être considéré comme un Lieu saint oecuménique; il est en conséquence exempt comme une "Praelatura Nullius". La juridiction spirituelle sera exercée par le Délégué Apostolique en tan que "Praelatus" ayant le chargé d'affaires du Saint-Siège come Vicaire Général.

Nous consacrons ce Centre à Notre-Dame de Jérusalem, *Regina pacis*, et nous l'offrons au monde comme un lieu de fécond développpement spirituel.

Fait au Vatican, le 13 décembre 1978. - JEAN-PAUL II.

* Doc. Cath.76 (1979) 336 (versio gallica). Adn in Doc. Cath. loc. cit.

4595

1978 DEC 18.-SC pro INSTIT. CATH., DECR. PART.*
"Ratio Studiorum", a Conferentia Episcopali Galliae pro Seminariis propriis parata, canonice adprobatur

Rome, le 18 décembre 1978

Excellence, La S. Congrégation a examiné avec soin la "Ratio studiorum" préparée pour les Séminaires de France et approuvée par la récente Assemblée épiscopale de Lourdes.

Nous ne pouvons que vous féliciter vivement d'avoir pu mener à bout, avec la collaboration constante des responsables des Séminaires, et sous le contrôle actif de l'épiscopat, une oeuvre de cette envergure et de cette qualité.

Ce travail, heureusement et sagement conduit à son terme malgré sa difficulté, pourra servir d'exemple et d'encouragement à d'autres Conférences qui n'ont pas encore perçu la gravité de cet aspect de la formation des futurs prêtres, ou plutôt qui ont pu hésiter devant une telle entreprise. La Congrégation pour l'Education catholique avait voulu y aider par trois documents consacrés successivement à l'enseignement de la philosophie, de la théologie et du Droit canon: nous ne pouvons que constater avec satisfaction combien la "Ratio" a cherché à rester en plein accord avec les textes conciliaires et avec ceux qui ont voulu en orienter la mise en oeuvre.

Nous voulons souligner en particulier l'inspiration franchement et courageusement pastorale d'un texte qui, selon la ligne du Concile, veut, dans la fidélité aux principes, garder en toutes choses le souci des réalités: celle des hommes à qui le prêtre portera la lumière de la foi, celle des contextes de pensée qui sont aujourd'hui les leurs. La "Ratio" donne sa place de ce point de vue à l'enseignement de la philosophie si fortement requis par le Concile mais toujours en danger d'être sacrifié, soit dans sa spécificité, soit dans sa durée.

En marquant notre accord avec ce beau decument et en félicitant tous ceux qui ont porté la responsabilité et la peine de l'établir, il ne nous reste qu'à formuler deux voeux.

Le premier, que l'on puisse, avec la grâce de Dieu, persévérer patiemment et courageusement à la réalisation d'un tel programme, et dans le même esprit dans lequel il a été préparé, en particulier dans une collaboration étroite avec l'épiscopat.

Le second, que ce document contribue à éclairer l'opinion en France sur la qualité de l'effort qui s'accomplit dans les Séminaires, en dissipant des préjugés gravement préjudiciables aux vocations.

Veuillez agréer, Excellence, les remerciements que nous vous offrons ainsi qu'à vos collègues, avec l'assurance de mes sentiments dévoués et respectueusement fraternels. - G. M. Card. GARRONE.

* Ad Praesidem Conferentiae episcopalis Galliae, Prot. N. 1897/65/FRA: Doc. Cath. 76 (1979) 373-374. Adn. Vide textum 'Rationis studiorum' apud Doc. Cath. 76 (1979) 374-389.

4596

1978 DEC 19.-IOAN.-PAUL. II, ALL. AAS 71 (1979) 109-111
Allocutio ad sacros Praesules, qui Consilium efficiunt Conferentiarum Episcopalium Europae, occasione habita ipsorum coetus coram admissos:
De apertura et collaboratione fraterna inter Episcopos per Consilia Conferentiarum Episcopalium ultranationalia significanda et exercenda pro uniuscuiusque dicionis evangelizatione

Chers Frères, Je suis très heureux de vous recevoir, car j'attribue une grande importance à ces réunions plénières de votre Conseil, auxquelles participent / des Evêques délegués 110
des Conférences épiscopales de l'ensemble du continent européen.

1. Cette collaboration s'effectue conformément aux statuts qui ont été canoniquement approuvés par le Saint-Siège, le 10 janvier 1977. Elle consiste à échanger régulièrement des informations, des expériences et des points de vue sur les principaux problèmes pastoraux qui se posent dans vos pays. Elle vous amène aussi à assumer ensemble des devoirs qui prennent une dimension européenne.

C'est l'une des façons d'incarner la collégialité dans le cadre de laquelle l'enseignement du Concile Vatican II peut porter tous ses fruits. La collégialité signifie ouverture réciproque et coopération fraternelle des Evêques au service de l'évangélisation, de la mission de l'Eglise. Une ouverture et une coopération de ce genre sont nécessaires, non seulement au niveau des Eglises locales et de l'Eglise universelle, mais aussi au niveau des continents, comme en témoignent la vitalité d'autres organismes régionaux – même si les statuts sont un peu différents – tels que le Conseil Episcopal Latino-Américain (C.E.L.A.M.), le Symposium des Conférences Episcopales d'Afrique et de Madagascar (S.C.E.A.M.) ou la Fédération des Conférences des Evêques d'Asie (F.A.B.C.), pour ne citer que ces grandes Assemblées. Le Pape et le Saint-Siège se font un devoir de promouvoir de tels organismes, aux divers échelons de coopération collégiale, étant entendu que les instances régionales ou continentales ne se substituent pas à l'autorité de chaque Evêque ni de chacune des Conférences épiscopales pour ce qui est des décisions, et qu'elles situent leur recherche dans le cadre des orientations plus générales du Saint-Siège, en liaison étroite avec le Successeur de Pierre. Et dans le cas présent, la dimension européenne apparaît au Pape très importante et même nécessaire.

2. Le Conseil des Conférences Episcopales d'Europe (C.C.E.E.), parmi ses nombreux échanges et acitivités, a pris une initiative importante: il organise, tous les trois ans, un symposium des Evêques d'Europe. Le symposium prévu pour cette année n'a pu avoir lieu à cause de la mort de mes deux prédécesseurs et des conclaves qui ont suivi; la préparation se poursuit sur le thème: la jeunesse et la foi. C'est un thème très important: il faut l'aborder avec beaucoup d'objectivité et avec l'espérance des apôtres qui savent que le message du Christ peut et doit toucher les jeunes de chaque génération.

J'ai eu la chance de participer au Symposium de 1975 et
111 d'y pronon/cer une conférence. Je désire rappeler au moins quelques-unes des pensées qu'avait alors exprimées Paul VI en nous recevant. Il s'agissait de pensées regardant l'Europe, son héritage chétien et son avenir chrétien. Il nous invitait à "réveiller l'âme chrétienne de l'Europe où s'enracine son unité"; à purifier et à ramener à leur source les valeurs évangéliques encore présentes mais comme désarticulées, axées sur des objectifs purement terrestres; à réveiller et fortifier les consciences à la lumière de la foi prêchée à temps et à contretemps; à faire converger leur flamme par dessus toutes les barrières ...(1).

Paul VI, dans la ligne de ces pensées, a établi saint Benoit comme patron de l'Europe, et désormais, la quinzième centenaire de la naissance de ce saint se fait proche.

3. L'Europe n'est pas le premier berceau du christianisme. Même Rome a reçu l'Evangile grâce au ministère des Apôtres Pierre et Paul, qui sont venus ici de la patrie de Jésus-Christ. Mais, de toute façon, il est vrai que l'Europe est devenue, durant deux millénaires, comme le lit d'un grand fleuve où le christianisme s'est répandu, rendant fertile la terre de la vie spirituelle des peuples et des nations de ce continent et sur cette lancée, l'Europe est devenue un centre de mission qui a rayonné vers les autres continents.

Le Conseil des Conférences épiscopales d'Europe constitue une représentation particulière des Episcopats catholiques de l'Europe. Nous devons souhaiter que tous les Episcopats soient pleinement représentés dans cette organisation, avec la possibilité d'y particper effectivement. C'est seulement dans ces conditions que l'analyse des problèmes essentiels de l'Eglise et du christianisme puet être complète. Il s'agit bien des problèmes essentiels de l'Eglise et du christianisme, abordés aussi dans une perspective oecuménique. Car s'il est vrai que toute l'Europe n'est pas catholique, elle est presque toute chrétienne. Votre Conseil doit devenir en quelque sorte pépipière où s'exprime, se développpe et mûrit, non seulement la conscience de ce que le christianisme était hier, mais la responsabilité de ce qu'il doit être demain.

C'est dans ces sentiments que je vous présente mes voeux de Noël et du nouvel An, à l'intention de chacun d'entre vous, de votre Conseil, de tous les Episcopats que vous représentez et de toutes les nations de ce continent, auquel la Providence a lié l'histoire du christianisme d'une façon aussi éloquente.

1 Cf. AAS 67 (1975), pp. 588-589.

4597

1978 DEC 21.-SC pro RELIGIOSIS, RESPONSUM. PART.*
Elapso tempore ad experimenta concesso, textus definitivus Constitutionum Institutorum religiosorum submitti quantocius debet approbationi pontificiae

Rome, le 21 décembre 1978

Excellence, Je vous remercie de votre lettre du 4 décembre dernier, concernant l'approbation des Constitutions des Instituts religieux, qui a retenu l'attention de la Sacrée Congrégation pour les Religieux et les Instituts séculiers.

1. - Selon les dispositions du Motu Proprio *Ecclesiae Sanctae* (II, n. 6), il revient au deuxième Chapitre général ordinaire suivant le Chapitre spécial de soumettre à l'approbation du Saint-Siège le texte définitif des Constitutions rénovées. Compte tenu du rithme habituel des Chapitres, 4, 5 ou 6 ans, les Congrégations disposent donc après la conclusion du Chapitre spécial, de 8, 10 ou 12 ans environ pour effectuer les modifications opportunes.

2. - La durée et les limites de cette période devaient permettre une réflexion approfondie sur la vocation propre de l'Institut, ainsi que la réalisation d'expériences, tout en évitant les inconvénients d'une prolongation exagérée de législation incertaine ou mal définie, préjudiciable au développement normal de la vocation des religieux et au bien réel de leurs communautés.

3. - C'est pourquoi, dans les demandes qui lui sont présentées en vue de la prolongation des expériences, cette Sacrée Congrégation examine très attentivement les raisons invoquées afin d'éliminer, dans la mesure du possible, celles qui, pour des opinions "ideologiques" (comme le mythe du "ongoing process") favoriseraient une instabilité non justifiée ou témoigneraient d'une crainte excessive devant la difficulté de l'entreprise.

4. - C'est ainsi, par exemple, que le désir manifesté par quelques Instituts d'attendre la promulgation du nouveau code pour la rédaction de leurs Constitutions ne semble pas devoir être retenu. En effet, le nouveau code n'apportera pas de modifications substantielles de base à la législation en vigueur, et si quelques articles réclament des changements, il sera toujours facile, le moment venu, de faire les mises au point nécessaires.

Il faut d'ailleurs observer à ce propos que le schéma du nouveau code qui circule depuis deux ans, n'est pas définitif et qu'il recevra une réélaboration assez importante.

5. - D'autre part, quand des conditions vraiment spéciales, ou les études sur le charisme du fondateur, ou encore les structures d'une Congrégation, ou le concept de sa mission réclament un supplément de réflexion, il apparaît généralement qu'un délai de deux ou trois ans est suffisant pour permettre de les mener à terme, sans prolonger jusqu'en 1986-87 la période expérimentale.

En règle générale, cette Sacrée Congrégation limite aux années 1983 ou 1984 les prolongations retenues opportunes. Si le Chapitre ordinaire n'est pas prévu pour cette date, les Instituts envisagent assez facilment de convoquer un Chapitre extraordinaire, amplement justifié par l'importance de la question à traiter.

6. - Il convient d'ailleurs de remarquer à ce propos que bon nombre de religieux estiment le moment venu de présenter clairement aux jeunes qui s'interrogent le visage caractéristique de leur Congrégation et par conséquent, de se donner des Constitutions stables dont ils ont compris tout l'intérêt. Désireux en outre d'exprimer par écrit ce qu'ils ont de meilleur en eux, les Instituts sentent vital pour eux-mêmes de "dire leur projet", de le faire reconnaître et approuver par l'Eglise.

Cette attitude constatée depuis quelque temps incite ce Dicastère à soutenir et encourager les efforts réalisés un peu partout pour la préparation des Constitutions définitives d'autant plus que les Instituts ayant déjà obtenu l'approbation, en ont éprouvé une grande satisfaction et une vitalité accrue.

http://www.obrascatolicas.com

Je profite volontiers de la circonstance pour me redire de Votre Excellence, le fraternellement dévoué dans le Seigneur.
– Augustin Mayer, *Secrétaire.* Elio Gambari, *Sous-secrétaire.*

* Secretario S. Congregationis pro Gentium Evangelizatione, Prot. N. SpR 361/75: ISCRIS 5 (1979) 240-242. Adn. in ISCRIS 5 (1979) 233-240.

4598

1978 DEC 22. - SC pro INSTIT. CATH., DECR. PART.* Studium Theologicum Fuldense in Facultatem Theologicam canonice erigitur

Insigne Fuldense Studium Theologicum venerabilem suam persequitur scientificam traditionem a S. Bonifacio saeculo VIII incoeptam annoque Domini DCCXLII Scholae Monasticae erectione necessariis studiorum mediis solidatam. Quae Schola, suum aetatis florem Abbate Rabano Mauro moderante attingens, subsequentibus saeculis in suo opere explendo excelluit et saeculo XVI, catholicae restaurationis tempore a Summis Pontificibus promotae, novo impulsu aucta est.

Huiusmodi incrementum signum fuit eiusdem erectio, a. D. MDCCXXXII peracta, in universitatem peculiari vinculo Summo ipsi Pontifici coniunctam. Cum vero a. D. MDCCCV civiliter suppressa sit, eius munera in Fuldensi Seminario quodammodo perrexerunt. Saeculo dein XIX ineunte, in eodem Seminario in Superiorem Scholam Philosophicam Theologicam feliciter constituta est.

Recentioribus iam annis elabentibus, sacrorum hoc studiorum domicilium tale momentum adeptum est, ut a Germanica Episcopali Conferentia dignum omnino haberetur quod ad dignitatem Facultatis efferri posset.

Quapropter Sacra Congregatio pro Institutione Catholica, cum compererit in hoc Studio omnia adesse ac servari quae a normis academicis Sanctae Sedis requiruntur, quoad praesertim selectorum docentium numerum, postulatis Episcopi Fuldensis, Exc.mi ac Rev.mi Domini Eduardi Schick, perlibenter annuens, auctoritate a Summo Pontifice Johanne Paulo div. Prov. Pp. II sibi concredita, in Dei Optimi Maximi gloriam Ecclesiaeque decus ac incrementum,

Studium Theologicum Fuldense in *Facultatem Theologicam*

hoc decreto canonice erigit erectumque declarat, ad quinquennium quidem atque experimenti gratia, facta eidem potestate academicos Sacrae Theologiae gradus Diplomatis, Licentiae ac Doctoratus ad normam canonicarum de studiis superioribus legum conferendi.

Insuper idem Dicasterium Episcopum Fuldense pro tempore, Ordinarium loci, eiusdem facultatis *Magnum Cancellarium* statuit, nominat atque renuntiat, omnia ipsi agnoscens tribuensque huiusmodi muneris officia ac jura, in primis catholicae doctrinae orthodoxiam, morum probitatem ecclesiasticamque disciplinam diligenter promovendi ac vigilanter tuandi, Docentibus quibuslibet missionem canonicam antequam nominentur concedendi et pro necessitate revocandi, peculiaria Facultatis Statuta, Studiorum Ordinationes atque Programmata Sacrae Congregationi eidem approbanda vel opportune immutanda proponendi; ceteris servatis de iure servandis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis, d. XXII m. Decembris a. D. MCMLXXVIII. - Gabriel M. Card. GARRONE, *Praefectus.* Antonius M. Javierre Ortas, Archiep. tit. Metensis, *a Secretis.*

* AKKR 147 (1978) 480-481.

4599

1978 DEC .. - SC pro SACR. et CULTU DIV., RESP. PART.*

Responsa ad proposita dubia ad Ordinem Missae:

I - De gestibus et corporis habitibus. II - De incensatione. III - De loco e quo Verbum Dei annuntiatur. IV - De lectionibus proferendis. V - De Missis concelebratis. VI - De doxologia Canonis proferenda. VII - De 'Agnus Dei' ad fractionem panis. VIII - De ritibus conclusionis. IX - De percutione pectoris in quibusdam formulis Missae proferendis. X - De gestibus reverentiae cum inclinatione corporis. XI - De elevatione et iunctione manuum. XII - De positione manuum ante Communionem. XIII - De 'Gloria' et 'Credo' recitando alternatim cum populo. XIV - De vasorum sacrorum purificatione. XV- De calicis velo cooperiendi. XVI - De mentione Sanctorum in Prece eucharistica

Sigla:

MR = *Missale Romanum, editio typica altera* 1975: sequitur numerus paginarum.
IGMR = *Institutio generalis Missalis romani*, in MR 1975: sequitur numerus articuli;
OM = *Ordo Missae*, in MR 1975: sequitur numerus paragraphi.

I - De gestibus et corporis habitibus

DUBIUM 1. Contingit in coetibus liturgicis magna varietas gestuum et corporis habituum in cursu celebrationis. Exempli gratia debentne fideles: *a*) stare durante oratione super oblata? *b*) genuflectere post *Sanctus* ac tota Prece eucharistica durante? *c*) sedere post communionem?

RESP. Ut assolet, IGMR dat regulas simplicissimas ad has quaestiones solvendas (IGMR 21): *a*) Fideles stant dum orationes praesidentiales proferuntur, ergo etiam durante oratione super oblata; *b*) Item, fideles stant durante tota Prece eucharistica, excepta consecratione. Practice, fideles genuflexi manent ab epiclesi ante consecrationem usque ad acclamationem post consecrationem. *c*) Fideles sedere possunt durante silentio post communionem.

Ea quae supra definiuntur minime supervacua censenda sunt, quia eo tendunt, ut unitas sese gerendi habeatur in coetu qui Eucharistiam celebrat, et ideo manifestetur unitas in fide et in cultu communitatis. Videntur saepe fideles, statim post *Sanctus*, et adhuc saepius post consecrationem, corporis habitu diverso quasi oblivisci se esse participes Liturgiae Ecclesiae, quae est summa actio communitatis, et non tempus sese alienandi in actionem devotionis privatae.

II - De incensatione

DUBIUM 2. In Missa cum populo modo sollemniore celebranda, adhibentur diversi modi turificandi oblata et altare: alter simplex ac planus, alter idem ac ritus turificandi praescriptus in praecedenti Missali. Quinam usus sequendus est?.

RESP. Numquam obliviscendum est Missale Pauli Papae VI, inde ab anno 1970, successisse in locum illius, qui improprie "Missale S. Pii V" nuncupatur (1), idque ex integro, sive pro textibus, sive pro rubricis. Ubi rubricae Missalis Pauli VI nihil dicunt aut parum dicunt singillatim in nonnullis locis, non ideo inferendum est quod oporteat servare ritum antiquum. Proinde, non sunt iterandi gestus multiplices atque implexi turificationis iuxta praescripta Missalis prioris (cf. *Missale Romanum*, Typis Polyglottis Vaticanis, 1962: *Ritus servandus* VII et *Ordo incensandi*, pp. LXXX-LXXXIII).

In turificando, celebrans (IGMR 51 et 105) hoc simplici modo procedat: *a*) erga oblata: triplici ductu turificat, sicut agit diaconus erga Evangelium; *b*) erga crucem: triplici ductu turificat, quando ante eam celebrans venit; *c*) erga altare: passim turificat a latere, dum circuit altare, nulla distinctione facta inter mensam et latera.

III - De loco e quo Verbum Dei annuntiatur

DUBIUM 3. In casu quo presbyter qui, parvo adstante coetu, celebrat, sine sede celebranti destinata ac sine loco proprio pro Liturgia verbi peragenda, potestne sacerdos: *a*) ad altare permanere durante ipsa Liturgia Verbi? *b*) ponere Missale in latere dextro vel in medio altaris? *c*) quodnam latus sinistrum vel dextrum altaris nuncupatur?

RESP. *a*) Normae liturgicae vigentes plane distinguunt ab altari locum verbi proclamandi (IGMR, 257-272). Si loca nondum aptata sunt iuxta instauratam Liturgiam – quod sine mora fieri debet – opus est saltem sedem pro celebrante et pluteum mobilem pro lectore disponere. Ubi ipse celebrans lector esse debeat, praesertim pro Evangelio, proclamet ex pluteo mobili. In casu perraro, quo ne scamnum quidem poni possit, presbyter potest ad altare consistere, Missali et Lectionario super altaris "legile" exstantibus.

b) Hoc "legile" manifeste collocari debet in loco aptiore ad celebrantis lectionem, verbi gratia in medio altaris. Usus collocandi "legile" in latere sinistro pervenit ab aetate qua calix ab initio Missae erat in medio altaris. Quod quidem nunc, post instaurationem liturgicam, minime obtingit, cum calix collocetur in abaco, extra altare.

c) Nuncupatur altaris latus sinistrum quod a sinistra, dextrum quod a dextra celebrantis est.

DUBIUM 4. Alicubi, sublata sunt genuflexoria in ecclesiis, quapropter fideles tantum stare vel sedere possunt, non sine detrimento reverentiae et adorationis Eucharistiae debitae.

RESP. Suppellex aedium sacrarum aliquam relationem habet ad consuetudinem uniuscuiusque loci. Exempli gratia, in Oriente inveniuntur tapeta; Romae in basilicis, nostris tantum diebus, plerumque scamna habentur, quae genuflexoriis carent, idque ad ingentes multitudines accipiendas. Nihil impedit quominus fideles genuflexi maneant humi ad suam ado-

1 Vide studium Petri Jounel: *L'évolution du Missel Romain de Pie IX à Jean XXIII*, supra pp. 246-258; praesertim p. 255, sub anno 1952.

rationem manifestandam, quantumvis res incommoda inveniatur. In casibus, in quibus genuflecti non possit (cf. IGMR 21), profunda inclinatio et modus digne sese gerendi, signa erunt reverentiae et adorationis manifestandae tempore consecrationis et communionis.

IV - De lectionibus proferendis

DUBIUM 5. Ante biblicas lectiones, interdum presbyteri vel lectores laici proclamant subtitulos pericopae vel etiam rubricam: *Prima lectio, altera lectio*, etc. Fas est hanc consuetudinem sequi?

RESP. Patet quod non. Sicut omnes rubricae, tituli *prima lectio, secunda lectio* sunt indicationes in commodum legentis. Circa subtitulos, qui constant, vel ex sententia e textu decerpta, vel ex compendio ipsius lectionis, sunt pariter indicationes utiles ad delectum peragendum inter diversos textus, praesertim in Communibus. Unicus titulus proferendus, ille est quo liber biblicus vel, si casus fert, eius auctor enuntiantur. Exempli gratia: *Lectio Epistolae scundae beati Pauli apostoli ad Timotheum ... Lectio sancti Evangelii secundum Marcum.*

V - De Missis concelebratis

DUBIUM 6. In concelebrationibus peragendis, modi differentes inveniuntur in sequentibus actionibus: *a*) Interdum, probe distinguitur vox celebrantis principalis, dum concelebrantes submissa seu modesta voce Precem eucharisticam proferunt. Alibi, e contra, quoddam quasi certamen elatarum vocum auditur, dum unusquisque ceteros quasi superare contendit. *b*) In epiclesi peragenda ante consecrationem, non omnes celebrantes manus protendunt erga oblata ad invocandam actionem Sancti Spiritus, dum diligentissimi sunt in protendenda manu durante consecratione. *c*) In ipsa epiclesi nonnulli manum retrahunt simul ac celebrans principalis signaverit super oblata, dum alii porrectas tenent manus donec textus epiclesis finiatur. Quidam modus sequendus est?

RESP. Ad optimum secernendum in hac varietate, satis erit perpendere naturam functionum, quae peraguntur ab unoquoque, et naturam gestuum ipsis respondentium.

a) Iuxta IGMR 170, coetus fidelium distincte percipere debet vocem praesidentis: quod obtineri potest mediante microphonio sensibili et bene collocato, et praesertim ex modestia vocum concelebrantium (*submissa voce*). Alioquin, in secundo casu considerato, unitas tenoris et rytmi ad intellegendum textum ex parte coetus obtineri nequit.

b) Illud satis curiosum est, quod Missalis normae contemplantur casum plane oppositum quam qui supra consideratur: durante epiclesi consecrationis omnes celebrantes debent imponere manus super oblata (IGMR 174a, 180a, 184a, 188a: *manibus ad oblata extensis*) in invocanda actione Spiritus sanctificantis; dum consecratione durante, concelebrantes tendunt manum dexteram ad panem et calicem, *si opportunum videtur* (IGMR 174c, 180c, 188c): idque cum recitant *verba Domini*, scilicet usque ad "*Hoc facite in meam commemorationem*" inclusive.

c) Actus imponendi manus debet comitari verba precis. Hac de causa rubricae *Ordinis Missae* (90, 1o3, 110, 119) indicant finem huius actus per verba: *iungit manus.*

VI - De doxologia Canonis proferenda

DUBIUM 7. In proclamanda vel cantanda doxologia qua Prex eucharistica concluditur, revera satis diversi usus observantur: *a*) Interdum haec conclusio dicitur vel canitur a solo celebrante principali. *b*) De more dicitur vel canitur ab omnibus concelebrantibus. *c*) Alicubi haec conclusio dicitur aut canitur ab universo coetu. Quaenam regula sequenda est?

RESP. In omni coetu, praesidentis est ex more aperire et claudere actionem, cuius causa congregatur. In casu Eucharistiae, pars essentialis totius celebrationis est plane Prex eucharistica, quae pergit a praefatione ad doxologiam finalem inclusive. Proinde, praesidentis est aperire hanc Precem per praefationem, quam sequitur *Sanctus*, ubi intervenit coetus, deinde profertur *Vere Sanctus* (aut parilis textus) a solo praesidente. Circa conclusionem, tres casus supra relati has animadversiones postulant:

a) Iure competit praesidenti, qui Precem eucharisticam aperuit, ipsam quoque claudere in recitanda doxologia finali. Hoc demum in primis indicat IGMR 191: *Doxologia finalis Precis eucharisticae a solo celebrante principali ... profertur.*

b) Secundus casus est potissimum in casu, qui quidem usus celeriter et universaliter diffusus est inter concelebrantes proclamantes aut cantantes simul hanc conclusionem. Hic usus pariter est iuxta IGMR 191, ubi in secunda parte talis usus significatur: *... aut ab omnibus concelebrantibus una cum celebrante principali profertur.*

c) Secus ac in duobus prioribus casibus, proclamatio vel cantus huius conclusionis ab universo coetu peracta, est extensio illegitima, non modo sub simpligi aspectu disciplinari cum sit contra normas nunc vigentes, sed altiore quoque ratione, qua nimirum pugnat cum ipsa natura ministeriorum et textuum.

Etiamsi extensionem ad universum coetum aliquis interpretari posset veluti signum desiderii, quod coetus haberet magis magisque actioni liturgicae participandi, opus tamen est, ut coetus hoc faciat recte et secundum veritatem. Haec apparens progressio est reapse regressio: etenim manifestat oblivionem partis quae unicuique obtingit in liturgica celebratione. Cf. Const. *Sacrosanctum Concilium*, 28: *... quisque, sive minister sive fidelis, munere suo fungens, solum et totum id agat, quod ad ipsum ex rei natura et normis liturgicis pertinet.*

Accidit quod in hoc tertio casu, plerumque *Amen* finale a nemine vel vix umquam dicitur aut canitur. Si e contra obsercantur indicationes datae in *Ordine Missae* (100, 108, 115, 124: *Populus acclamat: Amen*) adhiberi possunt, ad amplificandam hanc responsionem, cantus ornati qui vim et sollemnitatem afferunt acclamationi totius populi (2).

VII - De "Agnus Dei" ad fractionem panis

DUBIUM 8. Quoties dicendum aut canendum sit *Agnus Dei*, ex iis quae in *Ordine Missae* innuuntur?

RESP. Ratio huius testus est comitari fractionem panis consecrati donec particula immittatur in calicem (IGMR 56e). Practice, duo casus considerandi sunt:

a) Si praesidens est unicus celebrans, vel si pauci adsint concelebrantes, tunc fractio panis satis celeris est. De more *Agnus Dei* ter dictum vel cantatum, ut dicitur in *Ordine Missae* 131, sufficit ad comitandam actionem.

b) In casu quo multi sint concelebrantes vel fractio panis diutius prorogetur, tunc potest pluries iterari *Agnus Dei* usque ad finem fractionis, secundum rubricam OM 131: *Quod etiam pluries repeti potest ...* et iuxta indicationem IGMR 56e: *Haec invocatio repeti potest quoties necesse est ...*

VIII - De ritibus conclusionis

DUBIUM 9. Usus benedictionum sollemnium et precum super populum quae in Missali Romano inveniuntur (in editione typica altera 1975, pp. 495-511) conclusionem Missae maiori amplitudine et sollemnitate exornat. Hic ritus finalis magis in dies invalescit, deinceps ac textus vertuntur et in Missalis uniuscuiusque regionis inseruntur. Habetur tamen etiam in hac re praxis diversa:

a) Celebrans omittit salutationem *Dominus vobiscum*, quae praecedit benedictionem. *b*) Diaconus vel celebrans omittit invitatorium: *Inclinate vos ad benedictionem*, ut in Missali (MR 495 et 507). *c*) Presbyter omittit extendere manus super populum (MR 495 et 507). *d*) Ad benedictionem, presbyter quandoque verbis utitur: *Benedicat vos ...*, quandoque: *Et benedictio Dei ...*

RESP. Dubia orta ex his differentiis, etiam in hoc casu, solvi possunt ex attenta lectione Missalis Romani:

a) Rubricae Missalis (IGMR 124; *Ordo Missae* 142) presse statuunt conclusionem celebrationis sic evolvendam esse: primum salutatio (*sacerdos ... salutat populum*), deinde benedictio (*subdit ... bendicens*), postea valedictio (*statim subiungit*). Praeterea, loco formulae consuetae benedictionis: *Benedicat vos ...*, quae sequitur salutationem celebrantis, potest assumi aliqua e benedictionibus sollemnibus vel e precibus super populum. Patet has formulas stare pro textu benedictionis ordinariae. Ipsis proinde praeponenda est salutatio celebrantis: *Dominus vobiscum.*

b) Rubrica quae est in capite huius partis Missalis habet: *... dicere potest invitatorium: Inclinate vos ad benedictionem* (MR 495 et 507). Ergo diaconus, vel sacerdos celebrans, libere potest hoc invitatorium recitare, vel aliis verbis enuntiare, vel omnino omittere.

c) Ex adverso, eadem rubrica indicat explicite: *Sacerdos, manibus super populum extensis, dicit benedictionem.* Sacerdos igitur tenet manus extensas super populum durante tota benedictione, populo interim respondente *Amen* ad singulas partes ipsius benedictionis. Eundem gestum peragit etiam super coetum durante oratione super populum.

d) Celebrans dicit de more: *Benedicat vos ...* (MR editio typica altera, pp. 495-506).

IX - Percutio pectoris

DUBIUM 10. In quibusdam formulis proferendis, uti v. g. *Confiteor, Agnus Dei, Dominus non sum dignus*, tum ex parte sacerdotum tum ex parte fidelium gestus verba comitantes non semper iidem habentur: nonnulli in supradictis formulis dicendis triplici ictu pectus sibi percutiunt, alii vero semel. Quisnam usus legitime retinendus videtur?

RESP. Haec in casu meminisse iuvabit: 1) Gestus et verba saepe saepius vim sibi invicem conferunt. 2) Hac in materia, ut in ceteris, liturgica instauratio veritatem et simplicitatem prosecuta est, secundum illud Sacrosancti Concilii: "Ritus nobili simplicitate fulgere debent ..." (*Sacrosanctum Concilium*, 34).

Dum in Missali Romano, auctoritate Concilii Tridentini promulgato, gestus etiam minimi frequentissime verba prose-

2 Videatur, exempli gratia, triplex *Amen*, quod canitur a populo in Missis a Summo Pontifice celebratis, aut simplicius *Amen* in Missale Gallicum 1974, p. (130) relatum.

http://www.obrascatolicas.com

quebantur, Missalis Romani, auctoritate Concilii Vaticani II instaurati, rubricae discretione perspicuae inveniuntur quoad gestus. Quibus dictis:

a) Verba *mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa* quae in *Confiteor* inveniuntur, huiusmodi rubrica in Missali Romano instaurato introducuntur: *Omnes simul ... percutientes sibi pectus, dicunt ...* (OM, n. 3). In priori Missali, eodem loco, rubrica sic sonabat: *Percutit sibi pectus ter.* Non videtur igitur quod ter sibi pectus percutere aliquis debeat, in proferendis latino vel alio sermone talibus verbis, etiamsi dicatur *mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa.* Sufficit quod percutio pectoris fiat.

Patet etiam quod unus tantummodo gestus sufficit in illis linguis, in quibus verba ad culpam manifestandam simpliciore modo reddita sunt, uti, verbi gratia, lingua anglica: "I have sinned through my own fault", vel lingua gallica: "Oui, j'ai vraiment péché".

b) Missalis Romani instaurati discretio manifestatur praecipua etiam in ceteris memoratis textibus, scilicet *Agnus Dei* et *Domine non sum dignus*, qui verbis aliquomodo paenitentiae et humilitatis fractionem panis et invitationem fidelibus ad Eucharistiam suscipiendam comitantur.

Uti dictum est in responsione n. 2 Commentariorum "Notitiae", 1978, p. 301: ubi rubricae Missalis Pauli VI nihil dicunt, non ideo inferendum est quod servare oporteat antiquas rubricas. Missale instauratum antiquum non supplet, sed substituit. Revera Missale prius ad *Agnus Dei* indicabat: *ter pectus percutiens*; et in proferendo triplex *Domine, non sum dignus percutiens pectus ... ter dicit.* Cum vero Missale novum nihil de hoc dicat (OM 131 et 133), nulla ratio postulat ut his invocationibus gestus aliquis adiungatur.

X - Gestus reverentiae

DUBIUM 11. Quidam gestus reverentiae ponendi sive ex parte celebrantis sive ex parte fidelium, in desuetudinem aliquomodo venerunt, uti, verbi gratia, inclinatio corporis profunda, facienda loco genuflexionis antea adhibitae ad verba quae Mysterium Incarnationis in professione fidei annunciat. Suntne gestus isti adhuc servandi?

RESP. Patet quod homo fidem suam necnon devotionem et reverentiam non tantum verbis sed etiam gestibus et habitu corporis exprimere debet. Hoc autem maiore cura fieri oportet, cum gestus qui post restaurationem liturgicam praescribuntur, minus frequenter et simpliciores indicentur.

Ita OM et IGMR nonnulla momenta assignant, in quibus gestus verba comitari debeant. Sufficit recolere n. 234 IGMR ad huiusmodi casus diversos agnoscendos:

Inclinatio capitis fit cum Divinae Personae simul nominantur, ad nomen Iesu, Beatae Mariae Virginis et Sancti, in cuius honorem Missa celebratur.

Inclinatio corporis seu profunda fit ad altare, si tabernaculum cum Sanctissimo Sacramento non adsit; ad orationes *Munda cor meum, In spiritu humilitatis, Supplices te rogamus*; ad verba *Et incarnatus est ... homo factus est* in professione fidei. Hoc in casu etiam rubrica Ordinis Missae n. 15 habet: *Omnes se inclinant.*

Meminisse iuvabit quod in Nativitate Domini, tum ad Missam in Vigilia, tum ad Missam in nocte, in aurora, in die, ad verba *Et incarnatus est* genuflectitur (cfr. MR, pp. 153, 155, 156, 157); similiter ad Missam in Annuntiatione Domini (cfr. MR, p. 538).

Pro consecratione panis et vini, in eodem n. 234 praescribitur: "Sacerdos parum se inclinat cum, in consecratione, verba Domini profert" (IGMR 234b). Insuper ipse genuflectit *post ostensionem hostiae, post ostensionem calicis* (IGMR 233); *genuflexus adorat* (OM 91-92, 104-105, 111-112, 120-121).

Ad concelebrantes quod attinet, ipsi stant ad elevationem hostiae et calicis, ea aspicientes, ac postea profunde se inclinantes (IGMR 174c, 180c, 184c, 188c).

Similiter ante communionem, gestus reverentiae et fidei ponitur sive ex parte celebrantis sive ex parte fidelium, qui Eucharistiam accipiunt. Ita pro *celebrante* IGMR 115 et OM 133 dicunt: *... sacerdos genuflectit, accipit hostiam,* etc.; similiter pro *concelebrantibus* a Missali statuitur: *Concelebrantes ... genuflectunt et Corpus Christi reverenter ex altari accipiunt* (IGMR 197). Ad *fideles* vero quod attinet, quando Eucharistia stantes accipiunt, aliquod signum reverentiae facere debent (IGMR 244c, 245b, 246b, 247b).

XI - Elevatio et iunctio manuum

DUBIUM 12. Nonnulli celebrantes consuetudinem habent manus elevandi, deinde eas coniungendi, durante dialogo qui Praefationem antecedit, et initio benedictionis ultimae. Alii vero gestus huiusmodi neglegunt. Quid vero faciendum?

RESP. Ut plerumque accidit, agitur de habitu qui e rubricis Missalis prioris provenit. Servandae autem sunt indicationes OM, quae in duobus allatis casibus clarae sunt:

a) ad dialogum Praefationis quod attinet, n. 27 (MR 392) exacte dicit: *– manus extendens, dicit: Dominus vobiscum. – manus elevans, prosequitur: Sursum corda. – manibus extensis, subdit: Gratias agamus Domino Deo nostro. – prosequitur Praefationem, manibus extensis.*

Proinde ritus pristinus retinendus non est, qui inter alia hoc in momento celebrationis significabat: *Iungit manus ante pectus et caput inclinat, cum dicit: Gratias agamus ...*

b) Ad benedictionem in fine Missae quod attinet, novus OM dicit tantummodo (n. 142): *Sacerdos benedicit populum, dicens ...* dum rubricae prioris Ordinis, post dimissionem *Ite, Missa est*, sic indicabant gestum benedictionis quinque evolutum temporibus: *Elevatis oculis, extendens, elevans, et iungens manus, caputque Cruci inclinans, dicit: Benedicat ... et versus ad populum ... prosequitur: Pater ...* Nunc vero simplex gestus ille requiritur, qui a respondenti rubrica indicatur, scilicet signum crucis super populum facit, dum verba *Pater, et Filius*... profert.

XII - Positio manuum

DUBIUM 13. Immixtione peracta, durante oratione *Domine Iesu Christe* vel *Perceptio corporis*, nonnulli celebrantes manus iunctas super altare adhuc imponunt atque, capite inclinato, textum orationis secreto proferunt. Estne modus iste adhuc servandus?

RESP. Vestigia rituum antiquorum iterum his in rebus deprehenduntur. Ad dubium solvendum attendendae sunt semper normae OM, cura habita ne quid adiungatur et principio a Summo Pontifice Ioanne XXIII humaniter dato etiam hac vice prae oculis habito: "Contorta et difficilia, simplicia reddite; simplicia autem nolite perturbare".

Vetus *Ritus servandus* revera circa hanc orationem ita indicabat (X, 3): *Tunc manibus iunctis super altare positis, oculisque ad Sacramentum intentis, inclinatus dicit secreto ...* OM Pauli VI (n. 132) pressius definit quod in n. 114 dicitur IGMR: *"Sacerdos, deinde, manibus iunctis, dicit secreto"*. Quapropter celebrans positione erecta stat, manibus ante pectus iunctis.

XIII - "Gloria" et "Credo"

DUBIUM 14. Quando *Gloria* et *Credo* non canuntur sed tantummodo proferuntur, aliquando celebrans recitationem alternatim instituit cum populo de his textibus. Cum vero agatur de hymno atque fidei professione, quae coetum universum aliquomodo secum trahunt, quaeritur num huiusmodi praxis secundum rubricas inveniatur.

RESP. Rubricae OM, modo practico exaratae, de hymno *Gloria* haec tantummodo habent: *cantatur vel dicitur hymnus* (n. 5); et quoad *Credo: fit ... professio fidei* (n. 15). Ut plerumque evenit, IGMR progressum indolis spiritualis manifestat (nn. 31 et 43), qui naturam communitariam his textibus propriam inducit, formam dialogi in proferendo minime excludens. Et re vera:

a) Quoad *Gloria*, IGMR 31, ratione servata valoris, haec habet: *Cantatur vel a coetu fidelium, vel a populo alternatim cum schola, vel ab ipsa schola. Si non cantatur, recitandum est ab omnibus, simul aut alternatim.* Ita hymnus *Gloria* potius cani debet. Alioquin ab omnibus recitatur sive una simul sive alternatim. Celebrans autem seipsum sociabit in casu sive cantui sive communi proclamationi coetus, aut uni e coetibus, qui dialogum inter se faciunt, aut ipse hymnum profert alternatim cum coetu.

b) Quoad *Credo*, IGMR 44 dicit: *Symbolum autem dicendum est a sacerdote cum populo ... Si vero in cantu profertur, de more ab omnibus aut alternatim cantetur.* Ergo, sive cantatus sive recitatus, *Credo* est cuncti coetus liturgici, qui ipsum proclamat per modum unius (*ab omnibus*), vel cantat duobus alternantibus choris.

XIV - De vasorum sacrorum purificatione

DUBIUM 15. Distributione Communionis expleta, saepe conspicitur sacerdos purificans vasa sacra (calicem, patenam et pyxidem) in medio altaris. Nonne locus et tempus ad hoc faciendum aptiora eligi possunt? Potesne alius minister vasa sacra purificare?

RESP. *a*) Serventur indicationes in IGMR contentae. Principium generale habetur in n. 238: *Vasa sacra purificantur a sacerdote vel a diacono vel ab acolytho post Communionem vel post Missam, quantum fieri potest ad abacum.* Indicatio relate ad tempus (post Communionem vel post Missam) completur a n. 229 quoad locum: *Purificatio calicis fit ad latus altaris.* Quo praescripto innuitur quod celebrans numquam stat in medio altaris, dum vasa sacra purificat (cf. etiam n. 120).

b) Alia peculiaria aliis in locis eiusdem IGMR inveniuntur. Quoad sacerdotem in n. 120: *Distributione Communionis expleta, sacerdos, ad altare reversus, colligit fragmenta, si quae sint; deinde stans ad latus altaris, vel ad abacum, purificat patenam vel pyxidem super calicem, postea purificat calicem... et... purificatorio exterget. Si vasa purificata sunt ad altare, a ministro deferantur ad abacum. Licet tamen vasa purificanda, praesertim si sint plura, opportune cooperta, in altari vel abaco super corporale relinquere eaque post Missam, populo dimisso, purificare.*

Quoad diaconum in n. 138: *Distributione Communionis expleta, diaconus cum sacerdote ad altare revertitur, colligit fragmenta, si quae sint, deinde portat calicem et alia vasa ad abacum, ibique ea purificat et de more componit... Licet tamen vasa purificanda, opportune cooperta, in abaco super corporale relinquere, eaque, post Missam, populo dimisso, purificare.*

Quoad acolythum in n. 147: *Distributione Communionis expleta, sacerdotem vel diaconum in vasis sacris purificandis et componendis adiuvat. Absente vero diacono, acolythus vasa sacra ad abacum defert ibique purificat et componit.*

Quae de sacerdote, de diacono et de acolytho dicuntur, valent etiam pro ministro extraordinario qui legitime Communionem distribuit (cf. S. C. de disciplina Sacramentorum, Instr. *Immensae caritatis*, 29-I-1973; Rituale Romanum, *De sacra Communione et de Cultu mysterii eucharistici extra Missam*, 21-VI-1973, n. 17).

Confer insuper IGMR n. 299 ad sacerdotem quod attinet Missam sine populo celebrantem, nn. 202-206 ad Missam concelebratam quod attinet.

XV - De calicis velo

DUBIUM 16. Permultis in locis rare adhibetur velum ad calicem cooperiendum qui in abaco ante Missam paratur. Num normae recentiores datae sunt ad usum huiusmodi supprimendum?

RESP. Nulla norma ne recens quidem data est, quae n. 80c IGMR immutet, ubi legitur: *Calix cooperiatur velo, quod potest esse semper coloris albi.*

XVI - De mentione Sanctorum in Prece eucharistica

DUBIUM 17. In Prece eucharistica III, ubi de intercessionibus, ponitur haec parenthesis: "Cum Sancto N. : *Sancto diei vel patrono*". Quomodo interpretanda verba haec? Semper mentio fieri debet Sancti diei vel patroni? Etiam dominica et diebus sollemnioribus? Num etiam de Beatis mentio fieri potest?

RESP. *a*) Verba supra relata, ut bene notatur, intra parenthesim ponuntur; mentio ergo Sancti diei vel patroni ad libitum consideranda est. Tamen ne omittatur semper, quia mentio Sancti quiddam magis perspicuum relate ad participantes, ad locum, ad circumstantias suppeditat.

b) Sancti diei vel patroni mentio ergo fieri potest semper, etiamsi Missae celebratio in eius honorem impediatur, et dominica et diebus sollemnioribus.

Peculiaria personarum et locorum adiuncta suadere possunt quandoque mentionis omissionem, exempli gratia si mentio Sancti parum cogniti fidelium admirationem movere potest. Celebrans semper caveat re suam propriam devotionem fidelibus imponat.

c) Quae de Sanctis dicta sunt, de Beatis praedicari possunt, sed tantummodo pro locis et modis iure statutis (cf. Codex iuris canonici, can. 1277, § 2).

* Notit. 14 (1978) 300-307, 334-338, 593-595.

4600

1978 .. .. - SEDES APOSTOLICA, NOTIFICATIO. PART.*

Summa pecuniae per tabellam diversarum regionum ordinata, ultra quam requiritur beneplacitum apostolicum pro bonis ecclesiasticis et religiosis alienandis aliisque contractibus extraordinariae administrationis perficiendis

Africa meridionale	25.000	Rand
Angola e Sao Tomé	4.000.000	Esc.
Argentina	100.000	$ USA
Australia	1.000.000	$ Austr.
Austria	5.000.000	Sch.
Brasile	100.000	$ USA
Belgio e Lussemburgo	2.500.000	Fr. b.
Canada	300.000	$ Can.
Chile	100.000	$ USA
Colombia	10.000.000	Pes. col.
Cuba	50.000	$ USA
El Salvador	40.000	Col. salv.
Equatore	25.000	$ USA
Filippine	1.000.000	Pes. fil.
Francia	1.000.000	Fr. fr.
Germania: alienazioni	500.000	D. M.
" mutui	1.000.000	D. M.
Giappone	50.000.000	Yen
Gran Bretagna: Conf. Ep. Inglese	100.000	Lst.
" " Conf. Ep. Scozzese	50.000	Lst.
Honduras	50.000	Lamp.
Irlanda	300.000	Lst.
Italia	100.000.000	Lir. it.
Malta	100.000	Lst.
Messico	50.000	$ USA
Mozambico	700.000	Esc.
Neozelanda	50.000	$ Neoz.
Nicaragua	30.000	$ USA
Olanda	1.000.000	Fl.
Panama	30.000	$ USA
Papuasia, N. Guinea Austr., Is. Salom.	50.000	$ USA
Paraguay	10.000	$ USA
Perú	50.000	$ USA
Portogallo	3.000.000	Esc.
Portorico	250.000	$ USA
Santo Domingo	100.000	$ USA
Spagna	21.000.000	Ptas.
Svizzera	200.000	Fr. sv.
Uruguay	50.000	$ USA
USA (facoltà al Delegato Ap.)	500.000	$ USA
Venezuela	50.000	$ USA

N. B. Per i paesi non elencati, fino a nuova disposizione indistintamente vale la somma (o equivalente) di 15.000 $ USA

* E follis a Sacra Congregatione pro Religiosis vulgatis.

http://www.obrascatolicas.com

INDEX CHRONOLOGICUS DOCUMENTORUM

DOCUMENTA AD ANNOS 1932 - 1972 PERTINENTIA QUAE IN HOC VOLUMINE QUINTO REFERUNTUR

Num.	Annus	Mens.	Dies		Columna
4107	...	...	...	SC pro NEGOTIIS ECCLESIASTICIS EXTRAORDINARIIS, Decr. *Quae in nonnullis,* Decretum circa proponendos ad episcopale ministerium in Hispania	6359-6361
4108	1940	Nov	9	SC RELIGIOSORUM, Rescr.	
4108	1940	Nov	9	SC RELIGIOSORUM, *Rescr.*, Facultas datur sodalibus Sacri Ordinis Cisterciensis ut, non obstante voto sollemni paupertatis, possint acquirere, retinere et administrare bona temporalia	6361
4109	1947	Nov	6	SC RELIGIOSORUM, Lit. Circ. *Le gravi condizioni,* Normae, etiam poenales, statuuntur circa religiosos commercium illicitum et operationes oeconomicas contra canones exercentes: *Circa il commercio illecito e le operazioni finanziarie e valutarie*	6361-6364
4110	1947	Nov	19	SIGNATURA APOSTOLICA, *Resp.*, In excutiendis testibus per litteras rogatorias praesentia Notarii semper requiritur, facta tamen facultate adhibendi virum quemlibet laicum, dum praesentia Defensoris vinculi modo a iure praeviso definiri potest	6364
4111	1948	Iun	4	SC S. OFFICII, *Resp.*, Matrimonium illius qui utriusque epididymi exstirpatione laborat non est impediendum	6365
